BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
E
40
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSEPHI AMENDOLIÆ

ORDINIS PRÆDICATORUM BACCALAUREI,

TRACTATUS DE POTESTATE PRÆLATORUM

IN QUO CONTINETUR

De Eccleſia, & Summo Pontifice, De Auctoritate Papæ circa Eccleſiæ Sacramenta, De Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis, De Poteſtate, & Privilegiis Cardinalium S.R.E. De Poteſtate, & obligatione Epiſcoporum, De Poteſtate Prælatorum inferiorum, De Poteſtate, & officio Parochorum, De Confeſſariis, eorum obligationibus, & requiſitis, Propoſitiones damnatæ, Catalogus Summorum Pontificum, Omnia Concilia, nec non Res memorabiles à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, uſque ad annum 1700.

Si ſit utilis, doctus, eruditus, humaniorum literarum Profeſſoribus gratus, non Auctor, ſed ipſe tantùm reſpondeat.

Cum duplici Indice, Dubiorum uno, Rerum notabilium altero.

Domus Neapolitanæ Prædicatorum

NEAPOLI, M.DCC.V.
Apud Leonardum - Joſephum Sellitto.

Superiorum Permiſſu.

Biblioteca Nazionale NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTR. ET EXCELLENT. DOMINO

D. JACOBO FRANCISCO

MILANO, LVENIO, VINTIMILIO, AB ARAGONIA

Ardorenſium Principi,

Filio Primogenito Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dom.
D. JOANNIS DOMINICI MILANO
Marchionis S, Georgii, Poliſtinæ, &c.

THEOLOGICAS has Tibi elucubrationes, moraliumque Primitias à meo exili nuper genitas ingenio indolis ingenuæ Innocentum utpote modum, Primævo lacteo, Tuoque luſtro lacte candidiori; non minus pleno, quàm obſequenti, atque libentiſſimo animo percenſui dicare meas, DIGNISSIME, & EXCELLENTISSIME PRINCEPS. Tibi, in quam, non immeritò Amigdalicas ipſe meas Prælatitiæ Poteſtatis fruges dico, dedico, dono, quem (ni fallunt omnia] Glorioſiſsimo Avo Tuo JACOBO, haud imparem, quinimmo unicam Ingeniorum Phænicem, nec non literatorum fore Mecœnatem, jam jam in perlætis Tui Natalitiis; Taurus una, cum cæteris Aſtris fælici præmonſtravit Aſcenſu. Et cuinam, quam Tibi, EXCELLENTISSIME DOMINE, aut aſpicatiùs, aut

decentiùs hanc de Poteſtate Prælatorum Collectaneam, dedicare debebam, in quo Tui Sanguìnis Nobilitas, Honor, Virtus, ac Majeſtas legibus armata, ac armis decorata triumphans, Herculeas progrediens metas, plus ultraque virtutum merita mirabili collecta nexu, cumulatè convenient. Quis etenim unquam recenſere valet MILANAE, JUENAEQUE Domus tot præſtantiſsimorum Equitum inenarrabilem ſeriem? Quis tot Tribunos memoret, Principes, & Duces, Heroes, Præſules, atque Purpuratos, itidem Pontificalibus Infulis? Tu igitur JACOBE [cujus nomen tonat] quique Principatus celſà Poteſtate coruſcas, meum hoc Opuſculum de Poteſtate Prælatorum, Tui virtute Leonis, ac ſubter ſublimes Aquilæ tuæ pennas [Stemmata, quæ tua oſtentant) protege, benignus, & fove, cuius Patrocinio publici favoris, planum iter faciens, nimirum fortunabis in ævum. Lactea itaque manu, excipe dignanter hoc mei cordis obſequium, & hilari vultu hoc qualecumque ſit munuſculum accipito, nec quid, ſed quomodo detur, benignè intuere; maximum enim dat, qui quod poteſt dat, quod ſi exiguum, Tua ſpectata magnitudine, maximum tamen, ſi dantis perpendas affectum, & magnorum proprietas eſt Principum, benigno capere oculo, quæ ſibi prompto animo, ac pura mente traduntur. Meum ergo, meorumque erga Te, Tuoſque perinclytos Progenitores, Avos, atque Proavos plenam ſemper obſervantiam, dignanter quæſo excipias, EXCELLENTISSIME DOMINE, & mira benignitate, qua polles, & poteſtate, qua vales, Auctori, ſuiſque tuum Patrocinium, Clientelam, & Clementiam benignus oſtende. Vale, & ad Neſtoreos eſto annos..

Ill. ac Excell. Dominationis Tuæ.

Addictiſsimus, & Obſequentiſsimus Servus
F. Joſeph Amendolia Baccalaureus Ord. Præd.

AD LECTOREM

Non ambitionis ſtudio, ſed charitatis fraternæ ſtimulo, ac impulſu, hoc quale ſit opus, in lucem prodiit, & radiis Solis exponitur; Etſi illud, quod Pictoribus accidit reportabo, qui imagines rudi formatas forma, ubi in Auguſti Templi appendent, & omnium tranſeuntium oculis exponunt ad multorum ſententiam, ut poſtea politiori eaſdem rurſus penicillo elaboratas, umbris diſtinctas, coloribus aſperſas, & omnibus artis præceptis abſolutas, ad lucem iterum Solis laudabiliùs exponunt, hoc ipſum mihi jucundum, ac utile erit. Immemor enim non ſum, quod circa moralem hanc materiam nullibi periculoſiùs erratur; ideoque ut potui curavi per tritos calles incedere probatorum Doctorum, *ne per abruptas novitatis vias incedendo præcipitia incurrerem. Non ergo proprias ſectatus ſum phantaſias, ac opiniones, ſed ut æquum eſt, optima quæſivi præcepta, è Sacris Canonibus, & graviorum* Doctorum *excerpta. Hoc autem unum mihi laudis ſi eſt, in hoc erit opere, quod ex diverſis Doctorum floribus, uti apis argumentoſa, mel collegi doctrinæ, & in uno hoc libro veluti in vaſe, alvareoque uno cumulavi, & collegi; ſi plura mella optas in doctrinæ campis ſpatioſiſſimis* Doctorum *verte pedem, hic abſtinentiæ ſtude, & avidius cape, parum enim cibus ſumitur avidius experimento probavi. Miraberis, candide Lector, cur ego poſt tot egregios tractatores de Poteſtate Prælatorum Eccleſiæ noviſſimus evigilavi? reſponſum in promptu habeo, quod de his, quæ ſuperſunt racemis hac mea parva ſcriptitatione, cupiens* Dominicum *replere torcular, &* Deo *cooperari in ſalutem animarum, magnum eſſe argumentum pietatis adjudicavi; & quæ in voluminibus erant diſperſa* Doctorum, *hic in unum collecta brevi calamo appareant. Non ergo ideo ſuperfluum, expedit enim ut Magnus dicebat Auguſtinus* l. 1. de Trin. cap. 3. *Ut de una, & eadem re multi libri fiant, ut ad alios veritas perveniat ſic, ad alios ſic.* Plano *ſtylo, ac ſcholaſtico uſus ſum, ne condimentis humanæ eloquentiæ, vis medicamentorum evaneſceret.*

ſceret; certum enim habeo, verbis ornatis, & inornatis, ſicut vaſis urbanis, & ruſticanis cibi adminiſtrari poſſe. Unde idem dicebat *Auguſtin.* lib. 5. Conf. cap. 6. *Non ideo aliquod verum dicitur, quia eloquenter dicitur, nec eo falſum, quia incompoſitè enunciatur. Aliqua quæ potius ad hiſtoriam, quam ad moralem pertinent appoſui in hujus libri calce, & hoc ideo, ut cum melle curioſitatis ſumeret Lector medicamentum ſalutis: paginas enim volvendo curioſitatis gratia, & hiſtoriis amore illi occurret Pharmacum vitæ. Accipe ergo, humaniſſime Lector, tenellum & primum partum mei debilis ingenii, & benevolo reſove affectu, beneuoliſque manibus contrecta. In hoc autem unum te volo monitum, quod ſi nouitatibus inhias, in hoc Opere lætaberis; nil enim tam nouum in hac tempeſtate uidetur, quàm antiquorum ueſtigiis inherere. Noua igitur tibi nunc offero, quippeque antiqua, aliena trado nil meum; lucor fide parentum, quam recta ratio ſolidauit, quam certa ſcientia illuſtrauit. Hoc ergo ordine procedam. Primo de Eccleſia, & Summo Pontifice in proœmiali diſputatione proponam, & ſtatuam, ut poſtea in primo libro in ſpeciali de ejus Capite concludam de ejus circa Sacramenta poteſtate, ac infallibilitate decretorum, ſecundo aliqua de Eminentiſſimis Cardinalibus tangam; hi enim licèt ſint inferiores Epiſcopis Ordinis poteſtate, ſunt tamen in dignitate ſupremi. Tertio de poteſtate, & obligatione Epiſcoporum, quarto de poteſtate aliorum Prælatorum inferiorum, nempè Regularium; quinto de Parochis, & ultimo de Confeſſariis; hi enim licet non ſint Prælati, ſunt tamen largo modo, in quantum ſcilicet animabus ſibi commiſſis, præſunt. In omnibus autem dicendis modernorum more, breuitate, ac claritate gaudeo. Vale, & in tuis orationibus me commendatum habe.*

FA-

FACULTAS ORDINIS

Nos F. Antoninus Clocha Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, ac Servus.

CVm uti nobis exponitur Rev. Pater Baccalaureus Frater Joſeph Amendolia Provinciæ noſtræ Calabriæ Opus cui titulus: De Poteſtate, & obligatione Prælatorum Eccleſiæ compoſuerit, illudque Prælo ſubjacere deſideret; Nos harum ſerie, noſtrique officij auctoritate, quantum in nobis eſt, & ſervatis aliàs ſervandis paternè indulgemus, dummodo à R. A. P. Magiſtro Fratre Thoma de Anoya: & Fratre Thoma Cappello Regenti Collegii noſtri Rhegienſis præfatæ noſtræ Provinciæ luce dignum judicetur, eorumque cenſorio in ſcriptis calculo approbetur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ ſuper Minervam die 18. Iulii 1699.

F: *Antoninus Cloche Magiſter Ordinis.*

Locus Sigilli. Regiſtr. fol. 12.

Frater Aloyſius de Barutel Mag. & Socius.

APPROBATIO

NOs F: Thomas ab Anoys Sacræ Theologiæ Magiſter, & F. Thomas Cappello Regens Almi Collegii Rhegini Ord. Præd. juſſu Reverendiſs. Patris Fratris Antonini Clochę eiuſdē Ordinis Generalis Magiſtri: diligenti recognitione perpendimus librum, cui titulus: De poteſtate, & obligatione Prelatorum Eccleſiæ ſummo ſtudio elaboratum à R. P. Baccalaureo Fratre Joſeph Amendolia, in quo quia invenimus perſolutas, nedum ſubtilitate, ſed etiam facilitate arduas quæſtiones, nobis ſatis Auctoris ingenium commendat: Quapropter, viris nedum doctis iucūdum ſed etiam ſtudioſis perutilem; et ut perpetuas tāto pariat Auctori laudes dignum cenſuimus, ut Typis mandetur; Datum Rhegii die 10. menſis Octobris 1699.

Ita eſt Frater Thomas ab Anoys Sacræ Theologiæ Magiſter Ordinis Prædicatorum.

Ita eſt Frater Thomas Cappello Regens Collegii Rhegini Ordinis Prædicatorum.

Illu-

Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Signore.

Leonardo Sellitto Stampatore ſupplicando eſpone à V.S. Ill. come deſidera dar in luce un libro intitolato: *de Poteſtate Prælatorum, Auctore P. Baccalaureo F. Joſeph Amendolia Ordinis Prædicatorum*; Che perciò ſupplica V.S. Ill. commetterne la reviſione à chi li parerà, che tutto lo riceverà ut Deus.

R *P. Joſeph de Luciis Societatis Jeſu reuideat, & in ſcriptis referat: hac die 16 Septembris* 1704.

JACOBUS MARIA DE *R*OSSI Vic.*Gen*.

D. Petrus Marcus *Giptius Can. ſuper editione librorum* Dep.

EX commiſſione Illuſtriſſimi, et Reverendiſſimi Vicarii generalis *Jacobi Maria* de Roſſi Epiſcopi Maſſç Lubrenſis vidi; et perlegi librum, cui titulus eſt: *De Poteſtate* Prælatorum *Auctore* P. *Baccalaureo Fratre Joſeph* Amendolia *Ordinis* Prædicatorum. Nihilque in eo deprehendi, quod Sacræ Fidei, aut bonis moribus repugnet. Imò plurima quæ pietatem augeant, et Sacram Theologiam illuſtrent, et Theologis, et Confeſſariis fore valde utilem. Ita ſenſio. Domi Profeſsç Neapolitanæ Societatis *J*eſu 26. Octobris 1704.

P *J*oſeph de Luciis Soc. *Ieſu* Reviſor.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur. Neap. 9. Februarii 1705.

JACOBUS MARIA DE ROSSI Vic. Gen.

D. *Petrus Marcus Giptius Can.* Deputatus.

Eccel-

Excellentiſſimo Signore.

LEonardo Sellitto Stampatore ſupplicando eſpone à V. Eccel. come deſidera dar in luce un libro intitolato: *De Poteſtate Prælatorum, Auctore P. Baccalaureo F. Joſeph Amendolia Ordinis Prædicatorum*; Che perciò ſupplica V. Eccell. commetterne la reviſione à chi li parerà, che tutto lo riceverà ut Deus.

R. *P. Joſeph de Luciis Societatis Jeſu reuideat, & in ſcriptis referat: hac die 16 Septembris 1704:*

GASCON *Reg.* BISCAARDI Reg.

Proviſum per S.E. Neapol. die 6. Octobris 1705

Maſtellonus.

Excellentiſsime Princeps.

JUſſu *E*xcellentiæ *T*uæ vidi, & perlegi librum, cui titulus eſt: *De Poteſtate Prælatorum Auctore P. Baccalaureo Fratre Joſeph Amendolia Ordinis Prædicatorum*. Nihilque in eo deprehendi, quod *Regali Juriſdictioni* adverſetur, imò dignum prælo quamprimum mandari exiſtimo, ſi Excellentiæ Tuæ videbitur: Domi Profeſsę Neapolitanæ Societatis *J*eſu 29. Octobris 1704.

Excellentiæ Tuę

Humillimus Servus

P. *J*oſeph de Luciis Soc. *I*eſu Reviſor.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur. Verùm in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.

GASCON Reg. BISCARDI Reg.

Proviſum per *S.E.* Neap. 9. *Decembris* 1705.

Maſtellonus.

Ceteri ſpectab. Regent. non interfuerunt.

INDEX
DUBIORUM
In hoc Opere contentorum.

LIBER PRIMVS
De Auctoritate Papæ circa Eccleſię Sacramenta.

pag. 18
Dub. 1. *An Pontifex poſſit præcipere, ut in mortis articulo, certa deficiente materia, miniſtretur Sacramentũ cũ materia dubia*, ibid.
Dub. 2. *Poſſit ne præcipere Pontifex, ut hæreticorum, & Apoſtatarum filii infantes, invitis parentibus baptizentur*, 20
Dub. 3. *An Papa poſſit Laico committere, ut ſolemniter miniſtret Sacramentum baptiſmi*, 21
Dub. 4. *An Pontifex poſſit præcipere ſumptionem Sacramenti Cõfirmationis ſub peccato*, 22
Dub. 5. *An Papa poſſe delegare ſimplici Sacerdoti poteſtatem miniſtrandi Sacramentum Confirmationis*, 23
Dub. 6. *An Pontifex poſſit variare modũ benedicẽdi Chriſmatis*, 25
Dub. 7. *An Papa poſſit diſpenſare, ut aliquis nunquam teneatur confiteri*, 26
Dub. 8. *An Papa teneatur ad præceptum annuæ confeſſionis*, 27
Dub. 9. *An Papa poſſit punire cenſuris confeſſionem annuam ſacrilegam ex defectu doloris*, 28
Dub. 10. *An Papa poſſit ſibi reſervare peccata venialia, & mortalia interna, vel externa, & caſus excommunicationis in articulo mortis*. 29
Dub. 11. *Quid poteſt Pontifex circa Sacerdotes Confeſſarios*. 31
Dub. 12. *An Summus Pontifex diſpenſare poſſit, ut conſecratio Euchariſtiæ fiat ſub una ſpecie* 33
Dub. 13. *An poſſit Pontifex diſpenſare, ut aqua non miſceatur vino conſecrando*. 34
Dub. 14. *An Papa potuerit prohibere Laicis communionem ſub utraque ſpecie; & an juſtis de cauſis fuerit eis prohibita* 35
Dub. 15. *An Papa poſſit eximere aliquem à præcepto annuæ communionis*. 38
Dub. 16. *An Papa poſſit diſpenſare, ut Euchariſtia miniſtretur infantibus ante uſum rationis*. 39

Dub.

Dub. 17. *An Papa poſsit concedere ut ſepius in die ſumatur Sacramentum Eucharistiæ.* ibid.

Dub. 18. *An Papa poſsit dare facultatem Presbyteris benedicendi Oleum Extremæ unctionis.* 40

Dub. 19. *An Pontifex poſsit ſupplere juriſdictionem, ut ſimplex Sacerdos poſsit miniſtrare Sacramentum extremæ Unctionis.* 48

Dub. 20. *An Papa poſsit aliquãdo permittere, ut hoc Sacramentum Extremæ unctionis poſsit miniſtrari unica unctione.* 52

Dub. 21. *An Papa poſsit habere invalidas collationes Minorum Ordinum ab Epiſcopis excommunicatis, & ſuſpenſis.* 55

Dub. 22. *An Pontifex poſsit diſpenſare, ut Sacerdos ſimplex conferat ne dum Minores, ſed etiam Majores Ordines.* 57

Dub. 23. *An Papa poſsit diſpenſare, ut fœmina initietur prima Tonſura & minoribus Ordinib.* 59

Dub. 24. *An Papa poſsit diſpenſare, ut Initiatus majoribus Ordinibus contrahat matrimoniũ.* 62

Dub 25. *An dentur impedimenta in matrimonio, & in quibus poteſt Papa diſpenſare.* 63

Dub. 26. *An Papa poſſit diſpenſare, ut Socer ſumat in uxorem Nurum ſuam.* 78

Dub. 27. *An inter fratres, & ſorores, inter avum, & neptem poſsit Papa matrimonium diſpẽſare.* 79

Dub. 28. *An Pontifex poſsit matrimonium ratum, & nondũ conſummatum diſſolvere.* 80

LIBER SECUNDUS
De infallibilitate decretorum Romani Pontificis.

Dub. 1. *An Papa poſsit errare definiendo aliquid de Fide extra Concilium.* 85

Dub. 2. *An decreta Pontificis loquentis ex Cathedra ſint infallibilia etiam non adhibito conſilio Cardinalium, & Theologorum.* 87

Dub. 3. *An Papa ut privata perſona poſsit in fide errare.* 88

Dub. 4. *An dato quod Papa incidat in hæreſim, ſtatim amittat pontificiam dignitatem antequam deponatur ab Eccleſia.* 90

Dub. 5. *An Concilium poſsit errare in rebus fidei definiendis.* 91

Dub. 6. *An Concilium Generale legitimè congregatum poſsit in Fide errare ante Pontificis confirmationem, vel ante electionẽ eiuſdem, etiam quando Legati accedunt.* 94

Dub. 7. *An Papa errare poſsit in moribus fidelium componendis per leges latas aut judiciarias ſẽtentias in judicio prolatas.* 96

Dub. 8. *An in Canonizatione Sanctorum Papa poſsit errare.* 97

Dub. 9 *An in Religionibus approbandis Papa poſsit errare.* 99

Dub.10. *An Pontifex poſsit à papatu deponi, & quomodo, & à quibus.* 100

LIBER TERTIUS
De poteſtate, et privilegiis Cardinalium S.R.E.

Dub.1. *An poſt papatum dignitas Cardinalitia primum teneat locum.* 103

Dub.2. *Quid poſſunt Oardinales mortuo Pōtifice circa electionē:* 104

Dub.3. *An Cardinales comprehendantur in cenſuras promulgatas à* Pontifice *generaliter.* 106

Dub.4. *An Cardinales in ſuis titulis gaudeant privilegiis Epiſcoporum.* ibid.

Dub.5. *Quid de Cardinalibus in ordine ad conferenda beneficia in ſuis titulis, & ferendis ſententiis.* 108

Dub.6. *Quid de offendentibus S.R.E.Cardinales.* 109

Dub.7. *Quid de Cardinalibus Religioſis.* 112

Dub.8. *Quid de Cardinalibus in ordine ad teſtamenta condenda.* 113

Dub.9. *Quid de Cardinalibus circa Confeſſarium ſibi eligendū, & Miſſas celebrandas in ſuis Cappellis.* ibid.

Dub.10. *Quid de Cardinalibus quando ſunt in Conclavi.* 115.

Dub.11. *Quomodo ſe gerere debent Cardinales egredientes à Conclavi.* 117

Dub.12. *Quomodo gerere ſe debent* Prælati *in præſcrutandis Epulis in Conclaui intrantibus.* ib.

Dub.13. *An pueri non attingentes uſum rationi, poſsint in Conclavi intrare.* 148

Dub.14. *A quibus poteſt abſolvere hæc cenſura contracta per violationem Bullæ* Pii *IV. & Gregorii XV.* ibid.

LIBER QUARTUS
De Poteſtate, et obligatione Epiſcoporum.

Dub.1. *An appetere Epiſcopatū ſit bonum, vel aliquādo malū.* 123

Dub.2. *Ad quæ obligatur Epiſcopus poſt conſecrationem.* 124

Dub.3. *Quid poteſt* Epiſcopus *circa abſolutionem & diſpenſationem irregularitatum, & ſuſpenſionum.* 126

Dub.4. *Quænam irregularitates poſsit diſpenſare Epiſcopus vigore Concilii Tridentini.* 127

Dub.5. *Quid poſſunt, & debent facere* Epiſcopi *in ordine ad ordines conferendos.* 130

Dub.6. *Quot conditiones debent ab Epiſcopo præviderí in ſuſcipiente Ordines.* 132

Dub.7. *Quid de Epiſcopo in ordine ad Sacramentum Confirmationis.* 136

Dub.8. *Quid de* Epiſcopo *in ordine ad* Confeſſarios. 137

Dub.9. *Quid de Epiſcopo in ordi-* *di-*

dine ad caſuũ reſervationem. 140
Dub.10. *Quid de Epiſcopo in ordine ad concedendas Indulgentias.* 141
Dub.11. *Quid de Epiſcopo in ordine ad diſpenſandum matrimonii impedimenta.* 143
Dub.12. *Quid de Epiſcopo in ordine ad ferendas cenſuras.* 144
Dub.13. *Quomodo ſe gerere debent* Epiſcopi *in ferendis cenſuris.* 145
Dub.14. *De circumſtantia loci, & temporis ſervanda in cenſuris ferendis.* 148
Dub.15. *Quid de* Epiſcopis *circa abſolutionem cenſurarum.* ibid.
Dub.16. *An Epiſcopus poſſit abſolvere Clericum percutientem, & quando.* 149
Dub.17. *An* Epiſcopus *poſſit abſolvere ab excommunicatione contracta ob hæreſim.* 151
Dub.18. *Quandonam Epiſcopi incurrant ſuſpenſionem.* 152
Dub.19. *An* Epiſcopi *poſſint deponere, & degradare, & ob quam cauſam.* 155
Dub.20. *An* Epiſcopi *poſſint interdicere.* 157
Dub.21. *An* Epiſcopus *poteſt irregularitates ferre; & in quibus diſpenſare poſſit.* 162

LIBER QUINTUS
De Poteſtate Prælatorum inferiorum.

Dub.1. *An* Religioſi *poſſunt dici verè Prælati.* 174
Dub.2. *Ad quos pertineat electio activa Prælati Regularis.* 175
Dub.3. *Quænam qualitates requiruntur in Prælato eligẽdo.* 180
Dub.4. *An* Prælati Regulares *poſſint ſuis ſubditis leges ferre.* 175
Dub.5. *An* Prælati Regulares *poſſint ſibi caſus reſervare.* 188
Dub.6. *Quid poteſt ſuis ſubditis Prælatus* Regularis *diſpẽſare.* 189
Dub.7. An *Prælatus* Regularis *poſſit imponere ſuis ſubditis clauſuram perpetuam.* 192
Dub.8. *An Prælatus Regularis præcipiens fieri proceſſionem inſolitam per* Clauſtrum, *ut occaſione proceſsionis intrent mulieres, incurrant aliquam pœnam.* 193
Dub.9. *An* Prælati Regulares *poſſunt ſuos ſubditos criminoſos damnare ad Triremes.* 197
Dub.10. Quid *poteſt, vel non poteſt facere circa adminiſtrationem temporalem abſque conſenſu ſui Capituli.* 198
Dub.11. Quid de Prælato *Regulari in ordine ad votum paupertatis quoad ſe, & ſuos ſubditos.* 201
Dub.12. *An Prælatus Regularis poſſit dare licentiam ſubditos ludendi.* 203
Dub.13. *In quibus debet Prælatus obediri à ſubditis ratione Voti obedientiæ.* 204

Dub.

Dub. 14. *Quid de Prælato Regulari in ordine ad diſpenſandum cum ſuis ſubditis circa divinum Officium recitandum.* 208

LIBER SEXTUS.

De poteſtate & officio Parochorum.

Dub. 1. *Quid poteſt Parochus circa ſacramentalem confeſſionem ſuorum ſubditorum.* 209

Dub. 2. *quæ ſit obligatio Parochorum erga ſuos.* 213

Dub. 3. *Quid de Parocho in ordine ad reſidentiam in ſua Parochia.* 214

Dub. 4. *Quid de Parochis in ordine ad Sacramentorum adminiſtrationem.* 217

Dub. 5. *Quid de Parochis in ordine ad adminiſtrationem Baptiſmi.* 218

Dub. 6. *Quid de Parocho in ordine ad Sacramentum Euchariſtiæ.* 232

§. 1. *de Materia, & forma huius Sacramenti Euchariſtiæ.* 233

§. 2. *de Miniſtro Sac. Euchariſt.* 242

§. 3. *de ſuſcipientibus hoc Sacramentum.* 247

§. 4. *de Euchariſtia, ut eſt Sacrificium.* 250

§. *Quid de peccatis Sacerdotum in celebratione Miſſæ.* 254

§. 6. *de hora, & loco celebrandi.* 258

§. 7 *An omnia, quæ in Miſſa aguntur, & dicuntur ſint convenientia.* 260

Dub. 7. *Quid de Parocho in ordine ad Sacramentum extremæ unctionis.* 288

Dub. 8. *Quid de Parocho in ordine ad Sacramentum Matrimonii.* 292

Dub. 9. *Quid de Parocho in ordine ad ſepulturam Eccleſiaſticam.* 296

Dub. 10. *Quid de Parocho in ordine ad quartã funeralem.* 314

Dub. 11. *De aliis obligationibus Parochorum.* 317

LIBER SEPTIMUS

De Confeſſariis, eorum obligationibus, & requiſitis.

Cap. 1. *Quid requiratur in Confeſſario ad validam, & licitam Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem.* 323

Cap. 2. *Qualis prudentia requiratur in Confeſſario, præſertim in audiendis confeſſionibus mulierum.* 329

§. 1. *Quid; & quotuplex ſit ſollicitatio pœnitentiũ ad turpia.* 330

§. 2. *An pœnitens ſollicitatus teneatur ſub mortali Confeſſarium denunciare.* 333

Cap. 3. *Qualiter ſe gerere debet Confeſſarius in examine pœnitentis.* 335

Cap. 4. *Quomodo debet eſſe prudens Confeſſarius in audienda confeſſione Summi Pontificis, & in*

in quas culpas Papa poteſt incidere. 337

Cap.5.*Quomodo ſe gerere debet Confeſſarius in audiendis confeſſionibus Cardinalium S R.E. & in quas culpas ipſi incidere poſsint,* 341

Cap 6. *de peccatis Epiſcoporum in quibus Confeſſarius debet eſſe cautus in eis explorandis.* 342

Cap.7. *de culpis Vicariorum Generalium Epiſcoporum.* 352

Cap.8.*de Canonicorum culpis & quomodo Confeſſarius prudens eas explorare debet.* 354

Cap.9.*de Sacerdotibus, & eorum culpis in quas poſſunt incidere, à Confeſſario explorandis.* 355

§.1.*An Sacerdos peccet mortaliter celebrando Miſſam ante recitatum Matutinum.* ibid.

§.2.*Peccat ne Sacerdos non celebrando Miſſam cum poſſit, vel celebrando certis diebus, vel pluries.* 357

§.3.*An Sacerdos peccet ſi Miſſam ſine miniſtro, vel fæmina miniſtrante celebret.* 359

§.4 *An Sacerdos peccet celebrando pro defunctis damnatis inferno vel pro excommunicatis, vel pro hæreticis, apoſtatis, & ſchiſmaticis, vel pro Iudæis, & paganis vel pro Cathecumenis.* 360

§.5.*Quando licitum eſt Sacerdoti Miſſam interrumpere,* 361

§.6.*de aliis culpis Sacerdotū.* 362

Cap.10.*de Confeſſariis, ac eorū culpis à prudenti Confeſſario explorandis.* 363

§ unicus. *de aliis præcipuis culpis Confeſſariorum, ut Confeſſarii ſunt.* 366

Cap.11. *de peccatis Diaconorum, & Subdiaconorum, & Clericorum.* 367

Cap.12. *Quando Religioſi peccant contra votū obedientiæ.* 369

Cap.13. *Quomodo peccant Religioſi contra votum caſtitatis, et paupertatis.* 370

Cap.14. *Quando peccant Prelati Religionum, ut tales ſunt.* 731

Cap.15. *de culpis Prædicatorum in prædicando.* ibid.

Cap.16.*de Monialibus, Prioriſsis, Abatiſsis, et earum culpis.* 372

Cap.17.*de culpis Novitiorum Regularium.* 374

Cap.18.*de peccatis Dominorum temporalium.* ibid.

Cap.19.*de peccatis ſubditorum ſeu Vaſſallorum.* 380

Cap.20. *de peccatis Militum.* ibid.

Cap.21.*de Doctorum, ſeu Magiſtrorum, et Scolariū culpis.* 382

Cap.22.*de culpis parentum, a liberorum.* 383

Cap.23.*de fratrum, et ſororum peccatis.* 388

Cap.

Cap.24.de peccatis conjugum. 389
Cap.25.de culpis, et pœnis concubinariorum, 389
Cap.16.de culpis Medicorum, Aromatariorum,et infirmorū. 399
Gap.27.Aliqua neceſſariò ſciē-da à Confeſſario. 405
Caſus in Bulla Cœnæ Domini. 410.
Propoſitiones damnatæ ab Alexandro VII.et VIII. et ab Innocentio XI. 415
Excommunicationes reſervatæ Papæ extrà Bullam Cœnæ.450
Catalogus omnium Summorum Pontificum. 455
Res memorandæ,quæ in prætèritis ſæculis contingerunt uſque nunc, 458

DI

Digitized by Google

DISPUTATIO UNICA PROOEMIALIS

De Eccleſia, & Summo Pontifice.

NON ſolùm ratio ipſa, ſed edoctrix experientia nobis digito oſtendit, haud poſſe liquidos Oceani campos abſque Nauclero, & gubernaculo tranſire; Nec altiſſimi Palatii faſtigium abſque patefactis aſcēdere cardinibus: Æquum & nos quoque, qui de Poteſtate, & Auctoritate Pontificis tractare intendimus; ne offendicula nos impediant, neceſſariò prius ſcire debemus, quid ſit Eccleſia, & quam auctoritatem, & poteſtatem in illa Summus Pontifex uti illius myſtycum Caput exerceat, ac exercere poteſt. Ut recto ergo ordine procedamus, ut ordo doctrinæ expoſcit, prius aliqua de auctoritate Papæ in communi dicemus, poſtea verò in particulari.

DUBIUM I.

Quid ſit Eccleſia Univerſalis, & an culpabiliter poſſit errare in Fide?

1 ECcleſia dupliciter conſiderari poteſt; primo modo in larga acceptione, prout comprehendit non ſolùm homines, ſed etiam Angelos; nec ſolùm viatores, ſed etiam cōprehenſores, & hoc modo accepta ſic ſolet definiri. Eſt ſocietas creaturæ rationalis, ſupernaturali cognitione Deo adhærens, ejuſque vero cultu inter ſe communicans. Secundo modo in ſtricta acceptione, quatenus conſideratur ſub ſtatu, quem in lege Evangelica à Chriſto Domino accepit. Et ſic accepta definitur. Eſt ſocietas viſibilis Fidelium baptizatorum ſub uno capite Chriſto in Cœlis, & Vicario ejus in terris inter ſe eodem cultu communicantium.

Secundo modo accepta Eccleſia duobus modis poteſt dici, quod erret in fide, primo modo culpabiliter incidendo in hæreſim, vel culpabilem er-

errorem; ſecũdo modo inculpabiliter errando cum ignorantia invincibili: Uterque autem modus errandi ab Eccleſia eſt removendus, licèt primus magis repugnet, quia fidem omninò deſtruit, ut mox dicemus; ut ergo quæſitó ſatisfaciamus.

2. Dico I. Optima eſt Eccleſiæ definitio in ſtricta, & ſecunda acceptione acceptæ.

Probatur ſingulas particulas definitionis explicando, Dicitur *Societas*, & ponitur loco generis, Eccleſia quoque in uno ſolo non eſt, ſed ad minus requiruntur tres, qui in *jure* dicuntur capitulum facere. Dicitur *viſibilis* ad differentiam Eccleſiæ Triumphantis; Eccleſia enim militans non eſt ſocietas Angelorum, neque animarum, ſed hominum viſibilium. Dicitur *Fideliũ baptizatorum*, ut ſignificetur, quòd omnes baptizati ad Eccleſiam pertinent etiam reprobi; Eccleſia enim comparatur ſagenæ miſsæ in mari ex omni genere piſcium congreganti; & Areæ, in qua palea, & triticum ſimul ſunt, & agro, in quo bonum ſemen, & zizania admixta ſunt. Dicitur *ſub uno capite*, quia Eccleſia ratione unius capitis eſt una. Dicitur *inter ſe eodem cultu communicantium*, quia ad ſocietatem non ſufficit ſola multitudo, ſed requiritur communicatio, ut ſcilicet una pars communicet alteri; unde in damnatis, licèt ſit multitudo, non reperitur tamen vera ſocietas, quia non ſunt inter ſe uniti, neque inter ſe mutuis officiis communicant. Et denique dicitur *eodem cultu communicantium*, quia iſta cõmunicatio, quæ eſt inter Eccleſiæ membra attenditur penès verum cultum Dei; eſt enim Eccleſia nomine [illegible] ſignificans ſocietatem eorum, qui vocati ſunt ad Deum vero cultu colendum.

3. Dico II. Eccleſia non poteſt culpabiliter in Fide errare. Ratio hujus aſsertionis primò ſumitur ex Scripturæ Sacræ teſtimoniis. Dicitur enim Matth. 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam*; & per illa verba: *Portas Inferi* ſignificatur potentia, & aſtutia Demonis, quæ verſatur in diſſeminandis hæreſibus, & erroribus; & ſic Chriſtus illis verbis ſignificavit, nullas hæreſes prævalituras adverſus Eccleſiam ſuper petram fundatam.

Egregiè ergo S. Auguſtinus *lib. 1. de Symb. ad Cathec. c. 6.* ait: *Pugnare poteſt, expugnari tamen non poteſt. Hæreſes omnes de illa exierunt, tãquam ſarmenta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſua, portæ Inferi non vincent eam.*

4. Secundum teſtimonium ſumitur ex Apoſt. 1. *ad Tim. 3.* ubi ait: *Ut ſcias quomodò oporteat te converſari in Domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei vivi firmamentum, & columna veritatis*; ergo indecens eſt, ut Domus Dei, in qua Deus ipſe inhabitat ſordibus errorum, & tenebris contaminari, & obſcurari; quia eſt columna, quæ ſubſtinet, & ſubſtentat veritatem, & nil ſentire, & credere contra illam poteſt, & eſt firmamentum veritatem ipſam ſtatuens, & firmans.

5. Tertium teſtimonium ſumitur ex Cypriano *lib. de Unit. Eccl. c. 5.* ubi ait: Adulterari non poteſt Sponſa Chriſti, incorrupta eſt, & pudica: Si autem Eccleſia culpabiliter in Fide er-

Digitized by Google

erraret, fieret adultera, & non eſſet incorrupta, & pudica; dicendum ergo Eccleſiam culpabiliter in Fide non poſſe errare.

6. Ratione quoque corroboratur noſtra catholica aſſertio. Chriſtus, & Spiritus Sanctus non poſſunt errare culpabiliter, ergo neque Eccleſia. Antecedens eſt catholicum. Conſequentia probatur, Chriſtus eſt Caput Eccleſiæ, & Spiritus Sanctus eſt cor illius ex D.Th.*3.p.q.8.a.1.ad 3.* ſed lumine naturæ conſtat, quòd defectus internarum actionum corporis tribuuntur capiti, & cordi; igitur ſi Eccleſia culpabiliter poſſet errare, talis error redundaret in Chriſtum, & Spiritum Sanctum; hoc non, ergo neque, & illud.

7. Dico III. Neque per ignorantiã invincibilem, & inculpabilem poteſt Eccleſia errare in rebus Fidei.

Hæc aſſertio ſequitur ex antecedenti; Nam aliter portæ Inferi adverſus Eccleſiam prævalerent; & Eccleſia non eſſet columna, & firmamentum veritatis; poſſet enim decipi credendo falſum per errorem invincibilem: Neque Eccleſia haberet infallibilem Chriſti, & Spiritus Sancti aſſiſtentiã; & talis error invincibilis redundaret in Chriſtum, & Spiritum Sanctum, quod non eſt dicendum; ergo &c.

Amplius probatur: Nam ſi Eccleſia poſſet errare invincibiliter falſum credendo, tanquam certum de Fide, ſequeretur quod tota ejus Fides redderetur dubia; in plurimis enim poſſet dubitare, an decipiatur per ignorantiam, hoc dici nequit; ergo etiam inculpabiliter Eccleſia non poteſt errare.

Calviniſtæ contra noſtras catholicas aſſertiones inſurgunt primò, quòd in aliquo tempore ſuccedit, poteſt accidere in præſenti; ſed olim Eccleſia à Fide defecit, ergo & nunc deficere poteſt. Major patet cum non detur major ratio. Probatur minor. In principio mundi tota Eccleſia conſiſtebat in ſolis Adamo, & Eva, ſed uterque Fidem amiſit, & à Deo apoſtatavit ex Ambroſio *lib. de Paradiſo cap.6.* Auguſtin. in *Enchiridion c.45.* & aliis Sanctis Patribus, ergo, &c.

Reſpondetur negando minorem. Ad probationem dico, tunc non fuiſſe Eccleſiam; in duobus enim Eccleſia non poteſt conſiſtere, ſed fuiſſe initium Eccleſiæ uſque ad Abel.

9. Arguunt ſecũdò. Quando Aaron cum toto populo Iſraelitico Vitulum adoravit Moyſis tempore, Eccleſia apoſtatavit à Deo; ergo, &c. Item tẽpore Eliæ Eccleſia defecit, cum nullus fidelis remanſit, niſi ſolus Elias, ut dicitur *3.Reg.9.* & in uno ſolo Eccleſia non poteſt conſervari. Idem accidit tempore Iſaiæ, ut dicitur *cap.1. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognovit.* Et tempore Hieremiæ, ut dicitur *cap.2. Omnes dereliquiſtis me dicit Dominus.* Item tempore Chriſti Domini tota Synagoga cum omnibus ſuis cæremoniis expiravit; ergo Eccleſia poteſt à Fide deficere, & errare.

Reſp. ad primum, quòd tunc pars Eccleſiæ erravit, Moyſes enim caput Synagogę non erravit; neque filii Levi, qui erant vigintiduo millia; hi enim cum Moyſe perſeveraverunt in cultu veri Dei, ut habetur Exod.32.

A 2 Ad

Digitized by Google

Ad ſecundum dico, quòd tempore Eliæ non omnes à Fide declinaverunt, ſed tantùm Reges Sammariæ, non Hieruſalem, ſive Judæ; unde Hieremiæ conquerenti, quòd derelictus eſſet ſolus, Deus reſpondit: Reliqui mihi ſeptem millia virorum in Iſrael, qui genua nõ curvaverunt ante Baal, idẽ dico ad locum Iſaiæ, & Hieremiæ.

Ad ultimum dico, quòd tempore Chriſti Domini Synagoga non defecit in Fide, ſed in cæremoniis, & ſacrificiis, in cujus locum ſucceſſit Eccleſia Chriſti cum ſuis cæremoniis.

Reſp. ſecundo ad omnes ſimul inſtantias ſuprapoſitas negando conſequentiam, & paritatem: Et ſi enim Eccleſia tempore legis naturæ, & legis ſcriptæ defecit; non tamen deficere poteſt tempore legis gratiæ: Eccleſia enim tempore legis gratiæ promiſſiones habuit de ſua firmitate, & ſtabilitate, quæ non habuit Eccleſia tempore legis naturæ, & ſcriptæ. Nũquam enim de illis illo tempore dictum eſt ſicut dicitur de iſta. *Portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam.*

10 Dices. In morte Chriſti Domini Eccleſia conſiſtebat in ſolis Apoſtolis, ſed tunc hi omnes defecerunt. Matth. 26. *Omnes vos ſcandalum patiemini in hac nocte, ſcriptum eſt enim percutiam Paſtorem, & diſpergentur oves gregis*, ubi Gloſſa ait: *diſpergẽtur ab unitate Fidei.* Et Marc. 16. dicitur, *quòd Chriſtus exprobavit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt*; ergo Eccleſia tempore legis gratiæ à Fide defecit.

11 Neque dicas, quòd Beata Virgo in Fide perſeveravit, & non defecit, licèt Apoſtoli defecerunt: Non inquã hoc dicas, quia in una ſola conſiſtere non potuit Eccleſia; etſi ergo Beata Virgo non defecit à Fide, quia tamen omnes Apoſtoli defecerunt, Eccleſia à Fide defecit. tamen

Reſp. ad argumentum, negãdo minorem. Ad primum locum Matthæi dico, quòd illa verba ſunt prædictoria peccati, quod Apoſtoli commiſerunt, quando, relicto eo, omnes fugerunt timore paſsionis Chriſti; hoc autem non eſt à Fide deficere; aliter omnes peccatores eſſent infideles, quòd eſt falſum: Ad ſecundum locum Marci dico, quòd tantùm ſignificatur, quòd Apoſtoli tardi fuerunt ad credẽdum reſurrectionem Chriſti, quod etſi peccatum fuit, non tamen infidelitatis.

12 Dices, Caput Eccleſiæ, qui eſt Summus Pontifex poteſt in Fide errare, ergo & tota Eccleſia. Conſequentia patet, quia corpus à capite regitur; ergo ſi caput errare poteſt, conſequenter & corpus, & membra.

Reſp. diſtinguendo antecedens, ut particularis perſona concedo, ut Caput Eccleſiæ nego, ſed de hoc iterum infra ſermo redibit.

13 Arguunt tertiò. Sæpè Eccleſia à Scriptura, & SS. Patribus comparatur Lunæ, ergo ſicut Luna poteſt deficere à lumine, & de facto deficit, ſic Eccleſia à Fide.

Reſp. quòd Eccleſia comparatur Lunæ, non quia deficit ſicut Luna, ſed propter tria. Primò, quia ſicut Luna in principio mẽſis eſt exigua, & paulatim creſcit; ſic Eccleſia in primordio fuit exigua, & parvam terram oc-

cu-

cupabat, ſed poſtea crevit, & in totũ Orbem eſt diffuſa. Secundò, quia ſicut Luna lumen corporale accipit à Sole, ſic Eccleſia lumen ſanctitatis accipit à Sole Chriſto. Tertiò, quia ſicut Luna ſubjecta eſt mutationibus; ſic Eccleſia in hac vita aliquando fruitur pace, aliquando perſecutiones patitur. Nunquam tamen in Fide deficit.

DUBIUM II.

An Eccleſia Romana ſit una, ſit ſancta, catholica, & Apoſtolica?

1 Quia in Symbolo Niceno dicitur: Credo in unam Sãctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam, ideò præſens agitur difficultas, an verè hæ quatuor notæ Eccleſiæ Romanæ conveniant, & an competant ſectæ Lutheranorum, & Calviniſtarum.

1 Dico I. Vera Eccleſia eſt una.

Hoc primò ſuadetur ex Sacra Scriptura. Cantic. enim 6. dicitur. *Una eſt amica mea formoſa mea, columba mea*; & Joann. 10. dicitur: *Fiet unum ovile, & unus paſtor*, & Roman. 12. *Multi unum ſumus*.

Dicitur autem Eccleſia una multis modis. Primò unitate principii ſcilicet Dei vocantis, & Chriſti fũdantis. Secundò ratione finis, ſcilicet æternæ beatitudinis, quam omnia membra Eccleſiæ ſperant. Tertiò ratione unitatis mediorum, tam internorum, qualia ſunt Fides, Spes, & Charitas; quàm externorum, ſcilicet Sacramentorum, ſacrificii Euchariſtiæ, & legis Evangelicæ. Quartò ratione unius Capitis viſibilis, ſcilicet Pontificis Romæ ſedentis, qui per totam Eccleſiam Paſtor ſupremus fidelium agnoſcitur. Quinto denique ratione unitatis corporis miſtyci; ſicut enim ex diverſis partibus eterogeneis unum corpus naturale reſultat; ſic ex omnibus fidelibus Fide, & Sacramentorum vinculo conjunctis unum corpus miſticum efficitur.

3 Dico II. Vera Eccleſia eſt ſancta.

Hoc variis in locis docet Sacra Scriptura. Cant. 4. de Sponſa Chriſti (quæ eſt Eccleſia) ſic dicitur: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulcra ut Luna, electa ut Sol*; & ad Epheſ. 5. dicitur: *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret*; & ad Tit. 2. dicitur: *Dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilem ſectatorem bonorum operum*. & ad Rom. 1. dicitur: *Omnibus, qui Romæ ſunt vocatis ſanctis*. & 1. Petri 2. Chriſtiani appellantur: *Genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta*.

4 Conſiſtit autem hæc Eccleſiæ ſãctitas. Primò in puritate Fidei, & immunitate ab omni errore in doctrina, quam fideles profitentur. Secundò in ſanctitate vitæ, qua gaudent, qui ſe illius doctrinæ conformant. Tertiò Eccleſia eſt ſancta, quia tota conſecrata eſt divino cultui, & ejus Sacramenta, inſtituta, ritus, & cæremoniæ omni ex parte ſanctitatem redolent. Et demum dicitur ſancta; ſanctum enim ex Iſidoro *lib. 10. Etymol.* dicitur quaſi ſanguine tinctum; & Eccleſia ſãguine Agni Chriſti eſt reſperſa, & tincta. Di-

Digitized by Google

5 Dico III. Vera Chriſti Eccleſia eſt Catholica.

Eccleſia Chriſti nominatur catholica ex multiplici capite. Primò καθολικὴ Græcè dicitur id, quod per totum Orbem diffunditur; & Eccleſia Chriſti eſt per totum Orbem diffuſa, & non definita terminis unius Provinciæ, veRe gni, ad inſtar hæreticorũ cetuũ. Unde D.Th.*lib.4.deSymb.* cit c.ait: *Eccleſia totum mundũ poſſidet, & quacũque cõgregatio cujuslibet hæreſis in angulis ſedet.* Secũdò ratione temporum, vera enim Eccleſia ſemper fuit, & ſemper erit, aliæ verò ſectæ ſenſim intereunt. Tertio ratione perſonarum, indifferenter enim omnes vocat, & amplectitur, ſi velint conſequi ſalutem, & parere Evangelio Græcos, & Barbaros, Judæos, & Gentiles, Nobiles, & ignobiles, viros, & mulieres, Reges, & ſubditos. Quarto demum ex parte doctrinæ fidei, quæ univerſaliter eſt vera, & omnia continet neceſſaria ad bonos mores, docet omnem virtutẽ, & omne peccatum prohibet.

6 Dico IV. Vera Eccleſia eſt Apoſtolica.

Dicitur Eccleſia Apoſtolica ex triplici capite. Primò, quia à Chriſto eſt inſtituta, qui eſt Apoſtolus Heb.3. *Pontifex, & Apoſtolus confeſſionis noſtræ.* Secundo, quia ſuper fundamentum Apoſtolorum eſt ædificata, ut dicitur ad Eph.2. Tertio, quia in Eccleſia legitima ſucceſſio Epiſcoporum, qui ſunt homines Apoſtolici viget, & conſervatur ad hæc uſque tẽpora eſt indeficienter dedrcta.

Ex dictis evidenter infertur, Romanam Eccleſiam habere quatuor prædictas notas veræ Eccleſiæ, quæ nullatenus Luteranorum, vel Calviniſtarum ſectæ conveniunt. Una ergo eſt Eccleſia Romana, & ratione unius Capitis viſibilis, ſcilicet Pontificis Romæ ſedentis, & ratione unitatis corporis miſtyci, & ratione unitatis mediorum, & ratione finis, & ratione unitatis principii. Sancta quoque eſt, & ratione ſanctitatis Fidei, & ratione morum, & ratione cultus, & quia tincta eſt, & aſperſa ſanguine Agni Chriſti. Eſt etiàm Catholica, quia ex Urbe Roma per totum mundum eſt diffuſa, ita ut in omnem terram exivit ſonus illius; & ratione temporum, perſonarum, & ratione doctrinæ Fidei. Et denique Romana Eccleſia Apoſtolica eſt à Divo enim Petro fundata Principe Apoſtolorum, & ejus ſanguine reſperſa, & inviolata perſeveravit ſine ulla ſuorum Pontificum interruptione.

7 Quoque evidenter infertur, has notas convenire non poſſe ſectæ hæreticorum. Deficit enim illis unitas, cum nullum agnoſcant caput viſibile quod ſit infallibilis interpres Fidei, & cujus ſententiæ neceſſariò ſit adhærẽdum, ut compertum eſt in hujus temporis hæreticis, qui hæreſim lutheranam in centum, & amplius diverſas ſectas diſtraxerunt, & aliud hodie, aliud cras credunt. Sanctitas quoque ab eorum aula receſſit, tàm in intellectu, quàm in voluntate, eorum enim doctrina multa dogmata apertè falſa, & erronea continet. Unde dixit Auguſt.*lib.de Vera Religione c.8. Non ex alijs hominibus fiunt heretici, quàm ex ijs, qui ſi in Eccleſia permanſiſsēt propter vitæ turpitudinẽ, nihilominus periiſsent.* Ne-

Digitized by Google

Neque nomen Catholicæ convenire poteſt ſectæ Luteranorum, & Calviniſtarum, eorum enim doctrina nondum in Aſiam, Aphricam, Ægyptum, aut Græciam pervenit. Et demũ eadem ſepta neque Apoſtolica poteſt dici, ut evidens eſt; eo maximè, quia Lutherani, & Calviniſtæ ſuam ſucceſsionem ab Apoſtolis ad ſeipſos ſine ulla interruptione nequeunt oſtẽdere. Unde Tertullianus in *lib. de Præſcript.* ait: Edant origines Epiſcoporum ſuorum ab initio, & per ętates decurrentium, ſic enim Eccleſię Catholicæ, et Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt.

DUB. III.

An ſoli Petro, non verò aliis Apoſtolis, ſupremum regimen, ſeù Primatus totius Eccleſiæ fuerit à Chriſto conceſſum.

1 SUppono pro certo [contra hæreticos] In Eccleſia Chriſti debere omninò dari aliquem Judicem certum, & viſibilem; qui auctoritate infallibili dirimat lites, circa fidem exortas; hunc autem non alium eſſe, quàm Romanum Pontificem Petri ſucceſſorem, quòd ſic oſtenditur: Talis Iudex non poteſt eſſe ſcriptura, neque privatus uniuſcuiuſq; ſpiritus, neque aliquis Princeps ſecularis, ergo reſtat quòd ſit Romanus Pontifex. Conſequẽtia patet ex ſufficienti enumeratione. Probatur antecedens, quò ad ſingulas partes.

Non ſcriptura. iſta enim non continet omnia, [licet multa] quæ debent fide Divina credi; verbi gratia, quòd hæretici non ſint rebaptizandi, & alia hujuſmodi, ergo ſola ſcriptura non eſt regula fidei.

Non ſpiritus privatus. Regula enim fidei, debet eſſe nota, & infallibilis; ſpiritus autem privatus, notus eſt illi tantùm, qui talem ſpiritum habet; & eſt fallax, cum enim hæretici variarum ſectarum profitentur, ſe ſpiritum illum habere, & inter ſe contraria doceant, manifeſtum eſt aliquos falli, & unicuique non aſſiſtere ſpiritum veritatis infallibiliter.

Neque Judex ſecularis. Poteſtas enim judicandi de rebus fidei eſt ſupernaturalis; quia eſt ordinata ad fidem ſupernaturalem, quæ eſt æterna hominum ſalus; poteſtas autem ſecularium Principum eſt naturalis, & civilis, cum ordinetur ad bonum politicum conſervandum.

Unde inter alios Principes Theodoſius Iunior in *Epiſtola ad Synodũ Epheſinam* ſic ait: *Illicitum eſt, eum, qui non ſit ex Ordine Sanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.* Et Conſtantinus Magnus *apud Ruffinum lib.* 10. *hiſtoriæ cap.* 10. ait Epiſcopis, qui ad Nicenam Synodum convenerant: *Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem dedit vobis, de nobis quoque judicandi; & ideò nos à vobis rectè judicamur, & ideò his omiſſis illa, quæ ad fidem Dei pertinent abſque ulla animorum contentione diſtinguite.*

Et ſi aliquando ſeculares Principes Conciliis interfuerint, hoc fuit, *ut poci ſtuderent, faverent veritati, foverent concordiam, tumultus comprimerent, & revocarent diſcrepãtes*

Digitized by Google

te veritati; ut loquitur Euſebius apud Baronium.

2 Relinquitur ergo, quòd ſolus Romanus Pontifex ſit Iudex controverſiarum fidei. Unde egregiè ſchola Pariſienſis in *refutatione errorum Maleſoni*. ait. *Ad Sanctam Sedem Apoſtolicam pertinet, auctoritate judiciali ſuprema, circa ea, quæ ſunt fidei judicialiter definire; ex eo quòd fides numquam ex vi promiſſionis Chriſti Petro factæ, poterit deficere.* his ſuppoſitis.

3 Dico. Soli Petro primatus, ſeù regimen ſupremum totius Eccleſiæ fuit à Chriſto conceſſum; non verò aliis Apoſtolis. Hæc poſitio eſt cōtra Lutherum, Calvinum, & alios hæreticos, tamen eſt de fide.

4 Oſtenditur ex locis Sacræ Scripturæ. Matth. 16. ſic Chriſtus Petrum alloquitur. *Beatus es Simon Barjona, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi; & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam; & tibi dabo claves Regni Cælorum.* Sed in his verbis Chriſtus ſingulariter Petrum alloquitur, non alios Apoſtolos, ſingulariter enim eum laudat ob confeſſionem fidei; addito etiã nomine Patris Simon Barjona, ideſt filius Joannis. ergo &c.

5 Manifeſtatur quoque ex illo Ioann. 21. ubi Chriſtus dedit Petro propter excellentem fidei confeſſionem poteſtatem paſcendi Agnos, & oves his verbis. *Simon Ioannis diligis me plus his? Paſce agnos meos, paſce oves meas*: ubi Petrum ab omnibus aliis diſtinguit; & Agnos primò, & poſtea oves illi commendavit; per Agnos Populus, & per oves Paſtores ſignificantur, & Patres Populi. Unde Euſebius Emiſſenus *ſer. de nativ. S. Ioann.* ait: *Prius Agnos, deinde oves Petro commiſit, quia non ſolùm Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus Agnos, paſcit oves, paſcit filios, paſcit & matres, regit & ſubditos, & Prælatos, omnium igitur Paſtor eſt, quia præter Agnos, & Oves in Eccleſia nihil eſt.*

6 Ratione quoque ſuadetur. Supremum regimen Eccleſiæ eſt Monarchicum, non Ariſtocraticum, ergo ſoli Petro, non aliis Apoſtolis à Chriſto fuit conceſſum. Conſequentia tenet. In hoc enim differt regimen Monarchicum, & Ariſtocraticum, quia in Monarchia unus ſolus regit, & imperat, in Ariſtocratica plures regnant. Antecedens probatur. Primò ex ſcriptura. Nam Eccleſia in ſcriptura ſolet deſignari per ea, quæ habent ſtatum Monarchicum; Unde Danielis 2. comparatur Regno. *Suſcitabit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & ipſum ſtabit in æternum.* Cantic. 4 comparatur ordinato exercitui. *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 7. comparatur corpori humano. *Quàm pulcri ſunt greſſus tui filia Principis. Iunctura feminum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis, &c.* 1. ad Tim. 3. comparatur domui: *Si quis autem domui ſuæ præeſſe: quomodò Eccleſiæ Dei diligentiam habebit.* 1. Petri 3. comparatur Navi: *Cum fabricaretur arca, in qua pauci, ideſt octo animæ ſalvæ factæ*

facta ſunt per aquam. Ioannis 10. comparatur ovili. *Fiet unum ovile, & unus Paſtor*, quæ omnia ab uno ſupremo moderatore gubernantur; ergo, &c.

Secundò idem antecedens probatur. Nam eſt dicendum, quòd Chriſtus in lege nova Eccleſiæ ſuæ negavit, id quod conceſsit Sinagogæ in lege veteri; ſed Sinagoga per unum ſupremumSacerdotem monarchicè eſt gubernata, ut patet Deut. 7. ergo &c.

7. Tertiò. Eccleſia militans eſt imago, & ſimilitudo Triumphantis: ergo in Eccleſia Triumphante, præter Deum, & Chriſtum præſidet primus Angelus, à quo cæteri illuminantur, & perficiuntur, ita in militante præter Deum, & Chriſtum admittendus eſt aliquis Monarcha, à quo regatur, & gubernetur; & iſte alius non eſt, niſi ſolus Romanus Pontifex.

9 Quartò. Regimen monarchicum eſt omnium perfectiſſimũ: ergo hũc, & non aliud debet Eccleſiã habere. Antecedens patet ex Ariſtotile 8. *Ethic. c.* 10. Nam in Democratico, in quo omnes gubernant, & Ariſtocratico, in quo optimates dominantur, nullus eſt ordo; & ſi in Ariſtocratico aliquis ordo relucet, non eſt inter optimates, cum iſti ſint pares, & unus non habet in alio poteſtatem; ergo regimen Monarchicum eſt perfectiſſimum omnium, utpotè magis ordinatum.

10. Igitur ſi Apibus unus eſt Rex: in gregibus unus Dux: in armentis unus Rector. Grues unam ſequuntur ordine litterario: in mari unus eſt Gubernator, in exercitu unus Dux, in Regno unus Imperator; in Domo unus Paterfamilias, in corpore unum caput; quanto magis unus debet eſſe Monarcha in Eccleſia.

11 Noſtram catholicam concluſionem, variè cum ſuis argumentis tentant hæretici. Primò auctoritate Cypriani *lib. de unit. Eccl.* ait: Hoc erant utique cæteri Apoſtoli, quòd fuit Petrus, pari conſortio prædìti, & honoris, & poteſtatis; ergo omnes Apoſtoli fuerunt pares in poteſtate: ac proinde primatus Eccleſiæ non fuit conceſſus ſoli Petro, ſed etiam aliis Apoſtolis.

12 Confirmatur. Nam Petrus nunquam exercuit primatum, & juriſdictionem in alios Apoſtolos; imò & miſſus fuit cum Ioanne ad Sammaritanos, ut dicitur Actor. 8. & fuit à Paulo reprehenſum, ut dicitur ad Galat. 2.

13 Reſp. ad argumentum, quod ſinguli Apoſtoli habuerunt à Chriſto poteſtatem prædicandi Evangelium ubique terrarum, & ligandi, & ſolvendi, & faciendi omnia, quæ erant neceſſaria pro converſione mundi; & ſic æquales erant in poteſtate ordinis, ac in Apoſtolatus dignitate; non tamen in ratione officii Paſtoralis. Et ſic intelligendus eſt Cyprianus.

14 Reſp. ad confirmationem nego antecedens; Tum quia non omnia, quæ Petrus fecit ſcripta ſunt; Tum etiam, quia cum Apoſtoli benè ſe gererent in eorum adminiſtratione, utpotè quia à Spiritu Sancto regerentur, non opus erat, quòd Petrus exerceret ſuam poteſtatem erga illos. Ultra quam quòd Petrus in multis ſe ſuperiorem oſtendit, ut in electione Matthiæ, in promulgatione legis E-

Digitized by Google

vangelicæ die Pentecoſtes, in abrogatione veteris legis, & ſemper fuit primus in dicendo, & primo loco ab Evangeliſtis ſemper recenſetur, & nominatur; & hoc non quia erat inter Apoſtolos provectior ætate; nam Andreas erat ſeniorPetro.neque quia primus eſſet vocatione; duo enim prius ſunt vocati, ut dicitur Ioann. 1 neque quia reliquis Apoſtolis donís præcelleret;Ioannes enimVirgo erat, Propheta, & Evangeliſta, & magis à Chriſto dilectus; ergo inditium eſt, quòd nomen ejus prius ponitur, eò quia cæteris præcellebat dignitate,& primatu.

Ad id, quod additur de miſſione Petri, dico illam miſſionem non arguere inferioritatem, aliàs Filius, & Spiritus Sanctus in diviuis eſſent inferiores Patre, quod eſt falſum; ac etiam talis miſſio non fuit imperata, ſed communi conſilio facta.Quod verò ſubjungitur de reprehenſionePauli dico licere inferiori, ſuperiorem reprehendere ex charitate, maximè ſi peccat cum ſcandalo aliorum; & in hoc maximè humilitas Petri eluxit: Unde D.Gregorius hom.18. in Ezechielem ait.*Tacuit Petrus,ut qui primus erat in Apoſtolatus culmine, primus eſſet in humilitate.*

D U B. IV.

An auctoritas regendi Eccleſiam ſit in Petro extincta, ac proinde non tranſeat in ſucceſſores.

1 DIco I. Auctoritas regendi Eccleſiam univerſalem trãſit ad ſucceſſores Petri. Hoc de Fide habetur contra hæreticos.

Hæc concluſio deducitur ex illis verbis Chriſti Matth.16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; quibus verbis dicitur, quòd Petrus ſit fundamentum Eccleſiæ; ſed de ratione fundamenti, non eſt ſolum ædificium inchoare,ſed etiam illud perpetuò ſubſtentare, & conſervare; unde cum fundamentum adhuc durat, & non in perſona Petri, neceſſe eſt dicere in ejus ſucceſſoribus durare.

2 Colligitur quoque ex illis verbis Ioann.21. *Paſce oves meas*, quibus traditur Petro poteſtas paſcendi, & regendi omnes oves Chriſti; ſed Petrus per ſe non pavit, & rexit omnes oves Chriſti; ergo per ſuos ſucceſſores, quibus communicavit officium Paſtoris.

Probatur adhuc. Finis Chriſti in inſtituendo Pontificatum, non fuit in commodum Petri,vel ſupremi Põtificis,ſed in utilitatem Eccleſiæ;unde ait Auguſt.*de Paſtorib.cap.*1. *Quod Chriſtiani ſumus, propter nos eſt, quod verò Præpoſiti,propter vos*. Sed Eccleſia eſt uſque ad finem mundi permanſura; ergo moriente Petro non debuit interire ille ſupremus Pontificatus ad tamdiù remanere, quamdiù manet Eccleſia.

3 Probatur etiam ex facto Petri, qui proximus morti declaravit ſibi ſucceſſorem Clementem [& ſi Linus, & Cletus ſucceſſerunt, hoc fuit, quia Clemens, humilitatis cauſa, ceſſit Lino, & Cleto, qui fuerunt Adjutores Petri, quibus tamen defunctis ſucceſſit Clemens quartusPontifex;ſed Petrus non potuiſſet aliquem ſucceſſo-

rem

Digitized by Google

rem eligere, niſi à Chriſto didiciſſet dignitatem Paſtoralem ſemper forè in Eccleſia per unum aliquod ſupremũ caput conſervandam, ergo &c.

4 Dico II. Legitimus Petri ſucceſſor in primatu totius Eccleſiæ eſt Epiſcopus Romanus.

Hæc concluſio primo ex Conciliis manifeſtatur. Concilium enim Nicenum 1.*can.*39.ſic habet: *Sicut præeſt Patriarcha iis omnibus,qui ſub poteſtate ejus ſunt, ſic ille, qui tenet ſedem Romæ caput eſt, & Princeps omnium Patriarchbrum,quandoquidem ipſe eſt primus,ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos,& omnes populos eorum, ut qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos, & cunctam EccleſiamChriſtianam,& quicunque contradixerit à Synodo excommunicabitur.*

5 Secundò ex Concil. 2. Niceno *art.*2.ubi approbatur Epiſtola Adriani Papæ, in qua habentur hæc verba. *Cujus Eccleſiæ Romanæ fides per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet,omniumque Eccleſiarum* Dei *caput exiſtit.*

6 Tertiò ex Concilio Lateran. ſub Innoc.III.*cap.*5.ubi habetur: *Romana Eccleſia diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis dignitatem obtinẽs;utpotè mater univerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra.*

7 Quartò ex Con.Lugdun.ſub Gregorio X. ubi Concilinm vocat Pontificem *Vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri.*

8 Quintò ex Florent. ſub Eugenio in *Decreto unionis*, ubi ſic dicitur, *Item definimus Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificẽ in univerſum Orbem tenere primatum,& ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe B.Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium,totiuſque Eccleſiæ Caput,& omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in B.Petro paſcendi,regendi, gubernandi univerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe.*

9 Poteſt quoque noſtra concluſio ſic probari. Illa ſedes potiùs videtur ſuccedere Petri Cathedræ, quæ conſtanter ſervavit, & ſervat doctrinam Petri. At Romana Eccleſia potius eſt hujuſmodi, quàm alia Eeccleſia, ergo &c. Major patet. Probatur minor. Nam Romana Eccleſia ſemper pura, & illibata permanſit; reliquæ verò omnes quatuor Patriarchales, ſcilicet Alexandrina, Antiochena, Conſtantina, & Ieroſolymitana ſæpè à Fide defecerunt, ut videre eſt in hiſtoriis; ergo Romana Eccleſia potiùs quàm alia ſervat Petri doctrinam.

10 Adde, quòd in controverſiis Fidei,Sancti Patres ſemper recurrerunt ad Romanam Eccleſiam; & hodie ſic eſt in praxi; & in toto Orbe terrarum in cauſis hæreſis miſſi ſunt hæretici ad Romanum Pontificem, ut eorum hæreſes, vel retractarent, vel damnationem ſubirent.

11 In cujus veritatis confirmationem Romanus Pontifex ſuam auctoritatem, & juriſdictionem ſæpè exercuit, non ſolùm erga omnes Epiſcopos,& Archiepiſcopos, verùm in Patriarchas. Unde Nicolaus I.Epiſt. ad

Michaelem Imperatorem enumerat octo Patriarchas Conſtantinopolitanos depoſitos eſſe à Romanis Pontificibus; & Damaſus Papa depoſuit Patriarcham Flavianum Antiochenũ, & coegit Romam accedere; ſignum ergo eſt evidens Romanam Eccleſiam primatum ſuper omnes Eccleſias gaudere.

12 Quamplures auctoritates Sanctorum Patruum afferũt hic Doctores ad roborandam noſtram catholicam concluſionem, quæ brevitatis cauſa relinquuntur. Placet autem hic afferre tantùm auctoritatem D. Bernardi, qui alloquens Eugenium Romanum Pontificem *lib.2.de conſiderat.cap.*8 ſic ait: *Age indagemus diligentiùs quis ſis, quem geras pro tempore perſonam in Eccleſia Dei? Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noè, Patriarchatu Abraham, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, Petrus poteſtate unctione Chriſtus*, & poſt pauca. *Alii in partem ſollicitudinis, tu in plenitudine poteſtatis vocatus es: Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, tua extenditur, & in ipſos, qui poteſtatem ſuper alios acceperunt.* quid clariùs?

13 Aliqua argumenta tamen nobis hæretici proponunt cõtra primatum Romani Pontificis, quæ licet hic afferre, & diſſolvere, ut magis catholica veritas roboretur. Primò ergo arguũt: Nam Concilium Nicenum aſſignat non totum Orbem, ſed certam regionem regendam Romano Pontifici; ergo Romanus Pontifex non habet primatum in totam Eccleſiam. Probatur antecedens ex Can.6. illius Concilii, ubi dicitur. Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quia & Urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Ubi ut vides (ait Calvinus) Romanus Pontifex declaratur unus ex Patriarchis, non caput aliorum, & certa regio gubernanda aſſignatur.

14 Pro reſponſione noto, Romanũ Pontificem ultra ſummum Pontificatum totius Orbis, aliis tribus dignitatibus eſſe decoratum; prima, quod ſit Urbis Romæ Epiſcopus, ſecunda, quòd ſit Archiepiſcopus, tertia, quòd Patriarcha. Ut Epiſcopus, ejus poteſtas limitatur Romano diſtrictu; ut Archiepiſcopus, latiùs ejus poteſtas ſe extendit, ſic enim vicini Epiſcopi ſpecialiùs quàm reliqui totius Orbis ſubijciuntur; ut verò Patriarcha habet ſub ſuo Regimine, ut reliqui Patriarchæ quaſdam Provincias, multò tamen ampliores, quàm alii. Modo, his notatis.

Reſp. ad argumentum negando antecedens: ad cujus probationem dico; Nicenum Concilium non comparare Patriarcham Alexandrinum cum Romano Pontifice, ut Paſtore univerſali, ſed tãtùm ut Patriarcha Occidentis, & in eo ambos, ut Patriarchas parilem velle habere poteſtatem in Eccleſias variarum Provinciarum ſibi ſubditis, ut Patriarchis; quia in dignitate Patriarcatus Romanus Pontifex parilis mos eſt cum Patriarcha Alexandrino, & cæteris Patriarchis.

Reſp. ſecundò, & meliùs Patriar-

cham Alexandrinum debere gubernare illas Provincias, quia Romanus Pontifex ante omnem definitionem Conciliorum, conſuevit illi permittere regimen Ægypti, Lybiæ, & Pentapolis, & illas regit dependenter ab illius permiſſione, & in hoc eſt illi inferior.

15 Arguunt ſecundò. Nam Gregorius Magnus *lib.4. epiſt.32.* recuſat dici UniverſalisEpiſcopus, & hoc nomen reſpuit uti prophanum, & ſuperbiam præſeferentem; ergo &c.

Reſp. quòd Gregorius Magnus recuſat dici UniverſalisEpiſcopus, itaut ſit omnium Urbium Chriſtianorum ſolus Epiſcopus; ac proindè alii non ſint verè Epiſcopi, ſed tantùm illius Vicarii; non verò ût aliis remanentibus verè Epiſcopis ille curam habeat totius Eccleſiæ: ſicut enim reliqua corporis membra, quamvis pendeant ab influxu capitis, propria tamen munia obeunt: ſic Epiſcopi quamvis pẽdeant à Pontifice tamquam à capite univerſali, & omnis eorum poteſtas ab eo derivetur in ipſis, verè tamen ſunt Epiſcopi, & propria munera exercent: unde ſubdit Gregorius *lib. 7. epiſt. 69. ad Euſebium. Si unus univerſalis eſt, reſtat ut vos Epiſcopi non ſitis.* Ecce quomodo ipſemet ad argumentum reſpondit.

DUBIUM V.

An facta legitima electione Summi Pontificis, ſit de Fide Divina immediatè credendum, hunc numero Pontificem eſſe Petri ſucceſſorem?

1 PRo hujus quæſiti intelligentia, adverto, duobus modis aliquid poſſe dici de fide divina; uno modo immediatè, & formaliter; alio modo mediatè, & virtualitèr. Primo modo dicitur id, quod eſt immediatè revelatum à Deo, v.g. quòd Chriſtus ſit homo, ſecundo modo dicitur id, quod infertur ex una propoſitione immediatè revelata à Deo, v.g. quòd Chriſtus ſit riſibilis; hæc enim infertur ex illa Chriſtus eſt homo.

Dixi in titulo (legitima electione) nam difficultas procedit non de Pontifice, cujus electio non eſt legitimè facta, vel Eccleſia nullà declaravit, vel dubia, & non dùm Eccleſia determinavit; ſed de Pontifice, quem legitimè electum declaravit Eccleſia, & ipſum in verum, & legitimum acceptavit. Unde

2 Dico. Eſſe immediatè de fide, hũc hominem in particulari eſſe verum Pontificem, v.g. Clementem XI. qui hodie felicitèr regnat, ſuppoſito quòd eius electio Eccleſia declaravit validam, & legitimè factam.

Probatur. Immediatè eſt de Fide, quòd Eccleſia non poteſt errare in acceptanda regula noſtræ Fidei, ergo ab eo tempore, quo Eccleſia hunc numero hominem acceptat in regulam noſtræ Fidei, etiam de Fide eſt immediatè, quod talis homo ſit verè

re-

regula Fidei. Antecedens patet aliter Eccleſia eſſet defectibilis in acceptādis rebus Fidei per talem regulam;& ſic poſſet errare. Cum enim Pontifex aliquid definit de Fide credendum, eò ipſo proponit ſe uti regula noſtræ Fidei.

3 Reſtat hìc nobis contra propoſitam veritatem aliqua argumenta proponere,& diſſolvere. Primò ergo arguitur, quòd eſt immediatè de Fide, à Deo immediatè revelatur,ſed quòd Clemens XI. ſit verus Pontifex non eſt immediatè à Deo revelatum,ergo non eſt immediatè de Fide. Major patet. Probatur minor. Quæ à Deo ſunt revelata immediatè, vel ſunt in Sacrâ Scriptura, vel in traditione; ſed neque in Sacra Scriptura, neque in traditionibus hæc propoſitio eſt revelata Clemens XI.eſt verus Papa, ergo &c.

4 Antequam huic argumento occurram,noto cum Domin.à SS.Trin. *tom.3.Bibliothecæ Theologicæ lib.3. ſect.4.cap.*1c. Quòd quæ à Deo ſunt revelata, ſunt in duplici differentia. Aliqua sūt revelata in genere,ad hoc ut in genere crederentur, v.g.Deum omnia poſse, quæ contradictionem non involvunt; & in his revelatis,fidelis non tenetur credere in individuo; unde non tenetur credere,quòd Deus poſsit talem, vel talem creaturam producere, ſed ſufficit,quòd credat in communi, & in genere, quòd Deus omnia poteſt,& ſua potentia ſe extendat ad omne factibile. Aliqua ſunt revelata à Deo in genere,ad hoc ut in ſpecie crederentur, & in individuo, v.g. quodlibet generale Concilium,legitimè congregatum,& totam Eccleſiam repreſentans, verum eſt,& obligat fideles, ut definitiones ejus recipiant.Quilibet Pontifex legitimè electus, & acceptatus eſt verus Pontifex, & ſucceſſor Petri, ac Vicarius Chriſti. Iſte generales revelationes obligant fideles ad aſsenſum individualem circa tale Concilium in particulari, v.g.Nicenum,Tridentinum, &c. & ad credendum hunc numero Pontificem legitimè electum, & acceptatum, v.g. Clementem XI. eſse verum Pontificem.

Reſp. modo ad argumentum nego minorem, ad cujus probationem dico, quòd Clementem XI.eſse verum Papam,eſse revelatum in illa generali revelatione, qua Deus revelavit, quod ſumma poteſtas collata Petro tranſitura eſt ad ſucceſsores legitimos,& in illa alia revelationē. Eccleſia univerſalis, cum ſit columna, & fundamentum veritatis non poteſt errare in rebus Fidei. In iſtis enim univerſalibus propoſitionibus à Deo revelatis, continetur formaliter ut pars in toto iſta etiam particularis. Hic numero Pontifex ab Eccleſia acceptatus eſt verus Papa, & ſic immediatè eſt de Fide Clementem XI.eſſe verum Papam.

5 Secundò arguitur.Non eſt omninò certum talem hominem v.g. Clemente XI. eſſe ſubjectum capax dignitatis Pontificiæ; ergo non eſt de Fide immediatè, quòd talis homo ſit verus Papa. Cōſequentia patet,quod enim eſt de Fide debet eſſe certum. Probatur antecedens.Non eſt certum quòd talis Papa ſit validè baptizatus, cum non habeatur certitudo de intentione Miniſtri; ergo non eſt certum,

tum, quòd ſit capax talis dignitatis.

Reſp. diſtinguendo antecedens, certitudine morali, nego antecedens. Certitudine conſequentiæ Theologicæ, ſubdiſtinguo antecedenter ad acceptationem Eccleſiæ, concedo antecedens; poſt acceptationem Eccleſiæ, nego antecedens. Poſt enim acceptationem Eccleſiæ certum eſt certitudine conſequentiæ Theologicæ, quòd acceptatus ſit verè baptizatus, & ſubjectum capax dignitatis Pontificiæ, licèt ante acceptationem Eccleſia tantùm habeat moralem certitudinem. Et ſic hunc numero hominem eſſe verum Papam, eſt immediatè de Fide, non immediatione Fidei, ſed concluſionis Theologicæ.

6 Tertiò arguitur. Non eſt immediatè de Fide, quòd electio hujus numero Pontificis fuerit valida; ergo neque quòd ipſe ſit verus Papa erit immediatè de Fide. Antecedens patet, quia non eſt de Fide immediatè hos numero electores eſſe legitimos Cardinales, neque habuiſſe validam intentionem eligendi, neque ſervaſſe formam juridicam electionis, ſine quibus electio eſt nulla, & invalida. Probatur conſequentia. Non eſt verus Papa, niſi legitimè electus; ergo ut ſit immediatè de Fide, quòd aliquis ſit verus Papa, debet eſſe immediatè de Fide, quòd fuerit legitimè electus; ſed non eſt immediatè de Fide, quòd ſit legitimè electus; ergo neque quòd ſit verus Papa.

Reſp. negando conſequentiam. Licèt enim non ſit verus Papa, niſi legitimè electus; quia tamen electio legitima eſt quid prærequiſitum ad eam definitionem, qua Eccleſia declarat hunc numero hominem eſſe verum Papam; & Fides non verſetur ad ea, quæ ad definitionem prærequiruntur, ſed ſolùm circa definitionem ipſam. Ideò illa propoſitio Clemens XI. ritè electus eſt in Pontificem, non eſt immediatè de Fide; tamen eſt de Fide immediatè iſta Clemens XI. eſt verus Summus Pontifex: ſicuti à pari in definitionibus Pontificis fides non eſt de iis, quæ prærequiruntur ad tales definitiones, ſcilicet an præceſſit, vel non, diligens inquiſitio circa propoſitiones definitas; ſed de ipſis definitionibus. Ità à pari in præſenti. Claritatis tamen gratia ſit

DUBIUM VI.

An propoſitiones definitæ ab Eccleſia ſint magis certæ, quàm concluſiones demonſtratæ à Theologis?

1 NOto, quòd ut ait D. Thom. *in opere contra errores Græcorum* in verbis Lucæ 21. *Ego rogabo pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* In his verbis promiſſa eſt Petro Chriſti Vicario, & ejus ſucceſſoribus ſpecialis aſſiſtentia Spiritus Sancti, ad confirmandos omnes alios fratres in Fide, ideſt ad finaliter determinandum ea, quæ ſunt Fidei, & idem docet de Concilio Generali quando congregatur, & confirmatur auctoritate Pontificis. Unde Concilium Generale Ieroſolymitanum in Conciliis Apoſtolicis congregatum à Petro dixit proferendo definitionem. *Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis*, & ſimiliter dicunt alia

Con-

Concilia ex Sacroſancta Synodus in Spiritu Sancto congregata definito. His notatis.

2 Dico I. Propoſitiones definitæ per Eccleſiam, ſcilicet à Summo Pō tifice, vel Conciliis confirmatis per ipſum, ſunt magis certæ, quàm propoſitiones demonſtratæ à Thologo.

Probatur hæc aſſertio. Nam aſſiſtentia Spiritus Sancti promiſſa eſt Pontifici, & Concilio Generali ab eo congregato; & non eſt promiſſa huic, vel illi Thologo in ſuo diſcurſu Ariſtotelico, vel ſillogiſtico; ergo &c.

3 Dico II. Propoſitiones definitæ à Summo Pontifice, & Eccleſię Capite, vel Conciliis confirmatis ſunt immediatè, & directè de Fide Divina, & poſſunt accipi à Theologo ut dogmata, ſeu principia Fidei.

Probatur. Eccleſia proponendo hujuſmodi propoſitiones dicit viſum eſt, non noſtro diſcurſui, & demonſtrationi, ſed Spiritui Sancto, & nobis, ergo definiuntur per aſſiſtentiam Spiritus Sancti, ergo ſunt directè, & immediatè de Fide.

Confirmatur. Hæreſis immediatè deſtruit Fidem Divinam, quia facit hominem infidelem, ſed ſi quis pertinaciter negaret propoſitiones ab Eccleſia definita, directè tanquam hæreticus condemnatur, & anathematizatur, ut dicitur in Concilio Conſtanſienſi poſt *ſeſ*.45. ergo veritates ſic definitæ proponuntur tanquam per Fidem divinam credendæ, ergo tanquam dogmata Fidei, ergo, &c.

4 Dico III. Propoſitiones, vel diſcurſus doctrinales, quę abſolutè non definiuntur ab Eccleſia; ſed tantùm approbātur, et acceptantur tamquam probabiliores, & tamquam conformes, vel conformiriores rebus definitis; non ſunt de fide divina, nec poſſunt accipi ut principio fidei, ad aliquid concludendum.

5. Dico IV. Aliter Spiritus Sanctus aſsiſtebat ſcriptoribus Canonicis; aliter Eccleſiæ definienti aſsiſtit; iſtis aſsiſtebat per novam revelationem veritatum, juxta illud Pſal. Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi; imò dictabat illis, non ſolum ſententias, ſed etiam verba; ſed Summò Pontifici aſſiſtit non per novam revelationem, nec ut dictans ſingula verba, nec ſingulas rationes, quas affert; ſed tantùm quò ad decretum diffinitivum, & declarativum alicujus propoſitionis.

6. Unde Angelicus Doctor 2.2.*q*.1. *a*.7. ait quòd Articuli fidei quantùm ad ſubſtantiam, & ſucceſſu temporis non creverunt, ſed quantùm ad explicationem; quia quod antiqui crediderunt implicitè, nos credimus explicitè; vel quia multas veritates, quæ per Apoſtolos Eccleſia accepit tamquam revera revelatas, ſed occultas in lucē prodiit, & declarat; Unde nova definitio poſt Apoſtolos, non eſt nova fides, ſed fidei nova explicatio.

7. Aliqua argumenta contra dictas concluſiones proponuntur, & ſolvuntur. Primo. Canonizatio Sanctorum proponitur ab Eccleſia non tamquam de fide tenendâ, ſed infra fidē, tamquam fidei appendix; ergo ſimiliter propoſitio ab Eccleſia definita, non eſt de fide, ſed infra fidem.

Reſpond. quidquid ſit de antecedenti: nego conſequentiam & parita-

ritatem. Diſparitas eſt, quia Canonizatio Sancti directè non proponitur credenda, ſed colenda tali cultu, & invocatione propter motiva ſufficientia. Cæterum quando Eccleſia definit aliquam veritatem proponit illam credendam auctoritate divina.

8 Secundò arguitur. Propoſitio de Fide eſt revelata à Deo immediatè, ſed propoſitio definita ab Eccleſia non eſt à Deo revelata immediatè; ergo non eſt de Fide.

Reſp: diſtinguendo minorem, propoſitio definita non eſt revelata à Deo immediatè explicitè, & formaliter, cōcedo minorem: implicitè, & virtualiter, nego minorem. Implicitè enim, & virtualiter propoſitio ab Eccleſia definita eſt etiam à Deo revelata immediatè.

9. Dices; ergo propoſitio definita ab Eccleſia eſt propoſitio Theologica, non de Fide.

Reſp. negando conſequentiam, quia eſse revelatum virtualiter ſtat dupliciter, ſcilicet illativè tantùm, & tale revelatum pertinet ad Theologiam; & implicitè in quantùm revelatum eſt revera, & ſenſus eius intentus à Spiritu Sancto, ſed nobis occultus, quod poſtea per Eccleſiam fit manifeſtus, ut v.g. quòd Chriſtus habuit voluntatem humanam.

His tanquam neceſsariis ad intelligendum ſequentia præſimus in hac præambula diſputatione; iterum autem infra ſermo redibit de Infallibilitate decretorum Pontificis, & Concilii legitimè congregati.

Digitized by Google

LIBER PRIMUS

De Auctoritate Papæ circa Eccleſiæ Sacramenta.

PONtifex in Eccleſia Dei Militante eſt primus, & Summus Prælatus, ad quem omnes alii ſubduntur, & ſubordinantur. Primo ergo loco de illius auctoritate diſcurram per capita circa Eccleſiæ Sacramenta, & poſtea de aliis ad ipſum inferioribus. Vnde ſit.

DUBIUM I.

An Pontifex poſſit præcipere, ut in mortis articulo, certa deficiente materia, miniſtrentur Sacramenta cum materia dubia?

1 SUppono pro certo cum Angelico Doctore 4. *contra Gen.* c.76. quòd ſicut in Eccleſiâ Triumphāte unus præſidet, ſcilicet Deus, qui etiam toti preſidet Univerſo; ſic in Eccléſia Militante unus eſt, qui præſidet univerſis, ſcilicet Papa: Eccleſia enim Militans derivatur per ſimilitudinem ex Triumphante. Unde Ioannes in *Apoc. Vidit Hyeruſalem deſcendentem de Cœlo*. Hinc eſt, quod dicitur Oſeæ 1. *Congregabuntur filii Juda, & filii Iſrael pariter; & ponent ſibi caput unum*. Et Joann. 1. dicitur: *Fiet unum ovile, & unus Paſtor*. Et licèt Chriſtus ſit unus ſponſus, & unum caput Eccleſiæ; tamen quia corporaliter cum ſuis fidelibus præſentialiter non erat futurus elegit Miniſtros; & quia erat ſubtracturus ab Eccleſia ſuam corporalem præſentiam, oportuit ut alicui commicteret, qui loco ſui gereret curam Univerſalis Eccleſiæ: Hinc eſt, quod dixit Petro antequam Cœlo aſcenderet. *Paſce oves meas Joan. ultimo.* & ante paſſionem: *Tu iterum cōverſus confirma fratres tuos; Luc.* 22. Et Petro ſoli promiſit; *Tibi dabo claves Regni Cælorum*. Ut oſtenderetur poteſtas clavium, per eum ad alios derivanda, ad conſervandam unitatem Eccleſiæ.

2. Suppono ſecundo, ex doctrina D.Th.

D.Th.2.*ſent.diſt.ultima*. Quòd ſummus Pontifex habet in Eccleſia excellentiam poteſtatis, non ſolùm ſpiritualis, ſed etiam ſæcularis, & ideò illi præ omnibus eſt obediendum, & in his, quæ pertinent ad animæ ſalutem, & in his, quæ ad bonum civile; Et ſic Summus Pontifex poteſt ratione hujus ſupremæ poteſtatis unumquemque ratione delicti punire, & tallias, atque collectas imponere pro Reipublicæ Chriſtianæ conſervatione, ſicut Rex in ſuo Regno, ut docet idem D.Th.*de regimine Princip. l.3. c.*10.

3 Inſuper Summus Pontifex poteſt pro neceſſitate unius Patriæ accipere ſubſidium ab aliis mundi partibus, quia Eccleſia eſt unum corpus; & videmus in corpore naturali, quòd quādo deficit virtus in uno membro, natura ſubminiſtrat humores, accipiens virtutem ab aliis membris; ut habetur ex D.Tho. *ad Cor. c.*11. *l.*2. ſalva tamen ſemper juſtitia æqualitate; quia non poteſt pro ſuo libito res uniuſcujuſque uſurpare, & alteri dare, quia licèt habeat univerſalem juriſdictionem in Eccleſia; non tamen habet omnium rerum immediatam adminiſtrationem: Unde, ut ait D.Thom.4.*ſent. diſt.*25. *q.*3.*a.*3.*ad* 2. quamvis res Eccleſiæ ſint aliquo modo Papæ, non tamen ſunt ipſius, omnibus modis habendi, ſicut illud, quod manu habet, & ideo ſi pro aliquo ſpirituali munus acciperet, committeret ſimoniam. His prænotatis

4 Reſpondeo ad quæſitum affirmativè, quia præſcribere modum miniſtrādi Sacramenta ad Papam pertinet. Ita Præpoſitus *in* 3.*p.q.*83.*a.*4.*dub.*1. *nu.* 185. De Lugo *opuſc. de Sacram. c.*5. *n.*54. Villalob.*tom.*1.*diff.*13.*n.*1. Diana *tom.*3.*reſol.*3.& alii. Unde

Inferes primò, Papam poſſe præcipere, ut in articulo mortis infans baptizetur in quacumque minima parte corporis; ſi aqua non poſſet attingere majorem, etiam in digito, & mors immineret puero antequam egrediatur è ventre matris; & in tali caſu validum eſt baptiſmum. Ita Victoria *de bapt. n.*32.Henriq.*l.*2.*c.*7. *n.*2. Vaſquez *in* 3.*p.tom.*3.*diſp.*145.

5 Inferes ſecundò, Papam poſſe præcipere, ut in caſu neceſſitatis Mancus miniſtret Sacramentum baptiſmi, ut tenet Marſil.in 4.*q.*4.*a.*4. *dub.*11. Rubeus *q.*1. Cajetanus *in* 3.*p. q.*67.*a.*6. & alii.

6 Inferes tertiò ſecundùm Præpoſitum in 3.*p.q.*66.*a.*4.*n.*22. poſſe Papam præcipere, ut in articulo mortis infans baptizetur (ſi non adeſt aqua ſimplex naturalis) cum aqua roſacea, vel aqua ex herbis elicita; quia in tali caſu nulla irreverentia Sacramento irrogaretur.

7. Inferes quartò, Papam poſſe præcipere, ut moribundus abſolvatur, etiā ſi non explicet aliquod peccatum in particulari, ſed tantùm ſigna contritionis demonſtret, ut habet Diana *tom.*3. *reſ.n.*6.

8 Nota tamen, quòd in omnibus ſupradictis caſibus, ſi recipientes Sacramenta ſupervixerint, denuo eſſent eis miniſtranda Sacramenta ſub conditione; per hoc enim providetur ſaluti animarum, nec ſubeſt reiterationis periculum, cum hoc excludat conditio appoſita. Ita *de Bapt.* definit Alex. III. Leo Magnus *epiſtol.*35.*aliàs* 37.Greg. III.*cap.parvulos*, Conc.Cartag.V.*c.*6.

DUBIUM II.

Poſſit ne præcipere Pontifex, ut hæreticorum, & Apoſtatarum Filii infantes, invitis Parentibus baptizentur?

1. Reſp. Affirmativè. Si parentes ſint directè ſubjecti juriſditioni ſpirituali Eccleſiæ, quales ſunt non ſolùm illi, qui profitentur Fidem Chriſtianam, ſed etiam omnes, qui ſunt baptizati, etiam ſi ſint hæretici, vel ſciſmatici, eorum filii ſi veniant in poteſtatem Eccleſiæ, contradicentibus parentibus, & invitis adhuc baptizandi ſunt.

Ratio eſt. Tum quia Eccleſia poteſt compellere ipſos Parentes ut veram fidem profiteantur, ergo etiam poteſt eos compellere, ut ſuos filios offerant ad baptiſmum: Tum etiam quia Eccleſia habet directam juriſditionem ſupra ipſos infantes, qui naſcuntur ex parentibus baptizatis, atque adeo ſibi ſubditis; ergo habet poteſtatem filios baptizandi, invitis etiam parentibus. Ita Hurtad. *de Sac. bap. diſp.* 3. *diff.* 4. Præpoſ. *in 3. p. D. Th. qu.* 68. *art.* 10., & omnes expoſitores.

2. Et quamquam non licent filios Infidelium invitis Parentibus baptizare; tamen quando alter Parens ſit fidelis licet filios baptizare; quia ut ait Præpoſitus *in 3. p. D. Th. q.* 68. *art.* 10. *num.* 44. Jus ſingulorum in prolem eſt æquale; & ſic quando alter ſubditur Eccleſiæ illa ratio ſubditi eſt in favorem Religionis, quamvis Comparens infidelis repugnat: Unde Gregorius XIII. ſtatuit, ut Parvulus, qui non habet Patrem, ſed tantum Avum Paternum, ipſo conſenſiente debet baptizari, etiam Matre Infidelis invita; quanto magis qui habet Patrem fidelem.

3. Infideles autem tantum politicè ſubjectis Principibus Chriſtianis, ſi filios generent, non poſſunt invitis Parentibus baptizari; quia numquam Eccleſia hoc procuravit; quod eſt Signum Eccleſiam, nec in Principibus, nec in ſe, hanc poteſtatem agnoſcere. Ita docet *D. Th. 3. p. q.* 68. *art.* 10., & communiter eius Expoſitores.

4. Et ſi petas? An filii Mancipiorum poſſint ipſis Parentibus invitis baptizari? Reſpondeo cum Soto, Hurtado, Durando, Præpoſito, Vaſquez, Coninchi., & alii apud Dianam affirmatiuè.

Ratio eſt. Tum quia licitum eſt Dominis, ſeparare Parentes ſervos, à filiis, & illos vendere, utendo dominii jure; eo autem ipſo quod ſeparentur, ita vt non ſubiiciantur infantes eorum gubernationi, ſunt ac ſi eſſent orbati Parentibus, ac proinde in poteſtate ſuorum Dominorum in omnibus.

5. Hoc tamen limita; dummodo filii ſeparentur à ſuis Parentibus (quod licitè facere poteſt Dominus), nam ſi ſint cum ipſi Parentes, iſtis invitis non poſſunt baptizari; quia licet Parentes ſint ſervi, tamen quamdiù filii manent cum illis, non poſſunt privari poteſtate quam habent erga ſuos alios cum dicta poteſtas habeat fundamentum in ipſa natura.

DV·

Digitized by Google

DUBIUM III.

An Papa poſſit Laico committere, ut ſolemniter miniſtret Sacramentum baptiſmi?

1 CErtum eſt. Solemniter miniſtrare Sacramentum baptiſmi ad ſolum Sacerdotem pertinere; & ad Diaconum ex ſpeciali commiſſione Sacerdotis, vel Epiſcopi; [licet Diacono non poſſit dari talis commiſſio ſolemniter baptizandi, niſi ob aliquam neceſſitatem, aut Eccleſiæ Utilitatem, puta ſi non eſſent Sacerdotes, qui poſſent ſolemniter baptizare.]

2 Certum quoque eſt in caſu neceſſitatis poſſe quemcumque eſſe miniſtrum baptiſmi, ſivè ſit ordinatus ſivè non, ſive ſit baptizatus, ſive non, ſive vir, ſivè mulier dummodo ſit capax abluendi, & intendat facere, quod Chriſtus inſtituit, & facit Eccleſia, ut definitur in Florentino in Decreto Eugenii ubi ſic habetur. *In caſu neceſſitatis, non ſolùm Sacerdos, vel Diaconus, ſed etiam Laicus, & mulier, imò etiam Paganus, & Hæreticus baptizare poſſunt.* Et *in cap. A. quoddam Judeo de conſecratione diſt.* 4. definitur Verum eſſe baptiſmum datum à Judeo ſub forma debita. Et Trid. *ſeſſ.7. cap.*4. definit Baptiſmum hereticorum eſſe ſimpliciter validum. Id vero, quod in præſenti dubio queritur eſt; An Papa poſſit Laico committere, ut in caſu neceſſitatis ſolemniter baptizet, &

3 Reſpondeo affirmativè. Nam munus ſolemniter baptizandi, non eſt conſtitutum ex Jure Divino, ſed Eccleſiaſtico, & ſic poteſt Pontifex, qui habet poteſtatem ſupra totum Jus Eccleſiaſticum illud committere Laico: Eſt communis inter Doctores.

4 Nota tamen, quod hîc ordo ſervandus eſt in baptizando puerum in caſu neceſſitatis. Primo poteſt Sacerdos. Secundo Diaconus, abſente Sacerdote. Poſtea Subdiaconus, abſente Diacono. Deinde minoribus initiati, abſente Subdiacono, poſtea qui habet primam Tonſuram, deinde vir, poſtea mulier, & Mulier fidelis præfertur Viro Infideli: Non ſervare autem hunc ordinem eſt peccatum ſecundum aliquos mortale; & per alios veniale, & ad majorem intelligentiam.

5 Queres primo. Mulier ſi in præſentia Viri baptizet peccat ne mortaliter; in caſu neceſſitatis; vel Vir laicus in præſentia Clerici, vel Clericus in præſentia Subdiaconi?

Reſp. cum Gonet *de Sac. bap. diſp.*1. contra Vaſquez *diſp.*147. *cap.*5. negativè. In hoc enim quod Fæmina Viro præferatur, & Laicus Clerico, & Clericus Subdiacono, licet reperiatur aliqua indecentia; eſt tamen levis, & ideo tantum venialis.

6 Queres ſecundo. An Clericus peccet mortaliter, vel etiam Laicus; ſi in præſentia *D*iaconi baptizent?

Reſp. Affirmativè. Nam Diaconus poteſt ex commiſſione Sacramentum baptiſmi conficere ſolemniter; quod multum accedit ad Miniſtrum ex officio, & ſic grave eſt quod in præſentia Diaconi ab alio efficiatur. Idem dic de Diacono baptizante in præſentia Sacerdotis; non tamen de Sacerdote in præſentia Epiſcopi, hæc enim eſt differentia, inter Diaconum, & Sacerdotem baptizantes, quod ille ex vi ſuæ ordi-

Digitized by Google

ordinationis, non eſt miniſter baptiſmi ex officio, ſed tantum ex commiſſione: Sacerdos vero habet baptizare ex vi ſuæ ordinationis.

7 Queres tertio. An in caſu neceſſitatis poſſit Pater, vel Mater filium baptizare?

Reſp. affirmativè: Neque per hoc amiſtunt jus petendi debitum conjugale; ut declaravit *Joannes VIII.*, & refertur *Can. ad lumina* 30. *q.* 1. ac etiam expreſſit in ſuo Rituali Paulus V. *de miniſtro baptiſmi*. Et eodem modo poſſunt Parentes circa propios filios exercere munus Patrini; non contracta cognatione ſpirituali. Ita Diana *de Poteſt. Pontif. reſ.*8.*n.*5.

8 Queres quarto. An Laicus baptizans in caſu neceſſitatis, in ſtatu peccati mortalis, peccet mortaliter?

Reſp. negativè. Quia obligatio miniſtrandi Sacramentum in gratia, non ſolùm oritur ex ſanctitate Sacramentorum, ſed etiam ex conſecratione Miniſtri per aliquod Sacramentum, quò deputatur ad tale munus præſtandum, per ſe, & ex officio: Laici autem licet in aliquo Sacramento ſint Miniſtri, non tamen adſtringuntur ita graviter ad ſanctè peragendum Miniſterium, quod illis non competit per ſe, & ex officio, ſed tantum per accidens ratione neceſſitatis: tamen ob inreverentiam peccant venialiter, cum poſſint primum conteri de peccatis, & poſtea miniſtrare Sacramenta in neceſſitate.

9 Queres quinto. An Sacerdos bapizando infantem in neceſſitate, & ſine olemnitate; in peccato mortali peccet mortaliter?

Reſp. negativè. Quia Sacerdos tunc non baptizat ſicut Miniſter ex officio, ſed tantum ſubvenit patienti neceſſitatem, ſicut Laicus: Et licet in hoc caſu Sacerdos præfertur Laico; non tamen miniſtrat, vt Miniſter ex officio, ſed tantum ſubvenit patientem, ſicut Laicus. Ita de Lugo *opuſ. de Sac. c.*2.*q.*8.*n.*63. contra Vaſquez.

10 Queres ultimo. An Laicus miniſtrans Sacramentum baptiſmi ſolemniter, ſuppoſita diſpenſatione Pontificis, ſi ſit in peccato mortali; peccet mortaliter?

Reſp. affirmativè. Quia in tali caſu confert Sacramentum, aliquo modo ex officio; ut in ſimili caſu, Diaconum baptizantem ſolemniter, ex commiſſione Sacerdotis, peccat etiam mortaliter, si eſt in ſtatu peccati mortalis. Ita Præpoſitus *in* 3.*p. q.*64. *a.*6.*d.*1.*n.* 38. Layman *l.*5. *tract.*1.*c.*5.*n.*8. Diana *tom.*3.*reſ.*8.*n.*9.

DUBIUM IV.

An Pontifex poſſit præcipere ſumptionem Sacramenti Confirmationis ſub peccato.

1 Suppono, quod Adulti non tenentur ſub præcepto ad recipiendum Sacramentum Confirmationis, per ſe & directè loquendo, quia ut ait D. Th. in 4.*d.* 7.*q.*3.*a.*2.*q.*1. *in corpore*. Sacramentum Confirmationis non eſt neceſſitatis, ſed utilitatis. Cum hoc non ſit præceptum, neque præcepto Divino, cum in nullo Sacræ Scripturæ loco habetur, ſicuti habentur præcepta de Baptiſmo, Eucharistia, & Pœnitentia. Neque traditione cum nulla ſufficiens traditio habeatur in Conciliis, Patribus, aut Eccleſia. Neque

hoc

hoc præceptum colligitur ex ipſa natura Sacramenti ; quia Sacramentum Confirmationis ſolum datur ad melius eſſe: Et ſi tale præceptum adeſſet maximè obligaret in mortis articulo, quod eſt falſum, Tum ex vſu Eccleſiæ: Tum ex Melchiade Papa *in cap. Spiritus Sanctus de conſecratione diſt.* 5. Ubi dicit hoc Sacramentum non eſſe neceſſarium hominibus morituris.

2 Dixi per ſe, & directè ; quia aliquando per accidens, & indirectè Adulti tenentur hoc Sacramentum recipere, puta ratione ſcandali, ut ſi aliquis putaretur hoc Sacramentum omittere, eo quod eum contemneret, aut non crederet eſſe Sacramentum; vel ratione propriæ conſcientiæ, quando ſcilicet aliquis ſibi perundet quod abſque tali medio tentationes contra Fidem non ſuperabit, & credit ſibi periculum deficiēdi à Fide niſi roboretur hoc Sacramento.

3 Suppono ſecundo, Effectum proprium Sacramenti Confirmationis eſſe augumentum gratiæ ; quò homo roboratur ad Fidem profitendam, & acquirit jus ad ſpecialia auxilia, ut docet D.Th. *de Sac.Conf.a.*7. ubi ait, quod in Confirmatione datur baptizato Spiritus Sanctus ad robur, ſicut Apoſtolis datus fuit in die Pentecoſtes.

4 Suppono tertio. Materiam proximam Sacramenti Confirmationis eſſe Vnctionem Chriſmatis [Chriſma autem conficitur ab Epiſcopo, ex oleo olivarum, & balſamo] in fronte per manum Epiſcopi in forma Crucis factam. Formam autem eſſe hanc, qua utitur Romana Eccleſia. Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. His ſuppoſitis.

5 Reſpond. ad quæſitum. Affirmativè. Patet de facto, nam Pontifex hoc præcipit qui ordines ſuſcipere debent, ut patet in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. c.4. *de reformat.* his verbis. Prima Tonſura non initietur qui Sacramentum Confirmationis non ſuſceperit. Quæ verba ſunt præceptiva, non tantum conſiliativa.

DUB. V.

An Papa poſſit delegare ſimplici Sacerdoti poteſtatem Miniſtrandi Sacramentum Confirmationis?

1 SUppono, quod Miniſtri Ordinarii Confirmationis ſunt, ſoli Epiſcopi, ut definitur in Florentino *in Decreto Eugenii*, & in Trid. *ſeſſ.7.c.3. de Confirmatione*, & *ſeſſ.*23. *c.*7. Ubi anathematizantur illi, qui dixerint poteſtatem Confirmandi, & ordinandi, quam habent Epiſcopi eſſe communem cum Presbyteris. Et circa hoc triplex congruentia poteſt aſſignari. Prima eſt D. Thom. 3. *p. de Confirmatione a.*11., & deſumitur ex ſimilitudine, tum artis, tum humanorum contractuum. In ædificiis namque Inferiore Miniſtri formam non præbent, ſed tantum præparant materiam, & Scriptore Principis, non ſubſcribuntur in literis, ſed Ipſi Principes propria manu: Sic cum Eccleſia ſit Quoddam Divinū Ædificium, ut dicitur ad *Cor.* 3. Ædificium Dei eſtis; Item Epiſtola quædam Spiritus Dei in cordibus ſcripta 2. *ad Cor.* 3. Licet enim hoc Ædificium, hæc Epi-

ſtol-

ſtola per baptiſmum Sacerdotum Miniſterio ædificetur, & ſcribatur; quia tamen per Confirmationis Sacramentum Domus quaſi ædificata perficitur, & dedicatur in Domum Spiritus Sancti. Et Epiſtola jam ſcripta ſigno Crucis conſignatur Munus hoc ſolis Pontificibus, ſeu Principibus Eccleſiæ incumbit ex officio.

3 Secunda congruentia eſt. Quod ſolus Epiſcopus in Eccleſia eſt veluti Dux in exercitu, ad quem pertinet Milites recipere, & conſignare.

4 Tertia congruentia eſt. Quod cum Sacramentum Confirmationis ſit perfectio, & conſummatio baptiſmi, & Epiſcopus ſit in ſtatu perfectionis, proprium ejus munus eſt, Inferiores medio hoc Sacramento perficere, & conſtituere Chriſtianos perfectos. His notatis.

5 Reſpond. affirmativè. Poteſt namque ſimplex Sacerdos ex diſpenſatione Papæ miniſtrare Sacramentum Confirmationis. Eſt D. Th. *de Sac. q. 38. a 4. ad primum.* Verricelli *tract. de Miſſionibus Apoſtolicis*, ubi citat pro ſua ſententia quinquaginta ſex Doctores.

Probatur. Valet arguere de actu, ad potentiam, ſed de facto Summus Pontifex hanc facultatem delegavit ſimplici Sacerdoti ergò, &c. major. patet. min. prob. Nã pro Indis hanc facultatẽ conceſſerunt fratribus minoribus Joannes XXII., & Leo X. ut patet ex Roderico in ſuo Bullario Regularium in Bulla III. Item Gregorio XIII. hoc conceſſit Patribus Societatis Jeſu, ut teſtantur Arcudius, Suarez, Candidus, & alii: Imò Averſa *q. 72. ſect. 5. concl. 3.* aſſerit, quod in Italia Abbas Sanctæ Barbaræ Mantuanus habet facultatem à Sede Apoſtolica Confirmandi. Item Sacerdotes Græci ex licentia Summi Pontificis tacita, vel expreſſa poſſunt Confirmare, quam approbavit Eugenius, & Concilium. Et Aguſtinus ait, quod in Alexandria, & per totum Ægiptum ſi deſit Epiſcopus conſignat Presbyter.

6 Queres An Epiſcopi poſſint dare Presbyteris facultatem confirmandi.

Reſpond. negativè. Probatur; Tum ex Florentino. Nam in Decreto Eugenii refertur ut ſpecialis prærogativa Sedis Apoſtolicæ, quod per ejus diſpenſationem aliquando ſimplices Sacerdotes confirmaverint, clarè inſinuans, id nec conceſſum fuiſſe ab aliis Epiſcopis, nec ſi concederetur valere. Tum ex D. Th. *de confirmatione a. 11.* Ut enim probet Summum Pontificem poſſe concedere facultatem confirmandi ſimplici Sacerdoti, recurrit ad plenitudinem poteſtatis, quæ ſola eſt in Romano Pontifice, ergo cenſet Epiſcopos non poſſe concedere Presbyteris, ut confirment, idque eſſe reſervatum Iure Divino ſolo Romano Pontifici.

7 Suadetur etiam hoc ratione; Nam quæ ſpectant ad regimen totius Eccleſiæ de Iure Divino ſolo Romano Pontifici competunt, cum illi ſoli à Chriſto Domino Eccleſia ſit commiſſa. Unde ſolus Summus Pontifex poteſt determinare Dogmata Fidei; non Epiſcopus; ſed providere de idoneo Miniſtro Confirmationis ſpectat ad regimen totius Eccleſiæ; Ritus enim Sacramentorum pertinet ad regimen totius Eccleſiæ, ergo committere Presbyteris, ut confirment de Iure Divino

Digitized by Google

vino Summo Pontifici eſt reſervatum. Vnde, ut viſum eſt numquam Epiſcopi Sacerdotibus hoc Sacramentum commiſerunt, ſignum ergo eſt, non habere hoc Privilegium, ſed ſolum hanc poteſtatem reſidere in Chriſti Vicario Summo Pontifici.

8 Queres. An Pontifex legitimè electus, & non adhuc conſecratus habeat facultatem conferendi ſimplici Sacerdoti poteſtatem confirmandi.

Reſpond. affirmativè. Quia hoc ei competit ex plenitudine poteſtatis, quam habet in Eccleſia, & hanc habet etiam ante conſecrationem, ut ait Sotus.

9 Hanc autem facultatem confirmãdi tributa Sacerdoti ſimplici, ſi non ſit expreſsè limitata, vel verba non reſtringantur ad Vitam concedentis, non expirat mortuo Pontifice, ſed durat; quia hæc conceſſio eſt gratia, & favor, & conſequenter eſt amplianda, etiam mortuo Pontifice, ut tenent Henriquez, Suarez, Præpoſitus, Diana, & alii.

DUBIUM VI.

An Pontifex poſſit variare modum benedictionis. Chriſmatis?

1 Reſpondeo affirmativè. Quia talis benedictio quò ad modum fuit ab Eccleſia Inſtituta; & non à Chriſto; ergo Papa poteſt illam variare, & aliam deſignare pro diverſitate temporum, & Regionum.

2 Adverte tamen[circa materiam hujus Sacramenti], quòd eſt Oleum olivarum admiſtum cum balſamo, ita tamen quod mixtio balſami, non ſolùm ſit de neceſſitate *Præcepti*, ſed Sacramenti, & colligitur ex D. Thom. *de Sacram. Confirm. a.* 2. ubi abſolutè affirmat, materiam hujus Sacramenti eſſe Chriſma ex oleo, & balſamo confectum, & 4. *cont. gen. c.* 60. inter ea, quæ ad eſſentiam Sacramenti Confirmationis pertinet numerat balſamum. Item *in* 4. *diſt.* 7. *q.* 1. *a.* 2. ait: materiam Confirmationis eſt oleum balſamatum. Idem conſtat ex florentino *in decreto Eugenii*, ubi ſic legitur. Secundum Sacramentum eſt Confirmatio cujus materia eſt Chriſma, confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo quod odorem ſignificat bonæ formæ; Unde colligitur, quod ſicut oleum pertinet ad eſſentiam materiæ Confirmationis, æquè, & balſamum pertinebit: Et ſic Pontifex, non poteſt diſpenſare, ut Sacramentum Confirmationis cum ſolo oleo olivarum miniſtretur; Licèt enim Papa poſſit diſpenſare ea, quæ ſunt de neceſſitate Præcepti; non tamen poteſt diſpenſare ea, quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti.

3 Nota hic, quod ſi Epiſcopus conſecret Sacramentum Chriſmatis in peccato mortali, ſecundum aliquos peccat mortaliter; tamen probabile eſt, non peccare niſi venialiter, ſecluſo ſcandalo, ut ait Villalobos, Diana, de lugo, & alii.

4 Queres. An Pontifex poſſit dare facultatem ſimplici Sacerdoti conſecrandi Sacramentum Chriſma?

Reſp. affirmativè. Nam Summus Pontifex [ut dictum eſt] poteſt committere ſimplici Sacerdoti, ut Sacramentum Confirmationis miniſtret,

Digitized by Google

ergo etiam poteſt diſpenſare ut Chriſma conficiat; majus eſt enim diſpenſare in Miniſtro, quam in materia, quæ Miniſtro deſervit. Licet enim confectio Chriſmatis non niſi ad Epiſcopum pertinet, tamen verum eſt, Epiſcopum eſſe Ordinarium Miniſtrum confectionis materiæ Sacramenti Confirmationis; non tamen Miniſtrum eſſentialem. Unde licèt numquam legatur, Pontificem hoc diſpenſaſſe, non tamen ſequitur, non poſſe diſpenſare; nam ſola facti diſpenſatio, non arguit defectum poteſtatis in Papa.

5. Nota hic obiter; quòd Papa poteſt diſpenſare, ut infantes ante uſum rationis Confirmentur; priùs enim hoc Sacramentum miniſtrabatur cum baptiſmo; licèt hodie non liceat, niſi ex uſu Eccleſiæ.

6 Vnde etiam Epiſcopis licebit in aliquibus caſibus miniſtrare hoc Sacramentum Pueris ante uſum rationis; puta ſi Epiſcopus diù ab futurus ſit à Diœceſi, vel ſi infans ſit in periculo mortis, ſi infans ſit filius Principis, vel ſi conſuetudo id habet. Et ſi Epiſcopus abſque cauſa aliqua puerum ante uſum rationis confirmaret peccaret tantum venialiter, ut tenent Hugnus, Præpoſitus; Filluc. Hurt. Coninch. Diana, & alii.

DUBIUM VII.

An Papa poſſit diſpenſare, ut aliquis numquam teneatur confiteri.

1 POſtquam egimus breviter de poteſtate Pontificis circa Sacramentum baptiſmi, & Confirmationis; nunc æquum eſt diſcurrere de poteſtate circa Sacramentum pœnitentiæ: Unde pro intelligentia omnium, quæ dicturi ſumus circa hoc Sacramentum.

2 Suppono primò contra Calviniſtas. Sacramentum Pœnitentiæ diſtingui à Sacramento baptiſmi: Baptiſmus enim regenerat animam ad gratiam, Pœnitentia verò ſuſcitat animam jam mortuam peccatis, ad eamdem gratiam. Differunt ergo Sacramentum baptiſmi, & Pœnitentiæ ex diverſo modo comunicandi eamdem gratiam entitativè; ſicut differunt generatio, & reſurrectio eſſentialiter ex diverſo modo comunicandi eamdem vitam.

3 Suppono ſecundò. Sacramentum Pœnitentiæ immediatè fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino, non ſolùm quantùm ad formale, ſeu quantù m ad poteſtatem abſolvendi à peccatis; ſed etiam quantùm ad materiale, ſeu quantùm ad Confeſſionem peccatorum. Unde in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.*1. ſic dicitur: *ſi quis dixerit in Catholica Eccleſia pœnitentiam non eſſe verè, & propriè Sacramentum à Chriſto Domino Inſtitutum: anathema ſit*. Et Innocentius III. Electus anno 1198. ſolum determinavit tempus annuæ Confeſſionis, ejus autem uſum, multò antea viguit in Eccleſia.

4 Suppono tertiò. Hoc Sacramentum Pœnitentiæ inſtitutum fuiſſe à Chriſto poſt reſurrectionem cum protulit illa Verba. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Joan. 20. Unde Trident. *ſeſſ.*6. *c.*14. *& ſeſſ.*14. *c.*1. Sic ait: Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè inſtituit cum à mortuis excitatus inſufflavit in diſci-

pu-

Digitized by Google

pulos ſuos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quotum remiſeritis peccata, remictuntur eis. Cur autem hoc Sacramentum poſt reſurrectionem inſtituerit, alia verò Sacramenta ante ſuam Paſſionem; hoc non nobis innoteſcit; tamen dici poteſt congruenter hoc Sacramentum poſt Reſurrectionem fuiſſe inſtitutum, ut videamus, quòd ſicut Chriſtus à mortuis reſurgens, jam non moritur; ſic Peccator per Sacramentum Pœnitentiæ reſurgens ad Vitam ſpiritualem, iterum non debet mori per peccatum ſuperveniens, his præſuppoſitis: modò ad quæſitum.

5 Reſp. negativè. Cum enim Præceptum confitendi abſolutè eſt de Jure Divino, Papa non poteſt diſpenſare, tollendo præceptum: ita ut numquam obliget.

6 Dixi abſolutè. Quia Papa poteſt differre tempus: ita ut Confeſſio non obliget pro ſingulis annis, ſed pro duobus, vel tribus. Quia poteſt Eccleſia pervenire ad eum ſtatum, ut ex urgenti, & rationabili cauſa, quæ tunc offeratur, tale Præceptum differatur. Certum eſt autem, nunc non expedire; quia dilatio pœnitentiæ per annum videtur magna, nec poteſt facilè dilatio major concedi, præſertim toti Eccleſiæ ſine graviſſimo illius detrimẽto. Validè ergo poteſt Papa diſpenſare in præcepto annuæ Confeſſionis; quia hoc præceptum confitendi ſingulis annis ordinatum eſt ab Eccleſia authoritate merè humana. Res enim per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Dummodò in diſpenſando hoc præcepto adſit cauſa rationabilis; quòd ſi non adſit, aliqui dicunt Papam peccare mortaliter, alii venialiter.

7 Queres: An Papa poſſit præcipere Confeſſionem venialium? Reſpondeo affirmativè: Quia eorum Confeſſio eſt actus exterior, & honeſtus, & valdè Utilis profectui ſpirituali, & non eſt admodùm difficilis. Et hoc non eſt mutare materiam Sacramenti Pœnitentiæ, aliam inſtituendo [quòd Papa non poteſt], ſed tantum eſt præcipere materiam ipſam, quam Chriſtus liberam, & abſque præcepto reliquit.

DUBIUM VIII.

An Papa teneatur ad præceptum annuæ Confeſſionis.

1 Pendet hæc quæſtio ex generali principio materiæ de legibus, an ſcilicet legiſlator obligetur ſuis legibus. Aliqui dicunt legiſlatorem non obligari ſuis legibus, et ſic ſecundum iſtos, Papa nõ tenetur ad Præceptum annuæ Confeſſionis: Aliqui volunt teneri legiſlatorem ad ſuas leges latas adimplendas; & ſecundum iſtos, Papa tenetur ad Præceptum annuæ Confeſſionis. Tamen.

2 Reſpondeo. Summum Pontificem teneri ad hoc Præceptum adimplendum, & peccat mortaliter ſi illud non implet; directivè tamen, non coactivè.

Ratio eſt: quia Caput ſecundum naturalem rationem debet ſe conformare ſuo Corpori, ſaltem quò ad directionẽ; ergo ſicut membra Eccleſiæ tenentur ad hoc Præceptum, ita Summus Pontifex, qui eſt Caput. Item hæc lex Cõfeſſionis annualis, eſt Generalis; & quando Principes ferunt legem Generalem, cõprehendentem omnes, & ſin-

ſingulos Populos, obligantur etiam ad eamdem legem ſervandam; licèt non obligentur ad pœnas; Unde ſolet dici communiter. Principes teneri ad ſuas leges Generales.

3 Dixi quò ad vim directivam, non coactivam; quia Pontifex ad dirigendos fideles, tenetur ſuo exemplo demonſtrare quę ipſi facere debent; Non tamen pœnas latas incurrit, ſi non confiteatur; puta Excommunicationem, privationem Eccleſiaſticę ſepulturæ, &c.

Neque dicas, quòd nemo poteſt Papam abſolvere, cum nemo ſit ſuperior ipſi, abſolutio autem dicit ſuperioritatem in abſolvente, & ſic Papa eſſet in Confeſſione minoris conditionis, quam ſimplex Confeſſor.

4 Non inquam hoc dicas, quia non eſt falſum dicere Papam, ut peccatorem eſſe inferioris conditionis, quam Confeſſor; & ſic ut peccator ſubiicitur Cōfeſſori; non verò ut Vicarius Chriſti: Unde Papa, electo Confeſſore tenetur illi parere, ſicut Cęteri fideles. Ut infra latiùs dicemus.

5 Et ſic non poteſt Papa ſe ipſum abſoluere à peccatis, ut Vicarius Chriſti; quia omnia Sacramenta (præter Venerabilem Euchariſtiam, & Matrimonium) ita ſunt à Chriſto Inſtituta, ut eſſentialiter requirant, ut Conferens ſit perſona diſtincta à ſuſcipiente, neque eſt conveniens, ut eadem perſona ſimul ſit Reus, Accuſator, & Judex.

DUBIUM IX.

An Papa poſſit punire cenſuris Confeſſionem annuam ſagrilegam, ex defectu doloris?

1 HÆc queſtio pendet ex illa, an Eccleſia poſſit prohibere, vel præcipere actum internum, ut per ſe conjunctum cum actu externo. Et in hoc varia ſunt placita Doctorum, mea tamen ſententia eſt negativa, quam tenet Durandus, *in 4. diſt. 15. q. 12.* Silveſ. *Verbo horæ n. 13.* Paludan *in 4. diſt. 15. q. 5. a. 2. concl. 4.* D. Antoninus *3. p. tit. 13. cap. 4. §. 8.* Roſella *verb. horæ n. 13.* Angelus *verbo horæ. n. 17.* Coninch *de Sac. q. 83. a. 6. n. 291.* Valerius *de diff. utriuſque fori verb. horæ dif. 1.* Vaſq. *p. 2. diſp. 160. n. 32.* Comitolus *reſp. moralium, l. 1. q. 63. n. 5.* Becanus *tract. 3. c. 6. q. 4. n. 4.* Granado *p. 2. cont. 7. tract. 3. p. 1. diſp. 5. n. 11.* Igitur his adjutus Doctoribus.

2. Reſp. negativè. Ratio eſt, quia nullo modo Eccleſia poteſt præcipere, vel punire actus internos ſicuti non poteſt judicare; ſed Confeſſio Invalida ex defectu doloris eſt actus internus ſoli Deo cognitus; ergo &c.

3 Ex hoc infero primò. Quòd ſi lata eſſet Excomunicatio contra eos, qui non confitentur ſemel in anno, aliquis illam non incurreret, qui ſe confitendo, confeſſus tantùm fuit peccata externa, non peccata cordis; quia hic non tranſgreditur Præceptum Eccleſiæ, ſed tantùm Divinum, non enim omittit Confeſſionem, licèt illam faciat diminutam.

4 Infero ſecundò. Clericum beneficiatum non tranſgredi Præceptum Eccleſiæ; nec incurrere pœnas Eccleſia-

ſti-

Digitized by Google

ſticas de reſtitutione fructuum, qui recitando Officium, illud recitat ſine ulla attentione interna, externè tamen compoſitus, & integrè dicens totum Officium, quia hic nihil omittit eorum, quæ exterius fieri debent, & de quibus poſſit Eccleſia conſtare; quòd conſtaret, ſi externè eſſet incompoſitus, & diſtractus. Idem dic de intelligente Miſſam voluntariè diſtractus.

Hæc opinio eſt contra plures Doctores, ut videre eſt apud Ant. Dian. *tract.1.de aut. Pontificis*; tamen prædicta ſententia probabilitate non caret; in praxi tamen hæc ſecunda eſt omninò tenenda; utpotè magis pia, & timorata.

DUBIUM X.

An Papa poſſit ſibi reſervare peccata Venialia, & Mortalia interna, vel externa; & caſus Excomunicationis in articulo mortis.

1 Dubium hoc plura querit. Primum, an poſſit Papa ſibi peccata venialia reſervare. Secundum, poſſit ne ſibi reſervare peccata interna. Tertium, an poſſit omnia peccata externa ſibi reſervare; & Ultimum, an validè poſſit ſibi reſervare abſolutionem caſus Excomunicationis in articulo mortis. Ad omnia tamen breviter reſpondebimus.

2 Reſpondeò ad primū affirmativè. Ita tamen, ut hæc reſervatio Venialium non inducat obligationem confitendi peccata Venialia, abſolutam, ſed tantum conditionatam, & neceſſitatem ſuppoſitionis, ſcilicet quoties illa voluerit pænitens confiteri, ea confiteatur Sacerdoti approbato. Ita de Lugo Hurt. Buſemb. Coninch. & alii.

Ratio eſt, quia ad Sacramentalem abſolutionem, etiam à Venialibus requiritur Juriſdictio, quam cuilibet Sacerdoti datur ab Eccleſia, ex vi ordinis; ergo poteſt Eccleſia pro ſuo libito, vel negare, vel concedere, vel limitare, prout placebit Eccleſiæ.

3 Cæteri autem Superiores, & Prælati Papa. Inferiores certum eſt non poſſe ſibi reſervare peccata Venialia, quia cum quilibet Sacerdos ex generali conceſſione Eccleſiæ habeat juriſdictionem in peccata venialia, hæc poteſtas non poteſt reſtringi à particularibus Prælatis, qui non poſſunt limitare conceſſionem communem Eccleſiæ.

4 Reſpondeo ad ſecundm: Affirmativè. Nempè poſſe Summum Pontificem ſibi reſervare peccata interna, denegando Sacerdotibus facultatem abſoluendi ipſa peccata interna.

Ratio eſt, quia nulla ſufficiens ratio poteſt adduci ad oſtendendum hoc fieri non poſſe, cum Juriſdictio pendeat à voluntate concedentis.

5 De facto tamen Papa peccata interna numquam ſibi reſervat; neque Epiſcopi ea conſueverunt ſibi reſervare; Si autem aliquis Epiſcopus aliquod peccatum internum ſibi reſervat propter ſuam gravitatem, puta hęreſim mentalem, valida eſſet ſervatio.

6 Reſpondeo ad Tertium. Summum Pontificem non poſſe ſine peccato ſibi reſervare omnia peccata mortalia; tamen ſi ea omnia ſibi reſervat, reſervatio erit valida.

Ratio primæ partis eſt, quia ut qui cun-

Digitized by Google

cunque Superior poſſit abſque peccato caſus aliquos ſibi reſervare, neceſſariò requiritur, ut aliqua cauſa legitima interveniat; ſed nulla dari poteſt legitima cauſa, ut Papa omnia ſimul peccata mortalia ſibi reſervet, ut de ſe patet; ergo.

Ratio ſecundæ partis eſt. Quia omnium Inferiorum Juriſdictio à Summo Pontifice pendet, ita ut poſſit ab illo limitari, aut auferri; cum habeat poteſtatem abſolutam in Eccleſia Sancta Dei ergo validè id faceret, licèt ipſe peccaret. Ita de Lugo *de Sac. Pœn. d.20. ſec.3. n.30.* Megal. *tom.1. lib.1. ca. 11. num.5.* Diana *tract. de poteſt. Papæ reſ.23. n.2.*

7 Ad ultimum, mihi placet ſententia negativa, quam tenet Texeda *in Theologia morali tom.2. l.3. tract.3. n.134.* Nempe Papam non poſſe ſibi reſervare abſolutionem caſus, & Excomunicationis in articulo mortis.

8 Probatur primò. Nam poteſtas Pontifici tradita à Chriſto Domino, ad Eccleſiam gubernandam, & ad diſpenſandos ſuos Theſauros, non eſt ei data in perniciem, & deſtructionem ſuorum membrorum, ſed in eorum ædificationem; & meliorem profectum in via ſalutis; ſed ſi Summus Pontifex ſibi reſervaret caſus, & Excommunicationes in articulo mortis, non diſpenſaret Theſauros Chriſti juxta facultatem ſibi traditam: ergo Papa non habet talem poteſtatem.

9 Probatur ſecundò. Quia Pontifici data eſt poteſtas à Chriſto ad lucrandas animas, ut eas perducat ad Vitam æternam; at ſi Pontifex ſibi reſervaret Excomunicationem, & caſus in articulo mortis, eas perderet, cum multi decederent è vita abſque ſalutis remedio, cum ad Papam accedere non poſſint; ergo.

10 Probatur tertiò. Omnis fidelis habet jus intrandi in Vitam Eternam, ergo Papa non poteſt hoc jus impedire; quòd quidem impediret, ſi ſibi reſervaret caſus, & cenſuras in articulo mortis; ergo talis poteſtas non eſt à Chriſto ei collata; Et ſi faceret malè uteretur ſua authoritate, & peccaret mortaliter.

Unde Concilium Tridentinum ſuper hoc *ſeſſ.4.* ait. Cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis.

11 Queres primò. An Papa poſſit diſpenſare, ut aliquis ante Confeſſionem ſumat Euchariſtiam, dummodò eliciat actum contritionis de peccatis mortalibus commiſſis?

12 Reſpondeo negativè. Quia hoc præceptum non eſt Eccleſiaſticum, ſed à Domino inſtitutum, & Apoſtolis, & per eos Eccleſiæ traditum.

Probatur. Nam D. Pavulus habet ad Corinthios 11. Probet autē ſe ipſum homo; quod Trid. intelligit de Confeſſionis præcepto; Unde præmiſit Apoſtolus. Ego enim accepi à Domino, quòd & tradidi vobis; ergo ſentit eſſe præceptum Domini, non ſuum; & ſic poteſt dici ſuum, non ut legem condentis; ſed ut promulgantis; ſtante ergo quod ſit de Jure Divîno, Papa non poteſt in hoc diſpenſare.

13 Queres ſecundò. An Papa poſſit auferre à ſimplicibus Sacerdotibus juriſdictionem abſoluendi à venialibus?

14 Suppono quemlibet ſimplicem Sacerdotem habere juriſditionem, non

ex

Digitized by Google

ex Jure Divino, ſed immediatè ab Eccleſia abſoluendi à venialibus, & mortalibus aliàs ritè confeſſis, quæ ſunt materia libera Confeſſionis; quia cum hoc Sacramentum Pœnitentiæ exercentur per modum Judicii; ideo circa hoc judicium pœnitentiale Sacerdos, & ſi non habeat ordinariam, cum non ſit *P*aſtor, habet delegatam, ab eo qui habet ordinariam ſcilicet à *P*apa.

15 Reſpondeo, his ſuppoſitis ad quæſitum, affirmativè. *P*robatur quia Eccleſia poteſt ſua prohibitione efficere, ut ſimplices Sacerdotes invalidè abſoluant, ſubtrahendo ab illis juriſditionem neceſſariam; ut de facto eam ſubtrahit excomunicatis, non toleratis, ac degradatis.

16 Ex hoc habes, quòd nullus *P*rælatus inferior *P*ontifice poteſt tollere juriſditionem ſimplicibus Sacerdotibus ut abſoluant à venialibus, quia ſimplices Sacerdotes habent juriſditionem à *P*apa, ut à venialibus, & mortalibus Confeſſis fideles abſoluant; & conſequenter non poteſt hæc authoritas à Prælatis inferioribus tolli, niſi infligendo, & publicè denunciando excumunicationem juxtà ſuas regulas, & ſimiliter ſuſpenſionem.

DUBIUM XI.

Quid poteſt Pontifex circa Sacerdotes Confeſſarios?

IN hoc dubio multa quæruntur, ad quæ omnia breviter, & ſuccintè reſpondebo. Unde

1 Reſpondeo primò. Poteſt Pontifex delegare facultatem audiendi Confeſſiones in perpetuum; quia cum in Pontifice reſideat ſuprema poteſtas, hanc juriſdictionem comunicandi, tam delegatam, quàm ordinariam, poteſt definire modum conceſſionis magis, vel minus permanentis. Et cum hæc ſit gratia etiam poſt mortem *P*ontificis debet extendi.

2 Qui autem habet poteſtatem delegatam à Summo Pontifice, poteſt ubique Terrarum, etiam invitis Epiſcopo, & *P*arochis audire Confeſſiones; licèt *P*ontifices non ſolent concedere hanc facultatē niſi non invitis Epiſcopis, & *P*arochis, ut patet ex *B*ulla Gregorii XIII. in qua concedit Societati Jeſu facultatem abſoluendi, quoſcunque accedentes; modò non repugnent Ordinarii locorum.

3 Reſpondeo ſecundò. *P*oteſt *P*apa [& de facto concedit] concedere ſimplici Sacerdoti, etiam præſente proprio *P*arocho, vel alio Sacerdote approbato, ut abſoluat Pœnitentes in articulo mortis, ab omni peccato, & cenſura quomodolibet reſervatis. Ita Diana *de poteſtate Papæ reſ.* 41. qui pro ſua ſententia citat *C*apreol. *D*urand. *C*an. Henriq. de *C*aſtro. Hau. Sil. sà, & alios, &c.

Ratio deſumitur ex Tridentino *ſeſſ.* 25. Ubi abſolutè pronunciat. In articulo mortis, nullam eſſe caſuum reſervationem, & quoslibet pœnitentes à quibuslibet Sacerdotibus poſſe abſolui. Tùm etiam ratio id ſuadet. Nam omnibus Sacerdotibus, jure Eccleſiaſtico, communi omnium *P*ontificum, & Conciliorum conſenſu; ex ipſa Apoſtolorum inſtitutione competit talis poteſtas abſoluendi in mortis articulo.

4 Reſpond. tertiò. Hanc facultatem ab

abſoluendi in mortis articulo, nullo modo poteſt Pontifex concedere Sacerdotibus hæreticis, & Apoſtatis: benè verò excommunicatis, & ſuſpenſis. Ita Sotus *in 4.diſt.*18.*q.*4.*n.*4. Nav. *in ſumma c.* 26. *n.*26. *& cap.*27. *n.* 272. Ledeſma *in* 2.2.*q.*22.*a.*6.

Prima pars,quæ habet Doctores cōtrarios.Probatur. Fundamentum enim neceſſarium iuriſdictionis etiam in articulo mortis abſolvendi,eſt ipſa fides, & cum hæretici fide careant, conſequenter non habent hanc iuriſdictionem: Unde ait Ledeſma, quòd Eccleſia negaverit hæreticis hanc juriſdictionem, ne ſcilicet pœnitens à Sacerdote hæretico pervertatur, quòd eſſet magnum malum, & cederet in perniciem pœnitentis.

5 Dices cum Diana. Fides non eſt fundamentum iuriſdictionis;ergo.Probatur antecedens. Nam fundamentum iuriſdictionis eſt Character, quod eſt in Sacerdote hæretico.

Reſpondetur negando antecedens. Ad probationem dico, quòd licèt abſolutè loquendo fundamentum juriſdictionis ſit character, tamen ut conjunctum cum fide,quod quidem nō eſt in hæretico. Et hoc ideo,nam aliter pænitens timeret periculum ſubverſionis; & pro ſalute in articulo mortis, inveniret mortem æternā;& ſic magnū ſcandalum proveniret ab illa confeſſione. Unde à Sancto Gregorio laudatur Hermenegildus filius Regis Hiſpaniæ, quod à Sacerdote hæretico noluerit accipere communionem.

6 Reſpondeo Poteſt Summus Pontifex tollere, ac relaxare pænitentias Sacramentales appoſitas in confeſſione, præſertim, quando concedit Indulgētias commutando pænitentias confeſſarii in aliquod opus pium. Ita Granado *in* 3.*p.cont.*12.*trac.*2.*d.*4.*n.*8.

Ratio eſt, quia licet iniungere aliquam pœnitentiam,& illam implere ſit ex iure divino; quod vero pœnitentia ſit hæc, vel hæc pendet ex arbitrio Confeſſarii,ac proinde præceptum quò iniungitur pœnitentia determinata, eſt Eccleſiaſticum, & humanum, ergo Pōtifex poteſt eam tollere, vel abrogare, vel commutare, per Indulgentias in aliquod opus pium.

Dices. Non licet mutilare Sacramētum Pœnitentiæ,ſed ſi omitteretur pœnitentia mutilaretur; quia pœnitentia eſt pars integrans hoc ſacramentum. Ergo &c.

Reſpondeo diſtinguendo maiorem, quò ad partem eſſentialem concedo. Quo ad integràlem cuiuſmodi eſt ſatisfactio,nego maiorem; & conſequentiam.

8 Dices. Poteſtas ſolvendi eſt proportionata poteſtati ligandi; ſed nullus poteſt extra hoc ſacramentum ligare, ergo nullus poteſt ſolvere, ergo cum indulgentiæ non attingant hunc forum ſacramentale, non poterunt ſolvere,ea quæ imponuntur in hoc foro.

Reſp. Verum eſſe pœnitentem ſemel ſacramentaliter ligatum in hoc foro, à nemine eodem iudicii genere incognita cauſa poſſe abſolvi; tamen poteſt abſolvi ab alio genere abſolutionis.ſcilicet liberalis remiſſionis nomine Chriſti facte per Pontificem concedendo Indulgentias.

DV-

Digitized by Google

D. U. B. I. U. M. XII.

An Summus Pontifex diſpenſare poſſit, ut Conſecratio Euchariſtiæ fiat ſub una ſpecie?

1 IN hoc Euchariſtiæ Sacramento Divinus Salvator, amoris ſui divitias omnes effudit. Adeoque hoc Sacramentum inſolita, & ſtupenda complectitur, ut meritò inter amoris miracula ſummum, nuncupare licet. Undè non mirum ſi Sancti Patres plurimum in elogia tranſcendunt. Ingatius Martyr illud appellavit antitodū mortis, pharmacum immortalitatis. Hieronymus omnium novitatum novitatem. Damaſcenus officina miraculorum. Bernardus Sacramentum Sacramentorum, Amorem Amorum, dulcedinem dulcedinum. De hoc ergo Sacramento pauca hic attingemus, quatenus ſcilicèt Poteſtas Pontificis in eo extenditur, relictis, quæ de ipſo circa ſuam dignitatē, veritatem, formam, & materiam Doctores diſcurrunt; ut noſtro tantùm muneri ſatisfaciamus. Unde.

2 Suppono primò. Validè unam ſpeciem poſſe ſine alia conſecrari, ut patet ex ipſa praxi Eccleſiæ, quæ ſpeciem panis adorat, ut eſt conſecrata; antequā conſecretur ſpecies Vini; Undè ſi daretur caſus, quòd Sacerdos, ex malitia, vel impotentia nō conſecraret Vinum, adhuc maneret Hoſtia conſecrata; quia ſemel panis conſecratus, non deſinit continere Corpus Chriſti, donèc ſpecies corrumpantur.

3 Suppono ſecundò. Nulli Sacerdoti licitum eſſe unam ſpeciem ſinè alia conſecrare, eſt enim præceptum Eccleſiaſticum, quò id ſtrictè prohibet, ut patet *in capite referimus de conſecratione diſt.*2. ubi dicitur; non poſſe ſine ingenti Sacrilegio dividi Myſterium; & patet in Rubricis Miſſalis Romani, ubi inter alià præcipitur, ut Sacerdos, qui ex imprudentia aquam pro Vino conſumpſit, accipiat Vinum, & conſecret, atque conſumat, non obſtante Eccleſiaſtico præcepto de non ſumenda Euchariſtia, niſi à jejuno.

4 Suppono tertiò. Ex D. Th. *de Sacram. Euch. art. prim. ad* 2., & infrà *q.*80. *a.*12. *ad* 3. Eſſe de Jure Divino, quòd Sacramentum Euchariſtiæ non conficiatur, niſi conſecrando utramque ſpeciem. Tum quia conſecratio utriuſque materiæ eſt neceſſaria ad integritatem Sacramenti, cum Sacramentum Euchariſtiæ eſt inſtitutum per modum Convivii, & ad integritatem Convivii requiritur cibus, & potus; & cum integritas Sacramenti ſit de Jure Divino, ideò non conficitur Sacramentum, niſi ſub utraquè ſpecie conſecretur. Tum etiàm quia eſt de Jure Divino, ut Sacramentum non conficiatur, niſi ſimul Deo Incruentum Sacrificium offeratur, quod quidem non offertur, ſi una tantùm ſpecies conſecratur; cum non offertur Sacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech, in quo Panem, & Vinum offerebatur. Tum etiam quia hoc præceptum de conſecrando ſub utraque ſpecie prævalet omni præcepto Eccleſiaſtico, ſiquidem etiam nō jejunus Sacrificium ab alio inchoatum, & non completum debet preficere; ſignum ergo eſt; hoc præceptum eſſe Ordinis Superioris, & Divini. His ſuppoſitis; ad quæſitum.

5 Reſpondeo negativè. Ratio eſt in promptu; Etenim præceptum de non conſecrando, niſi ſub utraque ſpecie

eſt Divinum, non Eccleſiaſticum; Pontifex autem in ea, quæ ſunt de Jure Divino non poteſt diſpenſare, ut patet in *Can. ſunt quidam*, & patet etiam cum Inferior non poteſt diſpenſare in lege lata à Superiori; ergò. Ita ſentiunt Vaſq. *in 3. p. tom. 3. d. 223. c. 3.* Hugnus, *in 3. p. q. 74. a. 1.* Sotus *in 4. diſt. 9. q. 2. art. 10.* Cajet. *in 3. p. q. 80. a. 12.* Gonet. *in 3. p. de Sac. diſp. 3. a. 6.* & alii.

6 Dices: Pontifex poteſt diſpenſare in his, quæ ſunt de Jure Divino; ergò. Antecedens probatur. Nam votum obligat de Jure Divino ad impletionem ſui, cum ſit promiſſio facta Deo; & tamen Pontifex poteſt in eo diſpenſare. Itèm Vinculum Matrimonii eſt de Jure Divino, & tamen Pontifex diſpenſat in Matrimonio rato, & non conſummato; ergo.

7 Reſpond. diſt. antec. Pontifex, &c. in his, quæ ſpectant ad ſubſtantiam, & integritatem Sacramentorum, vel Sacrificii; Miſſæ nego antecedens, aliter; concedo antecedens. Cum ergò conſecrare in utraque ſpecie ſit de integritate Sacramenti Euchariſtiæ, ut habet rationem ſpiritualis Convivii; ideò non poteſt Papa diſpenſare, ut fiat in una ſpecie tantùm,

8 Dices. Eccleſia poteſt diſpenſare, ut Celebrans Sacrificium Miſſæ, ſumat ſpeciem Panis, & non Vini; ergò, quòd conſecretur una ſpecies, ſine alia. Antecedens patet. Tum quia, quandò Ordinati celebrant cum Epiſcopo non ſumunt Calicem. Tum etiam quia in die Paraſceves propter repreſentationem mortis Chriſti ordinat Eccleſia, ut Sacerdos Celebrans ſumat ſpecies panis, ſinè conſecratione Calicis,

Reſpondetur negandò antecedens, ad probationem dico; quòd quandò Ordinati celebrant cum Epiſcopo, non ſunt principales Celebrantes, & Sacrificantes, ſed ſolus Epiſcopus, ideòque ſolus utramque ſpeciem ſumit, & non Ordinati. Ad ſecundam dico: quòd in die Paraſceves non fit Sacrificium, neque illa eſt Miſſa, ſed tãtùm cerimonia; Unde, quandò illa dies cadit in Feſto Annunciationis, non tenentur fideles intereſſe tali cerimoniæ, ut conſtat ex deciſione Cardinalium Sac. Cong. Rituum 19. *Feb. anno* 1622.

D U B. XIII.

An poſſit Pontifex diſpenſare, ut aqua non miſceatur Vino Conſecrando?

1 Aſſerebant Armeni, aquam nõ eſſe admiſcendam Vino conſecrando, quos ſequuntur Hæretici; Ut tamen cuncti fideles fatentur, Aquam eſſe Vino admiſcendam in modica tamen quantitate fuit definitum in multis Conciliis, præſertim in Florentino, & Trid. *ſeſſ. 22. cap. 7.* ubi ſic dicitur. Monet Sancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, ut Aquam Vino, in Calice offerendo miſcerent.

2 Cujus Sacræ Cerimoniæ triplicem reddunt rationem Concilia, & D. Th. Prima eſt ob imitationem Chriſti, qui hoc Sacramentum ita inſtituit, ut teſtatur Clemens Romanus *l. 8. conſtitutionum c. 17.* dicens. Similiter, & Calicem miſcens ex Vino, & Aqua, & Sanctificans tradidit eis dicens. *Bibite ex eo omnes.* Secunda ob repreſentationem Paſſionis Chriſti, in qua Aqua ſimul cum Sanguine ex latere ejus manavit.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò ob ſignificationem hujus Sacramenti effectus, qui eſt unio populi fidelis, cum Chriſto Capite. Vinum enim ſignificat Chriſtum, ſeu ejus Sanguinē, & aqua ſymbolum eſt Populorum. *Apoc.* 17. *Aquæ quas vidiſtis populi ſunt, & gentes.*

3 Reſpondeo affirmativè. Sic docent Sotus, Vaſquez, Suarez, Diana, Gonet, & communiter, patet, &

Probatur. Quia hoc præceptum eſt Eccleſiaſticum; ergò. Probatur antecedens. Nam Concilium Tridentinum *ſeſſ.22.c.7.* ait. Monet Sancta Synodus, præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, ut Aquam Vino, in Calice offerendo miſcerent. Et *in Canone cum omni*, qui eſt Julii Papæ dicitur. Aqua deberi permiſceri in Calice, juxta Canonum præcepta; ergò, ex hoc

4 Inferes primò. Poſſe Sacerdotem ſi Aqua deſit conſecrare in ſolo Vino ad perficendum ſacrificium inchoatum; quia integritas Sacrificii eſt de Jure Divino; tamen ſi non eſt inchoatum; non inchoare, quia meliùs eſt illud omittere, quam peragere ſine debitis Circumſtantiis, & Ceremoniis.

5 Inferes ſecundò. Non ſatis eſſe miſcere Aquam in dolio, vel in vaſe, ſed in ipſo Calice Vinum continente, in ipſa celebratione Miſſæ; quod ſi per oblivionem non fuerit mixta ante Offertorii, debet ſtatim miſceri ſinè oblatione; non tamen eſt miſcenda poſt conſecrationem, quia tunc ceſſat præceptum, & ſignificatio.

6 Inferes tertiò. Sacerdotem mortaliter peccare hanc cerimoniam ex induſtria, vel negligentia omittendo, nam licèt admiſſio pauciſſimæ aquæ ſecundum ſe, ſit res modica, & levis, tamen Miſterium, & Significatio eſt magna.

DUBIUM XIV.

An Papa potuerit prohibere Laicis Communionem ſub utraque ſpecie; & an juſtis de cauſis fuerit eis prohibita?

1 HÆretici, Petrus Eredenſis, & Jacobellus Miſnenſis ſub anno 1412. in Boemia docuerunt. Iure Divino præceptum eſſe communionem ſub utraque ſpecie; ac proindè eſſe de neceſſitate ſalutis: Unde Eccleſia non poteſt privare Laicos uſu Calicis, quos ſecuti ſunt Lutherani, & Calviniſtæ conclamantes, Eccleſiam Romanam Tyrannicè Populum uſu Calicis privare.

Hujus difficultatis reſolutio pendet ex deciſione alterius difficultatis nempè, an ſit de Jure Divino, & Chriſti Inſtitutione communicare ſub utraque ſpecie. Unde.

2 Reſpondeo primò. Nullum extat Ius Divinum de laica communione ſub utraquè ſpecie: Et conſequenter poteſt Papa [ut de facto fecit] prohibere Laicis uſum Calicis.

Probatur. Tùm quia Chriſtus promittit Vitam Æternam ſumentibus unam ſpeciem tantùm. Unde dicitur: *ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Tùm etiam quia, Chriſtus duos diſcipulos euntes in Emaus in ſola ſpecie panis cōmunicavit. Tùm etiam quia in primitiva Eccleſia Apoſtolis vicina, fuit uſus Communionis ſub ſpecie tantùm panis, ut docent Sancti Patres Tertullianus, Clemens, Alexandrinus, Cyprianus, Baſilius, & Augu-

ſtinus, & alii Patres primorum Sæculorum, qui teſtantur olim fideles Euchariſtiam in domum ſuam deferre ſolitos, & ſervare in loco decenti, ut ſumerent ſuis temporibus de manu propria, cum metu perſecutionum, non poſſent ad Eccleſiam convenire. Tum etiam quia dicitur Joannis 6. Qui manducat hunc panet vivet in æternum.

3 Unde mulieres, ut teſtatur D. Auguſtinus ſolitas fuiſſe ſumereEuchariſtiam in mundo Linteolo; quòd tamen non poteſt intelligi de ſpecie vini, ergò nullum extabat præceptum de laica communione ſub utraquè ſpecie.

4 Dices. In multis locis Evangelii præcipitur laica cõmunio ſub utraquè ſpecie; ſi ad vitam æternam intrare intendimus; ergò. Probatur antecedens. *Joan*, 6. dicitur. *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Item Matthei 26. dicitur. *Bibite ex hoc omnes*, & Paſchaſius *lib. de Corpore Chriſti c.* 15. ſic exponit hæc verba, ideſt tam Miniſtri, quàm reliqui credentes. Item Lucæ 22. dicitur. *Hoc facite in meam commemorationem*, & tunc dabat Chriſtus Apoſtolis utramquè ſpeciem. Item Apoſtolus 1. *ad Cor.* 11. ait, probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de Calice bibat; ergò, communio ſub utraquè ſpecie præcipitur Iure Divino.

Reſpond, negandò antecedens. Ad primam auctoritatem dico, quòd per concomitantiam etiam in Corpore Chriſti eſt ſanguis: vel dico, quòd dato, quòd datur hoc præceptum de utraque ſpecie ſumenda; non tamen datur, ut implendum per ſingulos, ſed tãtùm per aliquos, ſcilicèt per Sacerdotes conſecrantes: ſicut licèt dicatur *Gen.* 1. *creſcite & multiplicamini*; non tamen ſinguli homines debent ſpeciem propagare, ſed aliqui tantùm.

5 Ad ſecundùm dico, illa Verba dicta eſſe ſolis Apoſtolis. Ad dictum Paſchaſii dico, quòd eſt intelligendùm accommodatè; ut intelligatur quòd nolit eodem modò bibere reliquos fideles, uti Miniſtros conſecrantes, ſed Miniſtri debent ſub utraquè ſpecie, & formaliter, reliquos verò fideles ſub alterutra, & concomitanter; quia ſub ſpecie panis concomitanter etiam bibitur Sanguis.

6 Ad tertiam dico. Chriſtum illis Verbis: hoc facite in meam Commemorationem, ſolùm ordinaſſe, ut Apoſtoli, eorumque in Sacerdotio Succeſſores offerrent Corpus, & Sanguinem ſuum in Sacrificio Miſſæ.

7 Ad quartam, dicò. Paulum ibi præceptare, non de edendo Pane, vel Vino bibendo abſolutè, ſed tantùm de modo dignè edendi, vel bibenbi: Unde disjunctivè loquitur, non copulativè quò ad omnes; Et præmittit ſupra dicens. Itaquè quicumque manducaverit Panem, vel biberit Calicem Domini indignè.

8 Reſpond. ſecundò ad quæſitum. Iuſtis de cauſis, & convenientiſſimè Eccleſia prohibuit Laicis, ne Calicem ſumerent. Unde

9 Prima cauſa fuit, ad repellendam hæreſim Lutheranorum dicentium, ſub ſpecie panis eſſe tantùm corpus, & ſub ſpecie Vini tantùm Sanguis, irridentes concomitantiam ſanguinis in ſpecie panis.

10 Secunda cauſa fuit ad refutandum errorem, quòd non ſufficiat ſola ſpecies panis ad ſalutem, ut dicebant Heretici.

11 Ter-

Digitized by Google

11 Tertia cauſa fuit, ob reverentiam Sacramenti, nam ob multitudinem Populi, vix evitari poterat ſanguinis effuſio, præſertim cum multi ſenes tremuli, & juvenes incompoſiti, ad hanc menſam accedant.

12 Deniquè cum Eccleſia advertit, multos eſſe à Vino abſtemios, & ipſius odoris impatientes; nec non Vinum in multis locis deeſſe, ut multi hominum millia poſſint Communicari; nec non durum eſſe Sacerdoti ſumere id, quòd ab omnibus deguſtatum erat, & reſtabat; ideò prudentiſſimè fecit hanc prohibitionem. Alia inconvenientia refert Concilium Baſilienſe.

13 Et ſi quæras An in aliquo caſu liceat laicis Calicem ſumere?

Reſpond. affirmativè, & hoc in caſu, quò periculum ſit, ne ſpecies Vini conſecratæ ab Infidelibus effundantur, & conculcentur; Vel ſi mortuo Sacerdote ante conſumptum Calicem, nullus alius ſit, qui ſumat, & immineat periculum corruptionis ſpecierum.

17 Poteſt etiam aliquis ex Privilegio communicare ſub utraquè ſpecie; quia poteſt Eccleſia diſpenſare ſuper hoc, ſuo præcepto; Ut de facto Clemens VI. diſpenſavit cum Rege Chriſtianiſſimo anno 1341. Et Paulus IV. cum Boemis. Unde Papa ſolemniter celebrante Diaconum, & Subdiaconum ſub utraque ſpecie communicat.

18 Reſpond. tertiò: Sicut Eccleſia prohibuit laicis uſum Calicis, & præcepit uſum panis; ſic poterat præcipere uſum Calicis, & vetare uſum panis: Quia non minus continet Chriſtum una ſpecies, quàm alia; ſub ſpecie enim Sanguinis adeſt Corpus, & ſub ſpecie panis adeſt ſanguis, ut definitur in Concilio Tridentino *de Fide ſeſſ.* 13. *Can.* 3. Undè ut notant Præpoſitus, & Diana: Chriſtus inſtituit hoc Sacramentum, ſed nihil præcepit de modo ſumendi, & totum hoc negotium commiſit diſpoſitioni Eccleſiæ, ut docet Auguſtinus *Epiſtola* 118.

19 Non deſeram hic adnotare olim, quidem in Grecia morem fuiſſe his infirmis, qui præ ægritudine ſpeciem panis non poterant deglutire, ſolam ſpeciem Vini argentea cochlea in os infundere. Et apud Ruſſios, ſeù Moſcovitas ſub utraque ſpecie datur omni Populo hoc Sacramentum; datur enim Corpus Chriſti inſtinctum ſanguine, & perfuſum in cochleari, ut etiam mos erat in Hyſpania tempore Concilii Toletani primi. Et Romæ dum ſolemniter Pontifex celebrat, ſumpto Corpore Chriſti, poſtea ſedet, & Diaconus Cardinalis, ei Calicem, ſumma reverentia bibendum refert; & poſtea Cardinalis Diaconus, & Subdiaconus bibet. Numquam tamen in Eccleſia mos fuit introductus circa uſus Calicis tantùm.

20 Quæres. An poſſit Papa facultatem præbere pluribus Sacerdotibus, ut ſimul conficiant Euchariſtiam?

Reſpond. affirmativè. Hoc patet ex conſuetudine recepta in Eccleſia latina, qua Sacerdotes noviter Ordinati ſimul cum Epiſcopo conſecrant; & ſic validè plures Sacerdotes eamdem materiam conſecrare poſſunt.

Licitè hoc autem fit; quia recens Ordinati debent habere intentionem conſecrandi [ad tollendos ſcrupulos] non abſolutam, ſed conditionatam; nimirum ſi verba ſimul cum Epiſcopo abſoluant; aliàs non. Inde fit, ut Epiſcopus ſemper conſecret, qui eſt principalis

Digitized by Google

lis Miniſter, ſivè alii conſecrant, ſivè non. Vel ex Conſilio Cajetani debent noviter Ordinati non habere intentionem determinatam conſecrandi, vel non conſecrandi, ſed debent habere intentionem indefinitè debitam, ſcilicèt proponant apud ſe unuſquiſque; Intendo dicere verba cum intentione, qua debeo dicere; Sic enim tutiſſimè, & abſquè ſcrupulo omnes Ordinati incedunt.

DUBIUM XV.

An Papa poſſit eximere aliquem à præcepto annuæ Communionis.

HOc quæſitum jam ex parte ſolutum fuit ſupra, ubi determinavimus de annua Confeſſione; & ſic hic proportionaliter eſt dicendum de annua Communione. Unde

1 Reſpondeo. Poſſe Summum Pontificem cum aliqua particulari perſona ob cauſam rationabilem diſpenſare in annua Communione; non tamen in præcepto Divino illius, quatenùs eſt medium, & remedium ad ſalutem: Et ſic poteſt Papa ad tempus, per tres, aut quatuor annos; non tamen per totam vitam, licitè diſpenſare. Ità D. Thom. *in 4. d. 18. q. 1. a. 5.* Sotus. Allorius. D. Antoninus Riccardus.

2 An verò teneatur Pontifex ad hoc præceptum? Dico teneri ad hoc præceptum ſub culpa lethali, ſicuti obligatur ad præceptum annuæ Confeſſionis, directivè tamen, non coactivè, quia ratio naturalis poſtulat, ut caput ſuo corpori conformetur; Undè ſicuti Principes ſub hac conditione à ſuo Populo jurisditionem à principio acceperunt condendi leges, ut ad illas quò ad vim directivam obligentur: Ità Pontifex veluti ſub hac conditione à Chriſto accepit poteſtatem condendi Leges Eccleſiaſticas, ut ad illas, quò ad directionem teneatur, non quò ad coactionem. Unde D. Th. *p. 2. q. 96. a. 5. ad. 3.* tenet Principes obligari ad ſuas Leges, quò ad directionem tantùm.

3 Præterea. Ità Lex annuæ Communionis, eſt Lex Generalis, & quando Principes Legem ferunt generalem comprehendentem totum Populum, obligantur ad eamdem Legem, licèt non ad pœnas illius. Sit cauſa exempli. Si daretur Lex, noctu non ferendi arma, de non veſtiendo Serico, &c. non obligantur Principes; quia materia ſpecialis illos non comprehendit, indecens enim eſſet conditioni Principis non incedere armatum; & ſericis non veſtiri: At non eſt ſic in caſu noſtro, quia præceptum de ſumenda Euchariſtia eſt Lex Generalis comprehendens omnem Populum Chriſtianum, & ſic etiam Caput illius comprehendit.

4 Hinc Inferes, quòd quamvis abſolutè Summus Pontifex poſſit penitus abrogare præceptum annuæ Communionis; cum Papa ſit ſupra omne Jus Eccleſiaſticum, tamen id licitè non poteſt; quia non poteſt dari juſta cauſa omnimodè tollendi hoc tam utile, & neceſſarium præceptum. Unde ſi Papa hoc faceret, mortaliter peccaret; valeret tamen prædicta abrogatio, ut communiter docent Doctores.

DU-

Digitized by Google

DUBIUM XVI.

An Papa poſſit diſpenſare, ut Eucharistia miniſtretur infantibus ante uſum rationis?

1 AD hoc dubium breviter reſpondeò cum Cajetano, Soto *lib.7.de Euchar.* Caterino *opuſ. de Cõmunione parvulorum* negativè. Et ratio poteſt ſic ſuaderi, ex Apoſtolo dicente. Probat autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, ſed qui ratione carent, non poſſunt ſeipſos probare; ergò nec de pane illo edere; maximè, quia ad fructum hujus Sacramenti requiritur voluntaria ſuſceptio; unde ſi quis caſu Hoſtiam comederet neſciens eſſe conſecratam, nullum perciperet fructum.

DUBIUM XVII.

An Papa poſſit concedere ut ſæpiùs in die ſumatur Sacramentum Euchariſtiæ?

1 SUppono, quòd ſæpiùs in die ſumere Euchariſtiam eſſe jure Eccleſiaſtico, non Divino prohibitum. Unde in *Canone ſufficit de cõſecrat. diſp.* 1. dicitur: ſufficit Sacerdoti unam Miſſam, in die una celebrare. Ratio autem talis prohibitionis eſt, quia Chriſtus ſemel tantùm mortuus eſt, & ideò Sacerdos, qui in ſuo ſacrificio efficit commemorationem Paſſionis Chriſti, ſemel tantùm debet celebrare; quæ ratio currit etiam in Laica Communione. Hoc tamen præcepto non obſtante, permittitur in die Natalis Domini ter celebrare Sacerdotibus; Laicis tamen numquam [niſi in aliquo caſu] bis Communicare in una die, nunc ad quæſitum.

2 Reſpond. affirmativè. Nam contrarium non eſt in Jure Divino, ſed tantùm eſt prohibitum Eccleſiaſtico Jure; ergò Pontifex, qui eſt ſupra Jus Eccleſiaſticum ex juſta cauſa poteſt in hoc diſpenſare. Unde ait Præpoſitus, Leonem Papam ſeptem, vel novem Miſſas in una die celebraſſe. Et Amicus teſtatur Paulum III. in Bulla edita anno 1549. conceſſiſſe Patribus Societatis Jeſu in locis Infidelium bis in die Miſſam celebrare. Et de Lugo teſtatur in Regno Valentiæ ex Privilegio Pontificio in die mortuorum, Sacerdotes bis celebrare.

3 Laici autem in duobus caſibus poſſunt bis in die Euchariſtiam ſumere. Primus, quando periculum eſſet inreverentiæ inferendæ Sacramento, & non eſſet alia via ſervandi ſacram Hoſtiam. Secundus, quando, quis mane comunicavit ob devotionem; & poſtea incidit poſt prandium in articulum mortis, tunc poteſt, ſecunda vice illud ſumere, ad ſervandum Præceptum Divinum de Euchariſtia ſumenda tempore mortis.

4 Primus caſus poteſt accidere multis modis, ut verbi gratia, ne veniat Sacramentum in manus Infidelium, vel ne incẽdatur. Secundus caſus admĩttũt comuniter Doctores, licèt Amicus limitet dicendo, quòd ſi quis mane comunicavit, & veſpere incidat in periculum mortis, poteſt Communicari ſi habeat conſcientiam peccati mortalis, nec adſit copia confeſſarii, cui poſſit illud confiteri, adſit tamen Diaconus, qui illi poſſit miniſtrare, ut ſaltem per ſuſceptionem Sacramenti fiat de attrito con-

contritus. Tu autem in omni caſu tene ſententiam ſupradictam, quæ communiter docetur à Doctoribus.

5 Habes ex dictis, quòd cum præceptum de ſumenda Euchariſtia cum jejunio naturali, ſit Eccleſiaſticum, poteſt Papa in aliquibus caſibus ſuper hoc diſpenſare. Eccleſia enim, quæ illud condidit, poteſt illud tollere; & de facto aliquando diſpenſavit. In *Primitiva* enim Eccleſia in die Cœnæ Domini, & Sacerdotes celebrabant, & fideles cõmunicabant cænati; quem modum etiam in privatis Eccleſiis aliquando fuit ſervatum, ut ait Auguſtinus *Epiſtolà* 118. *ad Januarium*.

6 Habes etiam, quòd licèt Miniſter Ordinarius Euchariſtiæ ſit Sacerdos, ut dicitur in Hymno Corporis Chriſti. *Cujus officium committi voluit, ſolis Presbyteris, quibus ſic congruit, ut ſumant, & dent cæteris.* Hoc tamen non obſtante, poteſt Laicus eſſe Miniſter ex diſpenſatione. Et ſic Papa poteſt præbere poteſtatem Laico, ut ſibi, vel aliis in caſu neceſſitatis hoc Sacramentum miniſtret. Undè Maria Scotiæ Regina ex diſpenſatione Pii V. in articulo mortis ſuis manibus Sacramentum Euchariſtiæ ſumpſit. Et in Primitiva Eccleſia, quando Sacramentum dabatu in manus Laicorum, & interdum per Laicos mittebatur ad Infirmos; certum eſt id licuiſſe. Et his temporibus ex diſpenſatione Papæ etiam id licebit.

DUBIUM. XVIII.

An Papa poſſit dare facultatem Presbyteris, benedicendi Oleum Extremæ Unctionis?

1 Sacramentum Unctionis Extremæ pro proprio habet, ut ſpem ſalutis æternæ roboret, & confirmet, excitet in nobis fiduciam Divinæ Miſericordiæ, & diſponat hominem ad introitum Gloriç Æternç. Unde ſicut baptiſmus dicitur Sacramentum Fidei, Euchariſtia Sacramentum Amoris, non immeritò Extrema Unctio nuncupari poteſt Sacramentum ſpei. Relictis; ergò [brevitatis cauſa] quæ de ſua exiſtentia, eſſentia, materia, & forma diſputant Doctores, tamquam nobis præſuppoſitis, pauca hic tangimus, quç circa hoc Sacramentum poteſt Summus Pontifex. Unde

2 Suppono primò [contra Albigenſes, Vualdenſes, & noviſſime contra Lutherum, & Calvinum] Extremam Unctionem, quç ſolet in Eccleſia Infirmis adhiberi, eſſe verum Sacramentum. Nam eſt ſignum ſenſibile permanenter inſtitutum, cum promiſſione gratiç per illud conferendç: Ut colligitur ex Verbis D. Jacobi in ſua Canonica dicentis. *Infirmatus, quis in vobis* [Ecce permanentia] *inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum Oleo in nomine* Domini *(Ecce ſignum externum ſenſibile), & oratio fidei ſalvabit Infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei* (Ecce promiſſionem gratiæ conferendæ per Sacramentum Sacræ Unctionis). *P*eccata enim non remictuntur niſi per gratiæ Infuſionem. 3 Sup-

3 Suppono 2. Materiam remotam Sacramenti Extremæ unctionis eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum. Oleū inquam, ſic enim definitur in Florent. *in decret.de union. Armenorum*, & in Trident.*ſeſſ.*14.*cap.*1.*de Extrem. unctione*. & conſtat ex verbis Iacobi:*Ungentes eum oleo*: & debet eſſe oleū,non quodcumque, ſed quod exprimitur ex baccis olivarum. Aptiſſimè autem oleū à Chriſto fuit aſſumptum pro hujus Sacramenti materia, ad ſignificandos varios hujus Sacramenti effectus. Oleum enim mitigat dolores, lenit ægritudinē, affert hilaritatem,conciliat robur membris, eſt pabulum luminis, & interdum in ſcripturis deſignat pinguedinem ſpiritus, & gratiæ.Unde ait Theophilatus *cap.6.in Marc. Sicut oleum ad labores utile, & lucis fomentum,& hilaritatis eſt effectivum;ita &Dei miſericordiā, & gratiam Sancti Spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem, & gaudium, hilaritatemque ſpiritualem, quam accipimus, ſignificat*;quæ omnia adaptari poſſunt ad effectus hujus Sacramenti, ut infra dicemus.

4 Debet quoque hoc oleum eſſe ab Epiſcopo benedictum; hocque habetur ex Apoſtolica traditione, ut Beda in *cap.6.Marci* teſtatur dicens: *Unde patet ab ipſis Apoſtolis hujus Sanctæ Eccleſiæ morem eſſe traditum, ut energumeni, vel alii quilibet ægroti ungātur oleo Pontificali benedictione conſecrato*. Conſtat quoque ex Epiſtola Innocent.I.ad Decenſium Eugubinum, ex *Conc.Vvormarienſi cap.*72.ex Cōc. *Aquiſgranenſi* ſub Ludovico Pio Imperatore *tit.*2. *cap.*8. & colligitur ex Niceno 1.*can.*69.

5 Oleum igitur olivarum eſt materia eſſentialiter neceſſaria in hoc Sacramēto, ut Conc. Florent. & Trident. illud aſſignant ut materiam, & unquam Eccleſia Græca, vel Latina ſine oleo hoc Sacramentum confecit. Et ſi oleum olivarum ſit mixtum cum balſamo, etiā eſt valida materia, dummodò per talem mixtionem, natura olei,vel ipſius communis uſus non corrumpatur;quia ſicuti aquæ mixtio, vini naturam non corrumpentis,non tollit materiam Calicis, ſic nec mixtio balſami,non corrumpentis naturam olei, tollit materiam extremæ unctionis. Unde in caſu, quò non poſſit haberi oleum ſimplex, poſſet Sacerdos ad conficiendum hocSacramentum uti Chriſmate.

6 Benedictio autem requiritur etiam eſſentialiter, ſive benedicatur ab Epiſcopo, ſive ab alio, ideſt à Sacerdote, ex commiſſione Epiſcopi, & hoc ut per benedictionem, ſimplex oleum elevetur ad aliquam plenitudinem gratiæ, ut tollat reliquias peccatorum:UndeGræci ex conſuetudine antiquiſſima miniſtrant hoc Sacramentum cum oleo benedicto à ſimplici Sacerdote, ex commiſſione Epiſcopi; quam conſuetudinem approbavit Clemens VIII. in ſua Bulla in ordine 34. incipien. *Sanctiſſimus*, edita anno 1595. die 31. Auguſti, Pontific. ſui anno quarto, ibi *ſub* §.4. *Non ſunt cogendi Presbyteri Græci, Olea ſancta* [*præter Chriſma*] *ab Epiſcopis Latinis diœceſanis accipere,cum hujuſmodi olea ab eis in ipſa oleorum, & Sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur, ſeu benedicantur. Chriſma autem, quod non niſi ab Epiſcopo, etiam juxta eorum ritum, benedici poteſt, cogantur accipere. Prohibeantur verò ab Epi-*

 ſco-

ſcopis Græcis externis ſchiſmatis, *ſeu S.R.E.communionem non habentibus, illud accipere, vel eo uti.*

7 Ex quibus verbis infertur differentia, quæ adeſt inter Sacramentum Extremæ unctionis, & Confirmationis, quòd iſtud quia tribuit majorem plenitudinem gratiæ, non confertur validè, niſi in Chriſmate immediatè ab Epiſcopo conſecrato ; illud verò, quia non tantam plenitudinem gratiæ ſignificat, eſſentialiter non exigit, quòd eius materia ſit immediatè benedicta ab Epiſcopo, ſed ſufficit, ut ſit mediatè benedicta, ſcilicet per alium Sacerdotem ex ipſius commiſſione. Vnde Arcudius *lib.5. de Sacram. cap.2.* ait: *Chriſma, [apud Græcos] ſolus Epiſcopus conficit, & diù aſſervatur; oleum autem infirmorum, tunc temporis benedicitur, quando æger ungendus eſt: ut sic etiã benedicitur aqua, & oleum cathecumenorum, quando quis apud Græcos baptizatur. Cur autem nõ aſſeruatur? ratio eſt, quia cum sit commiſſum Preſbyteris, poſſunt illi pro neceſſitate, quovis tempore illud conſecrare, & ſimul adminiſtrare, è contra Chriſma diutiùs aſſeruant, eo quòd careant facultate illud conficiendi. Hoc autem totum judicat, & approbat inſtructio illa Clem.VIII.ad Epiſcopos Latinos directa, ubi sic dicitur. Non ſunt cogendi, &c.* Hæc ille.

8 Suppono III. Materiam proximã Sacramenti Extremæ unctionis eſſe unctionem ex oleo ſupradicto, patet hoc ex verbis Iacobi diviſo *Vngentes cũ oleo*, & ex Trid.*ſeſſ.14.c.1.de extr. unct.* ibi: *Vnctio S.S.gratiã, quã inviſibiliter animam ægrotantis inungitur, repreſentat*; patet etiam ratione congruenti, quia iſtud Sacramentum conſiſtit in uſu, ſicut Baptiſmus, & Confirmatio, non in materia permanenti, ſicut Euchariſtia, at nullus alius uſus eſt in Extrema unctione niſi unctio; adeoq; materia proxima eſt unctio, Verùm tamen eſt, quòd non eſt de neceſſitate hujus Sacramenti, quòd unctio fiat in figuram Crucis [ſicuti in Confirmatione figura Crucis eſt de neceſſitate præcepti & Sacramenti] quia in hoc Sacramento non ungimur uti milites Chriſti, ſicuti in Confirmatione ad portandam ejus Crucem, & confitendam coram Tyrannis; ſed ſolùm tanquam infirmi ad ſalutem recuperandam.

9 Suppono 4. Formam hujus Sacramenti conſiſtere in illis verbis: *Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus: quidquid per viſum, odoratũ, &c. deliquiſti. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Quæ quidem verba non omnia ſunt de eſſentia formæ, ſed ſolùm illa: *Per iſtam unctionem, indulgeat Deus quidquid deliquiſti, quia* ly *ſanctam* non eſſentialiter requiritur, ſicut neque ly *& ſuam piiſſimam miſericordiam*; hæc enim verba includuntur in verbo *indulgeat*; indulgere enim non eſt concedere, ex debito, ſed ex gratia, & miſericordia. Reginaldus *tom.2.lib.28.c.9. num.56.* Suarez *tom.4.diſp.40.ſect.3. n.13.* Caramuel *in Th.fundam.n.2010.* & alii. Neque requiritur eſſentialiter ly *Tibi*, ſicuti non requiritur in forma abſolutionis ly *Te*. Et denique non ſunt eſſentialia verba: *In nomine Patris, &c.* quia neque in Conciliis, neque in Ceremoniali reperiuntur; ſed ſunt tantùm ex devotione appoſita. Caſtropal. *trac.*

Digitized by Google

4. *de extrem. unct. diſp. unic. p.* 4. *nu.* 5. Bon. *diſp.* 7. *de Sac. extr. unct. p.* 3. *nu.* 2. & alii. Verum tamen eſt, quòd omittere verba conſueta eſt peccatum mortale; circa enim materias, & formas Sacramentorum, non licet extra neceſſitatem ſequi opinionem probabilem, omiſſa probabiliori, & magis tuta. Ita Caramuel *loc. citat.* Diana *par.* 11 *tract.* 1. *reſ.* 18. & alii.

10 Forma autem hujus Sacramenti neceſſariò deprecativa eſſe debet, non indicativa, ut in aliis Sacramentis; taliter quòd ſi non ſit deprecativa, Sacramentum eſt invalidum, ut habet D.Th. *in addit.* 3. *p. q.* 29. *a.* 8. & communiter docent Thomiſtæ contra Durandum, Paludanum, Riccardum apud Gonet. *de Sac. Extr. unction. diſp.* 1. *a.* 2. §. 3. *nu.* 36. & 37. Iacobi enim 5. præcipitur, ut in hujus Sacramenti collatione Presbyteri orent ſuper infirmum, & oratio fidei eum ſalvabit. Ex quibus verbis efficacia huius Sacramenti orationi tribuitur; adeoque, quia cum efficacia Sacramenti ſit ex forma, videtur, quòd forma hujus Sacramenti ſit oratio deprecativa. Aſsignat D.Th. *loc. cit.* triplicem dongruentiam in hoc. Prima eſt, quia hoc Sacramentum confertur moribundis qui cum ſint propriis viribus deſtituti, indigent orationibus ſublevari. Secunda, quia hoc Sacramentũ datur exeuntibus, qui jam deſunt ex foro Eccleſiæ, & in ſolius Dei manu requieſcunt, unde ei per orationem cõmittuntur. Tertia, quia per hoc Sacramentum præcamur infirmo aliquem eff. ctum, quem non ſemper expedit illi conferri, ut ſanitas corporis, unde debuit deprecativè per hoc Sacramentum à Deo peti.

11 Neque dicas cum contrariis, quòd Eccleſia Mediolanenſis temporibus D. Ambroſii utebatur iſta forma Indicativa: *Vngo te oleo ſanctificante, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more militis uncti præparatus ad certamen, acreas poſſis ſuperare poteſtates.* Item in libro ſacramentali Veneto confirmato per Leonem X. forma eſt indicativa, ideſt, *Vngo te oleo ſanctificante, &c.* Item Rituale antiquum apud Menardum in obſervationibus ad Gregorii ſacramentarium adjectis habet hanc formam: *Vngo oculos tuos de oleo ſanctificato, ut quidquid illicito viſu deliquiſti, hujus olei unctione, expietur, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Vngo aures tuas hujus ſacrati olei liquore, ut quidquid delectatione noxia auditus admiſſum eſt, medicina ſpiritualis evacuet. Vngo has nares de oleo ſacrato, ut quidquid noxæ contractum eſt odoratu ſuperfluo, iſta mundet medicatio. Vngo labia iſta conſecrati olei medicamento, ut quidquid otioſa, vel criminoſa peccaſti locutione, Divina clementia miſerante, expietur hac unctione, &c.* ergò ad validitatem hujus Sacramenti ſufficit forma indicativa.

Non inquam hoc dicas, quia verba illa indicativi modi, ſcilicet, *Vngo te*, quæ ſecundùm morem aliquarum Eccleſiarum præmittuntur orationi, non ſunt forma hujus Sacramenti, ſed diſpoſitio ad formam, in quantum intentio miniſtri determinatur ad actum illum, per illa verba; ſic D.Thom. *loc. cit. ad* 3. vel dicas, quòd verbum *valeas*, ſeu *poſſis*, eſt deprecativum, quod conjunctum cum ſequentibus *In nomine Patris, &c.* reddit formam deprecatoriam.

Digitized by Google

Neque iterum dicas; Ex verbis Chriſti *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Eccleſia colligit illam formam Baptiſmi. *Ego te Baptizo*, & ex illis. *Quorum remiſeritis peccata*, *&c.* colligit formam Sacramenti pœnitentiæ. *Ego te abſolvo*, quæ ſunt indicativæ, ergò ex verbis D. Jacobi *ungentes eos* poteſt colligi forma indicativa *ego te ungo*.

Non inquam hoc dicas, quia negatur paritas. Diſparitas eſt, quia D. Jacobus immediatè ante illa verba, Ungentes eum oleo, præmiſit, orent ſuper eum; quòd tamen non habetur in locis citatis de Baptiſmo, & pœnitentia.

Neque denuò dicas, quòd ſi forma hujus Sacramenti eſſentialiter eſſet deprecativa, non erit valida, niſi includat id, quod eſt de eſſentia orationis, ſcilicet internam attentionem ad Deum; ac proindè cum Sacerdos erit mente diſtractus non conferret validè hoc Sacramentum.

Non inquam hoc dicas, efficacia enim Sacramenti, non pendet ab oratione Sacerdotis, ut eſt opus operantis, ſed ut eſt opus Sacramentalis, & ut habet valorem, & efficaciam ex meritis Chriſti, in cujus perſona hæc oratio profertur à Sacerdote; undè licet ſit diſtractus, & peccator ſemper exauditur, & ſuum habet effectum, modo habeat intentionem adminiſtrandi Sacramentum, & faciendi, quod facit Eccleſia.

12 Habes ex dictis, quòd eſt differentia inter Sacramentum Extremæ unctionis, & alia Sacramenta. Iſta conferunt effectus purè ſpirituales, ſcilicet gratiam ſanctificantem, vel ejus augumentum, habent formam indicativam, & à Miniſtro, ut exercente poteſtatem conferuntur. Illud verò cum per ipſum interdum conferatur infimo aliquis effectus, quem non ſemper expedit illi conferri, ſcilicet ſanitas corporalis, debet ejus forma per orationem modi deprecativi offerri, ut ſi expediat Deus, hunc effectum producat. Unde in Sacramentis non eſt arguendum à ſimili.

13 Suppono V., quòd Sacramentum Extremæ Unctionis ſic poteſt definiri. *Eſt ſignum rei Sacræ, quò aliquæ partes corporis infirmi, unguntur oleo benedicto, ſub præſcripta forma verborum, juxta Chriſti inſtitutionem, ad ſalutem animæ, & corporis*. Hæc definitio colligitur ex ſupradictis, & explicatur. Dicitur ſignum rei ſacræ, & ponitur loco generis, quia per hanc particulam convenit cum aliis Sacramentis. Dicitur [*quò aliquæ partes corporis unguntur*], & ponitur hæc particula loco differentiæ ad differentiam aliorum Sacramentorum, & explicatur ſubjectum hujus Sacramēti. Dicitur [*oleo benedicto*], & per hanc explicatur materia. Dicitur (*ſub præſcripta forma verborum*), & explicatur forma. Dicitur [*juxta Chriſti inſtitutionem*], quia de fide eſt hoc Sacramentum eſſe à Chriſto inſtitutum. Joan. 20., quando inſtituit Sacramentū pœnitentiæ, quia hoc Sacramentum, eſt conſummativum Sacramenti pœnitentiæ, ut loquitur Trid., & docet aym. *tom. 1. tract. 8. cap. 1. n. 2.* Dicitur denique, (*ad ſalutem animæ, & corporis*], quia proprius, & primarius effectus hujus Sacramenti eſt cauſare gratiam in anima, qua tolluntur peccatorū reliquiæ ut docet Trid. *ſeſſ. 14. de Sac. Ext. Unction. cap. 3.*, & corpus aliquando ſublevatur etiam à corporali ægritudine, ut de fide eſſe docet Filluc. *tom. 1. tract. 3. cap. 6. n. 130.* Unde licet hoc Sacramen-

mentum in periculo, vel articulo mortis ſumendum ſit, tamen non eſt expectandum ut æger ſit ſalute deſperatus, quia tunc non poſſet ſalutem corporis operare, niſi miraculosè, & hoc eſſe tentare Deum, ut bone obſervat Dian. *p.3.trac.* 4.*reſ.*173.ex pluribus DD.

14 Suppono VI. Propriũ, & primarium effectum Sacramenti extremæ unctionis eſſe augmentum gratiæ habentis jus ſpeciale ad auxilia, quibus infirmus confortetur, & roboretur contra languorem, & debilitatem, ad bonum operandum, partim ex peccatis præcedentibus, partim ex infirmitate relictum, & juvetur ad eliciendum actus ſupernaturales, & ad vincendum tentationes Demonis, in illo ultimo agone occurrentes. Hoc totum D.Th. docet *loc. cit. qu.* 30.*a.*1. cum Thomiſtis, quibus adhæret Valentia *hic diſp.*8.*q.*1.*p.*3. Sic enim habet D.Th. loc.cit. *Hoc Sacramentum inſtitutum eſſe contra illos defectus, quibus homo ſpiritualiter infirmatur, ut non habeat perfectum vigorem, ad actus vitæ, gratiæ: vel gloriæ; & hic defectus nihil aliud eſt, quam quædam debilitas, & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali, vel originali; & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum.* Hæc ille. Similia habet verba Con. Trid. *ſeſſ.*14.*c.*2. *Res, & effectus hujus Sacramenti, gratia eſt Sp. Sancti cujas unctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo Divinæ miſericerdiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatus, & morbi incomoda, ac labores leviùs fert, & tentationibus Demonis, calcaneo inſidiantis faciliùs reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum, ubi ſaluti animæ expedierit, conſequitur.*

15 Effectus minùs principalis, & ſecundarius hujus Sacramenti eſt quædam alleviatio corporalis ægritudinis, & interdum recuperatio perfecta ſanitatis. Unde D. Jacobus *Alleviabit eum Dominus, ſubintellige ab infirmitate corporali, & Flor. in decreto Eugenii. Effectus hujus Sacramenti eſt mentis ſanatio, & in quantum expedit; ipſius etiam corporis.* Idem ait Trid. loc. cit. *ſanitatem corporis interdum ubi ſaluti animæ expedierit, conſequitur. Hoc totum quoque egregiè* D. Th. docet *hic q.*30.*a.*1. Sic diſcurrens. *Sicut ablutio baptiſmi habet effectum corporalis ablutionis, quia etiam corporaliter mundationem facit: Ita etiam extrema Unctio habet effectum corporalis medicationis, ſcilicet corporalem ſanationẽ. Sed hæc eſt differentia, quod corporalis ablutio, ex ipſa naturali proprietate elementi, facit corporalem mundationem, ſed Extrema Unctio non facit corporalem ſanationem, ex proprietate naturali materiæ, ſed ex virtute Divina, quæ rationabiliter operatur. Et quia ratio operans numquam inducit ſecundarium effectum, niſi ſecundum, quod expedit ad principalem; ideo ex hoc Sacramento, non ſemper ſequitur corporalis ſanatio, ſed quando expedit ad ſpiritualem ſanationem, & tunc ſemper eam inducit, dummodo non ſit impedimentum ex parte recipientis.*

16 Suppono VII., quod ſoli baptizati, adulti, & infirmi ſunt capaces Sacramenti Extremæ Unctionis. Dixi (ſoli baptizati], quia Baptiſmus eſt janua ad reliqua Sacramenta, ex quo ſequitur, quod ſi hoc Sacramentum defertur infi-

deli

deli etiam ſi ſit cathecumeno, eſſet irritum, & invalidum. Dixi *Adulti*; quia pueri ante uſum rationis, non ſunt capaces hujus Sacramenti; quia cum hi peccare non poſſunt, non unificaretur forma in qua dicitur, *quid quid deliquiſti*. Ultra quam quod, pueri ſunt incapaces effectus primarii hujus Sacramenti, ſcilicet ſpecialium auxiliorum ad ſuperandam debilitatem ad bene operandum contractam ex peccatis, & ad reſiſtendum inſultibus Dæmonum; Et ceſſat effectus ſecundarius ſcilicet ſanitas corporalis, ceſſante effectu primario. Hoc docetur communiter à Doctoribus, ſolo majore excepto.

Neque dicas cum majore, quòd D. Th. *hic q.*30.*a.*1. docet, quòd hoc Sacramentum confertur ad purgandum reliquias peccati, tam originalis, quàm actualis; ergò poteſt conferri pueris ante uſum rationis ſaltem ad purgandum reliquias originalis peccati.

Non inquam hoc dicas: quia ſenſus propoſitionis D. Th. non eſt, quòd Extrema unctio conferri poteſt ad purgandum reliquias originalis peccati præcisè ſumptas, ſed ut confirmatas per peccata actualia, & reliquias eorum. Unde idem D.Th. *loc.cit. q.*32. *a.*4.*ad* 2. docet, *quòd hoc Sacramentum non datur contra reliquias originalis peccati, niſi ſecundum quod ſunt per actualia peccata quodammodò confortatæ, unde principaliter datur contra peccata actualia*, (*ut patet ex ipſa forma*), *quæ non ſunt in pueris*. D. Th. Igitur ſtat pro nobis.

17 Quòd diximus de pueris, etiam de amentibus aſſerimus, modo fuerint perpetuò amentes, quia ſi non fuerint perpetuò amentes, ſed aliquando ratione uſi fuerint, capaces ſunt hujus Sacramenti ſuſceptione, & in his ſufficit intentio, quam aliquando habuerunt dum ratione utebantur, vel debuerant habere, etiam ſi actualiter non petant hoc Sacramentum in periculo, vel articulo mortis, ut communiter docent Doctores. Addunt tamen Tamb., & Barb. apud Dian. *reſ.*50., & D.Ant. 3.*p.tit.*14. *c.*15.§.6. Sylveſt. *verbo Unctio Extrema q.*5., quòd ſi hujuſmodi amentes reſiſtant, ſunt ligandi, vel fortiter tenendi, ut illud recipiant, niſi aliud Sacramentum in eo periculo non ſuſceperint, vel concurrat periculum irreverentiæ in Sacramento.

18 Et ſi autem conſtet, adultum numquam peccaſſe actualiter, ei non poſſet validè adminiſtrari hoc Sacramentum. Tum quia omnes Theologi docent, quòd quia B. Virgo Maria numquam peccavit, fuit incapax hujus Sacramenti ſuſceptione, ergò à pari ſi conſtet adultum numquam peccaſſe, non eſſet capax ſuſceptione hujus Sacramenti. Tum etiam, quia in caſu poſito non verificaretur forma hujus Sacramenti. *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti*. Tum denique, quia hoc Sacramentum eſt inſtitutum per modum medicinæ ſpiritualis, ſupponentis morbum, & vulnus peccati. Ergò ſicuti hæc medicina, & unctio, non poteſt tribui niſi infirmis corpore, ſic nec infirmis mente propter peccata, & reliquas eorum. Hanc opinionem tuentur Averſa *ſect.*8. Sabat *dub.*2.§.11. Gonet *diſp.*3. *a.*1.*n.*5., *& ſeq.*, & alii quamplurimi contra aliquos.

19 Neque dicas cum contrariis, quòd verba D. Jacobi ſunt conditionalia, ita ut, *quid quid deliquiſti*, faciant tunc ſen-

enſum, ac ſi quid peccaviſti, atque adeò verba formæ verificantur conditionaliter in eo, qui actualiter non peccavit. Nec inquam hoc dicas quia, & ſi verba D. Jacobi, *ſi in peccatis eſt dimittetur ei*; ſint conditionalia, tamen verba formæ non ſunt conditionalia; quia intelliguntur de peccatis præteritis, remanentibus quò ad reliquias.

Neque inſtes, quòd qui non habet peccatū originale, eſt capax recipiendi Baptiſmum, ergò à pari, qui numquam peccavit eſt capax recipiendi Sacramentum Extremæ Unctionis. Antecedens patet in illis, qui ante inſtitutionē Baptiſmi fuerunt juſtificati, & tamen poſt ejus promulgationem ſunt Baptizati, ut patet in Joanne Baptiſta.

Non inquam hoc dicas, quia adeſt diſparitas in Baptiſmo, & Extrema Unctione ſuſceptio enim Baptiſmi non ſolùm eſt ſolum remedium peccati originalis, ſed etiam ſimpliciter neceſſaria, ut quis ſit capax recipiendi alia Sacramenta: Cæterum Sacramentum Extremæ unctionis non eſt janua ad alia Sacramenta, ſed tantum medicina ſpiritualis contra peccatorum reliquias; & ſic qui nullum fecit peccatum eſt incapax hujus Sacramenti ſuſceptione.

20 Dixi (Infirmi), quia ſoli infirmi ſunt ſubjectum hujus Sacramenti: unde ait D. Jacobus: *Infirmatur quis in vobis, &c.*, & Conc. Flor. atq. Trid. ſic definiunt: Unde ait D. Th. *hic q. 3. a. 1. Hoc Sacramentum eſt quædam ſpiritualis curatio, quæ per quemdam corporalis curationis modum ſignificatur; & ideo illis quibus corporalis curatio non competit, ſcilicet ſanis, non debet hoc Sacramentum conferri. Nec omnibus infirmis, ſed ſolum iis qui verſantur in periculo vitæ.* Unde S. Doctor *l. cit. art. 2.* ait. *Hoc Sacramentum eſt ultimum remedium, quod Eccleſia poteſt conferrē quaſi immediatè diſponens ad gloriam, & ideò illis ſolum infirmantibus debet exhiberi, qui ſunt in ſtatu exeuntium.* Unde ſi non ſunt infirmi corpore, & ſi ſint in periculo mortis non debet dari, ſicuti non datur damnatis ad mortem, nec ſuſpendendis, neque navigaturis, neque pugnaturis in bello, quia hi non ſunt infirmi corpore; feminis autem in partu poteſt dari poſt dolores, non ante, ſolum ex eo quòd debent parturire, niſi prius conſtituantur in actuali periculo mortis ut obſervat Renzi *l. 1. de Sac. tract. 6. cap. 2. quæſt. 7. in fin.*

21 Non debet tamen hoc Sacramentum differri uſque ad ultimū vitæ, quia potiùs præſtat cum datur ſenſibus integris. Unde ait Catechiſmus Romanus, quòd Parochi peccant graviter, qui differunt donec infirmus privetur ratione, & ſenſu. In dubio verò de vita infirmi, debent dari ſub conditione, potita enim conditione nulla ſit injuria Sacramento, Paſq. *q. 393. n. 1.* Bon. *p. 5. n. 9.* Laym. *cap. 8. n. 2.*, & alii communiter.

22 Eſt autem iterandum in diverſis infirmitatibus, vel ſi in eadem poſt valetudinem omninò recuperatam; & rurſus in novum periculum mortis incidat, in tali enim caſu cenſetur altera infirmitas periculoſa. D. Th. *in 4. diſt. 23. q. 2. a. 4. q. 2.* D. Ant. *3. p. tit. 14. c. 15. §. 7.*, & alii communiter ex Trident. *ſeſſ. 14. cap. 3. de Ext. Unct.* ubi aſſerit. *Quòd ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc Unctionem, convaluerint, iterum hoc Sacramenti ſubſidio juvari poterunt, cum in aliud vitæ diſcrimen inciderint.*

23 Subjectum autem hujus Sacramenti, ſeu illud recipiens debet eſſe in ſtatu gratiæ, ut docet D. Th. *loc. cit. quæſt. 30. art. 1.*

art.1.in corpore. Quia cum hoc Sacramentum ſit vivorum, neceſſariò debet ſupponere ſubjectum vivum vita gratiæ, adeoque, qui ſuſcipit hoc Sacramentum extra ſtatum gratiæ peccat mortaliter, ex communi Doctorum ſententia, ſi autem infirmus fuerit in mortali, in ſuſceptione hujus Sacramenti debet præmittere confeſſionem, ſi poteſt, vel elicere actum contritionis; qui etiam ponit hominem in ſtatu gratiæ, & poſtea eſt ungendus his tamquam neceſſariò ſuppoſitis veniamus ad noſtra.

24 Reſpondetur igitur ad propoſitum dubium. Poſſe Pontificem dare facultatem Presbyteris benedicendi oleum Extremæ Unctionis, & tunc illud oleũ ſic benedictum eſt materia ſufficiens Sacramenti Extremæ Unctionis, tuentur hanc opinionem. Henriquez *lib.3.c.8.n.2.* Valentia *diſp.8.q.1.p.2.* Cajetanus *3.p.q.72.a.3.* Maſtrius *Th.mor.diſp.22.q.2.n.24.* Gabriel à S. V. *diſp.1.q.2.* *Joannes de la Crux dub.2.concl.1.* Paſqual *in op.poſth.q.312.num.5.* Renzi *cap.1.quæſt.3.* Leſſius *in 3.p. de Extr. Unct. c.1.d.5.* & noviſſimè præpoſit *in 3.p.q.unic.de Sac.Ext.Unct.d.3.n.15.*, quam opinionem etiam probabilem putat Hugnez *3.p. tom.2.q.29. a.6. dif.unic. concl.2.*, & Diana *tract.1.de poſt.Pont. reſ.58.n.6.* Cõtra Bellarminum, Suarez, Coninch, Sayman, Filluc., Amic., & alios apud Dian.*loc.cit.n.4.*

Probatur; valet arguere ab eo, quod de facto contingit ad poſſibile, ſed de facto Summus Pontifex diſpenſat aliquibus Sacerdotibus, ut Oleum Extremæ Unctionis benedicant; ergo habet poteſtatem Præsbiteris benedicendi Oleum Exttemæ Unctionis. Major patet. Minor Probatur, Nam Presbyteri in Eccleſia Orientali ſolent benedicere prædictũ Oleum, & id ex antiqua conſuetudine, etiam ante Schiſma, quæ hodie jam eſt approbata à Clemente VIII. in ſua bulla ſuper ritibus Græcorum anno 1595 ſupra diximus latiſſimè.

Confirmatur. Benedictio hujuſmodi eſt de præcepto Eccleſiæ, at Papa eſt ſupra Eccleſiæ præcepta; ergo id quòd prius.

25. Neque dicas, quòd Eccleſia Græca in hoc erravit.

Non inquam hoc dicas, nam in hoc non notatur ab Eccleſia Latina; quin potius hæc approbavit hic uſus, ut patet in bulla citata Clementis VIII. ubi non cogit Græcos uti Oleo benedicto ab Epiſcopo, in die Cœnæ; ſitut faciunt Latini; ſed tantùm uti Oleo benedicto à ſuis Sacerdotibus.

Neque iterum dicas, quod Innocentius I. ait, non poſſe Præsbyteros benedicere Oleum infirmorum.

Non inquam hoc dicas; quia Innocentius loquitur de poteſtate ordinaria; ordinariè enim hoc Oleum benedicitur ab Epiſcopo; non tamen de poteſtate extraordinaria; poteſt enim Summus Pontifex diſpenſare, ſi vult, ut hoc Oleũ à ſimplicibus Sacerdotibus benedicatur, cum nulla in hoc videtur implicantia; ſic quoque dic de Conciliis ip definientibus.

DUBIUM XIX.

An Pontifex poſſit ſupplere jurisdictionem, ut ſimplex Sacerdos poſſit miniſtrare Sacramentum Extremæ Unctionis

1. SUppono I. de fide eſſe certum hoc Sacramentum Extremę Unctio-

ctionis non poſſe ab alio, quàm à Sacerdote validè adminiſtrari. Hoc decernitur in Conc. Trid. *ſeſſ. 14. de Ext. Unctione cap. 3. can. 4. Si quis dixerit Presbyteris Eccleſiæ, quos Beatus Jacobus adducendos eſſe ad infirmum inungendũ hortatur, non eſſe Sacerdotes ab Epiſcopo Ordinatos, ſed ætate ſeniores in quavis communitate: ob idque propriũ Extremæ Unctionis Miniſtrum, non eſſe ſolum Sacerdotem, anathema ſit.* Hocque etiam conſtat ex praxi Eccleſiæ, quæ numquam commiſit adminiſtrationem talis Sacramenti non Sacerdoti.

2. Igitur neque laici, neque etiam Diaconi, vel Subdiaconi hoc Sacramentum in nullo caſu poſſunt miniſtrare. Non Laici, ut docet D. Thom. *in ſupp. 3. p. qu. 31. a. 1. Quia* (ſunt verba S. Doctoris) *ſecundum Dionyſium in Eccleſiaſtica Hierarchia ſunt quidam exercentes actiones hierarchicas, & quidam recipientes tantum, qui ſunt laici, & ideo nullius Sacramenti diſpenſatio laicis ex officio competit, ſed quod baptizare poſſunt in caſu neceſſitatis ex divina diſpenſatione factum eſt, ut nulli regenerationis ſpiritualis facultas deſit.* hæc ille. Neque Diaconi, vel Subdiaconi, quia hoc Sacramentum miniſtrando conficitur, ergo ejus Miniſtratio illis tantum competit, qui poſſunt illud conficere; ſed neque Diaconi, neque Subdiaconi poſſunt illud conficere; ergo neque miniſtrare, unde hoc Sacramentum miniſtratum à Diacono, vel Subdiacono eſt invalidum, ut ait Bonac. *diſput. 7. de extrem. unct. q. unica p. 4. nu. 2.* & communiter alii.

Neque dicas, quod Diaconi poſſunt baptizare, ergo etiam poſſunt hoc Sacramentum miniſtrare; dignus enim eſt Sacramentum Baptiſmi, quàm extremæ unctionis.

Non inquam hoc dicas, Nam Sacramentum Extremæ Unctionis non eſt neceſſitatis ſicut baptiſmus: unde non ita committitur ejus diſpenſatio omnibus in articulo neceſſitatis, ſed ſolùm illis quibus competit ex officio, Diaconis autem neque baptizare competit ex officio. Ita D. Th. *hic quæſt. 31. a. 2. ad 2.*

3. Suppono II. quod & ſi validè hoc Sacramentũ à quolibet Sacerdote miniſtrari poſſit, non tamen licitè, ut autem validè, & licitè miniſtret, requiritur licentia proprii Parochi, vel extrema neceſſitas. Sacerdos enim ſimplex cum licentia Parochi expreſſa, vel tacita hoc Sacramentum licitè, & validè miniſtrat; adeoque non peccat mortaliter; quia nõ rapit alienum invito Domino; & in neceſſitate licitè miniſtrat, etiam ſi ſit excommunicatus, vel interdictus extra verò neceſſitatem ſolus Parochus, vel Prælatus debet miniſtrare, modo nõ ſit excommunicatus, vel interdictus, quia in hoc caſu Parocus, vel Prælatus juriſdictionem amittunt.

4. Non ſolum autem Sacerdos ſæcularis, verum & Regularis in neceſſitate poteſt validè, & licitè hoc Sacramentum miniſtrare ſæcularibus Clericis, & laicis; tunc enim cenſetur Papam dare licentiam; & ſi Parochus illam dare recuſet irrationabiliter, vel id egrè ferat; quia intentio Eccleſiæ non eſt propter perverſam mentẽ Parochi velle privare fideles tali præſidio, & remedio in tãgravi periculo, & quod ægrotus moriatur abſq; tali ſacramento. Et de facto B. Pius V. cõceſſit Theatinis, ut poſſint in repẽtina neceſſitate miniſtrare hoc Sacramẽtum omnibus fidelibus, quò Privilegio fruuntur cæteri Religioſi habentes cõmu-

G

mutationem Privilegiorum. Vide Bullarium *tom.2.fol.162.conſtitutione* 31. *incip.Ad immarciſcibilem Edit. anno* 1567. *die* 13. *Februarii*. Ubi etiam Theatinis concedit, quos poſſint abſq; obtenta, vel petita licentia Parochorum miniſtrare Sacramentum Extremæ Unctionis, mercenariis, famulis, operariis, ſervis, ac hoſpitibus etiam ſæcularibus, qui intra ipſorum Regularium habitationē, in mortis articulo, vel quoties de illo dubium fuerit, reperiri contigerit, ex quo Privilegio, ita tenent Paſſer. *to.*2. *q.*187.*a.*1.*n.*994. Paſ.*q.*404.*&* 405. Neri *rub.*7.*n.*15. Gabr. à S. V. *du.*1.*q.*2. & alii.

5. Regulares autem, qui extra neceſſitatem hoc ſacramentum miniſtrant ſine licentia, ultra peccatum, incurrunt excommunicationem Papę reſervatam, ut patet ex *Clement.*1.*de privil.* excuſātur autem ſi miniſtrant ex ignorantia craſſa, hæc enim à cenſura excuſat, & in *Clem. cit.* requiritur præſumptio, & qui operantur ex ignorantia non dicitur præſumere: etiam excuſantur, ut ſupra, qui miniſtrent ſuis familiaribus, vel mercenariis, vel famulis, vel ſervis, quia hoc habēt ex privilegio. Unde in Clem. in fine dicitur. *Quibus Apoſtolico privilegio conceſſum eſt, illud cōferre familiaribus ſuis domeſticis, aut pauperibus in Hoſpitalibus ſuis degētibus.* Hoc autem Privilegio gaudent [ex Pellizz. *de Reg. tr.*8.*cap.*3.*ſect.*4.*n.*34.] PP. Benedictini ex privilegio Nicolai V. PP. Minimi, ex privilegio Leonis X. PP. Societ. Jeſu ex privilegio Pauli III. *PP.* Theatini ex privilegio Pii V., & omnes cum ipſis cōmunicantes in Privilegiis.

6. Nomine familiarium illi veniunt, qui actu inſerviunt Religioſis, & habitant intra eorum ſepta, atque ſub obedientia ipſorum Regularium vivunt, non quod obedientiam Religioſam promiſerint, ſed quod in eorum munere ipſis Regularibus obediant. Vide Trid. *ſeſſ.*24.*cap.*11. *de refor.*, & Pelliz. *cit.n.*324.

7. Suppono III., quod plures Sacerdotes validè poſſunt miniſtrare hoc Sacramentum, alter ungendo oculos, alter nares, & proferēdo in ipſis unctionibus formam correſpondentem; & ratio eſt, quia cum forma hujus Sacramenti ſint orationes deprecatoriæ, & oratio dividi poteſt, ut patet in horis Canonicis, ſequitur, quod hoc Sacramentum poteſt à pluribus Sacerdotibus miniſtrari, Bonac. *p.*3. *n.*7. Ghetius *Verbo Unct. cap.*4.*n.*3. Cand. *art.*4.*nu.*20. Layman *cap.*6.*n.*3. Mancin. *pract.*9. *n.*23. Paſq. *q.*409.*n.*4. Buſſ. *lib.*4. *tract.* 5.*c.*1.*n.*6., & alii communiter. Non tamen poteſt unus inungere aliquem ſenſum, & alius formam pronunciare, neque unus unum oculum, alter alterum. Buſſ. *loc.cit.* Dian. *tract.*7.*reſol.*56.

8. Dixi (validè), quia non licitè id fieri poteſt, præciſo caſu neceſſitatis; unde ſi per plures Miniſtros ungeretur infirmus extra caſum neceſſitatis, peccarent mortaliter; quia faciunt contra Ritum Eccleſiæ in re gravi, ut docent præcitati Doctores, & paſſim alii. Si autem in caſu neceſſitatis hoc practicaretur, excuſantur à mortali; neceſſitas enim proximi à culpa excuſat, communiter Doctores. In caſu autem, quo Miniſter non poſſit perficere omnes Unctiones; aliæ, quæ remanſerunt, poſſunt per alium ſuppleri, ſolum ungendo partes non unctas, quia illæ fuerunt validæ. D. Ant. 3.*p. tit.*14.*cap.*15.§.5 Tamb. *verb. Unctio n.*5. Ghetius, *verb Unctio, c.*4.*n.*3. Cād. *art.*4.*n.*24. Bona c

*p.*4.

Digitized by Google

*p.*4. *nu.*9. & alii contra Dian. *reſ.*21., qui tenet cum Meratio, quod alter Sacerdos ſupplens Unctiones, poteſt ab initio totas Unctiones repetere.

9 Suppono IV., quod Sacerdos miniſtrans hoc Sacramentũ debet ſervare omnia, quæ ſunt præſcripta in Rituali, & ea non ſervando, aliquando peccat venialiter, aliquãdo mortaliter. Peccat venialiter, ſi defert ſacrum oleũ ad infirmum ſine lumine, ſi illud miniſtrat ſine Miniſtro, ſecùs in neceſſitate, qui abſque ulla culpa poteſt miniſtrare, quò caſu non eſt adhibenda fœmina, quod ſi adhibet erit veniale. Quintad. *tract.* 5. *ſing.*6. ſi invertit ordinem Unctionum prius ungendo aures, quã oculos, quia variatio non eſt gravis. Tamb.§.4.*n* 8. Turrian. *p.*2. *cap.*132. *dub.*2. ſi non comburat ſtuppam ad ſingulas Unctiones, & novam adhibeat, ut faciliùs abſtergat oleum ſacrum. Laym. *cap.*7.*n.*7. Buſſ.*n.*11. ſi Miniſter timeat ne nocte vocetur, & oleum ſacrum domi retineat aliquando; ſecùs ſi ſemper domi retineat, tunc enim peccat mortaliter. Quintad. *t.*5. *ſing.*10. Barb. *de pot. Parochi c.*22. ſi omittit Pſalmos Pœnitentiales extra neceſſitatem; in neceſſitate verò poteſt illas preces, quæ præſcribuntur, omittere abſque culpa, quæ tamen poſtea ſupplendæ ſunt ſi infirmus ſupervivat. Bon.*dub.*7.*p.*6. *n.* 8. Manc. *in add. pract.*9.*nu.*3. Geſuald. *cap.*6.*n.*25. Tamb.§.4.*num.*1., *& alii.* Mortaliter verò peccat, ſi adminiſtrat ſine Stola, & Superpelliceo. Cand. *art.*9.*n.*12. Paſq. *q.*444. *n.*1. ſecus dic in neceſſitate, præſertim ſi infirmus non ſuſcepit aliud Sacramentum, neq; ſit capax recipiendi, & ſit periculum in mora. Quintad., Leand., Amicus, Dian. apud Buſſ. *l.c.n.*7. Item peccat mortaliter paſtor ſi negligat dare ſuis ovibus illud petẽtibus, niſi juſta cauſa excuſet. Quòque ſi tempore peſtis omittat dare, & infecti aliud Sacramentum non acceperunt, etiam tenetur dare cum ſuæ vitæ periculo; quia neceſſitas eſt gravis, adeoque cum Paſtor ex officio ad id teneatur, ſi omittat, peccat mortaliter, communiter Doctores, ſi autem peſte infecti aliud Sacramentum ſuſceperunt, non tenetur Parochus illis miniſtrare cum periculo vitæ; quia habet juſtam excuſationem, & aliàs hoc Sacramentum non eſt tam neceſſarium Dian. *tom.*2. *tract.*4. *reſ.*26., *&* 27. Gabriel à S. V. *q.*3.§.*ego.* Palaus *tract.* 26.*p.*8.*n.*6. Geſuald. *cap.*4.*n*24. Paſq. *q.* 416., & alii contrarium ſuſtinent, Candid. *a.*9.*n.*15. Nugno 3.*p.q.*33.*a.*2.*cõcl.* 3., & alii aſſerentes, quòd Parochus tenetur miniſtrare hoc Sacramentum ſub mortali, etiam ſi morituri poſſint aliud Sacramẽtum recipere, etiam cum periculo vitæ tempore peſtis; quia Parochus accipit ſtipendia, ut præſertim tempore neceſſitatis Sacramenta conferat; & idem tenent de Prelato Religionis; quia Prælatus Regularis accipit pro ſtipendio locum honorificum. Sacerdos verò ſimplex, ſi abſente Parocho licitè, & facilè poſſit, tenetur ex charitate miniſtrare Sacramentum hoc illud indigenti, ſed non ſub mortali; modo ægrotus non valdè indigeret; quia ſi valdè indiget, puta quia aliud Sacramentum non poteſt accipere; tunc peccat mortaliter, vide Dian. *p.*3.*t.*4. *reſ.* 170. Laym. *l.*5. *tract.*2. *cap.*7. *nu.*3. Buſſ. *loc. cit. n.*9. his ſuppoſitis.

10 Reſpondetur ad dubium propoſitum affirmativè, nempè. Poteſt Ponti-

ſex ſupplere juriſdictionem, ut Sacerdos ſimplex poſſit miniſtrare Sacramẽtum Extremæ Unctionis: modo ægrotus ſit in periculo mortis, & proprius Parochus recuſet illi dare tale Sacramentum. Tunc enim Eccleſia ſupplet in quolibet Sacerdote, etiam Regulari; eſt enim caſus neceſſitatis, & præſupponitur Eccleſiam nõ velle privare ægrotum tanto præſidio, & remedio. Nec opinio patet ex ſupradictis, & illam docent *Granado 3.p. contr.8. tract. de Sac. Extr. Unct. diſp.8. n.5.* Sotus *diſp. 23. q.2.a.11*, & alii.

11. Hoc autem intellige etiam in Sacerdote ſimplice non confeſſario expoſito ad audiendas confeſſiones; quia hoc Sacramentum nullam requirit juriſdictionem in miniſtrante; non eſt enim judiciale, ut Sacramentum pœnitentiæ.

DUBIUM XX.

An Papa poſſit aliquando permittere, ut hoc Sacramentum Extremæ Unctionis, poſſit miniſtrare unica Unctione?

1 SUppono, quod Conc. Florentinum vult, ut in miniſtrando hunc Sacramentum ungantur ſeptem partem corporis, ſcilicet oculi, aures, nares, os, manus, pedes, & renes, de præcepto tamen quinque partes primas; & ratio eſt, quia cum nihil ſit in intellectu niſi prius fuerit in ſenſu, ut docet Ariſtoteles, peccata habent à ſenſibus externis originem, adeoque ad tollendas peccatorum reliquias, qui eſt effectus hujus Sacramenti, ſufficit ut ungantur quinque ſenſus. Unctio autem pedum, ac renum poteſt omitti, ut jam renum omittitur in fœminis ob decentiam. Undè ait D.Th. *In ſupp. 3.p.q.32. n.6. Unctionem, quæ fit ad quinque ſenſus eſſe neceſſarias, & ab omnibus debet obſervari quaſi de neceſſitate Sacramenti, quoſdam verò non ſervare alias quæ ſunt ad pedes, & ad renes, quia oppetitiva, & motiva ſunt ſecundaria principia, &c.*

2 Nota, quod debet ungi utrumque oculum, utramque manum, utramque aurem, & utrumque pedem, & eſt mortale non ungere utrumque organum, ubi viget conſuetudo dicit Bonac. *diſp.7. de Sac. Ext. Unct. q. unic. p.5. n.* 20. ex Suarez, Renzi *l.1. de Sac. tract. 6. cap.1. quæſt.8.* in Sacerdotibus tamen unctio manus facienda eſt in ſuperiori parte, non in palma, ſeu vola, ut præcipit Rituale Romanum; & licet Unctio non facta immediatè à manu Sacerdotis eſſet illicita extra caſum neceſſitatis, tamen eſt licita in caſu neceſſitatis. Unde, peſte graſſantè, licitè poteſt Sacerdos uti virga longa, quam poſtea ob reverentiam cõburere debet. Ita Dian. *tom.2. t.4. reſ.34.* Lezzan. *v. Extrem. Unctio. n.5.* Barb. *de off. Parochi cap.22. n.16.* Manc. *prac.8. dub.18.*, & alii: his ſuppoſitis, & notatis ad quæſitum.

3 Reſpond. negativè. Sic docent D.Th. *loc. cit.* Gonet. *de Sac. Ext. Unct. cap.8.* Valentia *diſp.4 q.2. p.2.* Palaus. *tract.29. p.3. n.6.* Labat. *tom.7. diſp.4. dub.1.* Averſa *ſect.4. §. jam*, Geſuald. *ca. 2. n.122.* Petrus à S. Joſeph *cap.34. reſol.2.* Nald. *v. Ext. Unct. num.4.* Nugnez *in 3.p. tom.2. q.32. a.6.* Bellar. *de Sac. Ext. Unct. cap. ult.* Opatovius *tract. de Ext. Unct. q.3. n.14.* Hurtad. *de Sac. ext. unct. diſſ.6.* D. Bonav. Riccard. Durand. Major.

Major., Gabriel, Palud., Sotus, Suarez apud Tannerum *tom.4. diſp.7. q.1.nu. 17. contra* Dianam *loc. cit. de poteſt. Pontif.circaSacram.reſol.60.*, & alios multos ab ipſo citatos, tamen noſtra ſententia eſt communis.

Probatur primò. Unctiones quinque ſenſuum, nedum ſunt de neceſſitate præcepti, ſed sacramenti, ſed Papa non poteſt diſpenſare ea; quæ ſunt de neceſſitate sacramenti, ergò neque ut hoc sacramentum miniſtretur in uno ſenſu. Probatur major, hoc sacramentum adhibetur per modum medicinæ ad tollendas omnes reliquias peccatorum, ergò in his partibus debet adhiberi ubi ſunt radius peccatorum, quæ quidem ſunt in quinque sẽſibus corporis, adeoque in his omnibus debet adhiberi.

Confirmatur ex conſuetudine Eccleſiæ, quæ ſemper ungit in quinque ſenſibus, & numquam in hoc diſpenſavit, etiam in peſte graſſante.

Probatur 2. major ſupradicta alia ratione. Illud eſt de eſſentia sacramenti quod expreſsè, & adequatè ſignificatur per verba formæ; ſed omnes unctiones cum ſuis partialibus formis, ſignificant, exprimunt, & complent totam adequatam ſignificationem hujus sacramenti, ſcilicet remiſſionem cujuſvis peccati contracti per omnes, & ſingulos ſenſus, id enim nequit facere una unctio, cum unica forma, cum ſit partialis, & inadequata, ergò omnes unctiones ſunt de eſſentia hujus sacramenti, ſed Papa, &c. ergò, &c.

Confirmatur. omnes unctiones ordinantũr ad ſignificandam integram animæ ſanitatem, & ſimul operãdum, ergò non habent umquam perfectam ſignificationem, niſi omnes compleantur. Sicut enim Chriſtus numquam contulit ſanitatem corporis, niſi & ſimul animæ: ita non inſtituit sacramenta, niſi ut integrè ſanarent animam.

Probatur ſecundò noſtra aſſertio. Sicut contritio cordis, & confeſſio oris ſunt partes eſſentiales sacramenti pœnitentiæ, & quia ordinantur ad eumdem finem, ſcilicet ad efficiendam ſatisfactionem Deo pro peccatis commiſſis; ideò unum sacramentum conſtituunt: Et conſecrationes panis, & vini in Sacramento Eucariſtiæ, quia ordinãtur ad perfectam refectionem, & ad perfectum convivium ſpirituale, ſunt idem sacramentum. Ita unctiones quinque ſenſuum, quia ordinantur ad delendas ſordes peccatorum contractas cum omnibus ſenſibus, conficiũt idem Sacramẽtum extremæ unctionis, ergo illorum unctio erit neceſſaria neceſsitate Sacramenti: adeoque quia Pontifex non poteſt diſpenſare ea, quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, nec poteſt diſpenſare, ut hoc Sacramentum extremæ unctionis poſſit unica unctione miniſtrari.

4. Neque dicas cum contrariis. Sicut tota una parte hominis, totus homo dicitur ablutus, & baptizatus, ergo à pari unctio uno ſenſu, omnes ſenſus dicuntur inuncti; ergo ſicut una lotio ſufficit ad baptiſmum, ita unctio unius ſenſus ſufficit ad Sacramentum extremæ unctionis.

Non inquam hoc dicas, quia negatur paritas: Nam ad baptiſmum non attenditur magis ad unam partem, quã ad aliam, ſed ſolum, quòd poſſit dici homo ablutus: cæterum in extrema unctione, non ſolum attenditur quòd homo dicatur unctus, ſed etiam ſpecialiter, quòd radices omnium peccator

quæ

aliis afferret, & forſan ex omiſſione periculum contemptus. Tunc poteſt Sũmus Pontifex præcipere ſumptionem hujus Sacramenti; vel pœnam imponere, ut jam ex Cand. *tom. 3. diſq. 3. art. 8. dub* 3. eſt impoſita *in Conc. Colonienſi ſub Adulpho cap. ultimo* condemnẽtibus hoc Sacramentum. His verbis. *Relatum nobis in Concilio eſt quoſdam homines infirmitatit ſuæ tempore unctionem ſacram reſpuiſſe, ac contemptiſſe; quamobrem, ſtatuimus, ut ſi quis Sacramentum illud, nobis ab Apoſtolo tantòpere commendatum contempſerit, Eccleſiaſtica careat ſepultura.*

DUBIUM XXI.

An Papa poſſit habere invalidas collationes Minorum Ordinum ab Epiſcopis excommunicatis, & ſuſpenſis.

CUm ordo rerum omnium pulcritudinem, & venuſtatem efficiat, non poterat inter Sacramenta Eccleſiæ non annumerari; cui hoc eſt ſingulare, ut pluribus veluti partibus, officiis, muneribus, & miniſteriis ſit diſtinctus; quorũ alia propiùs ad ſacrã aram accedunt [ideoque maximè ſacra], alia longiùs, ab ea recedunt; & ſanè omnium ordinum miniſteria, ad ſacram menſam, ut ad finem referuntur. Inde miniſtrorum longa ſeries, quorum alii templum luſtrant, & purgant. Fores occludunt, aut reſerant, indignoſque prohibent, & participes ſacrorum myſteriorum admittunt. Alii populum inſtruunt, & lectione docent, alii cereos accendunt, alii menſam inſtruunt, & panem, & vinum materiam ſacrificii parant; Alii Sacerdotem (ad quem ſacrificii conficiendi, & offerendi facultas pertinet) comitantur, & juvant, & ipſi proximè adhærent, & obſequuntur. Et denique ipſe Sacerdos in Sacra Menſa ſacrificium offert, quo Deum populis propitium efficiat. De his ergo variis miniſteribus, & officiis, hic diſceremus, quatenus ad Sum. Pont, & ejus poteſtatem ſubſunt. Unde.

2 Suppono primò. Duplicem eſſe Ordinem Eccleſiaſticum: alterum Dignitatis, ut Archidiaconatus, Epiſcopatus, Patriarchatus, Primatus, Papatus: alterum Poteſtatis Sacrificio Altaris miniſtrandi.

3 Suppono ſecundò ex D. Thom. *de Sacram. q. 37. a. 1.* quòd Ordinum multitudo eſt inducta in Eccleſia propter tria. Primò propter Dei ſapientiam commendandam, quæ in diſtinctione rerum ordinata maximè relucet, tam in naturalibus, quàm in ſpiritualibus, quod ſignificatur in hoc quòd Regina Saba videns ordinem miniſtrantium Salomoni, non habebat ultra ſpiritum deficiens in admiratione ſapientiæ illius. Secundò ad ſubveniendum humanæ infirmitati, quia per unũ non poterant omnia, quæ ad divina miniſteria pertinebant expleri, ſine magno gravamine. Tertiò, ut via proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diverſis officiis diſtribuuntur, ut omnes ſint Dei cooperatores, quò nihil eſt diviniùs, ut ait Dionyſius.

4 Suppono tertiò. Dari Ordines Eccleſiaſticos, ſcilicet Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytorũ, Exorciſtarum, Lectorum, & Oſtiariorum, quorum tres priores vocatu mi-

formam in Evangelio creandi Sacerdotes per illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*; quibus verbis conſtituit Apoſtolos Sacerdotes, & dedit illis poteſtatem offerendi Sacrificium pro Vivis, & Defunctis. Et illam: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*. Et cum Papa non poteſt jus Divinum immutare, ideò non poteſt ſolo verbo Sacerdotes creare, dicendo: *Eſto Sacerdos*.

9 Nec poteſt Papa diſpenſare, ut in Sacramento Ordinis non adhibeatur contactus phyſicus inſtrumentorum: quia contactus phyſicus inſtrumentorum in ſumendis Ordinibus eſt de neceſſitate Sacramenti, & ſuadetur hoc à ſimili; nam in aliis Sacramentis, ſi non adeſt contactus phyſicus, nullum eſt Sacramentum, v.g. ſi aqua non attingit baptizandum, nullus eſt baptiſmus, quia ejus forma, *Ego te abluo*, non verificatur; & ſimiliter in Confirmatione, & extrema unctione. Inſuper in forma Sacramenti Ordinis dicitur: *Accipe hoc*, vel *illud*, quibus verbis imperatur contactus phyſicus; ergo ſi non fit contactus, non verificabitur ejus forma, & ſic nullum erit Sacramentum. Item porrectio activa inſtrumentorum, quæ ſunt materia Ordinis ab Epiſcopo facta (ſecundùm omnes Doctores præ requiritur) ad validitatem hujus Sacramenti; ergo acceptio paſſiva corporalis, quæ fit medio contactu exigitur ad idem Sacramentum validandum. Itèm nō minus eſt neceſſarium ad hoc Sacramentum id, quod dicitur, quàm id, quod fit, aliter verba eſſent inania, ſed quod fit, ſcilicet impreſſio characteris eſt omninò neceſſaria ad valorē Sacramenti; ergo etiam contactus corporalis, qui exprimitur per verba, erit omninò neceſſarius; & ita Doctores communiter docent.

DUBIUM XXII.

An Pontifex poſſit diſpenſare, ut Sacerdos ſimplex conferat, nedum Minores, ſed etiam Majores Ordines,

1 CErtum eſt apud omnes Catholicos ſolum Epiſcopum eſſe ordinarium miniſtrum Sacramenti Ordinis. Nam ipſe ſolus eſt Chriſtianæ Reipublicæ Præfectus, & Hyerarcha, ſive Princeps Sacramentorum, ut definitur in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *can.* 7. ubi dicitur, Epiſcopos eſſe Preſbyteris ſuperiores, & habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, quæ non eſt illis communis cum Presbyteris. Id tamen, quod hic quærimus eſt: an Sacerdos ſimplex ex conceſſione Pontificis poſſit eſſe Miniſter extraordinariis Sacramenti Ordinis, & Ordines ſive Maiores, ſive Minores validè conferat.

2 Reſpondeo primò. Simplicem Sacerdotem poſſe ex conceſſione, & privilegio Papæ conferre Minores Ordines: cōſtat hæc reſponſio, tum ex praxi Eccleſiæ, tum ex Tridentino *ſeſſ.* 23 *can.* 10. *de Reformat.* ubi Concilium ſupponit Abbates ex Privilegio Sedis Apoſtolicæ, poſſe Minores Ordines conferre Regularibus ſibi ſubditis, ſolumque prohibentur ne conferant laicis, etiam ſibi ſubditis. Eodem Privilegio gaudent Presbyteri Cardinales ex conſuetudine, quæ eſt altera lex.

Digitized by Google

3 Reſpondeo ſecundò. Non poteſt ſimplex Sacerdos ex commiſsione Sũmi Pontificis conferre Majores Ordines, & conſequenter non poteſt Pontifex in hoc diſpenſare. Ità expreſsè D.Thom.cum Thomiſtis, contra aliquos exteros. Et ratio eſt, quia Ordines Sacri habent immediatam relationem ad Corpus Chriſti, & jure divino Miniſter cujuſvis Ordinis Sacri eſt Epiſcopus, ſic etiam tenent *Azor.lib.3.c.48.q.16.Geſuald.c.4.n.8.* & alii apud Dianam *to.3.reſ.69.* Quamquam quo ad Subdiaconatum eſt contrà Salmaticenſes, & contra Dianam *tom.3.tr.2.reſol.70.* Imò Diana *loc.cit.* tenet ex Vaſquez, & aliis, Summum Pontificem dare poſſe ſimplici Sacerdoti facultatem conferendi Ordinem Presbyteratus.

Probatur alia ratione, quam affert D.Thom.hic *q.38.a.1.ad 1.* ubi ſic docet; Papa, qui habet plenitudinem poteſtatis Pontificalis poteſt committere non Epiſcopo ea, quæ ad Epiſcopalem dignitatem pertinent, dummodò illa non habeant immediatam relationem ad verum Corpus Chriſti: & ideo ex ejus commiſſione aliquis Sacerdos poteſt conferre Minores Ordines, & Cõfirmare; non autem aliquis non Sacerdos, nec iterum Sacerdos Majores Ordines, qui habent immediatam relationem ad Corpus Chriſti, ſupra quod conſecrandum Papa non habet majorem poteſtatem, quàm Sacerdos ſimplex. Ita ille.

Confirmatur hæc ratio. Ideo Papa poteſt commictere ſimplici Sacerdoti, ut adminiſtret Sacramentum Confirmationis, quia poteſtas adminiſtrandi Sacramentum Confirmationis. habet relationem ad Corpus Chriſti miſticũ, ſcilicet ad fideles; & non eſt major poteſtas in Pontifice, quàm in ſimplici Sacerdote ſupra Corpus Chriſti miſticum; ergo cum Summus Pontifex non habet majorem auctoritatẽ ſupra Corpus Chriſti naturale, quàm habeat ſimplex Sacerdos, non poteſt concedere adminiſtrationem SacramentiOrdinis, qui habet relationem immediatam ad Corpus Chriſti naturale.

Confirmatur, amplius hoc haberet Pontifex. vel ex poteſtate ordinis, vel juriſdictionis, neutrum dici poteſt; ergo. Major patet. Probatur minor. Non ordinis, quia non eſt maior in Summo Pontifice, quàm in cæteris Epiſcopis, qui tamen nequeunt facultatem iſtam commictere ſimplici Sacerdoti, ut fatentur etiam adverſarii: Neque juriſdictionis, quia hæc non eſt ad ea; quæ dicunt immediatam relationem ad CorpusChriſti naturale in Euchariſtia, uti ſunt Diaconatus,& Subdiaconatus, ſed tantùm ad Corpus Chriſti miſticum; ergo.

4. Obiiciunt adverſarii.Primò Florentinum in decreto Eugenii, ubi ſtatuit ſolum Epiſcopum eſſe miniſtrum Ordinis ordinarium; ergo ſentit ſimplicem Sacerdotem poſſe eſſe ex conceſsione Papæ miniſtrum extraordinarium Sacramenti Diaconatus, & Subdiaconatus.

Secundò obiiciunt Concilium Antiochenum *cap.10.*Ec.Ancycanum,ubi concedebatur Chor Epiſcopis (qui ut docet Dormaſus *epiſtol.5.*erant ſimplices Sacerdotes) collatio Diaconatus, & Presbyteratus, dummodò ab Epiſcopo Civitatis licentiam accepiſſent.

Tertiò. Inoocentius VIII.conceſsit

A b-

Digitized by Google

Abbatibus Ordinis Ciſtercienſis facultatem conferendi ſuis Monachis Ordinem Diaconatus, & Subdiaconatus. Et Vaſquez hic.*diſput*.243.*cap*.4. ait, tale privilegium legiſſe in quodam Codice Vetuſto, qui inſcribitur, *Collecta Bullarum Ordinis Ciſtercienſis*, & ſervatur in Bibliotheca Collegii Complutẽſis Societatis Jeſu; ſed valet arguere de id, quod factum eſt, ad potentiam faciendi; ergo Pontifex poteſt concedere poteſtatem ſimplici Sacerdoti, ut conferat Ordines majores. Hæc ſunt omnia fundamenta adverſæ ſententiæ, quæ quidem facillimè diſſolvuntur ex doctrina præcitata mei Angelici Doctoris, ut videre eſt. Igitur.

Reſpondetur ad primum. Florentinum addidiſſe Ordinarium propter Ordines Minores, non Majores. Ordines enim Minores poſſunt ex diſpenſatione Papæ licitè conferri à ſimplicibus Sacerdotibus.

Ad ſecundum dico, quòd Inſtituta Synodi Antiochenæ tempore Iulii I. habitæ ſunt nullius auctoritatis, utpotè quæ ab Arianis edita fuere, ut probat Baronius *tom.3. ad annum Domini* 341. Vel

Dico, quòd Chor-Epiſcopi erant verè Epiſcopi, tamen ſine certa Diœceſi, & ſolum ordinati ad converſionem fidelium; Et ſi non erant Epiſcopi, non ordinabant, ſed ſolum habebant ab Epiſcopo aliquam commiſſionem ſuper reliquos Presbyteros, ut ſunt hodie Decani, & de iſtis loquitur Damaſus citatus.

Ad tertium reſpondetur. Incertum eſſe, an tale privilegium verè à Sede Apoſtolica emanaverit, quia ſi revera emanaſſet, nullum dubium eſſet, quia eo ſemper Abbates Ciſtercienſes uſi fuiſſent, hodie autem non utuntur, neque Concilium Tridentinum revocavit, quia in toto Concilio de hoc non fit mentio. Ita Coninch. Vel

Reſpondetur, quòd ſi revera tale Privilegium emanavit à Sede Apoſtolica uſus eſt Pontifex opinione, quam probabiliorim exiſtimavit, licèt revera ſit minus probabilis; Quamvis enim in materia morum, & Sacramentorum nõ liceat uti opinione probabili in concurſu alterius, quam probabiliorem exiſtimamus; benè tamen in concurſu alterius, quæ creditur probabilior, licèt revera minus probabilis. Ita Magiſter Gonet.

5 Alias difficultates contrarii expẽdunt ad probandam ſuam ſententiam; quæ quidem omnia ſolvuntur, ſi benè, & attentè rationem D.Thom.conſideres; ſtando in hoc, quòd Papa non poteſt diſpenſare ſimplicibus Sacerdotibus in ea, quæ habent immediatam relationem ad Corpus Criſti verum, licèt poſſit in ea, quæ ſunt ad Corpus Chriſti miſticum, ut ſuprà late diximus.

6 Inferas. Neque Pontificem poſſe diſpenſare, ut Diaconus alterum Diaconum ordinet, vel Subdiaconum, ut ait D.Thomas *loc.ſup.cit.* cum non Sacerdos non poſſit conferre Ordines, qui habent immediatam relationem ad verum Corpus Chriſti.

D U B. XXIII.

An Papa poſſit diſpenſare, ut fœmina initietur prima Tonſura, *& minoribus* Ordinibus?

Suppono ut de fide certum. Solos viros baptizatos, & uſum rationis

H 2 ha-

habentes, eſſe capaces Sacramenti Ordinis, non verò fœminas; taliter, quòd ſi attentetur ordinatio erit irrita, & nulla. Conſtat hoc ex perpetua, & numquam interrupta Eccleſiæ traditione, quæ ſemper exiſtimavit ad valorem ordinis requiri ſexum virilem jure divino. Contra Hæreticos Pepuſianos, qui teſte Epifanio *hæreſi* 49. & Auguſtino *hæreſi* 27. ordinabant mulieres in Sacerdotes, atque in Diaconiſſas, & Epiſcopiſſas: , quem errorem noviſſimè ſuſcitavit Lutherus, teſte Alphonſo de Caſtro *l.* 10. *adver. hæres. verbo mulier*.

2. Certitudo autem hujus Eccleſiaſticæ traditionis deducitur ex facto Chriſti Domini; qui cum in ultima cœna Apoſtolos ordinavit, nullam admiſit fœminam; neque Beatam Virginem, quandoquidem ipſa digniùs, quã Apoſtoli potuiſſet tractare Sacramentum altaris.

Et circa hoc poſſunt afferri variæ congruentiæ. Prima eſt. Nam Sacris Ordinibus annexum eſt munus prædicandi, & publicè docendi, & cum ex ſententia D. Pauli 1. *ad Cor.* 14. Turpè eſt mulieri loqui in Eccleſia, conſequẽter turpè eſſet mulierem Sacris Ordinibus initiare, & ordinare.

3. Secunda eſt, quam affert D. Th. *de Sacram. q.* 39. *a.* 1. quia Sacramentũ Ordinis ſignificat eminentiam gradus, & cum in muliere non poſſit eminentia aliqua gradus ſignificari, quia mulier habet ſtatum ſubjectionis, juxta illud Geneſ. *ſub viri poteſtate eris cunctis diebus vitæ tuæ*. Ideo non poteſt mulier inſigniri Ordinibus.

4. Tertia aſſignatur à D. Bonavẽtura *in* 4. *d.* 25. *a.* 2. *q.* 1. ubi docet, quòd perſona, quæ ordinatur Sacris Ordinibus debet ſignificare Chriſtum mediatorem, cujus officio fungitur, juxta illud Apoſtoli 2. *ad Cor.* 5. Pro Chriſto legatione fungimur; & cum mediator fuit vir non mulier; ideo mulier non poteſt ordinari.

Suppono ſecundo. Solos baptizatos eſſe capaces Sacramenti Ordinis, non verò Catechumenos; Nam cum baptiſmus ſit janua omnium Sacramentorũ, ante ipſum homo non eſt capax nullius Sacramenti; Unde ſi Catechumenus recipit Sacramentum Matrimonii, non tamen recipit gratiam Sacramentalem, quam cauſat hoc Sacramentum baptizatis; cum non ſit capax Sacramenti Matrimonii, prout eſt Sacramentum, ſed uti eſt contractus naturalis, & civilis. His ſuppoſitis.

5. Reſpondeo nagativè, & probatur, nam ſexus Virilis eſt de neceſſitate Sacramenti, ſed Papa non poteſt diſpenſare in Sacramentis, ea quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti; ergo non poteſt diſpenſare, ut fœmina ordinetur Sacris Ordinibus.

Confirmatur: Quod de ſe eſt incapax jure divino ad aliquod ſuſcipiendum Sacramentum, non poteſt ex autoritate etiam Papæ fieri capax, ſed fœmina eſt incapax jure divino ad ſuſcipiendum Sacramentum Ordinis; ergo non poteſt fieri capax ex Papæ diſpẽſatione. Major patet. Minor cõſtat ex traditione Eccleſiæ, quæ ad valorẽ ordinis ſemper exiſtimavit eſſe neceſſarium jure divino ſexum virilem. Conſequentia ſequitur.

Probatur de prima Tonſura. Nam prima Tonſura non eſt aliud, quam cõſecutio, & deputatio Perſonæ ad eum ſta-

Digitized by Google

ſtatum,ex quo aſcendi poſsit ad alios ordines Eccleſiaſticos, ſed mulier eſt incapax hujus aſcēſus;ergo eſt incapax primæTōſuræ.Major patet.Minor etiā ſuadetur. Nam ſicuti Novitiatus eſt diſpoſitio ad Religioſam profeſſionem;& perſonæ, quæ incapaces ſunt alicujus Religionis ſuſcipiendæ non poſſunt recipi ad Novitiatum; ſic prima Tonſura, cum ſit fundamentum, & diſpoſitio ad Ordines,ut docet D.Th.*3.p.in add. q.40. a.2.* nequit admicti ad primam tonſuram, qui non poteſt ad Ordines aſcendere. Ita Candidus *de Sac. Ord diſp.4.a.5.d.4.*

6. Dices cum Paludano, & Urtado. Prima Tonſura licèt tribuatur maſculis tamquam prævium ad Ordines, tamen hoc eſt ſolum ex Eccleſiæ Inſtitutione; ergò Papa poteſt in hoc diſpenſare.

Reſpondetur nego ſecūdam partem antecedētis.Nā ad valorēOrdinis Jure Divino requiritur ſexus virilis; ordo enim eſt à Chriſto inſtitutus ad docendum, & præſidendum in Eccleſia; mulier autem prohibetur ab Apoſtolo præſidere, & docere in Eccleſia.

7. Quæres. An ſaltem fœmina de poteſtate Papæ poſsit ferre cenſuras?

Reſpondetur non eſſe improbabile poſſe fœminam de abſoluta Summi Pontificis authoritate ferre cenſuras. Ita docent Paludanus *in 4.d.19.q.2.a. 1.* Bonacina *de cenſuris q.1.punct,2. num.4.*Sotus *d.20.q.10. a.4.* Filliucius *trac.11.c.2.q.8.* Reginaldus *num.16.* Navarrus *conſil.72.de ſententia excōmunicationis*Ugolinus *c.2.§.7.num.5.* Ubi refert alios plures, ſcilicet Suarez, Alterſius, Ruvardus,& Sayrus. Diana contra ſolos Avilam,& Coninch.

Ratio hujus ſententiæ eſt;quia Summum Pontificem poſſe hanc facultatē concedere,non eſt contra jus divinum, vel naturale, ergo Papa poteſt in hoc diſpenſare. Antecedens patet cum hoc eſt tantùm contra jus poſitivum; in quo Papa poteſt diſpenſare.

8. Dices cum Avila *de Cenſuris p.1.d.6.concl.1.* Poteſtas juriſdictionis ſpiritualis ordinatur ad clavē ordinis, ſcilicet ad remictendum peccaum, & ortum habet ex illa; ergò ſolùm in his reperitur, qui habent clavem ordinis, ſed mulier [per dicta] jure Divino eſt incapax Ordinis;ergo & juriſdictionis ſpiritualis ferendi cenſuras.

Reſpondetur cū D.Th.*in 4.diſt.18. qu.2.a.2.*clavem duplicem eſſe,ſcilicet ordinis, & juriſdictionis, illius eſt incapax mulier ſecundum Chriſti inſtitutionem, hujus autem poteſt eſſe capax, ſaltem ex conceſſione Papæ, quò ad exercitium, ſicut & merè laicus capax eſt, licèt non ſit Apoſtolorum ſucceſſor, cum ſit extra clerum.

9. Verumtamen eſt; neque Chriſtus,neque Eccleſia numquam ejuſmodi poteſtatem per cenſuras homines ligari conceſſiſſe mulieribus,cum id non ſit neque expediens, neque dicens jure ordinario fœminam cenſuras ferre.

10. Et licet aliquæ Abatiſſæ ſuſpenderint ſibi ſubditas, illa tamen non fuit vera ſuſpenſio, quæ erat cenſura, ſed prohibitio quædam, ob cujus violationem, non fuiſſet contracta irregularitas.

DU-

DUB. XXIV.

An Papa poſſit diſpenſare, ut initiatus majoribus ordinibus contrahat Matrimonium?

1. SVppono ſolum Iure Canonico prohibitum eſſe contrahere Matrimonium ordinatis in ſacris, ut ait Divus Thomas *in* 4. *diſt.* 37. *q.*1. *a.*1. & eſt communis ſententia Theologorum; ſi enim jure divino eſſet prohibitum ordinatis in ſacris matrimonium contrahere, nunquam poſſet Papa in hoc diſpẽſare, quòd autem Papa diſpenſavit patet experiẽtia. Vnde Trid.hoc indicat *in ſeſſ.* 24. *canone* 9.dicente,ſi quis dixerit Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel Religioſos caſtitatem ſolemniter profeſſos poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto,anathema ſit;igitur hoc de certo ſuppoſito.

2. Reſpondeo: Poſſe Pontificem diſpenſare, ut initiatus Sacris Ordinibus matrimonium contrahat.Ita communiter Theologi. patet hæc propoſitio. Cum enim ordinatis in ſacris ſolùm prohibetur ab Eccleſia, & non jure divino; (ut ſupponimus) matrimonium, & Papa poteſt in jure Eccleſiaſtico diſpenſare, ideo poteſt, & de facto diſpenſat.

3. De Religioſis autem D. Th. *in* 2.2. *q.*88. *a.*11. Reſpondet negativè. Tum quia votum caſtitatis per profeſſionem ſollemnizatum pertinet ad latriam, & ad jus Divinum: ergo Papa non poteſt in hoc diſpenſare: Tum quia Profeſſi alicujus Religionis ſunt mortui mundo, & Deo vivunt, unde non ſunt revocandi ad vitam humanam occaſione cujuſcumque eventus. Et

Probatur *ex capite cum ad Monaſterium,tit.de ſtatu Monachorum.*ubi Innocentius III.ſic ait. Nec exiſtimet Abbas, quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquoMonacho diſpẽſare; quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa Regulæ monacali, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere, ergo.

Probatur etiam ex Sacra Scriptura. Levitici ultimo dicitur,quòd eſt ſemel ſanctificatum non poteſt in alios uſus converti, ergo ſi qua perſona eſt Deo ſanctificata per votum ſolemne profeſſionis, non poteſt mutari in alios uſus.

4. Pater Diana tamen cum auctoribus ab ipſo relatis acerrimè videtur defendere opinionem affirmativã; & pro probanda ſua ſententia, multas adducit diſpẽſationes,quæ de facto fecit Summus Pontifex aliquibus Religioſis.

Et primò de Nicolao quodam;Profeſſus in ordine Sancti Nicolai, qui ab Alexandro III. diſpenſatus fuit, ut jungeretur matrimonio Annæ filiæ Vitalis, Venetiæ Ducis; cum qua habuit ſex filios maſculos,& tres fæmellas; & poſtea ipſe ad Monaſterium reverſus eſt: Et Anna, ædificato prius Monaſterio, apud Amianum ſub titulo Sancti Adriani, in illo incluſa vitã finivit clara miraculis.

Secundò affert Damirum Aragoniæ Regem, Monachum factum, cum Pater ejus deceſſiſſet è vita, ſine prole, ipſe è monaſterio eductum Romani Pon-

Pontificis diſpēſatione, & authoritate, & Reggio ſceptro ornatum uxorem duxit, & ex ea filium ſuſcepit.

Tertiò Caſimirum hujus nominis primum Poloniæ Regem Monachum Cluniacenſem Sancti Benedicti Religioſum Profeſſum, & Diaconum effectum, diſpenſatione Benedicti IX. à profeſſione, & voto abſolutum, & ad Regnum majorum ſuorum evectum uxorem accepiſſe, & filios procreaſſe.

5. His, & aliis exemplis affert Diana, quibus concludit de facto Pontificem diſpenſaſſe in voto ſolemni Profeſſionis.

Reſpondet tamen Sotus, & alii Thomiſtæ, hæc eſſe incerta; tamen dato, quòd ſint certa, dicunt illos non fuiſſe Monachos profeſſos, ſed tantum Novitios adhuc in anno probationis. Vel

Reſpondetur ſecundò, & melius, quòd ſi Pontifex ſua authoritate hoc fecit, non tamen diſpenſavit in voto ſolemni; ſed tantum interpetravit, talem eſſe Dei voluntatem; ne Regnum tranſiret ad Hæreticos, vel Infideles: Votum enim Religionis non poteſt Papa diſpenſare, ſed interpetrare, in aliquo urgenti caſu; ſic eſſe voluntatem Dei. Unde nihil contra nos.

DUBIUM XXV.

An dentur impedimenta in Matrimonio, & in quibus poteſt Papa diſpenſare?

1. Apoſtolus Magnum Sacramentum Matrimonium eſſe dicit in Chriſto, & Eccleſia. Magnum Sacramentum, non ut ſignum practicum, ſed ut ſignum ſpeculativum, & ſymbolum ſacrarum rerum; & in hoc cætera Sacramenta ſuperat iiſque ſanctius eſſe triplici ſignificatione, qua Religionis, & fidei Miſteria præcipua repreſentat. Primò enim Matrimonium eſt ſacrum ſignum caſtiſſimi fœderis, & vnionis Dei cum Anima, quam ſibi per fidem deſponſare ſcriptura dicit Oſeæ 3. *Sponſabo te mihi in fidem, cui nomine dotis virtutes, & dona Spiritus Sancti infundit.* Secundò eſt Symbolum fœderis, quò Chriſtus Eccleſiam ſuo ſanguine mundatam, & maculis deterſam, glorioſam ſibi ſponſam conjunxit. Ac tertiò demum matrimonium, quo utriuſque conjugis fit una caro, ſignificat illam eximiam, & ſingularem vnionem; qua verbum naturam humanam ſibi vinculo numquā diſſoluendo copulavit, & ex utroque ſcilicet Deo, & homine una perſona conſurgit. Quis ergò negare poteſt, magnum eſſe Sacramentum matrimonii, cum ratione hujus triplicis unionis, & fœderis, myſteria, quæ maxima ſunt exhibet repreſentationem, & Imaginem.

De hoc ergò Sacramento magno hic pauca videbimus, quatenus ſcilicet ad illud Summi *P*ontificis authoritas ſe extendit; ut de aliis Sacramentis ſupra fecimus, & hic faciemus.

Ut tamen recto Ordine procedamus, neceſſariò debemus hic adnotare matrimonii impedimenta, quibus cognitis, videndum eſt, poſtea à quibus poteſt Papa ſua auctoritate diſpenſare: Prius tamen, quàm de impedimentis Matrimonii ſermonem habeamus, aliqua hic debent præmitti, ad cognoſcendam naturam hujus Sacramenti. Igitur

2. Præ-

2. Præmitto primò. Matrimonium dici à Matre eo, quòd ſit ut uxor fiat mater; & à matre potiùs, quam à Patre nuncupatur, eo quod in prole ſuſcipienda, & educanda matre plus impendat operam; vnde dicitur matrimonium quaſi matris munium: vel [ut alii dicunt] dicitur matrimonium quaſi matrem muniens, quia uxor per matrimonium acquirit virum, quo munitur. Vocatur etiam conjugium, eo quod duos ſub eodem jugo ſocietatis perpetuæ conjungat. Appellatur etiam connubium, & nuptiæ à velo, quo ex antiqua cerimonia tegebantur Virgines, quando maritis tradebantur.

3. Præmitto ſecundò, Matrimonium eſſe verè, & propriè Sacramentum, ſeù ſignum practicum, efficax gratiæ ſanctificantis. Sicut definitur in Florentino in decreto Eugenii, vbi matrimonium ponitur inter ſeptem Eccleſiæ Sacramenta. Et habetur in Tridentino *ſeſſ. 24. Can. 1.* Ubi dicitur; *ſi quis dixerit matrimonium non eſſe verè, & propriè unum ex ſeptem legis Evangelicæ Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inventum, neque conferre gratiam. Anathema ſit.* Igitur hoc eſt certum de fide, contra Lutherum, & Calvinum.

4. Præmitto tertiò. Miniſtrum Sacramenti matrimonii eſſe ipſos contrahentes, non vero Sacerdotem ipſos benedicentem, & illa verba. Ego vos conjungo proferentem, hoc colligitur ex Tridentino *ſeſſ. 24. c. 1. de reform. mat.*, ubi affirmat, matrimonia clandeſtina, quæ fiebant abſque Sacerdote, & ſine ullis ejus verbis fuiſſe valida quamdiu Eccleſia non fecit ea irrita. Et *Can. 11.* ait; Benedictionem Sacerdotalem annumerari inter Eccleſiæ ceremonia. Colligitur etiam ex Florentino in decreto Eugenii ubi docetur. Hoc Sacramentum matrimonii ſolo contrahentium conſenſu perfici.

5. Præmitto quartò. Eadem verba, ſeù ſigna conjugum, quibus mutuum conſenſum exprimunt, eſſe ſibi invicem ſecundum diverſas conſiderationes materiam, & formam hujus Sacramenti matrimonii: quatenus enim per ea mutuo ſua corpora in conjugium ſibi invicem tradunt habent rationem materiæ; quatenus verò per ea corporum traditionem ſibi mutuò factam acceptant, habet rationem formæ. Ita communiter Doctores, His præmiſſis.

6. Reſpondeo, quòd dantur impedimenta in matrimonio; quæ quidem alia ſunt impedientia; alia dirimentia. Dirimentia ſecundum jus antiquum ſunt duodecim, ſecundum verò jus novum ſunt quatordecim; Nam Concilium Tridentinum duo addidit, ſcilicet raptum, & defectum præſentiæ Parochi, & teſtium; quæ omnia his verſibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamē, honeſtas;
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis.
Raptave ſit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc facienda vetant connubia facta retractant.

Im-

Impedimenta impedientia tantum, ſed non dirimentia ſunt duodecim, quinque, quæ non proveniunt ex crimine, ſed ex alia cauſa comprehenduntur à D.Th. *3.p. q.*50. his verſibus.

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum
Atque, Chatechiſmus, ſponſalia jungito votum
Impediunt fieri permittunt facta teneri.

Alia ſeptem, quæ oriuntur ex crimine, his continentur verſibus.

Inceſtus, raptus ſponſatæ, mors mulieris,
Suſceptus propriæ ſobolis, mors Presbyteralis.
Vel ſi peniteat ſolemniter, aut monialem,
Accipiat, prohibent hæc conjugium ſociandum.

Prius ergò agebimus de impedimentis dirimentibus [quæ dicuntur dirimentia, non quòd matrimonium jam factum dirimant quando illi jam facto ſuperveniunt; ſed quia faciunt, ut invalidè contrahatur, & contrahentes ſeparari poſſint, quia invalidè contràxerunt]poſtea de impedimentis non dirimentibus, ſed tantum impedientibus. Sit ergò.

§. I.

De impedimento erroris, & conditionis.

7. TRiplicem errorem in contractu matrimonii contingere poſſet. Primus circa perſonam, ut ſi quis ducat Filibertam credens eſſe Franciſcam. Secundus error dicitur conditionis; ut ſi quis exiſtimat ſe cõtrahere cum libera, & contrahit cum Ancilla. Tertius dicitur error qualitatis, ut ſi putet eſſe pulcram, nobilem, divitem, Virginem; & poſtea comperit illam deformem, ingnobilem, pauperem, defloratam.

8. Matrimonium contractum cum errore circa perſonam eſt invalidum jure humano, & naturali. Sic docent communiter Doctores, & Thomiſtæ. Et quòd ſit invalidum jure humano patet *ex capite tua nos de ſponſalibus.* Quod autem ſit invalidum jure naturali.

Probatur. Matrimonium jure naturæ non ſubſiſtit abſque conſenſu circa perſonam cum qua contrahitur, ut patet etiam in aliis contractibus, ut ſi pro tritico, vendatur hordeum, pro auro, argentum, ſed quando error verſatur circam ſubjectam perſonam, non adeſt conſenſus circa illam perſonam, ſed circa aliam, quæ mente concipitur; unde dicitur in lege *cum teſtamẽtum;* errantis nullus eſt conſenſus ergo matrimonium celebratum cum errore perſonæ eſt invalidum jure naturali.

Et hoc non ſolùm circa fideles, ſed etiam infideles, nam jure naturali, non ſolùm fideles, ſed etiam infideles ſubditi ſunt.

Matrimonium celebratum cum errore concomitante etiam jure naturali eſt invalidum. Error autem concomitans eſt, quando quis contrahit cum Maria, putans eſſe Martam; ſed ita eſt diſpoſitus, ut ſi ſciret illam eſſe Martam etiam contraheret.

Probatur. Licet talis error non facit involuntarium, contrariè, ſeù poſitivè, facit tamen involuntarium negativè, ideſt non voluntarium; ſed de eſſentia contractus matrimonii eſt ut

ſit poſitivè voluntarius, ideſt ut actu, & reipſa cõſentiat contrahens in perſonam, quæ traditur; ergò talis error jure naturę irritum reddit contractum matrimonii. Ita communiter Doctores.

8. Matrimonium contractum cum errore qualitatis non eſt invalidum.

Probatur. Quia hic error non verſatur circa ſubſtantialia perſonæ, ſed circa accidentalia, & extrinſeca, & quò ad ſubſtantiam rei, hoc matrimonium eſt voluntarium ſimpliciter.

Si autem error qualitatis redundat in errorem perſonæ, puta ſi qualitas eſt per ſe intenta à contrahente, tunc talis error invalidat matrimonium. Verbi gratia Diana contrahit matrimonium cum Dominico, qui ſe fingebat filium Regis Hyſpaniarum, cujus verè non erat filius, tamen Diana in mente ſibi filium Regis propoſuit, & in illum directè conſentire voluit; in hoc caſu error verſatur circa perſonam; & conſequenter matrimonium eſt invalidum. Ita communiter Doctores.

9. Error conditionis, ſivè ſervitutis dirimit matrimonium jure civili, & Canonico; non tamen jure naturali; dummodò hæc ſervitus ſit ignorata à contrahente.

Probatur ex D.Th. *de matrimonio q.52.a.1.* ubi ſic dicit. Sicut potentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem ſi ſciatur, ita conditio ſervitutis ignorata matrimonium impedit.

Probatur quòd impediat jure civili, & canonico, non naturali. Nam ſervitus ex natura rei, non contrariatur matrimonio; alioquin etiam quando non ignoratur invalidaret matrimonium; ergò.

Si autem contrahens poſt cognitam ſervitutem habet copulam cum ſerva: verbi gratia; tunc fit validum per mutuum cõſenſum de novo factum ſigno externo expreſſum.

§. II.

De impedimento voti.

1. Hic non eſt ſermo de voto ſimplici, quod fit ad libitũ; cum hoc eſt certum non dirimere matrimonium, ſed tantũ impedire ne contrahatur; propterea, qui vouit caſtitatẽ, vel Religionẽ, vel ſacros Ordines, peccat contrahendo, tamen validè contrahit matrimonium: Neque eſt ſermo de voto ſolemni, quod fit in ſuſceptione ſacrorum ordinum, cum hoc pertineat ad octavum impedimentum, ſed tãtùm loquimur hic de voto ſolemni, quod fit in profeſſione Religionis: Unde

2. Reſpondeo primò. Religioſus profeſſus invalidè contrahit matrimonium jure Eccleſiaſtico; & idem dico de voto ſimplici, quod miſſunt Patres Societatis, peracto biennio, ut patet in bulla Gregorii XIII. incipiente *Aſcendente Domino.*

Probatur. Nam votum ſolemne nil habet ſupra votum ſimplex, quod dirimat matrimonium (ambò enim tradunt perſonam Deo) niſi decretum Eccleſiæ; ut definitur in Concilio Viẽnenſi, Tridentino *ſeſſ.24.c.9.* & in aliis Conciliis relatis à *San.l.7. d. 26. n.1:*

3. Reſpondeo ſecundò. Matrimonium celebratum ante profeſſionem, dirimitur per profeſſionem, modo ſit tantum ratum, & non conſummatũ; ſecus ſi ſit conſummatum.

Pri-

Prima pars patet ex Tridentino *ſeſſ.24.c.4.*& etiam patet. Nam hic effectus ex privilegio divino fuit conceſſus ſolemni profeſſioni, ut probat Leſſius *l.4.c.41.d.8.n.69.*

Ex quo ſequitur licitum eſſe Mariæ, verbi gratia, in ſeculo manenti cum año contrahere, ſi conjux cum quo contraxerat ingreſſus eſt Religionem, & fecit profeſſionem ante conſummatum matrimonium; tamen conjuge in ſæculo manente non poſſe. Et ſi coniux, qui Religionem ingreſſus eſt ſit tantùm quatuordecim annorũ, debet coniux in ſæculo manens expectare, donec compleat ſexdecim annos, quòd eſt tempus requiſitum ad profeſſionẽ, ex Trid.*ſeſſ.25.c.15.*

Probatur ſecunda pars. Tum quia nullo jure cõſtat ipsũ dirimi. Tũ quia ſic habetur *Can. ſi quis conjugatus.* Tum etiam, quia hoc conſtat ex pluribus locis Sacræ Scripturæ, quæ de conſummato matrimonio intelligendi ſunt, unde dicitur Matt.1 1. Qui dimiſerit uxorem ſuam facit eam mechari. Tum etiam quia coniuges per matrimonium conſummatum facti ſunt una caro, quæ non eſt ſeparanda, niſi per mortem alterius.

§. *III.*

De impedimento Cognationis.

1. COgnatio eſt triplex, ſcilicet naturalis, legalis, & ſpiritualis; prima derivatur per carnalem generationẽ, ſecunda per legis adoptionem; tertia per regenerationem in Sacro Fonte baptiſmatis, & in *Sacra*mento Chriſmatis, primò de prima cognatione agemus; poſtea de aliis cognationibus per ordinem.

2. Cognatio naturalis, ſeu conſanguinitas [ſic dicta quaſi mutua sãguinis unitas] eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite proximè deſcẽdentium carnali propagatione contractum.


Ut autem dignoſcantur gradus cõſanguinitatis ſtatuuntur ſequentes regulæ à D. Th. *in 4. diſt.40.q.1.a.12.* quem ſequitur cõmuniter Doctores.

3. Prima eſt in linea recta tam aſcendentium, quàm deſcendentium, quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, una dempta ſcilicet ſtipite. Unde cum pater, & filius ſint duæ perſonæ, ſi ſtipitem demas, ideſt patrem, pater, & filius erunt in primo gradu; eo quòd dempto ſtipite remanet una perſona. Similiter pater, & nepos ſunt in ſecũdo gradu, quia ſunt tres perſonæ, ſcilicet pater, & filius, & nepos, & dempta una, remanent duo.

4. *Secunda* regula pro linea tranſverſali, ſeu collaterali eſt. Perſonæ eo gradu diſtant inter ſe, quò diſtant à communi ſtipite; & ideo quia duo fratres, uno tantum gradu diſtant à communi ſtipite, ſcilicet patre, uno gradu, diſtant inter ſe; filius verò unius fratris, quia duobus gradibus diſtat à cõmuni ſtipite, duobus quoque gradibus diſtat à filiis alterius fratris. Hoc autem intellige jure canonico, non civili; quia jure civili duo fratres ſunt in ſecundo gradu.

5. Tertia regula etiam pro linea tranſverſali; hæc eſt. Conſanguinei in linea tranſverſali eo gradu diſtant inter ſe, quo alter magis remotus diſtat à communi ſtipite, verbi gratia, Paulus habet duos filios Petrum, & Andreã, & rurſus Petrus habet filium, & nepotem, ſi vis ſcire in quo gradu ſit nepos,

pos Petri cum Andrea, dic, quòd ſunt in tertio gradu, nam in eo gradu ſunt inter ſe, quò alter magis remotus diſtat à communi ſtipite, ſed nepos Petri diſtat tribus gradibus, à cõmuni ſtipite, ideſt Paulo; ergo ſunt in tertio gradu inter ſe. Et hoc etiam intellige ſecundum jus canonicum, non civile, quæ ad rem noſtram non pertinet, patent omnia in ſubjecto ſchemate.



Modo videndum eſt quando conſanguinitas, & in quò gradu matrimonium impediat.

6. Reſpondeo. Matrimonia conſanguineorum in primò gradu lineæ rectæ ſcilicet matris cum filio, & patris cum filia ſunt irrita *jure* naturæ.

Ratio affertur à D.Th. 2.2. *q*.154. *a*.9. Ubi habet, quòd homo naturaliter debet quamdam honorificentiam parentibus; huic autem honorificentiæ, non parum derogaret conjunctio matrimonialis matris cum filio, & patris cum filia, turpitudo enim patris, & matris revelaretur contra id, quod dicitur Levitici 18. *turpitudinem patris tui*; *vel matris tuæ ne diſcooperias*.

7. Poteſt adhuc alia ratio afferri. Nam matrimonia ad hoc ordinantur à natura, ut duo fiant una caro; ſed qui ſunt in primo gradu conſanguineitatis lineæ rectæ, jam ſunt una caro ſecundum carnalem conjunctionem immediatam; ergo matrimonia inter illos ſunt illicita jure naturæ.

8. Reſpondeo ſecundò. Matrimonia conſanguineorum in primo gradu lineæ tranſverſæ, ſcilicet inter fratrem, & ſororem ſunt invalida, etiam jure naturæ.

Ratio eſt. Tum quia inter fratrem, & ſororem, eſt maximus pudor naturalis, cui maximè adverſatur actus cõjugalis. Tum etiam, quia Summus Pontifex numquam in hoc diſpenſavit requiſitus etiam à magnis Principibus; ergò ſignum eſt hoc matrimonium eſſe de *jure* naturæ invalidum, non tantum jure Eccleſiaſtico.

§. 4.

De cognatione legali.

1. Cognatione legalis eſt propinquitas quorumdam perſonarum conſurgens ex adoptione; quando ſcilicet legitimè aſſumitur aliqua perſona extranea in filium, vel nepotem, vel in filiam, & neptem.

Adoptans autem, ut legitimè adoptet; hæ conditiones debet habere. Primò, ut adoptans ſit ſui Juris, & major vigintiquinque annis, hic enim habet adminiſtrationem bonorum, exceptis caſtrenſibus, & quaſi. Secũdò ut adoptans non ſit fæmina, hæc enim non poteſt adoptare abſque Privilegio. Tertia ut adoptans habeat potentiam naturalem ad generandum; nam adoptio fuit inſtituta ad ſupplendum defectum filiorum; hanc autem potentiam habent ſecti gladio, vel eunuchi per morbum facti, hi enim accidentaliter ſunt impotentes, non ex defectu naturali; ſicuti ſunt impotentes frigidi. Quarta, ut adoptans excedat adoptatum decem, & octo annis, & poſſit eſſe pater adoptati: Unde quilibet, ſtantibus his conditionibus poteſt adoptare, etiam ſi ſit Sacerdos, & quilibet poteſt adoptari, modo ſit præſens, abſens enim non poteſt neque adoptare, neque adoptari. *Lege neque*, & *l.poſt mort*. §. *de adoptionibus*.

2. Contrahitur autem cognatio legalis, primò inter adoptantem, & adoptatum, & deſcendentes adoptati uſque ad quartum gradum. Secundò inter adoptatum, & uxorem adoptantis, & è contra inter uxorem adoptati, & adoptantis. Tertiò inter filios adop-

ſſ.24.de matrimonio c.2., & ab omnibus Doctoribus communiter affirmatur, & docetur.

§. 6.

De impedimento criminis.

1. Crimen ſi ſit adulterii, ſive homicidii jure Eccleſiaſtico dirimit matrimonium. Eccleſia autem ideo hoc impedimentum induxit, ut cædes, & adulteria inter conjuges vitentur.

Ad hoc autem,ut homicidii crimen inducat impedimentum dirimens, debet habere multa. Primò, ut maritus occidat uxorem, vel è contra, ſivè per ſe, ſivè per alium, ſivè ferro,ſivè veleno.Secundò,ut vir,& fæmina qui contrahunt matrimonium conſpiraverint in mortem conjugis occiſi; unde ſi unus abſque conſpiratione alterius machinatus ſit mortem, non contrahit impedimentum; modo non interceſſerit adulterium cum homicidio. Tertiò, ut conventio occidendi alterum conjugem, ſit facta ad finem, ut mortuo conjuge poſſint matrimonium cōtrahere, & ſi alio fine ſit,puta ex odio, vel vindicta, poterunt tunc validè contrahere,*cap.ſi quis* 31.*q.*1.Quartò ut ſequatur mors;requiritur enim effectus conſummatus.

2. Ut autem adulterii crimen dirimat matrimonium etiam aliqua requiruntur. Primò, ut uterque novit adulterium. Unde ſi Paulus commiſit adulterium cum Berta ſoluta, quæ neſciebat,an Paulus ſit conjugatus, poterit validè contrahere cum Paulo, etiam ſi Paulus occiderit uxorem animo contrahendi cum Berta; quia copula reſpectu Bertæ non fuit adulterium formaliter, ſed tantum materialiter. Secundò, ut ſemen receptum ſit intra vas fæminæ; quia ad inducendum hoc impedimentum, requiritur peccatum conſummatum, & adulterium non eſt conſummatum ante ſeminis receptionem.

§. 7.

De impedimento diſparitatis cultus.

1. Iure Eccleſiaſtico invalidum eſt matrimonium Baptizati, ſeù fidelis, cum infideli; non tamen cum Hæretico,vel Apoſtata,vel Excommunicato; cum omnes iſti ſint baptizati; licet committatur peccatū grave,cum contrahitur cum hæretico propter prohibitionem Eccleſiæ.

2. Cauſa autem ea matrimonia irritandi ab Eccleſia fuit. Tum quia adeſſet periculum prævaricandi. Tum ob difficultatem ad prolem benè, & piè educandam. Tum ut inter conjuges tollatur occaſio diſcordiæ.

§. 8.

De impedimento vis.

1. Metus, ſeù vis incuſſus à cōtrahente irritat matrimonium jure naturæ;ſi verò ſit incuſſus à tertia perſona, irritat jure Eccleſiaſtico.Metus autem debet eſſe grave, cadentem in virum perfectum, & conſtantem verbi gratia mortis, carceris perpetui, amiſſionis bonorum, &c.

Quan-

Quando verò metus eſt levis contractus cenſetur ſpontaneus. Debet etiam eſſe injuſtè incuſſus, quia ſi juſtè incutiatur, non dirimit matrimonium. Unde ſi pater verbi gratia aliquem deprehendit in crimine cum filia, & illi minat accuſationem, vel mortem, ſi filiam non ducat in uxorem: non dicitur metus injuſtus, ſed juſtus, & ideo non dirimit matrimonium. Unde in ſequẽtibus caſibus valet matrimonium.

2. Primò. Si concubinarius metu gehennæ, vel mortis in morbo, vel naufragio ducat concubinam. Secundò ſi quis à medico perſuaſus, non diù ſe victurum, niſi ducta uxore, illam ducat. Tertiò ſi in carcerem conjectus ipſe evadendi, contrahat cum filia lictoris. Quartò. Si Princeps obſeſſus, offerat filiam obſidenti, ut ab obſidione liberetur. Quintò ſi ad mortem damnatus ducat meretricem, ut à morte evadat. Sextò ſi Raptor, vel Virginis deflorator, metu mortis ducat raptam, vel defloratam. Septimò ſi infirmus, ut medeatur à medico, ducat medici filiam.

§. 9.

De impedimento Ordinis.

1. Sacer Ordo matrimonium dirimit jure poſitivo, & Eccleſiaſtico, ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ.* 24.*c.*9., quem Ordinem [qui non coactè ſuſcepit] matrimonium dirimit. Vidæ quæ ſupra diximus, ubi diffusè de hac materia diſceruimus.

§. 10.

De impedimento ligaminis.

1. Nota, Polygamiam dici quãdo plures uxores ſimul habentur. Bigamiam vero quando plures habentur ſucceſſivè, ſcilicet una mortua, alia ducitur. Ligamen dicitur eſſe vinculum prioris matrimonii, quò durante, matrimoniũ poſterius eſt invalidum.

2. Ligamen autem dirimit matrimonium, nõ tamen jure Eccleſiaſtico, ſed naturali, & Divino; & quòd impediat primo Iure, patet *in cap. Gaudemus de divortio, & cap.* 1. *de ſponſa duorum*, quòd autem impediat ſecũdo Iure etiam patet, quia res uni tradita, non poteſt amplius tradi alteri, & cum corpus viri ſit traditum primæ uxori; ideò, &c. De tertio etiam patet Matth. 19. *Ubi dicitur; Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit mechatur.*

3. Queres. An uxor crẽdens ſuum viram eſſe mortuum, poſtquam cognoſcit eſſe ſuperſtitem teneatur recedere à ſecundo viro?

Reſpondeo affirmativè. Tenetur enim ad primum redire, relicto ſecundo, aliter exponit ſe periculo adulterii, & peccat mortaliter petendo, vel reddendo debitum, poſt verám notitiam; ſecundum enim matrimoniũ eſt invalidum. Ut patet *ex Canone ſi Virgo* 34.*q.*2. Si verò dubitat, non poteſt petere debbitum, reddere tamen debet; quia alter conjux habet jus petendi. Eſt inter Doctores communis.

De

§. 11.

De impedimento Honeſtatis.

1. STatuitur hoc impedimentum publicæ honeſtatis jure Eccleſiaſtico, ut patet *in cap.unico de ſponſalibus in 6.cap.literas de deſponſatione impuberum.*Et *cap.Juvenis,cap. ad audientiam,cap.ſponſam de ſponſalibus.*Et in Tridentino *ſeſſ. 24. de reformatione matrimonii cap.3.*

2. Oritur autem hoc impedimentum ex ſponſalibus validis : Unde ſi quis poſt ſponſalia celebrata cũ Anna matrimonium contraheret cum illius ſorore,vel matre, vel filia,invalidè cõtraheret;ut patet ex Tridentino loc. cit. Ubi hoc impedimentum in ſponſalibus reſtrictum eſt ad primum gradum; qui antea erat uſque ad quartum gradum.

Dixi (ex ſponſalibus validis];Invalida enim ſponſalia non dirimunt;quãvis jure antiquo dirimebant ; & dirimunt valida, cum conſanguineis, non cum affinibus.

2. Stat etiam hoc impedimentũ, quando ſponſalia diſſolvuntur mutuo conſenſu contrahentium ; quia impedimenta matrimonii non dependent à voluntate contrahentium ; ſed ab Eccleſia, quæ ſtatuit impedimentum publicæ honeſtatis conſurgere ex ſponſalibus validis ; ſponſalia autem , licèt diſſolvantur, non ideo non erunt valida.Ita Bon.*de ſponſalibus* . Et alii ab illo citati contra Dianam, & alios.

3. Conſurgit etiam hoc impedimentum , nedum ex ſponſalibus validis , ſed etiam ex matrimonio rato à fortiori;& jure potiori ; ſi enim conſurgit ex ſponſalibus; quæ ſunt via ad matrimoniũ; quãto magis ex rato matrimonio.Ut colligitur ex *cap.Sponſa, c.ad audientiam.*

Imo impedimentum publicæ honeſtatis conſurgens ex matrimonio rato, extenditur uſq;ad quartũ gradũ:Unde vir mortua uxore , ante conſũmatum matrimònium ; non poteſt ducere conſanguineam uxoris uſque ad quartum gradum;ut declaravit Pius V.in Bulla, quæ incipit: *Ad Romanũ.* Et conſurgit etiam ex matrimonio rato invalido; modo non ſit invalidum reſpectu conſenſus . Uide Bonacin. *de imped. matrim.q.3.punct.12.prop.2.num.*11.

§. 12.

De impedimento Affinitatis.

1. AFfinitas eſt vinculum , ſeu propinquitas Perſonarum nata ex carnali copula, ſive licita, ſive illicita .

Iure Eccleſiaſtico hæc affinitas dirimit matrimonium , cum hac differentia , quod ex copula licita oritur impedimentum dirimens uſque ad quartum gradum , Ex illicita verò uſque ad ſecundum gradum,ut videri poteſt in Tridentino *ſeſſ.24.c.4.*

2. Gradus autem in affinitate cõputandi ſunt proportionali modo ſicuti gradus coaſanguinitatis ,& ſtipes in affinitate ſunt ille duæ perſonæ , quæ ſe carnaliter cognoſcunt,unde ille duæ dicuntur principium affinitatis non affines.

3. Quæres. An conſanguinei Petri, qui copulam habuit cum Anna ſint affines conſanguineis Annæ.

Digitized by Google

Reſpondeo negativè. Licet enim Petrus ſit affinis conſanguineis Annæ, & Anna conſanguineis Petri: tamen conſanguinei Petri, & Annæ, non ſunt affines inter ſe: & ſic duo fratres poſſunt ducere duas ſorores, & filius poteſt ducere filiam, cujus matrem pater duxit; Affinitas enim non generat affinitatem. Eſt communis.

Ad inducendum autem impedimẽtum affinitatis requiritur copula cum ſeminis emiſſione intra clauſtrum fœminæ; quia ſi ſemen non recipiatur in clauſtrum non contrahitur affinitas. Ad contrahendam enim affinitatem, ea copula requiritur, quæ ſit ſufficiens ad generationem, ſeu ut vir, & fœmina, una caro efficiatur. Unde

4. Sequitur primò, quòd quando ſola fœmina ſemen emittit non oritur affinitas, quia illius ſemen tantum non eſt ſufficiens ad generationem; ſi verò ſolus vir emittit, non verò fœmina oritur affinitas, quia illius ſemen eſt ſufficiens ad generationem, ut docent Philoſophi.

5. Sequitur ſecundò. Ex concurſu Spadonum non oriri affinitatem, quia Spadones non emittunt ſemen aptum ad generationem.

6. Sequitur tertiò. Non oriri affinitatem ex actu prepoſtero extra vas debitum, neq; ex pollutione extra vas fœmineum.

7. Contrahentibus autem cum affinibus, & conſanguineis in gradibus prohibitis, ſtatuta eſt pœna excommunicationis ipſo facto, ut habetur in Clementina *unica de conſanguinitate* Qui autem poſt contractum matrimonium cognoſcit conſanguineam uxòris in primo, vel ſecundo gradu, non poteſt amplius ab ea debitum petere privatur enim jure petendi; tenetur tamen reddere; non enim juſtum eſt, ut innocens damnum patiatur ob culpam delinquentis. Vide Bonacin. *de imped. matrim. q. 3. p. 12. num. 20.*

§. 13.

De impedimento impotentiæ.

1. IMpotentia coeundi; quæ arte humana non poteſt removeri abſque probabili vitæ periculo, ex triplici capite poteſt oriri. Primò ex improportione naturali, ut quãdo fœmina eſt arcta, ut non poſſit à marito carnaliter cognoſci. Secundò ex frigiditate, quando ſcilicet per frigiditatem ſemen non poteſt emitti, quæ ut plurimum provenit à viro, non à fœmina. Tertiò ex maleficio perpetuo facto ad impediendum congreſſum, & copulam maritalem.

2. Non ſolum jure Eccleſiaſtico, ſed etiam naturali impotentia coeundi antecedens matrimonium illum dirimit: jure inquam Eccleſiaſtico, ut dicitur *in capite quod ſedem de frigidis, & maleficiatis, & cap. 1. 33. q. 1.* jure etiam naturali. Tum quia ad valorem matrimonii requiritur, ut conjuges poſſint copulari, & fieri una caro, quòd quidem tollitur per impotentiam coeundi antecedens matrimonium. Tum etiam quia de eſſentia matrimonii eſt, ut tradatur corpus ad uſum conjugale; quòd quidem non poteſt tradi ſuppoſita impotentia perpetua.

Conſultò dixi [impotentia antecedens matrimonium]; quia impotentia perpetua ſuperveniens, non dirimit ma-

matrimonium. Et debet eſſe perpetua iſta impotentia, quia temporalis non dirimit matrimonium, excepta impotentia ratione ætatis.

3. Hinc habes primò. Validè cōtrahi cum fœmina arcta, quæ fieri poteſt apta per inciſionem; quia hoc matrimonium non cenſetur celebratum cum impotentia perpetua: ſecùs dic, quando fœmina non poteſt ſemen recipere, & adeo arcta eſt, ut nullo modo juvari poteſt.

4. Habes ſecundò. Validum eſſe matrimonium cum fœmina, quæ poteſt accipere ſemen; licèt ipſa non poteſt ſeminare; quia ſemen fœminæ, juxta veriorem ſententiam, non requiritur ad generationem: ſecus dic, quando fœmina eſt impotens ad retinendū ſemen viri; quia per hoc impediretur generatio prolis; quòd primariò intelligi debet in matrimonio.

5. Habes tertiò. Validum eſſe matrimonium, quando fœmina poteſt reddere debitum, ſed non niſi cū graviſſimo ſanitatis periculo; vel quando non poteſt parere, abſque gravi periculo vitæ; cum in iſtis caſibus poſſint conjuges fieri una caro, quòd eſſentialiter requiritur ad validitatem matrimonii.

6. Habes quartò. Validum eſſe matrimonium inter ſteriles; Nam hic intercedit vera copula apta ad generationem, & ſterilitas accidit matrimonio.

7. Habes quintò. Invalidum eſſe matrimonium inter ſenes, qui ſunt omninò impotentes ad habendum copulam; his enim dicuntur habere impotentiam perpetuam coeundi; ſecus dic de fœmina ſola etiam vetula, hæc nim poteſt ſemen recipere.

8. Habes ſextò. Invalidum eſſe matrimonium contractum cum Eunucho perfecto; vel Spadone, qui ſcilicet caret ſemine: cum enim Eunuchi perfecti careant utroque teſte non poſſunt emittere verum ſemen intra vas fœmineum, quamvis illud ingrediantur. Ita declarat Sixtus V., quoniam iſti habentur inter perpetuos impotētes: ſecus dic de Eunuchis imperfectis, qui carent uno teſte tantum; Nam hi ſunt apti ad generationem.

9. Habes ſeptimò. Validum eſſe matrimonium cum hermaphrodito; qui debet inire matrimonium juxta ſexum, quem prævalet; unde ſi prævalet ſexus virilis poteſt cum fœmina contrahere; ſi verò fœmineus poteſt contrahere cum viro; & ſi aliter fiat, matrimonium eſt invalidum, quia cōtrahitur cum perſona ejuſdem ſexus: ſi verò in hermaphrodito ſexus ſit æqualis, poteſt eligere quem ſexum ipſe voluerit, & ſecundum illum matrimonium contrahere: facta autem ſexus electione, non poteſt abſque gravi peccato variare electionem, cum ſit valdè indecens modò variare unum ſexum, modò alium; tamen ſi contraheret, validè contraheret; quia nullum irritat illius matrimonium. Parochus autem non poteſt aſſiſtere matrimonio hermaphroditi, in quo eſt ſexus æqualis, niſi prius hermaphroditus coram Judice Eccleſiaſtico proteſtatus ſit quem ſexum ſequi velit.

§. 14.
De impedimento præſentiæ Parochi, & Teſtium.

1. Matrimonium clandeſtinum, quod contingit, quando fit

abſque Parocho, & duobus ad minus teſtibus eſt invalidum, ut ſtatuit Concilium Tridentinum *ſeſſ.24.c.1.de reformatione matrimonii.*[intellige ubi dictum Concilium eſt acceptatum]& peccant mortaliter contrahentes, quia faciunt contra prohibitionē Eccleſiæ in re gravi, & irritum faciunt Sacramentum.

2. Parochus autem is intelligitur, qui habet ordinariam juriſdictionem in contrahentes; poteſt autem Parochus alium ſubſtituere, non tamen niſi Sacerdotem. Teſtes autem, qui debent aſſiſtere, non requiritur, ut ſint omni exceptione majores; ſed ſi ſint infames, vel fœminæ, vel pueri, habentes uſum rationis, vel parentes vel domeſtici, vel ſervi, ſufficiunt ad validandum matrimonium.

3. Vagabundi autem poſſunt cōtrahere coram quolibet Parocho; qui debet inquirere diligenter de eorum conditione, ſcilicet an alibi ſint conjuncti &c. & deinde debent petere licentiam ab Epiſcopo aſſiſtendi, ſine qua licet validè aſſiſtant, tamen peccant mortaliter aſſiſtendo. Ut communiter docent *Doctores.*

§. 15.

De impedimento Raptus.

1. ULtimum impedimentum dirimens eſt Raptus, qui tunc propriè dicitur, quando perſona aliqua invita, vel reſiſtentibus parentibus, vel illis, ſub quorum cura eſt, per vim abducitur, ad explendam libidinē vel ad matrimonium contrahendum.

2 Iure autem Eccleſiaſtico Raptus dirimit matrimonium, ut patet ex Tridentino *ſeſſ.24.de reform. matrimon. c.6.* ubi tria genera pœnarum contra Raptores conſtituuntur. Prima, ut Raptor, & omnes conſilium, auxilium, & favorem prębentes ſint ipſo jure excommunicati, perpetuò infames, & omnium dignitatum incapaces; licèt iſta excōmunicatio non ſit reſervata jure communi. Secunda; ut Raptor ſive matrimonium contrahat, ſive non, teneatur ad decenter dotandam raptam arbitrio Iudicis, quò ad alia verò damna tenetur jure naturæ ante ſententiam Iudicis. Tertia, ut ſit invalidum matrimonium celebratum inter Raptorem, & Raptam, dum Rapta eſt in poteſtate Raptoris, etiam ſi liberè conſentiat; & idem dic de ſponſalibus. Et tunc validatur quando Rapta conſentit matrimonio, poſtquam conſtituta in loco tuto, & libero ſeparata à Raptore, ut dicitur in eodem Concilio.

3 Ex his habes matrimonium eſſe invalidum cum ſponſa celebratum, ſi poſt ſponſalia valida per vim abducitur à ſponſo; quia verè intervenit Raptus; ſecus dic ſi ipſa ſponſa volens abducta fuit; in hoc enim caſu, licèt jure civili eſt raptus; non tamen jure canonico, dummodò non abducatur ad actum turpem, parentibus invitis.

4; Habes, adhuc non poſſe Raptorem cum rapta contrahere, antequam conſtituatur in loco tuto ipſa Rapta; quæ cum alio tertio poteſt Rapta contrahere. Pœna enim eſt contra Raptorem, ut patet ex Tridentino.

5 Habes iterum, quòd duo requiruntur ad Raptum. Primò requiritur vis; unde quando fœmina abducitur volens, non dicitur Rapta, ſed potiùs de-

Digitized by Google

debet iſtâ dici fuga voluntaria. Dicitur tamen Raptus; quando Parentes ſciūt & renuunt; licèt mulier conſentiat; tunc enim vis infertur Parentibus; Secundò requiritur abductio cauſa libidinis, vel cauſa matrimonii.

Dixi (Abducitur), quia non committitur Raptus, quando quis reperiens virginem in domo Patris, vel in alia domo, ipſam non educit de ea domo, ſed illam ibi opprimit, aut trahit de uno cubiculo in aliud, ut ibi commodiùs violet. Idem dic de eo, qui virginem in agro repertam, inde trahat per aliquot paſſus, ut commodiùs abutatur; ſecùs ſi illam inde deducat in aliquam domum extra illum agrum, aut in alium locum, ut communiter docēt Doctores. Hactenus de Impedimentis dirimentibus matrimonium.

§.

De *Impedimentis Impedientibus*.

1 POſtquam egimus de Impedimentis matrimonium dirimentibus, reſtat, ut agamus de Impedientibus tantùm, quæ, ut diximus ſupra. ſunt duodecim, ſeptem, quæ ex crimine proveniunt, & quinque ex alia cauſa; & de omnibus ſigillatim hic ſermonem habemus. Primò de iſtis quinque, & poſtea de illis ſeptem.

§. 16.

De *Primo Impedimento*.

1 PRimum Impedimentum impediens eſt interdictum, ſcilicet prohibitio, qua certo anni tempore ab Eccleſia interdicitur matrimonium, & nomine interdicti venit etiam prohibitio Epiſcopi, aut Vicarii, aut Iudicis, aut Parochi interdicentis alicui ne matrimonium contrahat, donec aliqua cauſa, vel impedimentum examinetur; qui autem contrahit, ſtante hoc impedimento, peccat mortaliter, quia facit contra prohibitionem Superioris in re gravi; licèt teneat matrimonium factum cum hoc impedimento.

De ſecundo impedimento.

2. SEcundum impedimētum impediens eſt tempus feriatum, quod eſt à prima die Adventus uſque ad diem Ephifaniæ; & à feria quarta Cinerum uſque ad octavam Paſchæ incluſivè. Poſſunt tamen celebrari matrimonia hoc tempore abſque ſolemnitate, ubi conſuetudo eſt recepta.

De tertio impedimento.

3. TErtium impedimentum eſt Chatechiſmus, quæ dicitur à chatechizo, ſeù inſtruo, quod impedimentum contrahitur ab eo, qui reſpondet pro Infante, quando ſupplentur cerimoniæ poſt Baptiſmum collatum in neceſſitate; quod impedimentum videtur ſublatum per Tridentinum *ſeſſ*. 24. *c*. 2. Unde monentur Parochi, ut in libro baptizatorum diſtinguant Patrinos Chatechiſmi à Patrinis baptiſmi.

De quarto impedimento.

4. QVartum impedimentum ſūt ſponſalia prius celebrata cum alia perſona; ſi non ſint prius diſſoluta, quia qui contraxit ſponſalia debet ſtare datæ promiſſioni; ſponſalia enim inducunt obligationem ſub mortali; aliquando autem licet reſilire à ſponſalibus, ut infra dicetur. *De*

Digitized by Google

De quinto impedimento.

5. QVintum impedimentum eſt votum ſimplex caſtitatis, vel Religionis ingrediendæ, vel ſuſcipiendi Sacros Ordines, vel non nubendi. Hæc impedimenta non oriuntur ex aliquo delicto; ſed ab alia cauſa ut viſum eſt, nunc videmus illa, quæ ex crimine proveniunt.

De ſexto, ſeptimo, octavo, nono, decimo, undecimo, & duodecimo impedimento.

6. SExtum impedimentum impediens eſt inceſtus cum conſanguinea conjugis in primo, vel ſecundo gradu ſcienter factus, qui impedit matrimonium. Septimum eſt raptus alienæ ſponſæ, qui enim rapit ſponſam alienam, non poteſt contrahere, neque cum rapta, neque cum alia. Octavum eſt uxoricidium. Nonum eſt ſuſceptio propriæ ſobolis in baptiſmo ad impediendam redditionem debiti; hic enim contrahit impedimentum ne mortuo conjuge poſſit cum alio matrimonium inire. Decimum eſt Presbytericidium; modo Presbytericida ſit de crimine in judicio convictus. Undecimum Pœnitentia publica, quamdiù durat. Duodecimum eſt matrimonii cum moniali profeſſa in hoc enim caſu contrahens non ſolùm invalidè contrahit, ſed etiam impeditur, ne poſſit cum alia contrahere. Qui autem contrahit cum dictis impedimentis, vel cum uno ex his, peccat mortaliter, quia facit contra prohibitionem Eccleſiæ in re gravi, ut docent communiter Doctores.

7. Igitur ex dictis liquidè poteſt ſciri in quibus impedimentis poteſt Pontifex diſpenſare, [quod erat noſtrum præcipuum intentum] non poteſt enim diſpenſare in impedimentis matrimonium dirimentibus jure naturæ, ut colligitur ex *cap. literas §. ſanè in fine de reſtitutione ſpoliatorum.* Poteſt autem diſpenſare in impedimentis dirimentibus ſolum jure humano, & Eccleſiaſtico; quia eſt ſuperior, & habet in Terris ſupremam poteſtatem; Superior autem poteſt in ſua lege, & in legibus inferiorum diſpenſare: verum claritatis gratia hic aliqua apponam in quibus Papa poteſt, vel non poteſt diſpenſare. Unde fit

DUBIUM XXVI.

An Papa poſſit diſpenſare, ut Socer ſumat in uxorem Nurum ſuam.

1. REſpondeo affirmativè. Quia affinitas in primo gradu lineæ rectæ non dirimit matrimonium jure naturali, ſed tantum Eccleſiaſtico. Hanc ſententiam tenet D.Th. 2.2. *q.* 154. *a.*9. *ad.*3., & eum ſequuntur 27. Doctores quos citat, & ſequitur Diana *de Poteſtate Papæ reſ.*80. *n.*5. contra aliquos.

Probatur à pari, & de facto. Nam Pontifices deſpenſant in dicta affinitate orta ex copula fornicaria; ſed hæc affinitas eſt ejuſdem rationis cum ea, quæ oritur ex copula conjugali; fornicarii enim eodem modo fiunt una caro per copulam, ac fiunt conjuges; ergò, &c. Unde Pius V. conceſſit Henrico Cardinali Luſitaniæ facultatem diſpenſandi in affinitate cujuſcunque gradus orta ex copula occulta fornicationis.

2 Di-

2. Dices D. Paulus 1.*Cor.*5. *ait auditur inter vos fornicatio qualis, nec inter gentes, ut uxorem patris ſui aliquis habeat*; ergò jure naturali irritatur matrimonium in primo gradu affinitatis lineæ rectæ.

Reſpondetur per hoc tantum concludi, quod ille Corinthus carnaliter cognovit novercam patre vivente; non autem patre demortuo.

3. Dices ſecundò. Gen.39. Maledicitur Ruben, eo quod cum uxore patris dormierit; ergò cum tunc nulla erat lex ſcripta illud prohibens ſequitur eſſe prohibitum jure naturæ; ergò, &c.

Reſpondeo cum Cajetano, quòd ideo Ruben maledicitur, quia illius peccatum erat peccatum adulterii cũ vivente patre dormierit cum uxore patris.

4. Quæres, an poſſit Pontifex diſpenſare, ut quis matrimonium contrahat cum uxore fratris ſui, vel ut fæmina nubat viro ſuæ ſororis.

Reſpondeo affirmativè. Quia ex copula cõjugali in primo gradu lineæ tranſverſæ non oritur impedimentum jure naturali prohibitum; ſed tantum Eccleſiaſtico, & poſitivo: Unde Jacob accepit duas ſorores in uxores Liam, & Rachelem Gen.29. Thamar Nurus Judæ Patriarchæ juncta eſt matrimonio duobus ejus filiis. Gen.38.

5. Unde Pontifices aliquando diſpẽſarunt in affines in primo gradu. Alexander VI. diſpenſavit cum Emanuele Rege Luſitaniæ, ut acciperet in uxorem ſororem uxoris defunctæ. Julius II. cum Catarina Vidua Regis Angliæ, ut copularetur fratri mariti jam defuncti. Clemens VIII. cum Rege Poloniæ, ut acciperet in uxorem ſororem uxoris ſuę defunctæ.

DUBIUM XXVII.

An inter fratres, & ſorores, inter avum, & neptem poſſit Papa matrimonium diſpenſare.

1. Reſpondeo primò. Papa non poteſt diſpenſare ut frater accipiat ſororem in uxorem; quia matrimonium in primo gradu lineæ tranſverſæ eſt invalidum jure naturæ. Communiter Doctores.

Probatur. Tum quia inter fratrem, & ſororem eſt maximus pudor naturalis, cui maximè adverſatur actus conjugalis. Tum etiam, quia gentes bene inſtitutæ ab hujuſmodi nuptiis ſe abſtinent. Tum etiam, quia in hoc numquam Papa diſpenſavit.

2. Dices. Ab initio mundi fratres, cum ſororibus contrahebant, nec conſtat cum illis eſſe diſpenſatum à Deo; ergo ſignum eſt, matrimonium in primo gradu lineæ tranſverſæ non eſſe invalidum juræ naturæ; & conſequenter poteſt Papa diſpenſare.

Reſpondeo, matrimonium illorum fuiſſe validum popter neceſſitatem naturæ humanæ conſervandæ, & propagandæ; Sicut enim neceſſitas licitum facit recipere rem alienam; ita &c. Et ideo in caſu extremæ neceſſitatis non ſolùm frater poteſt cum ſorore matrimonium inire ad conſervandam humanam ſpeciem; ſed etiam pater cum filia, vel filius cum matre; nam in tali caſu malum privatum eſt inferioris conditionis, quam bonum comune; Unde Sancti Patres excuſant filias Loth

Loth cognitas carnaliter a patre, quia nullum alium ſuperſtitem eſſe putabantur. Ita Chriſoſtomus, & Ambroſius apud Valentiam.

3. Reſpondeo ſecundò. Matrimonium in linea recta eſt invalidum jure naturæ in primo gradu tantum, non vero in reliquis. Et ſic Papa poteſt diſpenſare ex juſta cauſa, ut ineatur matrimonium inter avum, & neptem, aviam, & nepotem. Eſt communis, &

Probatur prima pars. Tum quia maxima reverentia principio per ſe debetur; cui reverentiæ repugnat actus conjugalis. Tum quia omnes gentes benè inſtructæ exiſtimant nuptias eſſe nefandas in primo gradu lineæ rectæ; ergo, &c.

Probatur ſecunda pars. Aſcendẽtes non habent rationem principii per ſe reſpectu omnium deſcendentium; ſed ſolum reſpectu filiorum ab ipſis immediatè procedentium; reſpectu verò aliorum habent tãtum rationem principii per accidens, cum nepos poteſt eſſe ſine avo, ut patet de filiis Adæ: Ratio autem principii per accidens nõ invalidat matrimonium jure naturali; ſed tantum ratio principii per ſe. Tum etiam quia participatio ſanguinis, quæ provenit à ſtipite, & transfunditur in deſcendentes, tantò fit debilior, quantò magis pluribus communicatur; conſequenter non videtur ſufficiens eo modo ad invalidandum matrimonium in omnibus deſcendentibus, ſicuti in primo gradu.

4. Hinc patet. Poſſe Pontificem diſpenſare, ut inter patruum, ſeù avunculum, cum filia fratris, vel ſororis ineatur matrimonium: Iſti enim non ſunt conſanguinei in primo gradu, in quo eſt invalidum matrimonium jure naturali.

DUBIUM XXVIII.

An Pontifex poſſit matrimonium ratum, & nondum conſummatum diſſolvere.

1. RESpondeo affirmativè. De facto enim Paulus III. Pius V., & Gregorius XIII. una die cum undecim diſpenſarunt, ut refert Henriquez ergo ſi de facto Pontifex diſpenſavit, ſignum eſt habere autoritatẽ diſſolvendi.

2. Dices; ergo etiam poteſt Papa diſſolvere matrimonium conſummatũ probatur conſequentia; Nam inter matrimonium ratum, & conſummatũ; non adeſt niſi differentia accidentalis.

Reſpondetur negando conſequentiam. Ad probationem negatur antecedens. Nam non differunt matrimonium ratum, & conſummatum accidentaliter, ſed tamquam integraliter perfectum ab imperfecto; conſumatio enim nõ eſt accidentalis matrimonio, ſed integralis, quæ matrimonium cõplet in perfecta ſignificatione, ſcilicet unionis Chriſti cum Eccleſia per carnem aſſumptam, in qua fundatur omnimoda indiſſolubilitas matrimonii conſummati.

3. Dices ſecundò. Matrimonium ex lege Divina eſt indiſſolubile; ſed Pontifex non poteſt diſpenſare in lege Divina, ergo, &c.

Reſpondetur diſtinguendo majorẽ matrimonium ratum, nego majorem, conſummatum, concedo majorem; mino-

Digitized by Google

norem, & nego conſequentiam.

Dices Matthei 19. dicitur. Quod Deus conjunxit homo non ſeparet; ergo nullus homo etiam Papa poteſt matrimonium ratum diſſolvere.

Reſpondetur, quòd Mattheus intelligitur de matrimonio conſummato; non rato.

Dices iterum. Matrimonium ratũ eſt Sacramentum ſignificans unionem Chriſti cum Eccleſia; ergò ſicut unio Chriſti cum Eccleſia non poteſt diſſolui, ita matrimonium ratum.

Reſpondetur nego antecedens. Nã matrimonium ratum, defectu conjunctionis corporum, non ſignificat unionem Chriſti cum Eccleſia factam media incarnatione, quam unionem ſignificat conſummatum.

4. Cauſæ autem diſpenſandi in matrimonio rato ſunt hæ. Prima notabilis diſparitas in qualitate. Secunda ſi lepra ſuperveniens amorem utriuſque erga ſe invicem imminuat. Tertia timor ſcandali, ut ſi rixarum inter conſanguineos conjugum; aut inter ipſos, ob diſparitatem in genere, ſtirpe, & opibus periculum immineret. Quarta defectus voluntatis contrahendi in alterutro, ipſius maximè teſtimonio, qui non conſenſit, nec induci poteſt, ad conſentiendum.

Hactenus de Poteſtate Pontificis circa Sacramenta.

Hic in calce hujus dubii liceat mihi edicere quanta ſit auctoritas, ac Poteſtas Summi Pontificis, nedum circa Sacramenta Eccleſiæ, verum in temporalibus, & licèt dicenda ſint extra hanc materiam, curioſitatis gratia hic ſubiicere intendo.

Primò ergo Chatolici omnes ad oſtendendam auctoritatem Summi Pontificis eum adorant, quamvis Hæretici hoſtes infenſi Romani Pontificis variis ſcommatibus adorationem Pontificiam impetunt, ac lacerant. Adoratio igitur iſta licita eſt, & ſēper in Eccleſia fuit cum genuflexione, & pedum deoſculatione. Legitur enim apud Surium tom. 5. die 3. Maii. *Oſtiũ aperiens Quirinus Sanctum vidit Alexandrum, itaque procidens ad pedes ejus, & infra. Fecit ita Quirinus, & oſculatus eſt pedes S. Alexandri, &c.* Item Baronius *ſub anno Chriſti* 294. hæc ſcribit. Rediens verò Claudius domum, cum hæc omnia præpedignæ uxori nunciaſſet; illa repentè ad Cajum Pontificem ſe contulit, ad pedeſque procidens, eoſque ex more exoſculata æquè fidem recipi poſtulavit. Item Paulus Æmilius *in hiſt. de geſt. Franc.* narrat loquens de Pipinio Rege, & Stephano Papa III., quòd Pontifici in Galliam venienti, officii cauſa ampliſſimus, ac nobiliſſimus quiſque, ad primos fines occurrere Principes, comitatus Carolo adoleſcentulo, cui ſua virtus, & felicitas magni poſtea nomen indidit. Et Pipinius tertium à Cariſiaco oppido obviã progreſſus, pedes (ut ferunt), exoſculatus, coercere non potuit, quin in Equo ſalientem ipſe pedibus ad frænum proſecutus in Regiam deduceret. Et Juſtinus Imperator veniente eanno Pontifice Conſtantinopolim, cum tota Urbe illi obviam proceſſit, & ad pedes ejus procubuit, detrahenſque ſibi inſigia Auguſtalia, procidenſque ſuppliciter petiit, ut illis rurſum ipſis adornaret. Et Iuſtinianus Imperator Niceæ ad Conſtantini Pontificis pe-

des procubuit, eoſque eſt oſculatus. Idem fecit Carolus Magnus Romæ anno 774. & ejus avus Pipinus Stephanus II. Pontifici venienti in Franciam anno 754. Idem quoque fecit Ludovicus Pius Caroli filius, Sergio II. Pontifici anno 844, ex quibus narratis exemplis deducitur, fuiſſe morem antiquum in Eccleſia eorum, qui ad Romani Pontificis præſentiam accedebant, acclines, & pronos ejuſdem advolvi pedibus, & eos cum oſculis venerari.

Præfigurata eſt hæc adoratio Pontificis in Sacris Paginis, primò in Propheta Iſaia *cap. 49. verſ. 25.* ubi habetur; *Et erunt Reges nutritii ſui, & Reginæ nutrices ſuæ, vultu in terram demiſſo, adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent; & ſcias, quia ego Dominus, ſuper quo non cōfundentur, qui expectant eum.* Quæ verba ſic Cornelius à Lapide explanat dicens. In verbo *lingent*, eſt hyperbole, & auxeſis ſignans ſummam demiſſionem, & venerationem. *Lingent ergo, ideſt oſculabuntur, tum ut ſupplices, tum à te victi*, ſic Pſal. 71. dicitur: *Coram illo procident Ethiopes, & inimici ejus terram lingent.* Ita videmus Reges oſculari pedes Eccleſiæ in Pontifice, qui Eccleſiæ eſt Caput, hæc ille. Item præfigurata in alio loco Iſaiæ *cap. 6. verſ. 14.* ubi habet: *Et venient ad te cum filii eorum, qui humiliaverunt, & adorabunt veſtigia pedum tuorum*, Quæ verba ſunt verificata in B. Silveſtro Pontifice, dixit Otho Friſingenſis *l. 4. in prolog.* Item eſt præfigurata in Pſalm. 59. ibi: *In Idumæam extendam calceamentum meum*; quæ verba exponens Ioann. Lorius ait. Nec ineptè calceamenti extenſio in Idumeam denotare poſſit ſupplicem exoſculationem pedum Chriſti, & Vicarii ejus Sūmi Pontificis. Denique eſt præfigurata in illa verba Io. Apoc, 3. *Ecce dabo illos, ut venient, & adorent ante pedes tuos, & ſcient, quia ego dilexi te.* Quæ verba Andreas de Sauſſay *cap. 4.* explicat de adoratione Papæ.

II. Monſtratur authoritas, ac poteſtas Summi Pontificis in geſtatione ipſius ſuper humeros, cum chamauro in capite. De geſtatione ſuper humeros hæc ſcribit Machadus *de perfect. conf. tom. 2. l. 4. p. 7. tract. 4. docum. 18. num. 3. Es tambien privilegio del Pōtifice, aunque no de derecho, ſi no de coſtumbre, y devocion de los fieles, que ſea llevado publicamente, y con ſolemnidad en ombros dellos, y que todos grandes, y pequeños ſin exceptuar ſe los Emperadores, Reynes, y Monarcas del Mundo, en reconocimiento de ſu grandeza, y ſuma podeſtad le beſen los pies de rodillas, proteſtando con eſta humilde, y piadoſa accion la obediencia, y ſugecion, que todos deven à la Sede Apoſtolica, y ſus Pontifices.* hæc ille. & Ioſeph Stephanus in *tract. de hac materia ad Antonium Cardinalem Carraffam* ait. Conſtat igitur Pontificem Maximum à ſellariis per Urbem inſellari delatum fuiſſe, & ab ea deſcendentem obviis manibus exceptum, ſic Stephanus II. [ut refert Platina, & Franciſcus Ioannettus *cap. 90.* humeris in Baſilicam Conſtantinianam, & inde Lateranam delatus eſt, ſic Hadrianus II. in Lateranenſem Eccleſiam à Clero, & proceribus eſt deportatus. Sic Leo VIII. ad Lateranenſe Palatium cum laudibus ducitur;

ſic

Digitized by Google

ſic Gregorius IX.auro circũtectus ductus eſt ad Lateranum, hocque fuit prædictum ab Iſaia *cap.*49. ibi: *Afferent filios tuos in ulnis,& filias ſuper humeros portabunt*.

Geſtat quoque Pontifex Triregnũ, ſeuChamaurum in capite,quod tribus ornatur Coronis, quarum quæ eſt media cumulat eam, quoin imo loco ponitur, ſicut ipſa media cumulatur à tertia, & ſumma. Hoc tamen ſignificat præcelſam Pontificis majeſtatem, & auctoritatem, in cæleſtibus, terrenis, & inferis. In terris enim præſidet pro Chriſto arbiter, & quidquid ſolvit in terris,erit ſolutum in cœlis, & inferis etiam ejus poteſtas diffũditur; nam Animę in Purgatorio emundatorios ignes ſuſtinentes. facit in cælos evolaret,Indulgentias cõcedendo per modum ſuffragii; poteſtas igitur Pontificis figuratur in illis tribus Coronis, quæ eſt tam protenſa, ut omnes fideles comprehendat, tam eſt fundata,ut nulla vi, nulliſque portarum inferi motibus poſſit concuti, tam nobilis, ut etiam ad cœleſtia dirigatur.

Veſtimenta autem, quæ ut plurimum geſtant Pontifices ſunt candida, juxta illud Eccleſ.9. *Veſtimenta tua omni tempore ſint candida*. Calceamenta autem utitur coloris rubei,quia myſticè ea deſignant, quod volunt Pontifices in illis ſignificare Chriſti fidelibus procumbentibus ad eorum genua, & pedes oſculantibus ſe eſſe reredemptos purpureo Chriſti cruore,& tunc adorare Pontificem Caput viſibile Eccleſiæ, quam Chriſtus acquiſivit ſanguine ſuo. Hic licet afferre verba Ioſeph.Steph.*in expoſit.Pſalm*,61. *cap.*18.ubi ait. Quare omnia cum à Paſſione Chriſti habeant firmitatem. non abs Pontifices, ut hanc myſticam intelligentiam ſignificare viderentur Crucem pedibus impreſſerunt; juxta illud Pſal.67. *Vt intingatur pes tuus in ſanguine lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo*. Tunc enim pedes ſanguine tinguntur, cum Cruce Chriſti decorantur, tunc linguæ canum ipſomet ſanguine imbibũtur,cum hæretici,more canum veſtigii SummiSacerdotis obvoluti, pedes lambunt, & ſandaliis impreſſamCrucem oſculãtur.

III. Oſtenditur poteſtas Summi Pontificis in ornando Principes laicos titulo Regio. Nam etſi Summus Pontifex non habeat directam juriſdictionem in temporalibus, habet tamen indirectam, ut omnes Theologi, & Canoniſtæ fatentur; ex hac igitur juriſdictione indirecta, ſequitur poſſe Summum Pontificem titulum Regiũ temporalem Principibus de Eccleſia benemeritis præbere. Hoc docent cõmuniter Doctores, excepto Joan. Caramuel in *ſuo Philip.diſp.*1.*l.*5.*art.*7. *concl.*2.

Confirmatur exemplis.Gottifredus Buglio anno Chriſti 1099. titulum Regis Hieruſalem impetravit, ut refert D.Antonin.*de excom.c.*72.Alphõſus VIII,vocaturImperatorHiſpaniarũ de cõſenſu Innocẽtii II.anno 1135. ut teſtatur Marian.*lib*.10.*Hiſt.Hiſp. cap.*16.Rogerius ab Urbano Secundo creatur RexSiciliæ, Marian.*l.c.l.*10. *cap.*5.Henricus Primus impetravit ab Alexandro Tertio anno 1179. dignitatem Regiam ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, ut referunt Rodericus Acunha Epiſcopus Portugalenſis in *Cathal. dos Biſpos de Porte* 2.*p.c.*6.*ad finem*,

Digitized by Google

Ant.de Vaſcõſcel. *in deſcript. Luſitaniæ in princ.n.*4.Gregorius VII.inſtituit Regem Croatiæ Demetrium ſceptrum, coronam, & vexillum dono miſit, ut ait *Baron. anno* 1173.*tom.*11: Stephanus Princeps Hungariæ anno 980.Legatus ad Benedictum VII.*miſit.*ut ab eo Regium nomen acciperet. quod ei datum eſt.Baronius *to.*10.ann: 980.Rex Hiſpaniæ vocatur Rex Sardiniæ ex conceſſione Pontificis facta Jacobo II.Regi Aragoniæ, ut patet ex diplomate Bonifacii VIII. Gullielmus IV.filius Rogerii III.ab Adriano IV. Regium nomen accepit utriuſque Siciliæ. Jacoldus privatus Regio titulo. rurſus reſtituitur à Ioanne XXII. ut refert Rodin.*de Rep.lib.*1.*cap.*9.Federicus ex Illuſtri Feltrenſium familia eſt evectus in Ducem Urbini,à Sixto IV. ut refert Martha *trac. de juriſd.p.*1.*c.*33.*n°*93.*verb.Umbria.*Robertus Guiſcardus conſtituitur à Nicolao II.Dux Calabriæ, & Apuliæ, ut idem Martha ait *loc.cit.c.*26.*num.*10.Paulus IV.Hiberniam decoravit titulo Regni , ut notat hiſtoria Trid.Conc.*lib.*5.*pagin.* 1318.Veneti denique titulum Ducalē à Deodato Pontifice anno 613.acceperunt teſte Petro Juſtiniano *de reb. venetis.* Ex dictis, & aliis exemplis, quæ dici poſſent[& omittuntur brevitatis gratia] poſſunt Pontifices per indirectam,quam habent poteſtatem in temporalibus titulum Regium temporalem, Principibus bene meritis, concedere.



LIBER

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS

De Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis.

EX ſuprema poteſtate, quam Summus Pontifex habet in Eccleſia, & ex excellentia ipſius oritur non ſolùm ut poſsit circa Sacramenta, verùm etiam ut ſua Decreta ſint infallibilia; & ideò poſtquam breviter egimus de ejus ſuprema poteſtate, quam circa Sacramenta habet; nunc de Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis agemus. Unde ſit

DUB. I.

An Pontifex poſſit errare definiendo aliquid de Fide extra Concilium?

1. CErtum eſt apud omnes Chatolicos. Pontificem in Concilio Generali definiẽdo aliquid, illud eſſe ita infallibilis veritatis, ut ſit de fide tenendum. Id verò quod hic vertitur in dubium eſt, an Papa definiens aliquid extra Concilium illud etiam ſit tenendum de fide.

Reſpondeo. Decreta Summi Pontificis emanata etiam extra Concilium eſſe infallibilia. Ita omnes Catholici; contra Janſeniſtas, & alios Hæreticos.

Probatur primò. Lucæ 22. dicitur. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Quibus verbis duo privilegia data ſunt Petro, & ſuis ſucceſſoribus, primum ut non deficiat fides Petri; ſecundum ut confirmet fratres in fide, quòd non eſſet verum ſi poſſit errare Papa in definiendo.

Probatur ſecundò. Plurimi Pontifices abſque ullo generali Concilio varios errores condemnarunt, quorum condemnatio à tota Eccleſia fuit acceptata, ut patet ex primis trecentis annis, in quibus ulla concilia facta leguntur, propter ingruentes perſecutiones, & tamen toto hoc tempore determinatæ fuerunt per definitiones Pontificum multæ quæſtiones in fide.

2. Si dicas, quòd licèt fuerunt dãnatæ hoc tempore multæ quæſtiones, tamen qui eas tenebant, non fuerunt ha-

habiti pro hæretici,niſi accedente Concilio Generali.

Reſpondetur hoc eſſe falſum. Nam Pelagiani, & Novatiani tempore Cipriani cenſebantur inter hæreticos, & iſti præceſſerunt(ex Baronio *tom.2.&* 3. centum viginti quinque annis ante Concilium Nycenum omnium Oecumenicorum primũ. Cherintus tempore Apoſtolorum, & paulò poſt Appelliani, Valentiniani, Marcioniſtæ tãquã Hæretici ab Eccleſia habiti ſunt, & cõtra eorum hæreſes Ireneus, & Tertullianus doctiſſimè ſcripſerunt; & conſtat tunc, nullum fuiſſe celebratum Cõcilium Generale.

Probatur tertiò. Non erat expediẽs, ut hæc poteſtas definiendi daretur Põtifici, quaſi alligata, & dependens à Concilio Generali; ergo &c. Antecedens probatur. Tum quia difficillimũ eſt congregare Conclium Generale, & ſine magno labore, & diſpendio ordinariè fieri non poteſt, maximè, quando adſunt perſecutiones, bella &c. Et ex alia parte poteſt inſtari neceſſitas damnandi novam hæreſim inſurgentem, vel declarandi aliquam neceſſariam veritatem: Tum etiam quia hæc poteſtas data eſt Concilio dependenter à Papa; & ratione hujus dependentiæ habet infallibilitatem Concilium, quod non habet ante Confirmationem Pontificis; ergo Pontifex per ſe illam habet; Nemo enim dat, quod non habet, & ſic &c.

3. Dices in Evangelio non legitur hoc Privilegium datum eſſe Petro; ſicuti legitur datum toti Eccleſiæ, quæ repræſentatur per Concilium Generale Joann.14. Alium Paraclitum dabo vobis, ut maneat vobiſcum in æternũ Et Actorum 15. cum orta eſſet controverſia de legalibus non ad Petrum ſolum, ſed ad Concilium Apoſtolorum ſimul cum Petro delata eſt, ut definiretur; ergo &c.

Reſpondetur, quòd ſicuti Eccleſiæ promiſſa eſt aſſiſtentia Spiritus Sancti, etiam promiſſa eſt Petro Luc.22. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: unde ſicuti Eccleſia non poteſt errare, ita nec ſucceſſor Petri in definiendo. Ad id, quod dicitur Actorum 15. dico, quod Petrus ſolus poterat definire illam controverſiam; tamẽ placuit Petro, illam in Concilium deferre.

4. Dices ſecundò. Ad definiendũ aliquid de fide prærequiritur ſufficiens diligentia, quæ majori modo poteſt fieri in Concilio, quàm à ſolo Papa; ergo &c.

Reſpondetur, quòd qui promiſit Petro, & ejus ſucceſſoribus aſſiſtentiam Spiritus Sancti ad definiendum, promiſit etiam media, ideſt inquiſitionem veritatis, & quod faciat illam diligentiam, quæ eſt ſufficiens: ſicut à pari ſi promitteret Deus ubertatem ſegetum, etiam promitteret curam Agricolarũ circa culturam Terræ. Qui enim dat finem, debet dare media proportionata ad illum finem.

5. Dices tertio. Si Papa eſſet hæreticus (quod Deus avertat) poteſt Eccleſiam maculare utendo ſua definitione; ergo ejus definitio non eſt infallibilis veritatis.

Reſpondetur, quod ſi Papa eſſet hæreticus manifeſtus, tunc Eccleſia non agnoſceret illum, ut Paſtorem, ſed ut Lupum volentem oves mactare, & perdere: ſi autem hæreſis illius non eſ-

ſet

Digitized by Google

et manifeſta, ſed ſub aliqua controverſia verſaretur, & ipſe vellet ex malitia, vel ignorantia Eccleſiam maculare; nequaquam poſſet; quia antequā id præſtaret, Deus illum è vita eriperet, aut alia via impediret ejus definitionem; ex promiſſione facta Eccleſiæ, non defuturum in ea ſpiritum veritatis, & volendo definire contrarium fidei, non poſſet ſic ordinante Spiritu Sancto, qui aſſiſtit officio Summi Pontificatus.

6. Si quis autem his temporibus diceret, Pontificem extra Concilium determinando aliquid de fide, poſſe errare, non ſolum eſt Temerarius, ſed etiam tenendus eſt, ut hæreticus. Ut volunt Suarez, Valentia, Bonacina, Amicus, Diana, & alii; vel ad minus, eſſet erroneus, & hæreſi proſſimum; ut docent alii. Tamen claritatis gratia ſit

D U B. II.

An Decreta Pontificis loquentis ex Cathedra ſint infallibilia, etiam non adhibito conſilio Cardinalium, & Theologorum?

1. RESpondeo. Decreta *P*ontificis loquentis ex Cathedra non adhibito conſilio Cardinalium, & Theologorum non eſſe infallibilis veritatis. Sic tenent Gravina *tom.2.p.2.a.9.fol.*144. Aravius *in* 2.2. *q.*1.*a.*10.*d.*5.*num.*14. Bordonius.*c.*5. *q.* 25.*num.*10. & alii.

*P*robatur. Nam Deus ſecundum legem ordinariam dat finem, & media ad finem neceſſaria; dat formam depēdentem à propriis diſpoſitionibus, ſed prævíæ conſultationes ſunt media, & diſpoſitiones ad veritatem definiendā ſecundum legem ordinariam, qua Deus Eccleſiam voluit gubernari. ergo contulit poteſtatem *P*ontificibus definiēdi dependenter à conſultationibus.

Confirmatur primò. Nam in cauſis fidei, & Religionis Chriſtianæ definiendis datur præceptum non temerè audendi, ſed cum prævia conſultatione; ergo ſignum, quod ſi ſine illa aliquid aliud non eſſe infallibilis veritatis.

Confirmatur ſecundò. Quia licèt Pontifices ſint ſucceſſores *P*etri, quantum ad dignitatem *P*aſtoralem, docēdi, & definiendi; non tamen in modo habēdi illā; quia non ſunt Apoſtoli, vel miniſtri accipientes revelationes immediatè à Deo, ſed mediātibus ſtudio, labore, ac Doctorum, & Regularum fidei conſultatione; ergo ſine illis non aderit infallibilis revelatio veri.

Confirmatur tertiò. Quia in tali caſu non procedit, ut Papa, & Iudex ſupremus, ſed tamquam perſona privata, & ut Doctor ſuam ſententiam proferens; ergo ejus ſententia cum ſit hominis privati, & non legiſlatoris non obligat ad credendnm ex præcepto fidei.

2. Verum ego dicerem (cum Bānneſio, Ludovico Carpenu, Ambroſio de Pinaloſa) quod ſicuti Deus promiſit Petro, & ejus ſucceſſoribus aſſiſtentiam Spiritus Sancti in definiendo concernentia ad fidem; etiam ſi *P*apa abſque adhibito conſilio Cardinalium, & Theologorum definiret, ipſa definitio adhuc haberet infallibilem veritatem, quia Deus, qui ſuam Eccleſiam protegit, & ab errore liberat, impediret

Digitized by Google

ret Pontificem ne definiret, vel ſi definiret ut utrum pronunciet. Spiritus enim Sanctus, qui regit Eccleſiam non permittit, Pontificem tam imprudenter definiri,& ideo quoties abſolutè definit, credendum eſt ſufficientem diligentiam præmiſiſſe.

3. Collige, quòd quando Pontifex legitimè eligitur, & adoratur, ut tota Eccleſia illum ſuſcipiat [ut hodie Clemens XI. feliciter regnans ſine ullo controverſiæ veſtigio tenēt omnes fideles) eſt de fide divina credendum eſſe legitimum ſucceſſorem Petri; Aliter ſi non conſtaret de fide Pium IV. eſſe verum & legitimum ſucceſſorem, Petri; neque conſtabit, Concilium Tridentinum eſſe validum; qui tunc à Papa Concilium totam ſuam vim accepit; hoc autem dicere eſt hæreſi proximum;ergo dicere, quòd hunc numero Pontificem, non eſt verus Pontifex etiam eſt hæreſi proximum. Ita tenent ex Thomiſtis Ioannes à Sancto Thoma *in* 2.2.*q*.1.*d*.8.*a*.2.& ex exteris multi Doctores.

4. Collige adhuc, quòd non omnia contenta in decretis Pōtificum loquentium ex cathedra habent infallibilitatem, ſed illa tantùm quæ videntur quaſi concluſiones, in ipſis enim loquitur. ut judex, & ut Pontifex, qui utpotè à Spiritu Sancto rectus non poteſt errare; poteſt tamen errare in probationibus concluſionum; quia in his non tam ſuſtinet perſonam judicis quàm Doctoris conſilium dantis, aut diſceptantis, & ut talis non habet illū infallibilem veritatem, quam habet ut judex.

5 Collige demum. Aſſiſtentiam Spiritus Sancti reſpectu Eccleſiæ nil aliud eſſe, niſi auxilium extrinſecum, quo Deus non permittit aliquid non verum ab ipſa proponi, & denegatio concurſus ad definiendum aliquod falſum,quod per ſe ſufficit ne Eccleſia in definiendo erret.

DUBIUM III.

An Papa ut privata perſona poſſit in fide errare?

1. Reſpondeo. Pontificem ut privata perſona poſſe in fide errare; imò de facto aliqui erraverūt. Ita Cajetanus *de autoritate Papæ tract*.1.,*&* 2. Turrecremata *l*.2. *cap*. 152. *ad*.7. Cano *l*.6. *c*.*ultimo ad*.11. Banneſius *dub*.2. *de autoritate Papæ concl*.1. De Caſtro *tom*.1. *tract*.4.*d*.1. *p*.5.§.1.*n*.6.& alii contra quoſdam recentiores Theologos.

Probatur primò. Non magis Papa eſt confirmatus in fide ut perſona privata, quàm in ſpe, & charitate; ergò ſicuti poteſt amictere ſpem, & charitatem ut perſona privata [poteſt enim peccare]ſic poteſt fidem.

Confirmatur. Nam Victor I. Marcellinus,Liberius, Anaſtaſius II. Honorius fuerunt Summi Pontifices, & erraverunt in fide; ergò Papa poteſt errare ut perſona privata. Antecedens patet. Nam de Victore aſſerit hæreticum fuiſſe Euſebius *lib*.5. *Hiſtoriam Eccleſiæ cap.penultimo*. De Marcellino verò omnes hiſtoriæ aſſerunt thurificaſſe Idolis, & condemnatum fuiſſe in Synodo trecentorum Epiſcoporū. De Liberio affirmat Hieronymus in Cronicis, & Platina conſentiſſe in hæ-

reſim

Digitized by Google

reſim Arianam de Anaſtaſio refert Gratianus *diſt.* 19. *cap. Anaſtaſius* cõ-ſenſiſſe Neſtorianis, & communi caſſe Achatio. De Honorio conſtat ex Epiſtola Adriani relata *in* 7. *Synodo act.* 7. & ex Epiſtola Agathonis *relata in* 6. *Synodo act.* 4. Unde tres Romani Põtifices. Agatho, & Leo II. & Adrianus II. tulerunt ſententiam in Honorium tamquam hæreticum Agathonis, ſententia habetur *in Ep. ad* 6. *Synodum Generalem actione* 4. Leonis habetur in Epiſtola, qua eamdem Synodum confirmavit. Ubi ait. Anathematizamus Honorium, qui hanc Apoſtolicam Eccleſiam, non Apoſtolicæ traditionis doctrina illuſtravit, ſed profana proditione immaculatam fidem ſubvertere conatus eſt. Et tandem Adriani ſententia habetur *actor.* 7. *in* 8. *Synodo Generali.*

2. Dices. Chriſtus dixit Petro, & per conſequens ſucceſſoribus Petri; Non deficiet fides tua; ergò, &c.

Reſpondetur, quòd Chriſtus loquitur Petro tamquam ad perſonam publicam, quæ ut talis habere queat ſucceſſorem; non tamquam ad perſonam privatam, quia in hoc ſucceſſorem habere nequit; & conſequenter illud non deficiet fides tua; intelligitur de Romano Pontifice ut perſona publica; non privata.

3. Dices iterum. Ad ſuavem diſpoſitionem Dei Eccleſiam gubernantis pertinet, ut Summus Pontifex nequeat eſſe hæreticus; ergò, &c. Antecedens patet; Nam judex debet eſſe regula ſui, & aliorum; & omnis Iudex profert ſententiam juxta proprium judicium, & eſſet quaſi violentum, ut Papa Hæreticus definiret aliud, quam ipſe ſentit.

Reſpondetur primò. Quòd argumentum etiam probat, quòd Summus Pontifex, non poſſit eſſe peccator; quia ipſe debet judicare contra peccatores.

Reſpondetur ſecundò. Quòd etiam ad ſuavem diſpoſitionem Dei, & ordinem Univerſi pertinet, quòd cum opus fuerit ne detur vacuum, aqua ſurſum aſcendat, quamvis ſecundum propriam inclinationem ſit propenſa deorſum: Ita etiam ad ſuavem Eccleſiæ Univerſalis diſpoſitionem, & ordinem pertinet, quòd qui eſt Vicarius Chriſti recipiat à Chriſto talem influentiam cum opus fuerit, ut in definienda veritate fidei ſequatur Doctrinã Chriſti; tamen alias Pontifex ex propria malitia, vel ignorantia erret. In qua re maximè elucet divina diſpoſitio; dum per os Miniſtri alias errantis, profert infallibilem veritatem.

4. Verum ego priè dicerem; non poſſe Romanum Pontificem etiam ut eſt perſona privata fieri abſolutè hæreticum; & ducor ex hoc; quia videtur Divinæ Providentiæ conſentaneum, ut quem conſtituit ſuæ Eccleſiæ Paſtorem, ut quoque ei aſſiſtat, & dirigat; ut nunquam permittat illum aſſenſu pertinaci mentis adhęrere doctrinæ damnatæ ab ipſa Eccleſia.

5. Unde Pater Gravina *tom.* 4. *p.* 2. *a.* 5. *fol.* 112. admittit hanc ſententiam tamquam piam, & probabilem; & ſubdit, quòd ſpectata natura phiſica intellectus Pontificis poteſt in hæreſim labi: tamen moraliter ſpectata ex Deo impediente ob decorem Eccleſiæ nũquam fiet, ut ullus hæretica labe pollutus ſedeat in Cathedra Petri, vel umquam ſit ſeſſurus; & liberat omnes Pontifices, quos aliqui in hæreſim ut

Digitized by Google

perſonas privatas lapſos eſſe tradiderunt.

Liberat victorem; quia Paulianiſtæ, & Artemonitæ mentiti ſunt aſſerentes illum eſſe ſuæ factionis conſortem, & revera non erat.

Liberat Marcellinum, quia ex metu Idolis turificavit; poſtea enim pœnitentia ductus martyr effectus eſt, & Canonizatus.

De Liberio, & Athanaſio, an fuerint hæretici, maneat fides apud Gratianum, & Platinam.

Liberat denique Honorium. Hic enim licèt conſenſit in ſententiam Eutychetis, & Dioſcori; non tamen fuit hæreticus, quia nondum illa ſententia erat damnata ut hæreſis; ac proinde Honorius non fuit pertinax. Vel dic contra Honorium falſos teſtes aſtitiſſe efferentes Epiſtolam ejus nomine, quam aut ipſi finxerunt eſſe Honorii, aut ex odio vitiarunt illam, in qua continebatur hæreſis Eutychetis, & Dioſcori; & propterea Pontifices, & Concilia condemnaverunt Honoriũ, innocentem revera, ſed juxta allegata, & probata hæreticum judicatum. Vide Gravinam *loc.cit. à fol.*114. *uſque ad fol.*140.

DUBIUM IV.

An dato, quòd Papa incidat in hæreſim, ſtatim amittat Pontificiam dignitatem, antequam deponatur ab Eccleſia?

1. Reſpondeo, quòd dato, quòd Papa in hæreſim incidat non ſtatim amittit dignitatem Pontificiam, antequam ab Eccleſia deponatur. Ita Cajetanus *de authoritate Papæ cap.*17., & 18. Bannefus 2.2. *q.*1. *a.*10.*d.*2.*pag.mihi* 135.

Probatur primò. Alii Epiſcopi ſi incidunt in hæreſim, retinent adhuc ſuam dignitatem Epiſcopalem donec deponantur; ergo, & Papa. Conſequentia patet: nam Papa non eſt deterioris conditionis, quam alii Epiſcopi. Antecedens probatur. Nam Eccleſia, ad quem ſpectat depoſitio Epiſcopi Hæretici, non poteſt judicare de internis, & poteſt Epiſcopus eſſe hæreticus ſolum hæreſi interiori; ergo talis Epiſcopus retinet adhuc ſuam dignitatem antequam deponatur

Probatur ſecundò. Nam ſi Papa ſemel hæreticus poſtea ſit paratus corrigi non eſt deponendus, ut etiam admittunt adverſarii; ergo ſignum, quod non deſinit eſſe Pontifex. Probatur conſequentia; nam ſi ſemel deſiiſſet, non poſſet iterum in Sede Petri collocari; niſi per novam electionem.

2. Dices. Quando Papa incidit in hæreſim deſinit eſſe caput univerſalis Eccleſiæ; ergo deſinit eſſe Pontifex. Conſequentia patet. Probatur antecedens. Nam deſinit eſſe membrum Eccleſiæ.

3. Nota antequam reſpondeas; quòd Papa dicitur eſſe caput, non ratione ſanctitatis, aut fidei, quam habet, ſic enim non influit in membra; ſed ratione officii Miniſterialis ad gubernandam Eccleſiam, deſiniendo veritatem, ſtatuendo leges, miniſtrando Sacramenta. Unde licèt Pontifex hæreticus deſinat eſſe membrum Chriſti, in quantum deſinit recipere ab illo ſpiritualem influentiam ad propriam ſanctitatem: hoc non impedit quin

Papa

Papa dicatur eſſe membrum Eccleſiæ, videlicet caput quantum ad Eccleſiaſticam gubernationem.

Reſpondetur ergò, quòd Papa hæreticus deſinit eſſe membrum Chriſti, ſecundum priorem conſiderationem, non verò deſinit ſecundum poſteriorem, eſſe membrum Chriſti, & Eccleſiæ.

4. Collige, quòd quemadmodum Chaiphas profetavit, neſciens quid diceret, cum eſſet Pontifex anni illius. Expedit ut unus moriatur homo pro Populo, ne tota gens pereat, ut dicitur Joann. 11. Ita etiam Papa hæreticus, quandiù fungitur officio Pontificis poterit definire veritatem etiam contra propriam ſententiam, ex inſtinctu Spiritus Sancti. Adde, quòd Papa hæreticus ſcit, quòd id, quod definit eſt contrarium propriæ ſententiæ, & tamen adhuc definit, ſic ordinante Spiritu Sancto, qui aſſiſtit officio Pontificatus.

D U B. V.

An Concilium poſſit errare in rebus fidei definiendis?

1 NOta primò: Quòd Concilium, ſive Synodus eſt conventus, ſeu Congregatio Sacerdotum maximè Epiſcoporum ad tractandum de fide, & Religione, & moribus auctoritate capitis. Ita Cajetanus contra Lutherum, & Buccerum, qui dicebant ad Concilium Generale debere convocari omnes, tam Sacerdotes, quàm laicos, dummodò eſſent viri prudentes, & pii.

2. Nota ſecundò, quòd Synodorum diviſio eſt triplex, ſcilicet Synodus Generalis, Provincialis, & Epiſcopalis, ſeu localis. Generalis eſt Synodus Catholicorum Epiſcoporum generali cõvocatione, & Congregatione Summi Pontificis auctoritate celebrata: Et dicitur Epiſcoporum, quia in Synodo Generali de neceſſitate ſoli Epiſcopi conveniunt, ſed ex Privilegio convocantur etiam Abbates, & Generales Ordinum. Provincialis eſt Synodus Epiſcoporum unius Provinciæ, aut Regni Metropolitani, aut primatis auctoritate congregata. Denique Synodus Epiſcopalis eſt Sacerdotum Congregatio, & convocatio, auctoritate Epiſcopi localis congregata.

3. Nota tertiò. Eſſe aliam diviſionem Synodorum, quædam enim ſunt congregatæ, & confirmatæ à Pontifice, quædam congregatæ tantum, & non confirmatæ. Quædam non congregatæ, ſed confirmatæ, & quædam denique neque congregatæ, neque confirmatæ,

4. Nota quartò. In Generali Cõcilio, Epiſcopos non ſolum eſſe Conſiliarios, ſed etiam judices; Nam in Concilio Hyeroſolimitano, ubi D. Iacobus Hyeroſolimitanus Epiſcopus protulit ſententiam, ſub tali forma verborum dicens. Propter quod ego judico non inquietari eos, &c. & Acturom 15. dixerunt Apoſtoli viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis. Unde quæ definiũtur in univerſa concilia appellantur decreta, & Canones; & in dicta concilia Epiſcopi non ſolum proferunt sẽtentiam, ſed etiam eam ſubſcribunt, ut judices. His habitis.

5. Reſpondeo primò. Generale Concilium auctoritate Pontificis congre-

gregatum errare non poteſt in definiẽdis rebus fidei. Hæc concluſio ab omnibus Doctoribus aſſeritur tamquam de fide certa.

Probatur ſententia Concilii in explicandis rebus fidei eſt ſententia Spiritus Sancti; ergo &c. Probatur antecedens ex forma definiendi, obſervata, & tradita in primo Concilio Apoſtolico Hyeroſolimitano, ubi dicitur viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, quibus verbis data eſt forma definiendi in Conciliis Generalibus.

Confirmatur. Eccleſia Univerſalis errare non poteſt, ſed Concilium Generale repræſentat Univerſalem Eccleſiam; ergo &c. Major eſt certa de fide. Minor docetur à Martino V. in Bulla, quæ habetur in fine conſtantienſis Cõcilii. Conſequentia ſequitur.

6. Reſpondeo ſecundò. Provinciale Concilium, (imo etiam Epiſcopale) confirmatum auctoritate Pontificis, errare non poſſunt in rebus fidei definiendis. Hæc concluſio abſque errore in fide non poteſt negari. Ut ait Bannez. 2. 2. *q*. 1. *a*. 10. *d*. 3. *concl*. 2.

Probatur. Nam Concilium Provinciale, vel Epiſcopale cõfirmatis auctoritate Pontificis; Epiſcopi, vel Sacerdotes congregantur nomine Chriſti, ad tractãdum aliquid de fide; ſed Deus promiſit, quòd ubi duo, vel tres congati ſunt in nomine Chriſti in medio illorum, ſe affuturum; ergo multò magis aderit Congregationi ſolemni, quæ fit in nomine Chriſti authoritate Pontificis; & conſequenter Concilium Provinciale, vel Epiſcopale confirmatum authoritate Pontificis non poteſt errare in rebus fidei definiendis.

Confirmatur primò. Concilium Hyeroſolimitanum non fuit Generale, ſed Provinciale: quia non aderant, niſi quatuor Apoſtoli, ſcilicet Petrus, & Iacobus, Paulus, & Barnabas, & tamẽ ibi dictum eſt. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis; ergo &c.

Confirmatur ſecundò. Papa non poteſt errare in rebus fidei definiendis ut diximus ſupra; ergo dum confirmat Provincialium, vel Epiſcopalium decreta Conciliorum de rebus fidei, non poteſt errare; aliàs erraret in fide.

Confirmatur tertio. Ad hæreſes cõfutandas, quæ interdum per unam, vel aliam Provinciam ſerpunt, eſt impoſſibile congregare Generale Conciliũ; ergo ſufficiunt ad confirmationem hujuſmodi, congregare Concilia Provincialia, vel Epiſcopalia confirmata Pontificis authorirate.

Confirmatur ultimò. Pelagius, & ejus errores ſunt damnati in Synodis Provincialibus, ſcilicet in Melvitana confirmata ab Innocentio I., & in Arauſicana, & Cartaginenſi à Leone I. & Bonifacio confirmatis: Item Iovinianus, & Elvidius damnati ſunt in Concilio Telenſi confirmato à Syriaco Pontifice: Item Priſcilianus damnatus eſt in Concilio Toletano primo, confirmato à Leone I. & denique Petrus Oxomenſis damnatus eſt cum ſuis erroribus in Concilio Complutenſi, ſub Archiepiſcopo Toletano Alphonſo Carrillo, quod Concilium, fuit Epiſcopale confirmatum à Sixto IV. ergo &c.

7. Ut autẽ noſcas quænam Concilia ſint confirmata, & quę non; ſcito alia

alia fuiſſe explicitè confirmata;alia autem implicitè;prioris generis ſunt illa, quæ videntur approbata, & confirmata. Poſterioris ſunt omnia illa,quorum decreta cum pervenerit ad notitiam Eccleſiæ non reprobantur ab illa, neque à *P*apa, in qua re ſilentium,approbatio eſſe videtur;hoc enim eſt ſignum approbationis implicitè, & virtualis Eccleſiæ, & Pontificis, cujuſmodi ſũt Toletana, Arelatenſia *H*iſpalenſia, & alia quædam.

8. Cõcilia autem confirmata,licèt nõ congregata à Põtifice,etiam ſi ſintProvincialia, vel Epiſcopalia non poſſunt errare in rebus fidei definiẽdis:Imò hujuſmodi concilia æqualẽ habent authoritatem, ac ſi à principio authoritate Pontificis fuiſſent congregata, quantũ ad ea, quæ confirmantur à Pontifice. Cujuſmodi eſt Concilium Conſtanſiẽſe, quod à principio non fuit congregatum authoritate Pontificis; ſed poſtea à Martino V. confirmatum eſt in Bulla,quæ habetur in fine Concilii.

9. Generalia autem Concilia, & à fortiori Provincialia, & Epiſcopalia, quæ non ſunt à SummoPontifice confirmata,non ſunt infallibilis veritatis;& poſſunt errare.Imò de facto erraverũt. Nam Ariminenſe *C*oncilium erravit conſentiens cum Ario.Ut teſtaturRuffinus *lib.* 1. *hiſtor. Eccleſ. cap.* 21. Et Concilium Conſtantinopolitanum erravit cum Leone Imperatore tollendo imagines, ut habetur in ſexta Synodo Generali actione ſeptima, ubi damnatum eſt prædictum Concilium, in quo convenerunt 300. Epiſcopi. Erravit etiam Concilium Provinciale Mediolanenſe, quod Ario conſenſit, ut refert Ruffinus *cit.cap.*1, & Concilium Antiochenum,quod etiam Ario conſenſit. ut refertur *l.* 4. *Hiſtoriæ tripartitæ cap.*9.Et ConciliumGranetenſe, quod erravit definiens,Sanctorum Imagines non eſſe depingendas.

10. Contra noſtras ſtabilitas concluſiones inſurguntHæretici quaſi omnes, negantes authoritatem Conciliorum;Arius enim negavit authoritatem Concilii Niceni.Dioſcorus dixit erraſſe Calcedonenſe. Fotinus hortabatur ad pœnitentiam octavam Synodum Ioannes Huns dixit,erraſſe Concilium Conſtanſienſe, Lutherus dicit, erraſſe omnia Concilia à principio naſcentis Eccleſiæ, etiam Concilium Hyeroſolimitanum ſub D.Petro.Inſuper ait Cõcilium Conſtanſiẽſe erraſſe impiiſſimè dum condemnavit Ioannem Huns, & Vvitcleff., & combuſſit oſſa Hieronymi de *P*raga. Igitur omnes iſti: ſic

11. Primo inſtant, *S*piritus Sanctus promiſſus eſt à Chriſto Domino, toti Eccleſiæ, ſed Prælati, qui congregantur in Concilio arroganter uſurpãt nomen totius Eccleſiæ;ergo Cõcilium errare poteſt. Major eſt certa.Probant minorem, quia Epiſcopi in Concilio congregati,neque numero ſunt plures, quam reliqui fideles; neque moribus Sanctiores; neque doctrina ,ſapientiores; ergo &c.

Reſpondetur negãdo minorem. Ad probationem,nego conſequentiam.Licèt enim Epiſcopi congregati, numero moribus,& ſapientia, non ſuperent, omnes fideles; tamen repræſentant totam Eccleſiam, & illorum definitiones in fide habent infallibilem veritatem; accedente tamen Summi Pontificis confirmatione,qui à Spiritu Sancto regitur.

Inſtant

12. Inſtant ſecundò. Nam multa Concilia, tum Generalia, tum Provincialia in fide erraverunt; ergo &c. Antecedens eſt certum, ut dictum eſt ſupra.

Reſpondetur, quòd illa Concilia ideo erraverunt, vel quia fuerunt acephala, vel non confirmata à Pontifice, ut ſupra diximus.

13. Pro ſolutione igitur omnium argumentorum, quæ nobis in hac materia obiiciuntur ab hæreticis. Scias; quòd ad hoc, ut Concilia habeant infallibilem veritatem, & ſint fidei regula, neceſſaria eſt confirmatio Summi Pōtificis; qua ſtante definitiones, & decreta factæ à Patribus ſunt de fide tenendas; omnis autem, qui contradicit definitionibus Concilii congregati, & confirmati à Papa, erit ſuſpectus de hæreſi.

DUBIUM VI.

An Concilium Generale, legitimè congregatum poſſit in fide errare; ante Pontificis confirmationē, vel ante electionem ejuſdem, etiam quando legati accedunt?

1. HÆc quæſtio oritur, ex eo quòd legitur de Leone I.; qui cum differret aliquantulum confirmationem Concilii Calcedonenſis; Martianus Auguſtus per literas Pontificem deprecabatur, ut acta Concilii confirmaret. Nam erant aliqui, qui videntes Concilium non confirmari à Pontifice dubitabant, do ipſis actis Concilii.

2. Et quia dubium plura, quærit neceſſarium eſt ad ſingula reſpondere. Primò enim reſpondemus ad illud nempè ſi celebretur Concilium legitimè congregatum acta ipſius ſint infallibilis veritatis ante Pontificis confirmationem. Secundò, ſi in Concilio aſſiſtant legati Pontificis acta ipſius faciant certam fidem ante Pontificis cōfirmationem. Et tertiò denique ſi celebretur Concilium legitimè abſque Pontificis authoritate, ut ſuccedit tempore ſciſmatis, & congregatum fuit Concilium Conſtantienſe; vel quando Pontifex fuerit hęreticus ad deponendum illum, & alium eligendum. Acta iſtorum Conciliorum ſint certa ſecundum fidem, & pro his omnibus intelligendis.

3. Suppono primò. Quòd Patres Concilii, quod celebratur cum legatis, non definiunt, quidquam in materia fidei, niſi prius conſulant Pontificem, ut more eſt receptum in omnibus Conciliis. Unde in Concilio Tridentino referunt auctores conſultum fuiſſe Pontificem de materia ſextæ ſeſſionis, quæ tota erat de juſtificatione; cum vero Concilium habuerit doctrinam Pontificis, certum eſt, quòd ſi cum illa convenerit errare non poſſe.

4. Suppono ſecundò. Quòd poteſtas definiendi infallibiliter in materia fidei, ſubdelegari non poteſt, neque legatis committi. Nam hęc poteſtas, ſpectat ad donum Apoſtolatus, ad donum Prophetię, ad dona gratiarum, quę dicuntur gratis datæ qualis eſt ſermo ſcientiæ atque Sapientiæ; & hujuſmodi dona non poſſunt aliis committi; non enim poteſt unus Apoſtolus, aliū Apoſtolum facere, neque unus Profeta, alium prophetam ut in Nomine Domini prophetet. His

His ergo ſuppoſitis pro primo, quòd in dubio noſtro quærebamus.

5. Reſpondeo primò. Congregato Concilio Generali legitimè, omnes ſimul Patres errare nõ poſſunt in fide, etiam ante Pontificis Confirmationẽ; licèt acta ipſius Concilii non faciant certam fidem, ante Confirmationem Pontificis.

*P*robatur prima pars. Nam omnes *P*aſtores Eccleſiæ non poſſunt errare in rebus fidei; ergo omnes ſimul *P*atres neque errabunt in fide. Antecedens patet, nam omnes ſimul *P*aſtores repreſentant totam Eccleſiam, ſed Eccleſia non poteſt errare; ergò, &c.

Probatur ſecunda pars. Nam omnia Concilia celebrata, Pontifice non præſente, petunt poſtea confirmationem à *P*ontifice; ergò ſignum, quòd acta Concilii non faciant certam fidem ante Confirmationem *P*ontificis.

Confirmatur; nam licitum eſt appellare ad Pontificem à Concilio Generali legitimè congregato; ergo ejus definitio non eſt certa regula fidei ante Confirmationem. Conſequentia patet, quia à Judice faciente certam fidẽ non eſt licitum appellare. Antecedens docetur à D.Th. *q.*10. *de potentia a.*4. *ad.*13., & ipſe probat ex geſtis in Cõcilio Calcedonenſi, ubi in actione 16. Legati *P*ontificis appellaverunt à Cõcilio ad Leonem I.

6. Reſpondeo ſecundò. Concilium etiam ſi in eo aſſiſtant legati, adhuc errare poteſt in definiendis rebus fidei.

Probatur. Nam Concilium ſine legatis errare poteſt, ſed Papa, ut diximus non poteſt transferre in legatos ſuam authoritatem infallibilem in definiendis rebus fidei; ergo Concilium etiam cum legatis errare poteſt. Major patet; minor conſtat ex ſecundo ſuppoſito. Conſequentia ſequitur.

7. Reſpondeo tertiò. Concilia congregata legitimè, ad eligendum Summum *P*ontificem; quamvis non poſſint errare in electione; poſſunt tamen errare in rebus fidei definiendis.

Probatur. Nam non eſt neceſſarium, ut in tali Concilio reſideat Spiritus Sancti infallibilis authoritas, ad definienda negotia fidei; ſed ſatis eſt ſi habeat authoritatem ad eligendum Summum Pontificem, ad deponendum hæreticum, vel Sciſmaticum; ergò ante electionem Papæ ſi ſe intromittat ad negotia fidei errare poterit; conſequentia eſt clara. Nam ſicuti Deus non deficit in neceſſariis, ſic non abũdat in ſuperfluis.

Reſpondeo quartò. Qui contradicit definitionibus Concilii congregati authoritate Pontificis præſentibus delegatis, erit de hæreſi ſuſpectus: licit hujuſmodi definitionis non ſint regula certa fidei antequam Summi *P*ontificis accedat confirmatio.

Probatur prima pars. Ex actis in Synodo Calcedonenſi *actione* 4. Ubi cum decem Epiſcopi Egiptii nollent ſubſcribere ſententiæ Concilii factus eſt magnus tumultus inter Patres indignè ferentes, quòd decem homines facerent præjudicium Synodo, & Fidei Catholicæ, & contendebant ut anathematizarentur. Et in *actione* 3. ejuſdem Concilii habetur Lex Martiani, & Valentiniani Auguſtorum adverſus eos, qui Conciliis nolunt obedire; ergò, &c.

8. Adverte tamen, quòd ſententia Concilii, non eſt magis ſententia Spiritus

ritus Sancti; quam Eccleſiæ ſententia, cui etiam promiſſus eſt ſpiritus veritatis. Et ſicut ſententia majoris partis Eccleſiæ in materia fidei poteſt eſſe falſa; non tamen ſententia totius Eccleſiæ: Ita etiam omnium Patruum in Concilio congregatorum erit certa non autem eò, quod à majore parte Concilii prolata ſit, dummodò non accedat confirmatio Pontificis; nam iſta accedente etiam ſententia prolata à minore parte erit certa, & ſic probata manet ſecunda pars concluſionis.

Argumenta, quæ poſſunt fieri adverſus noſtras concluſiones facilè ſoluuntur, ſi attentè perpendas, quæ in ipſis concluſionibus explicatum manet.

DUBIUM VII.

An Papa errare poſſit in moribus fidelium componendis per leges latas, aut Judiciarias ſententias in judicio prolatas?

1. Nota, quòd Eccleſiaſticæ Leges ſunt in duplici differentia; quædam enim proponuntur obſervandæ toti Eccleſiæ: Aliæ verò alicui Eccleſiæ, aut particulari perſonæ obſervandæ proponuntur. Inſuper mores, qui ad fidelium gubernationem poſſunt pertinere, quidam ſunt ad ſalutem neceſſarii, alii vero ſunt convenietes, & utiles populi fidelis ad ipſius gubernationem. His notatis.

2. Reſpondeo primò. Summus Pontifex, aut Eccleſia in ferendis Legibus ad totius Eccleſiæ neceſſarios mores ſpectantibus errare non poteſt. Sit exemplum ſtatuit Eccleſia, ut Laici non communicent ſub utraque, ſed ſub una ſpecie, hujuſmodi decretum oportet eſſe certiſſimum.

Probatur; nam Dominus dixit Petro Paſce oves meas; ergò ſi in moribus fidelium componendis Pontifex erraret, non paſceret ſalubriter oves Chriſti.

3. Reſpondeo ſecundò. Dicere aliquam conſuetudinem univerſalem eſſe malam in Eccleſia, vel aliquam ipſius legem eſſe injuſtam, hæreſim ſapit.

Probatur. Nam eſſet hæreticum aſſerere Eccleſiam errare in veneratione Imaginum. Item errare in Communione Laicorum ſub una ſpecie tantum; ergò, &c.

4. Reſpondeo tertiò. In moribus nō communibus toti Eccleſię, ſed ſpectantibus ad perſonas privatas, poſſibile eſt Summum Pontificem errare, ex ignorantia vel malitia.

Probatur ex Alexandro III. *de ſent. excom. cap. à nobis* 2. ubi ait. Judicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur ſemper innititur: Judicium autem Eccleſiæ nonnumquam opinionem ſequitur, quam, & fallere ſepè contingit; & falli, propter quod cōtingit interdū, ut qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus, & qui liber eſt apud Deum, Eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus. Hæc ille; ergò, &c.

Ratio autem hujus clara eſt. Quia judicium Eccleſiæ in hujuſmodi rebus pendet ex teſtimonio humano, quòd eſt incertum.

5. Nota tamen, quòd quando Summus Pontifex ferat Leges Eccleſiis privatis, non poteſt perniciosè errare; quia tunc utitur officio Paſtoris Eccleſiæ; ſecus dic ſi illas ferat ut Doctor privatus. Ut ſupra dictum eſt.

Dices,

Dices. Sępè contingit, ut quòd unus *Pontifex* ſtatuit circa mores fidelium, alius deroget; ergo alter eorum errat ſtatuendo legem circa mores.

Reſpondetur negando conſequentiam; quia plurimæ poſſunt eſſe Leges Eccleſiaſticæ, quæ pro varietate temporum prudenter mutantur. Dantur enim Leges, quæ quamvis non ſint iniquæ, tamen ſunt de rebus, non ita neceſſariis, & ideo in alio tempore, convenientiùs abrogantur; Imò hujuſmodi legum mutationes ſunt convenientiſſimæ ad oſtenſionem Pontificiæ authoritatis, & ad exercitandam obedientiam fidelium erga Summum Pōtificem: Quando autem renovatio legum ſunt Eccleſiæ pernicioſæ, numquam *S*ummus Pontifex ſtatuta Prædeceſſorum ſuorum revocat.

DUBIUM VIII.

An in Canonizatione Sanctorum Papa poſſit errare?

1. NOTA, quòd Canonizatio importat decretum, ſeù judicium, ſeù teſtimonium tantæ auctoritatis, quòd tamquam Regula, & Canon ab Eccleſia proponatur circa ſanctitatem, & gloriam alicujus perſonæ: Unde tria importat. Primum determinatio gloriæ alicujus perſonæ. Secundum proponere illum Eccleſię tamquam ſanctum per modum exempli imitandum. Et tertium proponere illum Eccleſię ut colendum cultu publico, & ſolemni; & adorandum adoratione Duliæ.

2. Negare autem in Eccleſia, & Pōtifice eſſe auctoritatem ad ſanctos Canonizandos eſt Hæreticum; hanc enim auctoritatem habuit Eccleſia ex Apoſtolica traditione, & ex conſenſu omnium Conciliorum, & Patrum à principio naſcentis Eccleſiæ; ſemper enim hujuſmodi Poteſtas Eccleſiæ, & Pontifici credita eſt: Unde ſicuti eſt hæreticum negare, Sanctos invocandos eſſe, ut dicitur in multis Conciliis, & in Decretalibus *lib.6.*, & Clementinis, & extravagantibus de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, & in Tridentino *ſeſſ.25.* Ita Hæreticum eſt negare in Eccleſia non eſſe poteſtatem ad Sanctos Canonizandos. His ſuppoſitis.

3. In hoc dubio Vuiteleff Hæreticus affirmabat, eſſe prǫſentuoſum Papam abſque revelatione aliquam perſonam determinare eſſe Sanctam, & in gloria; etiam ſi de illa aliqua miracula comprobentur; poſſunt enim eſſe falſa, & facta ex prǫſtigio dæmonis. Tamen

4. Reſpondeo, Dicere, quòd Papa, aut Concilium poſſit in Canonizatione Sanctorum errare; & ſi non eſt hæreticum, tamen eſt valdè temerarium, impium, & ſcandaloſum, imò & proximum errori, & hæreſim ſapiens.

Ratio hujus multiplex aſſignatur à Doctoribus. Prima. Quia Papa, & Cōcilium non poſſunt pernicioſè errare in ferendis legibus circa mores toti Eccleſiæ communes, ſed maximè refert ad communes Eccleſiæ mores, quòd non ſit falſitas in Sanctis canonizandis; ergo &c.

2. Probatur, quòd ſit temerarium. Nā eſt contra communem intelligentiam, & Eccleſiæ ſenſum, quæ Sanctum Canonizatum publicè veneratur, & pro Sancto habet; ergo dicere &c. eſt temerarium.

Digitized by Google

Probatur, quòd ſit impium. Quia eſt contra venerationem, & cultum Sanctis debitum.

Probatur, quòd ſit ſcandaloſum. Eſt enim de genere malè ſonantium, & conſequenter audientibus ſcandali viā aperit.

Probatur denique, quòd ſit proximum errori, & hæreſim ſapiens, quia proximè tangit poteſtatem Eccleſiæ, quam habet ad Sanctos Canonizandos, & habuit à principio naſcentis Eccleſiæ. Imò negaret poteſtatem Eccleſiæ; nam poteſtas errans idem eſt, ac ſi non eſſet poteſtas. Tum etiam quia hoc pertinet ad leges communes Eccleſiæ, & ſi Eccleſia in his erraret, periret totum Eccleſiaſticum regimen: quod negare eſt aperta hæreſis. Tum denique, quia cum plures Hæretici irrideant Canonizationes Sanctorum, qui dicunt eſſe certas, maximè eis faveret; et conſequenter ſic affirmans ſapiret hæreſim; favere enim hæreticis eſt hæreſim ſapere, maximè ſi favet in his, quæ hæreſim ſapiunt; ut in præſenti.

5. Dixi autem expreſsè non eſſe hæreticum, qui id negaret, quia ſecundum D. Th. *quodlibeto* 9. *a. ultimo* canonizatio eſt medium inter judicium de rebus fidei, & de factis particularibus. Attamen hæreſim ſapit lutheranorum aſſerere, Eccleſiam in Canonizatione alicujus Sancti fuiſſe falſam, licèt non negetur authoritas Canonizandi.

6. Dices primò. Omne judicium, quod innititur medio fallibili poteſt errare; ſed Papa in judicio de Canonizatione Sanctorum innititur medio fallibili, ſcilicet teſtimonio humano, inquirens à teſtibus de vita, & miraculis canonizandi; ergo poteſt errare.

Reſpondetur primò diſtinguendo majorem; omne &c. Loquendo de homine privato, concedo majorem, de Pontifice, nego majorem. Et diſtinguo minorem, ſed &c. teſtimonio humano tantum, nego minorem, & etiam Divino concedo minorem, & nego conſequentiam. Pontifex enim in Canonizatione Sanctorum, non procedit ſecundum ſolam notitiam naturalem, ſed attendit etiam divina teſtimonia, quæ ſunt Vita Sancta, & miracula. Inſuper ſpecialiter à Spiritu Sancto dirigitur, ut ait D. Th. *quodlibeto* 9. *a.* 16.

Reſpondeo ſecundò diſtinguendo minorem, ſed &c. teſtimonio humano, ut motivo credendi, nego minorem, ut conditione explicante teſtimonium divinum, concedo minorem, & nego cōſequentiam. Pontifex ergo utitur teſtimonio humano in Canonizatione Sāctorum, non ut motivo credendi, ſed ut conditione tantum explicante teſtimonium Divinum in ſacris literis revelatum de omnibus, qui in gratia Dei moriuntur. Inſuper cum tale teſtimonium ſit publicum, & ad utilitatem Eccleſiæ Deus ſpecialiter aſſiſtit, ne illud ſit falſum.

7. Dices ſecundò. Auguſtinus dicit multa corpora honorantur in terra, quorum animæ torquentur in Gehenna; ergo ſupponit, non eſſe certum, quòd Sancti, qui coluntur, & venerātur ſint in cælo; ergo &c.

Reſpondetur, quòd illud dictum nō eſt Auguſtini cum teſte Bellarmino, nō invenitur, in ſuis operibus: Tamen hoc dato Gloſſandus eſt Auguſtinus; loquitur enim de corporibus Principum, & Regum, quæ ſplendidiſſimis ſepulcris

hoc

honorantur in terris; cum tamen eorum animæ ſint in inferno. Vel loquitur de eis, qui apud multos habent nomen Sanctitatis in terris, non tamen ſunt in Cœlo. Non de Sanctis canonizatis. Unde Lutherum ſui venerantur ut *S*anctum, qui tamen eſt æternaliter damnatus. Et ſic dic de aliis hæreticis.

8. Quæres. Quid ſit dicendum de Beatificatis?

Reſpondetur, quòd Papa non poteſt errare practicè in beatificatione Sanctorum, & ſi quis negaret talem *S*anctum beatificatum, non eſſe venerandum, Miſſa, Officio, cultũ, &c. eſſet temerarius, & ſcandaloſus: licèt ſpeculativè circa veritatem ſanctitatis talis perſonæ beatificatæ [cum talis veritas non excedat latitudinem certitudinis moralis] non eſſet dignum cenſura, cui Beatificatis cultum non exiberet debitũm; ſicut exibet Canonizatis. Ita Ioannes à Sancto Thoma.

Prima pars patet, quia Papa non poteſt permittere, quòd Eccleſia habeat errorem intolerabilem qualis eſſet ſi coleret pro *S*ancto, & invocaret eum, qui ſalvus non eſt; ergo cum Beatificatio ſit, permiſſio hujus cultus, dicendum, quòd in tali permiſſione non poteſt dari error.

Probatur ſecunda pars. Quia Beatificatio non eſt judicium, & ſententia Põtificis de ſanctitate alicuius, ſed ſolũ permiſſio, ut aliquis colatur pro *S*ancto; ergo non habet infallibilitatem ſicut judicium ultimum, & diffinitivum. Conſequentia patet, quia in rebus ſidei ſolum judicium ultimum habet infallibilitatem; ergo à fortiori judiciũ de ſanctitate alicujus ſolum eſt infallibile, quando eſt ultimum, & definitivum, ſicuti eſt canonizatio; non verò, quando eſt permiſſio, ſicuti eſt Beatificatio.

Confirmatur. Si Beatificatio eſſet infallibilis veritatis, non ultra progrederetur, ſed videmus ultra progredi poſt beatificationem, cum ſiant novæ inquiſitiones circa ritum, & miracula illius perſonę beatificatę; ergo &c.

9. Nec officit, quòd Eccleſia celebrat de Sancto Beatificatio, dum tantum de illo habeat certitudinem moralem; Nam ſufficit probabilitas, & certitudo moralis de ipſius Sanctitate, ut de illo celebret, non verò requiritur judicium, & ſententia Canonica. *S*icuti Eccleſia celebrat feſtum Conceptionis B. V., & tamen ipſamet Eccleſia præcipit, ne poſſit ulla cenſura notari, opinio aſſerens B. V. fuiſſe conceptam in peccato originali.

D U B. IX.

An in Religionibus approbandis Papa poſſit errare?

1. MAgiſter Cano *lib. 5. de locis c. 5.* aſſerit, aliquos ordines ab Eccleſia non ſolùm inutiliter, ſed etiam noxiè approbatos fuiſſe; qui quidem ab omnibus ferè Theologis notatur aliqua temeritatis nota; & cõtra ipſum Doctiſſimus Ioannes à *S*ancto Thoma, & communiter alii.

2. Reſpondent. *P*ontificem in approbandis Religionibus errare nõ poſſe; Et qui tenent oppoſitum habendi ſunt, pro temerarii, & ad errorem appropinquantes. Ita communiter Theologi contra citatum Cano.

Probatur primò ex doctrina D. Th. *opuſ. 19. c. 4.* ubi habet in jure, videlicet

cet 25.*q.*1,dicitur nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel divinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare: Cum ergo per Apoſtolicam Sedem, aliquæ Religiones ſunt inſtitutæ, ad prædicta ſe damnabilem reddit, quicunque talem Religionem damnare conatur; ergo &c.

Probatur ratione.Inconveniens eſt, quòd aliquid proponatur ab Eccleſia, tàmquam regula profectionis, & exẽplar ſanctitatis, quæ revera ſit noxiũ, & inutile ſuis fidelibus;ſi eſſet ſi Pontifex poſſit errare in approbatione Religionis;ergo,& illud,quòd ſequitur.Probatur inconveniens, quia in re tanti momenti Eccleſia non poteſt unum pro alio proponere ſuis fidelibus. Sequela antecedentis patet quia tunc Eccleſia proponeret ſuis fidelibus Religionem approbatam tamquam regula profeſsionis imitandam, quæ revera talis non eſſet: Unde ſicuti eſt incõveniens, ut aliquis ab Eccleſia proponatur; ut Sanctus, qui revera non ſit talis; ſic eſt inconveniens proponere fidelibus aliquam Religionem, ut Regulam imitandam; quæ revera non eſſet imitanda, utpotè noxia, & inutilis.

3. Poſſibile tamen eſt, ut docet Banneſius 2.2.*q.*1.*a.*10.*dub.*8.*concl.*5. Summum Pontificem ex negligentia, vel ignorantia, aut falſa informatione errare aliquo modo ſecundum pruden tiam in approbatione pluriumReligionum,quam opus erant in Eccleſia Dei; tamen nõ eſt dicendum hujuſmodi errorem cedere in perniciem Eccleſiæ, quamvis quibuſdam poteſt eſſe nocivus.

4. Hoc autem, quòd dixi probabile probat Innocentius III., *qui in Concilio Lateranenſis de Religioſis domibus cap.ultimo.* Ait. Ne nimia Religionis diverſitas gravem in Eccleſia Dei confuſionem inducat firmiter prohibemus ne quis de cętero novam Religionem inveniat. Ubi notandum certum eſſe ſecundum dictum Concilium;in pluralitatem Religionum poſſibile eſſe,Pontificem errare; tamen ſemel una confirmata Religione non poteſt errare in ejus confirmatione, & approbatione.

5. Et ſi aliquę Religiones ab uno Pontifice ſunt approbatę, & ab alio poſtea reprobatę,ut Cœleſtinus V. approbavit Religionem Fraticellorum, quem Ioannes XXII. reprobavit, & ſimiliter Paulus III. approbavit Ordinem, quem inſtituit in Italia Frater Joannes Baptiſta Cremenſis, & poſtea Ordo ille & ejus doctrina comdemnata eſt à Venetis, & Romę; hoc tamen non obſtante non poteſt dici, quòd Summi Pontifices erraverint in approbatione iſtarum Religionum; ſed ſolum concluditur, quòd ipſe Inventor, & Inſtitutor, & eorum ſequaces non ſervaverint ſtatum Religionis, ſecundum formam, quam Summo Pontifici propoſuerint confirmanda, quia confirmata Religione à Pontifice non tamen ipſa Religio confirmatur in gratia, & ſic poteſt in tempore perverti; & conſequenter à ſubſequentibus Pontificibus abrogantur, & tolluntur ab Eccleſia.

DUBIUM X.

An Pontifex poſſit à Papatu deponi; & quomodo, & à quibus?

1. MULTA querit titulus, ad omnia breviter reſpondetur;

detur; ad ejus tamen claritatem,& intelligentiam.

Suppono primò. Triplici modo poſſe *P*apam, amictere *P*apatum; primò per mortem; ſecundò per ceſſionē voluntariam, tertiò per depoſitionem. *D*e primò modo non eſt difficultas;de ſecundo fecit Cœleſtinus V. *De* tertiò, videndum eſt in quibus caſibus depoſitio habeat locum; & à quibus depoſitio *P*ontificis fieri poteſt.

2. Suppono ſecundò. In tribus caſibus depoſitionem Papę habere locum. *P*rimus in caſu hęreſis, ſeù infidelitatis. Secundus in caſu perpetuę amentiæ. Et tertius in caſu dubii de valore electionis.

3. In caſu hęreſis *P*apa poteſt deponi dummodò duę conditiones concurrant; prima, quòd hęreſis non ſit occulta,ſed publica[ſi caſus dari poſſit quòd *P*apa ſit hęreticus ut piè credendum eſt non poſſe, ut ſupra diximus] & juridicę notoria. Secunda, quòd ſit incorrigibilis, & pertinax in hęreſi; unde ante depoſitionem eſt monendus ut reſipiſcat, & ſi admonitus ſe correxerit, non poteſt juridicè procedi ad depoſitionem, ut traditur de Marcellino *P*apa, qui declaratus pro Infideli à Concilio Epiſcoporum;quia tamen reſpuit,& corrigi voluit manſit in Pontificatu; & poſtea tamquam *P*ontifex pro Fide mortuus eſt; ſemel igitur, atque iterum eſt monendus; & poſt ſecundam monitionem,ſi maneat in ſua pertinacia ſubitò eſt deponendus.

4. In caſu autem perpetuę Amentię, *P*apa non indiget depoſitione, ſed eo ipſo cenſetur vacare Sedes, ac ſi eſſet mortuus, quia amens mortuus cenſetur vita rationali; unde dicitur Eccleſiaſtici 22. ſupra mortuum plora, deficit enim lux ejus, & ſupra fatuum plora; deficit enim ſenſus: Unde in tali caſu poſſunt Cardinales ad electionē procedere, ſicut ſi Sedes vacaret.

5. Quę autem ſit amentia perpetua, ſtandum eſt Judicio peritorum,& prudentum. Ut tamen opinor, perpetua amentia dicitur illa, quę arte humana, ſed ſolum miracula curari poteſt: Sicuti in matrimonio illa dicitur impotentia, quæ cenſetur diſſolvere matrimonium, quę humana arte non poteſt curari, ſed ſolum miraculo.

6. In caſu autem dubietatis de valore electionis, poteſt deponi; quia Eccleſia habet plenum jus ſupra electionem ipſam; Unde quamdiù aliquid reſtat de electione propter ejus dubietatem, adhuc ſubeſt poteſtati *E*ccleſię id conſummare, & perficere; & conſequenter judicare de *P*ontifice dubio, & tollere ſciſma, quod in caſu dubii *P*ontificis reſultat.

7. Ad quęm caſum redditur illud poſitum à Cajetano, quòd ſi ſtatim electo Pontifice omnes Cardinales Electores morerentur, aut impedirentur, taliter quòd non eſſet, qui teſtificaretur Eccleſiæ de Pontifice Electo; tunc quaſi per accidens, Eccleſia poſſet iterum eligere; quia non eſt certa de Pontifice electo,& eſt dubius Pontifex.

8. Alius etiam ponitur caſus depoſitionis Pontificis ab Azorio, & Turrecremata; ſcilicet ſi Papa ſit fautor, aut defenſor hæreticorum, & in hoc ſit incorregibilis: Unde liberius Papa, qui erat fautor hæreticorum depoſitus eſt, & loco ejus factus eſt Felix: hoc

ta-

Digitized by Google

tamen intellige ſi ſit fautor hæreticorum in his, quæ ad hæreſim ordinantur; nam ſi faveret hæretico propter aliquam particularem cauſam, puta jure cognationis,vel amicitiæ,non poteſt deponi.

9. Reſtat videre modo à quibus poteſt Papa deponi; Certum eſt apud Theologos ad Concilium Generale ſpectare in enumeratis caſibus deponere Pontificem cum conditionibus jam dictis. Et hoc patet ex uſu Eccleſiæ; Nam in caſu Marcellini turificante Idolis congregata eſt Synodus ad illã cauſam diſcutiendam, ut habetur in *capite nunc autem diſt.*21. Et in caſu Schiſmatis, in quo erant tres Pontifices congregata eſt Synodus Conſtantienſis ad ſedandum illum Schiſma. Et in caſu Simmachi Papæ Congregatũ eſt Concilium Romæ, ad tractanda ea quę Pontifici obiiciebantur: Et ſic quoque eſt certum ex conſequenti; hanc cauſam non ſpectare Gardinalibus; iſtis enim commiſſa eſt tantum electio, & non amplius.

10. Reſtat ergò in hac difficultate determinare; cujus auctoritate hoc Concilium ſit convocandum; quia non auctoritate Papæ cum ordinetur contra ipſum; & ex alia parte Concilium non eſt legitimum, ſi congregetur abſque auctoritate Pontificis,& Pontifex poteſt illud annullare, ſi congregetur contra ejus voluntatem;ſiquidem ante declarationem criminis eſt verusPontifex.

Ad hanc difficultatem reſpondet optimè Ioannes à Sancto Thoma; quòd illud Concilium congregatur auctoritate Eccleſię, quæ eſt in Epiſcopis,vel majore earum parte: Eccleſia enim habet jus ad ſegregandum à ſe Pontificem hęreticũ à jure Divino; & cõſequenter ad adhibendum omnia media ad talem ſegregationem neceſſaria: medium autem neceſſarium eſt, ut juridicè conſtet Papæ crimen,quod quidem non poteſt conſtare, niſi per Concilium Generale.

O quanta eſſent dicenda amice lector, de auctoritate,& dignitate Papæ Chriſti Vicario in Terris, & Petri ſucceſſor. Dicerem quòd ſua poteſtas etiam ſe extendit in eligendo, & deſignando ſibi ſucceſſorem, ut quamplures tenent Doctores. Dicere Pontificem poteſtatem habere Principibus Catholicis, & benemeritis titulos, & inſignia Regia concedere ex poteſtate indirecta, quam etiam habet in temporalibus; ut docent alii quamplurimi. Quia tamen meum intentum eſt ad alia progredi,& quam poſſum breviter me gerere; ideo ad alia tranſeamus. Unde ſit.

Digitized by Google

LIBER TERTIUS

De Poteſtate, & Privilegiis Cardinalium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

1. QVIBUS vos laudibus prædicem, ò Incliti Purpurati?, quo præconio voces exornem dignitatem veſtram? Vos qui aſtatis ante Thronum Vicegerentis Chriſti in terris, Angelos mihi videmini, qui in Cœlis aſtant ante Tribunal Domini. Angelos inquam, ſicut enim iſti miniſtrant Deo in Cœlis; ſic vos in terris Vice Deo miniſtratis. Unde ſicut de Michaele teſtatur Ezechiel dicens. Tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte Sancto Dei; ſic vos poſiti in altitudine Montis militantis Eccleſiæ, ſcilicet in altiſſima dignitate, ubique terrarum per protectionem extenti, & diffuſi eſtis. Vos ſignaculum ſimilitudinis Dei pleni ſapientia, & perfecti decore, in delitiis Eccleſiæ eſtis; omnis lapis prætioſus operimentum veſtrum, ut majeſtate, & decore in Eccleſiaſtica hyerarchia videamini perfecti in viis veſtis à Die conditionis veſtræ. Apoſtolos vos prędicabo (ut de vobis dixit Eugenius IV. in Epiſtola ad Epiſcopum Cantuariæ] Apoſtolos Chriſto aſſidentes, figuram retuliſſe Cardinalium, qui Romano Pontifici aſſiſtunt. Sed heù miſer, quid loquar de veſtra ſuprema dignitate cum ſi dixero nihi dicam. A.A.A. [cū Ieremia neceſſe eſt ut fateat] ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Silentio igitur potius vos laudo; quam ſermone. Et ſi quid in ſequentibus dicam, quòd veſtram non attingam dignitatem, excuſatione dignus ſum; Etenim in laudando magantes, ſemper dicens, amplius dicendum reſtat.

DUB. I.

An poſt Papatum, dignitas Cardinalitia primum teneat locum?

1. MAuritius Alzedo Hyſpanus conſtanter docet in ſua praxi *p.1.c.8.n.33.* Epiſcopatum poſt Papatum eſſe primam dignitatem; ob idque Papa Epiſcopum ſe appellat: Unde in Concilio Carthaginenſi IV., & in Conciliis Epiſcopi præcedebant Cardinales in Sede Concilii, & actibus plurimis, conſtat autem ex ordine ſedendi oſtēdi majoritatem dignitatis: liceat tamen hic eum Hoſtienſe, Vaſquez, Bellarmino, Sanchez in favorem dignitatis Cardinalitię ſic ſtatuere cōcluſionem: Unde ad quæſitum.

2. Reſpondeò. Cardinales ſunt Epiſcopis adminiſtratione, dignitate, & juriſdictione Superiores; licèt ſint inferiores poteſtate ordinis. Ita citati Doctores, quibus adde Ludovicum à Cruce, Lotherium, Tuſchum, Fernandez, & alios.

Ratio eſt; quia Cardinalis dicitur filius

filius ſpecialis Eccleſiæ; & cum ipſo Summo Pontifice unum corpus myſticum efficiunt; & licet Papa ſit caput omnium fidelium eſt tamen ſpeciale caput Cardinalium; & ipſi ejus membra ſpecialia reſpectu aliorum; quod corpus adeo eſt unitum, & compactū, ut Papa, qui eſt caput, non exigat à Cardinalibus juramento obedientiæ, & fidelitatis, cum ſint ſibi inviſcerati quod quidem juramentum exigit ab Epiſcopis; ergò Cardinales ſunt Epiſcopi Superiores in dignitate.

2. Inſuper, quidquid favet, vel nocet Sedi Apoſtolicæ continuò videtur favere, vel nocere ſingulis Cardinalibus, & è contra; ergò, &c.

3. Et ſi aliqui Canones contrarium affirmant, illi intelligendi ſunt, quò ad poteſtatem Ordinis; & in hoc Epiſcopus eſt dignior Cardinali; non autem, quò ad dignitatem,& juriſditionem,ac regimen Eccleſiæ, quam Cardinales ſimul cum Summo Pontifice regunt,& illius negotia tractant.

4. Et ſi olim Epiſcopi præceſſerunt Cardinales in Conciliis [ut dicebat Alzedo) hic ordo fuit tamen mutatus, & nunc Cardinales precedunt Epiſcopos,ut patet in Cōcilio Niceno, Epheſino, & Calcedonenſi 6.7., & 8. ubi Presbyteri Cardinales ſederunt ante Epiſcopos. Et ſic declaravit Eugenius IV. in ſua Bulla, quæ incipit *non mediocri dolore,&c.* Illam lege.

5. Cujus rei non parum juvat, quòd Summus Pontifex [licet expedire poſſit negotia abſque Concilio Cardinalium abſolutè loquendo] tamen congruenter Cardinales in Concilium vocare debet,tamquam conſultores, licet non tamquam legum collatores; maximè in arduis verbi gratia in creandis Cardinalibus, in translatione Epiſcoporum in promulgando legem univerſalem, in concedendo magna feuda,in mittendo legatum à latere, in indicendo bellum, in alienando res Eccleſiæ pretioſas, & ſimilia.

6. Quæres. Quid de ætate,& numero Cardinalium? Reſpondeo, quòd jure ordinario nullus poteſt eſſe Cardinalis, ante trigeſimum ætatis ſuæ annūm, loquendo de Cardinalibus Presbyteris; nam de Diaconis ſufficit ut ſint conſtituti in anno vigeſimo ſecundo, ut declaravit Sixtus V. *conſtitutione* 52.§.6

7. Dixi *jure* ordinario;nam hoc non obſtante,poteſt Summus Pontifex minores ætate creare Cardinales, ut ſepè videmus in praxi. Unde Gregorius XI. fuit aſſumptus ad Cardinalatum minorem decem annis. Et Papa noviter electus ſolet conferre ſuum Cardinalatum cognato etiam adoleſcenti. Ut obſervat Henriq.*l.*10.*c.*17.

4. Circa numerum. Tempore Pontiani Papæ erant 236. Cardinales, ut teſtantur Scriptores: Hodie tamen per conſtitutionem Sixti V.numerus Cardinalium redactus eſt ad ſeptuageſimum.

DUBIUM II.

Quid poſſunt Cardinales mortuo Pontifice, circa electionem?

1. Mortuo Pōtifice; licet Eminentiſſimi Cardinales non poſſint leges condere; & alia juriſditialia facere, ut ex Clementina *ne Romani* clarè conſtat, & etiam ex Bulla

Pii V.

Pii V., quæ incipit in eligendis: poſſunt tamen; ſi adeſſet periculum evidens alicujus loci, vel juris, diſtinctionis Eccleſiæ conſentientibus omnibus præſentibus illi occurrere, & facere quaſcunque proviſiones, & ordinationes neceſſarias, etiam pro coercendis flagitiis, ac ſeditionibus, ac ſervanda quiete, poſſunt imponere pœnas tam corporales, quàm ſpirituales, ſcilicet anathematis, &c. ac mutare, & creare de novo quoſcunque Officiales, & Miniſtros pro Eccleſię Regimine. Ac etiam poſſunt deputare adminiſtratores, ut faciliùs expediantur ea, quæ im minent pro electione.

Ratio horum eſt, quia mens Pontificis in dictis Conſtitutionibus non fuit denegare ea, quæ ſunt neceſſaria, & ſignanter pro electione, ut teſtantur Doctores. Vide Dianam *de poteſtate Card. reſ.7.n.3.*

2. Mortuo Pontifice Electus non neceſſariò debet eſſe de numero Cardinalium, poſſunt enim Cardinales eligere alium non de eorum græmio, dummodo non reperiatur ibi idoneus, quod ſi reperiatur, poſſunt illum eligere, etiam ſi extra magis idoneus reperitur: Unde Cardinales ſine ullo ſcrupulo poſſunt eligere dignum prætermiſſo digniori. Ut ait Villalobos *tom. 2. tract.8. dif.3.* Valerus *in differentiis differentia* 1. *n.*1. Riccius *p.3. deciſ.* 214. *n.*3., & alii. Neque ullum peccatum admittit Cardinalis dignus ſi acceptet Papatum ſciens in electione prætermiſſum eſſe digniorem. Sotus *de Juſt. l.3. q.6. a.*2. Turrianus *in* 2.2. *diſp.*22. *d.*3. *n.*8. contra Navarrum, & Jannerum.

3. Dato autem caſu, quod in Conclavi tantum remanerent duo Cardinales, reliquis mortuis, vel abſentibus tunc illi duo poſſunt eligere Summum Pontificem. Bonacina *de leg. d.*1. *q.*1, *p.3. n.*28. Imò etiam ſi remaneret unus, ad illum etiam ſpectabit electio. Sicut docet Laudenſis *de Cardinalibus q.* 14 Panuinus *de officiis c. ſed vac. Præl.* 5. *n.*8. Manfred. *deciſ.*296. Jus enim, & nomen Univerſitatis ſervatur in uno *leg. ſicut.* Quia, & ſi Collegium in uno conſiderari nequeat; tamen in uno virtualiter poteſt retineri *leg. ſi optio.* Non tamen poteſt eligere ſe ipſum. Abb. *in cap. gratum de poteſt. Præl.* Si vero demādet alteri totius Sacri Collegii nomine poteſtatem eligendi, qui veluti Compromiſſarius ipſum eligat, eſt validè electus. Idem Abb. *in cap. licet fin. de elect. in* 6., quod intelligitur ſi ſolus remanſiſſet, cæteris exeuntibus, vel abſentibus; non autem mortuis, ut explicat Albanus *q.*24.

4. Cardinales in electione Pontificis habent vocem etiam ſi inſignia Cardinalatus eis non ſint tradita, ut clarè habetur in Decreto Pii V. *incipiente, quia aliquando*, & in Bulla Gregorii XV. *de Ceremonialibus.* Unde ſi quis occideret Cardinalem, qui non dum Cappellum habuit, dummodo acceptaverit Cardinalitiam dignitatem incidit in cenſuram Bullæ Cœnæ: quia Cappellum eſt accidentarium dignitati. Souſa *in Bulla Cœnæ c.*12. *d.*60. *concl.*1. Bonacina *in Bulla Cœnæ diſp.*1. *q.*12. *p.*2. Diana *de Poteſtate Cardinalium reſ.*11. *n.*3.

5. Si Cardinales, aliis non expectatis intra præfinitum tempus, quod eſt ſpatium decem dierum, eligant Summum Pontificem, talem electionem

ut poſſint diſpenſare in omnibus irregularitatibus,& ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea,quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum:ac etiam concedit poteſtatem abſolvendi in foro conſcientiæ in quibuſcunque caſibus occultis,etiam reſervatis Sedi Apoſtolicæ quoſcunque delinquentes ſibi ſubditos per ſe ipſum, vel per Vicarium ad id ſpecialiter deputandum. Item concedit poteſtatem abſolvendi in foro conſcientiæ in crimine hæreſis ab Epiſcopis tantum; & non à Vicariis ſuos ſubditos: Quærimus ergo, an hoc Privilegium ſit etiam conceſſum Cardinalibus in ſuis titulis, & alia privilegia Cardinalium in ſuis titulis enumerantur. Unde

2. Reſpondeo affirmativè cum Moneta *quæſt.13.concl.1.n.153.* Diana *de Privil.Card.trac.7.reſ.37.* Et Ratio eſt. Nam ex praxi Eccleſiæ Privilegia Epiſcopis conceſſa propter ſtatus dignitatem, ſolent extendi ad Cardinale; propter majorem eorum dignitatem, ut ait Laym. *l.p.trac.5.p.3.c.2.n.1.*

2. Et licèt Concilium concedat Epiſcopis illas diſpenſationes contẽplatione propriæ Diœceſis; tamen ſi hæc facultas etiam conceditur Prælatis inferioribus Epiſcopo; qui habent quaſi dignitatem Epiſcopalem; quanto magis debet concedi Cardinalibus reſpectivè ad ſuos titulos. Unde

4. Inferes primo. Cardinales poſſe in ſuis titulis, excommunicare, ſuſpendere, interdicere, & uti Pontificiis inſignibus;cum habeant dignitatem, & juriſdictionem Epiſcopalem: unde etiam eorum Vicarii poſſunt fulminare cenſuras: & facere ea, quæ ſunt Epiſcopalis juriſdictionis, ut docet Romanus *conſ.498. n.11.* Sbrozzius *de Vicar.l.p.q.3.n.23.*

5. Inferes ſecundo. Poſſe Cardinales in ſuis titulis ferre leges ligantes in conſcientia. Caſtrus *t.1.trac.3. d.1.punt.23.n.12.* Salas *diſp.8. ſect.8. n.45.* Merolla *t.2.diſ.4.c.4.d.4.n.18.* & alii.

6. Inferes tertio. Cardinales in ſuis titulis poſſe commutare ultimas voluntates; in quibus poſſunt Epiſcopi reſpectu ſuorum ſubditorum. Cũ habeant in ſuis titulis juriſdictionem Epiſcopalem. Gonzalez *gloſ.13. nu. 20.* Sanchez *de Matrim.to.2.l.3. d.28.*

7. Inferes quarto. Non poſſe Cardinales ingredi Monaſteria Monialium, licèt poterant ante Bullam Gregorii XIII. cum in illa prohibetur ne Cardinales ingredi valeant Monialium Monaſteria, niſi in caſibus neceſſariis.

8. Inferes quinto. Poſſe Cardinales exigere à ſuis Eccleſiis titularibus charitativum ſubſidium; cùm hoc poſſunt Epiſcopi in ſua Diœceſi,& Papa à toto Orbe; habent enim in ſuis titulis jura Episcopalia. Megalius *in p.2.l.2.c.15.q.3.n.13.* Scipio de Rub. *in Aphor. Epiſc. v. Charitativum ſubſidium.num.9.* & alii.

9. Inferes ſexto. Poſſe Cardinales concedere Indulgentias centum dierum. Paludanus *in 4.d.20.q.4.a.3.* Sotus *in 4.d.21.q.1. a.4.* Corduba *de Indul.q.10.* & alii.

10. Inferes ſeptimo. Cardinales gaudere Privilegio celebrandi ante auroram, vel poſt meridiem, ſicuti

dent Epiſcopi.Sotus *in 4.d.13. q.2.a. 2.* Alzedo *de præſtantia Epiſcoporum p.2.c.13.n.13.* Diana *de Card. trac.7. reſol.49.*

11. Inferes octavo. Poſſe Cardinales in ſuis Eccleſiis aſſiſtere, & dare licentiam aſſiſtendi matrimonio, quia in ſuis Eccleſiis habent dignitatem Epiſcopalem. Sanchez *de Matrimonio t.1.l.3.d.38. n.7.* Pontius *de Matrim.l.5.c.10.n.6.*

12. Quæres. An Cardinales poſſint in ſuis titulis conferre primam tonſuram, et ordines minores?

Ratio dubitandi eſt, quia Cardinales in ſuis titulis poſſunt exercere ea, quæ ſunt juriſdictionis;non autem ea quæ ſunt Ordinis:et ex hac ratione motus AnaſtaſiusGermonius *in trac. de Indul.Card. §. Tam ratione n. 29.* tenet negativam ſententiam; tamen ego in favorem Dominorum Cardinalium:

13. Reſpondeo affirmativè. Et hoc ex conſuetudine, quæ licèt dare non poſſit ad hoc juriſdictionem: tamen ſignum eſt eam habere à Papa:

14. Docet tamen Sanchez hanc facultatem eſſe derogatam poſt Concilium Tridentinum. Verum etiam poſt Concilium hanc ſententiam tenent Pariſius *de Reſignat. benef.l.4. q.2.n. 88.* Azorius *tom.2.l.4.c.3.q.2.* Henriq. *l.10.c.27.n.3.* Fornarius *de Sac. Ord. c.5.* Granadus *3.p.con.9.t.2.diſp.2.n. 1.* Tamb.*de Jure Abb.t.p.d.11.q.4.* Moneta *de Jud.conſ.c.5.n.35.* Barboſa *in Conc.Trid.ſ.ſſ.23.c.9.n.3.de Poteſtat. Epiſc.p.2.alleg.5. n.19.* Ubi teſtatur, ita ſenſiſſe *Rotam in una Cremon. 3. Decembris 1572.* Unde Sanchez in hac re non eſt audiendus.

DUB. V.

Quid de Cardinalibus in ordine ad conferenda beneficia in ſuis titulis, & ferendis ſententiis?

1. Cardinales in ſuis titulis habent jus cōferendi beneficia, quando ſunt in Urbe, et in eorum abſentia ſolus Pontifex cōfert beneficia, quæ licet ad ipſum ſolum ſpectent;tamen Pontifices, ut oſtenderent Cardinales ſibi verè filios, et fratres eſſe dant ipſis facultatem conferendi in ſuis titulis beneficia. Ita Barboſa *to.1. l.1.tit.33.c.11.n.3.* Gonzalez *ad regul 8.Cancell.gloſ.13. num.20.* Germonius *trac.de Indul.Card.§. tam ratione num.14.* Albanus *trac.de Card.qu. 46.*

2. Cardinalis aſſumptus ad Epiſcopatum poteſt conferre beneficia, etiam ſi non dum fuerit adeptus poſſeſſionem; quia poſſeſſio eſt neceſſaria, quò ad ſolemnitatem, non quò ad exercitium juriſdictionis Epiſcopalis. Ita Germonius *de Indul.§.nec non n. 8.* Maſſobrius *de concurſu prælud.26. dub.6.num.3.*& alii.

3. Cardinales,ſicuti etiam, & eorum familiares gaudent fructibus ſuorum beneficiorum, etiam ſi non ſint præſentes; quia cum ſint in Romana Curia, & illi aſſiſtunt,aliis quoque Eccleſiis ſervire,& aſſiſtere videntur;Romana enim Eccleſia cæterarum Eccleſiarum eſt mater. Ita Cucchus *in Inſtitutione canonica, l,2.t.4.n.69.* Laudenſis *de Card.q.69.* Albanus *de Cardin.q.42.priuil.6.*

4. Cardinalis non Epiſcopus poteſt cognoſcere in ſua Eccleſia cauſam

cri-

Digitized by Google

minalem; Unde ſi Clericus erit dignus depoſitione, poteſt contra illum ſententiam ferre. Actum verò degradationis debet commictere Epiſcopo; cũ hoc ſit Ordinis, non juriſdictionis. Germonius *de Card. §. tam ratione n.* 34.

5. Cardinalis poteſt habere familiam armatam: Inſuper habere privatum carcerem ad Domeſticos, & familiares puniendos, & hoc ex conſuetudine: unde familiares Cardinalium delinquentes ad ipſos debent remitti, ipſi enim ſunt eorum Iudices competentes. *Ita* Carolus de Graſſis *de eff. Cler. eff.* 1. *n.* 151. Pereyra *de manu Reg. to.* 1. *c.* 10. *n.* 13. Albanus *de Card. q.* 42. *priuileg.* 15. Laudenſis *de Card. q.* 17. Barbaſia *de Card. q.* 11. Gratianus *tom.* 2. *c.* 341. *n.* 16. Cucchus *de Inſtitutione canonica l.* 2. *t.* 4. *n.* 114, Manfredus *de Card. deciſ.* 140. Contra Bonacinam *to.* 3. *d.* 1. *q.* 16. *p.* 3. *n.* 7.

6. Cardinalis non poteſt in judicio recuſari, ut ſuſpectus. Ita Præpoſitus *in c. poſtremo num.* 8. *uerb. & Ideo*, Franchus *ibi n.* 15. Guaſſianus *In defẽſione* 1. *c.* 19. *nu.* 102. & alii. Contra Rolandum à Valle, & alios. Licet à ſententia data à Cætu Cardinalium non detur appellatio, dari tamen poteſt à ſententia unius Cardinalis, Doctores communiter, quos ſequitur, & refert Diana *de Card. reſ.* 66. *n.* 3. *in fine*.

7. Cardinales inter ſe lites habentes, tales lites, & cauſæ decidendæ ſunt per Summum Pontificem tantum privativè, quo ad alios appellatione ſemota. Ita habetur ex Bulla Pauli IV. ſub die 9. Ianuarii 1556. ut obſervat Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico*.

8. Quamquam teſtes à jure repelluntur, quando ſunt Domeſtici ipſius producentis; verum ab hoc excipiuntur Cardinales: Unde Cardinalium familiares [& idem dic de familiaribus Epiſcoporum, ut tenet Felinus *in c. in literis num.* 7. *de teſtibus*] in eorum cauſis ſunt teſtes idonei. Ita Albanus *de Card. q.* 42. *priuileg.* 11.

Ad damnandum Cardinalem de crimine ſiſſit Epiſcopus nõ poteſt dãnari, niſi fuerit convictus per ſeptuaginta duos teſtes. Si verò non fuerit Epiſcopus requiruntur ſexaginta quatuor teſtes, ſi ſit Præsbiter, vel Diaconus requiruntur decem, & ſeptem. Ita Lorichius *in Theſ. Theol. uerb. Card.* §. 10. Manfred. *de Card. deciſ.* 142. Iulius Clarus *in practica crim. q.* 66. *nu.* 5. Zecchius *de Rep. Ecc. tit.* 3. *de Card. nu.* 9. *priuil.* 10. licet hi Doctores obſervent hodie hoc non eſſe in praxi, quando Papa procedit contra Cardinales.

9. Cardinales ex conſuetudine habent privilegium, ut ſi obvii fiant condemnato, poſſint eum à morte liberare; niſi crimen, pro quo ille fuit condemnatus eſſet de atrociſſimis, verbi gratia crimen falſi; læſæ majeſtatis divinæ, vel humanæ, proditionis Patriæ, &c. Et hoc quando Cardinales, caſu, & non data opera in reum incidit, Barb. *de Iure Ecc. l.* 1. *c.* 4. *num.* 61. Germonius *l.* 3. *c.* 6. *n.* 52. Lucianus *to.* 2. *l.* 7. *c.* 37. *num.* 24. Lancellottus *l.* 2. *c.* 2. *de Card.* §. 3. *n.* 30. Zecchius *de Rep. Chriſtiana tit.* 3. *de Card. num.* 9. *priuil.* 7. Diana *de Card. reſ.* 75.

DUBIUM VI.
Quid de offendentibus S. R. E. Cardinales.

1 Vndecima Excommunicatio in *Bulla Cœnæ* contenta eſt con-

Digitized by Google

ant offendantur S.R.E. Cardinales, vel alios Prælatos; tenor autem his verbis exprimitur.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sedis Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, *ſeu Dominiis ejicientes; necnon ea mandantes, vel ratihabentes, ſeu præſtantes auxilium, conſilium, vel favorem.*

2 Secundùm autem hujus cenſuræ tenorem, ſolùm videbimus quando incurritur iſta cenſura offendēdo S.R.E. Cardinales; de offendentibus verò Epiſcopos infra ſuo loco videmus; & proportionaliter quod dicimus de Cardinalibus, de aliis etiam recenſitis intelligendum eſt. Unde pro intelligentia dicendorum

3 Suppono primò. Nomine Cardinalium S.R.E. venire omnes eos, qui ad gradum Cardinalatus ſunt electi à Summo Pontifice, & conſenſum præſtiterunt Electioni; electione enim Pontificis, & electi aſſenſu Cardinales creantur. Unde ſequitur rubrum Galerum non pertinere ad ſubſtantiam dignitatis Cardinalitiæ; verè etenim dicitur, & eſt Cardinalis, etiam non habito adhuc rubro Galero. Doctores communiter.

4 Suppono ſecundò, quòd materia proxima hujus Cenſuræ eſt Sacrilegium, quo Cardinales, & alii Prælati expreſſi in Canone offendantur per aliquam actionem hic ſpecialiter prohibitam, quæ ſunt interficere, mutilare, vulnerare, percutere, carcerare, detinere, hoſtiliter inſequi, & ejicere ex Diœceſibus, Terris, ſeu Dominiis. Materia autem minus principalis, ſeu acceſſoria hujus cenſuræ eſt ſacrilegium, quo quis Cardinalis, alioſque Prælatos in hoc canone expreſſos offendit, mandando, ratum habendo, auxilium, conſilium, vel favorem præbendo in actionibus principaliter prohibitis. His ſuppoſitis.

5 Reſpondeo. De tribus primis actionibus prohibitis principaliter in hoc Canone, nulli eſt dubium quid ſignificent interficere, mutilare, & vulnerare; unde qui has actiones committit in his perſonis, certum eſt incurrere cenſuram hujus Canonis, ut communiter docent Doctores. Pro aliis verò actionibus ſequentibus.

6 Reſolves primò. Non ligari cenſura hujus Canonis, qui pallium, quod Cardinalis defert, aufert, vel frangit, aut qui in faciem conſpuit, vel aquam in ipſum infundit, quia non dicitur ipſum percutere: licèt incurrat cenſuram Canonis *Si quis ſuadente diabolo.* Bonacina *de cenſuris Bullæ Cœnæ d.* 1. *q.* 12. *p.* 1. *n.* 3.

7 Reſolves ſecundò. Qui Cardinalem, vel alium Prælatum in aliquo loco cuſtodit, ne aufugiat, incurrit hanc cenſuram; ad hunc enim finem carcer eſt inventus. Item incurrit, qui Cardinalem capit, ſeu comprehendit manu, vinculis, vel alia ratione, vel modo. Item qui detinet, ſeù de facto tenet, etiam ſi detinens illum non ceperit. Ita enim dicuntur carcerare, capere, & detinere; ut docent Doctores communiter.

8 Reſolves tertiò. Qui Cardinalem

pro-

proſequens ſexum, vel telum projicit ut ipſum interficiat; vel detineat, incurrit hanc cenſuram, licèt ipſum non attingat; hic enim dicitur hoſtiliter inſequi Cardinalem. Idem dic de eo, qui Cardinalem domi obſidet, ut eum detineat, mutilet, vel occidat.

9. Reſolves quarto. Qui eiicit Cardinalem, vel alium Prælatum à ſua Diœceſi, Territorio, Terra, vel dominio ligatur hac cenſura. Nomine autem *Diœceſis* intelligitur Univerſitas locorum, ſeu Territoriorum, cujus juriſdictio in ſpiritualibus, & gubernatio unico Prælato demandata eſt: Nomine Territorii ſtrictè eſt UniverſitasAgrorum intra fines cujuſcunque Civitatis, Terræ, Caſtri, ſeu oppidi exiſtētis. Nomine Terræ intelligitur Civitas, Villa, Caſtrum, oppidum. Nomine verò Dominii ſignatur locus, qui ſub juriſdictione unius Domini exiſtit. Ex his.

10. Habes primo. Expellentem Cardinalem à Palatio *P*rincipis non ligari hac cēſura, quia nō dicitur expellere à Territorio, vel *D*ominio ipſius Cardinalis electi. Bonacina *loc.cit.nu.* 14. Navarr. *c.*27.*n.*67. & alii.

11. Habes ſecundo. Eiicientem Cardinalem à ſua Eccleſia titulari ligatur hac cenſura; quia eum expellit à Dominio, ſeu loco, in quo habet dominium, & juriſdictionem, Alterius *c.*4. *col.*11. Bonacina *loc.cit.num.*15

12: Habes tertio: Ut in ejectione *C*ardinalium incurratur cenſura, ſufficit ut eum minis, & verbis comminatoriis expellat; requiritur tamen effectus, ideſt, ut Cardinalis ob minas, actu relinquat Diœceſim, & recedat, verba enim intelligi debent cum effectu: Bonacina *loco cit. n.*19. cum Duardo, & Alterio.

13. Habes quarto. Quod ſubjecti hujus cenſuræ ſunt homines cujuſcunque ſexûs, & conditionis exiſtant, ſive ſint maſculi, ſive fœminæ, ſive ſint privati, ſive publici, ſive ſenes, ſive adulti; niſi fortè excipiantur Privilegio. Ipſi etiam *C*ardinales ſi offendunt alios Cardinales, vel Prælatos expreſſos in hoc canone, etiam ligantur hac cenſura, quia delinquunt contra Canonem. Bonacina *loc.cit.p.*3.*n.*2. Cum Ugolino *c.*11.*§.*1.*num.*1. & Duardo *c.*11. *q.*22. *num.*1.

14. Cardinalis autem ferro, veneno, vel alio modo vulnerans, aut percutiens ſeipſum, probabile eſt non ligari hac cenſura; quia ſcienti, & volenti non fit injuria, & quòd favore alicujus inductum eſt non debet eſſe in ſuum damnum; Unde Summus Pōtifex in hoc Canone videtur loqui de exercentibus iſtas actiones in diſtinctas perſonas. Bonacin. *loco cit. nu.*3 & alii.

15. Si quis autem cum moderamine inculpatæ tutelæ *C*ardinalem percutit ad defendendum ſuum, vel ſuorum honorem, pudicitiam, bona &c. non ligatur hac cenſura, quia non percutit injuſtè, & cum culpa mortali; cenſura autem incurritur ob culpam lethalem. Communiter Doctores.

16. Si quis autem percutit Cardinalem noctu incedentem, vel mutato habitu, neſciens ipſum eſſe Cardinalē; non ligatur hac cenſura; ignorat enim qualitatem perſonæ, & ignorantia illum excuſat, Bonacina *loc.cit. n.*7. & alii apud ipſum.

DUB.

D U B. VII.

Quid de Cardinalibus Religioſis.

1. CArdinales Religioſi eximuntur à voto paupertatis, & efficiuntur veri Domini redditu um Eccleſiaſticorum, uti Cardinales ſeculares; & ex conſequenti ab illis in uſus illicitos conſumpta, non tenentur reſtituere; neque ab ipſis accipientes tenentur ad reſtitutionem. Sotus *de Iuſtitia l.7.q.4.a.2.* Vaſquez *in 2.p.q.96 a.4.diſp.165.c.8:n.91:& n:104:* De Palatio *in 4.ſent.d.38.diſp.1.* Diana *loc.c. reſ.84.n.2.* Contra Barboſam, & alios.

Ratio eſt. Quia Epiſcopi Regulares (ex ſententia iſtorum Doctorum) non tenentur ad votum Paupertatis; ergo neque Cardinales: Unde ait Baudenſis *de Card.q.22.* & Cucchus *in Inſtitutione Canonica l.2.tit.4.nu.111.* Cardinalis Religioſus recuperat facultatẽ teſtandi, & diſpenſandi de rebus ſuis, quam amiſerat in profeſſione Religionis.

2. Unde Religioſi ex ordine Minimorum aſſumpti [ſicuti etiam Epiſcopi] ſtatim ſolvuntur à voto vitæ quadrageſimalis, ut tenent Sanchez *tom.2 l.6.n:34.* & Diana *loc:cit.reſp.85: n:2.*

3. Et quamvis Religioſi Cardinales tenentur portare habitum ſuæ Religionis, ut tenent Suarez *de Relig. tom.4.l:3:c:19: n.4:* & Pacianus *uol.1. conſ.132.n.39.& 40.* tamen ſi illum dimittunt non incurrunt excommunicationem latam *in cap.ne Clerici, uel Monachi in 6:* ut contra Rinaldum, Majolum, Pacianum, & Surdum tenẽt Sanchez *loc.cit.n:54;* Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico l.1.c.3.n.25.* Lezana c.17. *n.9.* Ratio eſt. Quia Epiſcopi Religioſi id facientes non incurrunt in excõmunicationem; ergo neque Cardinales. Antecedens probatur, quia nullo jure excommunicatio eſt inducta Monacho, qui prætextu Epiſcopalis dignitatis habitum dimittit, & Epiſcopalem induit; & textus ille loquitur de Monacho ſub obedientia ſui Abbatis conſtituto; & rationem reddit; ſcilicet ne detur Monachis materia vagandi habitu dimiſſo; quæ in Epiſcopo Religioſo non currit: Et hanc ſententiam tenent etiam Rodriquez *tom.2.q.58 a 3.* Tappia *in authoritate ingreſſi uerboſua c.6.n.61.* Lopez de Taxeda *to. 1.l.2.trac.1.controu.2.n.14.* & alii Doctores.

4. Et licet Canones officium Cõpatris in baptiſmo, & confirmatione Religioſis facere prohibuerunt; tamen Religioſi Epiſcopi, & Cardinales poſſunt eſſe compatres in baptiſmo, & confirmatione, non ſolum baptizando, ſed ſuſcipiendo, ut contra Immolam, tenent Rodriquez *in q Reg. tom.2. q. 58.a.3.* Barboſa *de officio Parochi c.18 n.32.& in iure Eccleſiaſtico l.1 c.3.n. 26.* Sanchez *loc.cit:n:34:* Hæc ſententia patet exemplo Græ gorii, qui ex Religione promotus ad Cardinalatum factus eſt Mauritii Imperatoris compater. Et ratio etiam eſt, quia in Epiſcopis, & Cardinalibus non ſubeſt nimium periculum familiaritatis; & inde incontinentiæ, ex quo canones hoc officium Religioſis indixerunt.

DUB.

DUB VIII:

Quid de Cardinalibus in ordine ad teſtamenta condenda.

1. NON eſt difficultas in præſenti, quòd Cardinales ordinariè loquendo, non poſſunt teſtamenta condere ; hoc enim jura poſitiva prohibuerunt, nedum Clericis, Sacerdotibus, & Epiſcopis, ſed etiam Cardinalibus: poſſunt tamen Cardinales à Pontifice in hoc diſpenſari; & de facto videmus in hoc diſpenſare ; quia habet poteſtatem ſupra jus poſitivum. *cap. innotuit de electione.*

2. Cardinales autem teſtantes ex facultate Pontificis ſufficit ſi ſervant ea, quæ jure canonico;non civili præſcribuntur: & quia jus canonicum ſolum requirit duos, aut tres teſtes ad validandum teſtamentum ,ideo teſtamentum factum à Cardinali ſubſiſtit duobus, aut tribus teſtibus adhibitis; [quamvis jure civili ſeptem requirantur teſtes] quia teſtamenta Cardinaliũ facta conſenſu, & facultate Pontificis juxta Canones, non leges civiles judicari debent . Ita Azorius *tom.2. l.4. c.3. q.7.* Baganus *trac.* 11. *fol.*180. Rectiùs tamen Cardinalis teſtamentum condens adhibet teſtes, quæ requiruntur de jure communi; ne in falſitatis diſcrimen veniat teſtamentum, ut ait Germonius *de Indulg. Card. §: quod num.*22.

3. Cardinalis habens licentiam teſtandi à Pontifice, ipſo mortuo non expirat licentia,teſtamento non facto; ut contra Cucchum, & Zecchium tenent Covarruvias *in cap. cum officiis num.8. de teſtam.* Guttierez *l.2. q.*75. *n.*1. Henriquez *l.7. c.*21. *n.*6. Molina *de Iuſtitia tom:*1. *trac.*2. *d.*141. Megalius *Promp. uer. Cardinalis n.*10. Sanchez *de Matrimonio tom.2. l.8. diſp:28: nu:* 82:

Ratio horum eſt; quia cum teſtamentum nõ habeat vim,niſi poſt mortem teſtantis; illi,cui teſtandi licentia conceſſa eſt,nequit imputari concedẽte ſuperſtite; ſiquidem longiorem vitã adeptus eſt; quam is,qui licentiam cõceſſit, & ea licentia pro tempore mortis,à quo debet teſtamentum vim habere, deſervit.

4 Poteſt etiam Pontifex concedere facultatem Cardinalibus teſtandi; non ſolum in pios uſus, ſed etiam in quoslibet, dummodò ſint liciti, & honeſti: Azorius *loc: cit: queſ:*12:

DUBIUM IX:

Quid de Cardinalibus circa Confeſſarium ſibi eligendum, & Miſſas celebrandas in ſuis Capellis?

1. SCipio de Rubeis *in Aphor. Epiſ. uerbo Cardinalis n.* 5. & Azorius *loc. cit. qu:*16: docent, quòd Cardinales, qui non ſunt Epiſcopi, nec Legati debent confiteri Confeſſariis ab Epiſcopo proprio approbatis, quamquam ante Concilium Tridentinum poterant ſibi deſtinare Confeſſarium:

2: In favorem autem Dominorũ Cardinalium Ochagavia *de Sacram. trac.2. q.36. n.*15. Vaſquez *in* 3. *p. t.* 4. *q.93. a:1. d* 4. *n.*2. Ludovicus à Cruce *in bull. Cruc, diſp.1. c.2. d.22. nu.*11. Reginaldus *tom.1. l.1. c.5. ſect.1. nu*3 2. Suarez *tom.4. diſp:27. ſect.2. n.6.* Præ-

P poſi-

poſitus in 3. p. q. 8. dub. 7. num. 53. Filliucius tom. 1. tract. 7. c. 7. num. 197. Henriquez l. 6. c. 13. n. 3; Albanus de Card. q. 41. Sotus in 4. diſt. 18. q. 4. a. 2. Toletus l. 3. c. 13. n. 9. Diana loc. cit. reſ. 47. num. 1. & alii Doctores tenent hoc etiam habere locum poſt Concilium Tridentinum. Unde Domini Cardinales poſſunt ſibi, & ſuæ familiæ eligere, & providere de Confeſſario. Quia cum Cardinales ſunt conjunctiſſimi ipſo Summo Pontifici, illum ſolum habent, uti proprium Sacerdotem; & ita pro libito eligent ſibi Confeſſarium. Unde Adamus Tãnerus tom. 4. diſp. 6. q. 9. dub. 3. num. 58. ſic habet: Sacerdos quilibet ab aliquo Cardinalium deſignatus, & electus habet facultatem, tam ad proprias eorum, quàm ad familiarium, ac commenſalium confeſſiones audiendas. Et Ludovicus de San Juan. q. 6. a. 2. de Sac. pœnit: diff. 5. concl. 2. ſic ait: Todos los Cardinales tienen licencia tacita del Papa para eligir Confeſſor, para sì, y para ſus familiares, y yo lo ſe por eſperiencia. pues fue Confeſſor del Señor Cardinal Doria, y de otros Cardinales ſin mas autoridad, que ſolo ſu nobramento; ergo &c.

3. Quò autem ad tempus Miſſæ: Cardinales gaudent Privilegio celebrandi ante auroram. & poſt meridiẽ, ſicuti etiam gaudent Epiſcopi. Sotus in 4. d. 13. q. 2. a. 2. Alzedo de Praſtantia Epiſ. p. 2. c. 13. n. 13. Sicuti etiam gaudent Regulares Sancti Dominici, & Sancti Franciſci; Et quia Cappellani Cardinalium pari jure cum ipſis cẽſentur, quo ad officia divina; poterit Cardinalis dare licentiam Cappellano celebrandi ante auroram, & poſt meridiem; dummodò tamen ſit præſens, & audiat Miſſam; quia qui per alium facit per ſeipſum facere videtur.

4 Quò ad numerum Miſſarum. Poſſunt eadam die plures Miſſæ in eadem Cappella Palatii Cardinalis per domeſticos Cappellanos licitè calebrari. Tum quia Cappellæ Cardinalium ſunt ad inſtar publicæ Eccleſiæ, & Parochialis reſpectu Cardinalium, & familiæ; unde non viſitantur ab Ordinariis; vel in Urbe à Domino Viceſgerente, ſed ſunt eo ipſo approbatæ; Tum etiam quia non eſt major ratio cur unicus tantùm Cappellanus eadem die ibidem ſacrificium offerre poſſit, & non alii; cum hoc à jure non reperiatur prohibitum.

5 Adde, quòd etiam ſi Cardinalis ab Vrbe ubi moratur abſens ſit, poſſunt tali tempore Cappellani, qui manſerunt in Palatio pro commoditate familiæ, vel etiam pro ſui devotione celebrare.

9 Difficultas tamen eſt: An exteri, & non domeſtici Cardinalium ſatiſfaciant præcepto, ſi in die feſto interfuerunt Miſſæ in Cappella Palatii Cardinalium?

Et ad hoc reſpondeo affirmativè. Tum quia Cappella Cardinalis eſt ad inſtar Eccleſiæ; Tum etiam quia hoc nullo jure videtur prohibitum; & ſic videtur cõceſſum, quòd expreſsè nõ prohibetur. Tum denique quia quando Pontifex id prohibere voluit, hoc expreſſit, ut patet in licentiis pro Oratoriis Principum privatis, ut notat benè Quaranta in Bull. verb. Miſſa.

DUB.

DUBIUM X.

Quid de Cardinalibus, quando ſunt in Conclavi?

1 SVppono, quod Pius IV. & Gregorius XV. in ſuis conſtitutionibus vetant collocutiones cum Cardinalibus in Conclavi exiſtentibus, ab exiſtentibus extra Conclave. Et ſignanter *P*ius IV. in Bulla habet hæc formalia verba.

2. *Clauſo Conclavi nulli ad colloquiũ etiã extra portã Conclavis: etiã Principum Oratores, niſi ex magna, & urgenti cauſa à majore parte Collegii approbanda, admittantur; literæ verò, aut cujuſvis generis ſcripta ad eos, qui in Conclavi erunt, ſeu nuncium, vel notam, aut ſignum mittere, ſeu recipere, aut contra è Conclavi ad eos, qui foris erunt nullo modo liceat. Qui contrafecerint, quacunque dignitate: etiam Cardinalatus honore præfulgeant, pœnæ excommunicationis latæ ſententiæ ſubjaceant, abſolvendi facultate, præterquam in mortis articulo ſoli Pontifici maximo reſervata; à quo nihilominus pro qualitate delicti, ultra pœnam dictam excommunicationis, puniendi erunt.* Hæc Pius IV.

3. Gregorius verò XV. *cap. ubi periculum de Elect. in* 6. ſic habet. Nulli fas ſit ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui Nuncium mittere, vel ſcripturam; qui verò contrafecerint ſcripturam mittendo, vel Nuncium, aut cum aliquo illorum ſecretè loquendo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. Hæc Gregorius XV.

Igitur patet ex verbis bullæ; quòd loquentes cum Cardinalibus intra Cõclavè exiſtentibus; ac etiam ipſi Cardinales loquentes, incidunt in cenſuram latam, & Pontifici maximo reſervatam.

4. Quæres, an collocutiones, & ſcriptiones, quæ conducunt ad bonam electionem Pontificis prohibeantur in dicta bulla?

Doctores magni nominis partem tenent negativam, & docent, quòd quando ceſſat finis legis adequatus, lex non obligat; & ſic quia finis adequatus Pii IV. in ſua *B*ulla fuit tollere abuſus, qui liberæ, rectæ, & maturæ electioni Pontificis obſtare poterant, & finis Gregorii XV. fuit ne differretur, vel turbaretur electio Pontificis; ideo quia in caſu poſito collocutiones, & ſcriptiones nullum continent abuſum, & nullam occaſionem differendi, vel turbandi electionem Pontificis, imò ad hanc ſubitam faciendam conducunt [ut ſupponitur], in tali caſu ita colloquentes, & ſcribentes, non incidere in cenſuras latas contra ſcribentes, & colloquentes.

Affirmativa tamen ſententia eſt practicè tenenda, & eam tenent Doctores, etiam magni nominis; aliter daretur occaſio, & periculum impediendi electionem. Et

Ratio eſt; Quia quando lex non fundatur in delicto, ſed in periculo delicti, illo deficiente, adhuc lex obligat; in caſu verò Conſtitutionis *P*ontificiæ, licèt non præſumitur delictum; tamen præſumitur periculum delicti; Ut patet ex verbis Bullæ Pii IV. §. 2. ubi habetur, Nos quantum in *D*omino poſſumus futuris periculis occurrere volentes: &c. ergo etiam deficiente deli-

ſto obligabunt.

Ad id, quod dicitur; quòd ceſſante fine legis, lex ceſſat; hoc intelligitur, de fine legis, quæ fundatur in delicto; non autem in periculo delicti; uti eſt lex in caſu noſtro, circa prohibitiones colloquentium, vel ſcribentium ad Conclave.

5. Neque in hoc excuſat parvitas materiæ: unde tam mittens, quàm recipiens breve Chirographum ligatur vinculo excommunicationis. Tum quia prohibitio eſt generalis; non ſolum enim prohibentur literæ, verùm etiam ſcriptura cujuſvis generis, nota & ſigna. Tum etiam quia ratio ob quā eſt lata Iſta excommunicatio, militat tam in brevi, quàm in longiori Chirographo; ſcilicet ne ſumatur exinde occaſio impediendi liberam futuri Pontificis electionem. Bonacina *tom.3.d.2. q.2.p.34.num.13.*

6. Dices legens octo, vel decem lineas libri damnati ob hæreſim; non efficitur excommunicatione lata contra legentes libros hæreticorum, etiam ſi in illis lineis ſit inſertus error, cujus cauſa liber ſit damnatus; ergo ſimiliter mittens, vel recipiens breve chirographum.

Reſpondetur negando paritatem. Quia illa excommunicatio eſt lata cōtra legentes libros; qui autem legit paucas lineas, non dicitur legere librū: cæterum, qui breve chirographum mittit, vel recipit dicitur mittere, vel recipere aliquod ſcriptum, notam, vel ſignum, quod eſt materia iſtius excommunicationis; & conſequenter non excuſatur ab excommunicatione.

7. Tam autem locutio, quàm collocutio ſunt prohibitæ. Nam ubi Pius IV. in Bulla prohibet colloquia; ante Gregorius X. prohibuerat locutiones; & in Decretis Pontificum eorum mens eſt attendenda. Unde ſi Cardinalis in Rota audiat aliquem cum ipſo loquentem; ipſo tamen non reſpondente, vel è contra, incidit in pœnas latas.

8. Collocutiones autem, & Scripturæ tractantes de aliis negotiis, quàm de electione, probabile eſt non eſſe prohibitas in dicta Bulla. Et licèt Bulla Pii IV. loquatur generaliter, de ſcripturis cujuſvis generis; hoc intelligitur ſignanter de electione, non indeterminatè; vel intelligitur de negotiis deviantibus ab Electione; non de ſcripturis; quæ alia negotia continent. Ita Gibalinus *in Sinopſi cenſurarum verb electio num.6.* Caſtrus *tom.6.diſp.3.p.18.n.6.* Lavorius *in ſuis elucubrationibus tit.3.c.2.num.10.& 11.* Diana trac.4.*reſ.102.num 2.*

9. Verùm ego dicerem, quòd cōtraria ſententia eſt magis probabilis, & in praxi tenenda. Nam verba Bullæ, quæ ſunt pœnalia accipienda ſunt uti ſonant: Et cum Pius IV. dicat in Bulla, literæ verò, aut cujuſvis generis ſcripta, &c. intelligitur indeterminatè voluiſſe prohibere omnes ſcripturas; & ſic etiam aliæ omnes ſcripturæ, quæ alia negotia continent.

10. Deferentes autem literas, non incurrunt cenſuras: quia Bulla de his non loquitur, ſed tantùm de mittentibus, & verba pœnalia ſunt ſtrictè interpretanda, & ut jacent; tamen deferentes incurrunt cenſuram Gregorii X: *in cap. ubi periculum*; ſi loquantur ſecretè cum illis, ad quos literæ mittūtur. ita Diana *loc. cit. reſ* 103. Barboſa *de Poteſtate Epiſcopi p.3. alleg. 50. n.*

101

Digitized by Google

101. Serius *de Conſ. tom. 5. diſp. 3. diff. 3. q. 2. num. 1.*

11. Si quis autem daret in Rota literam Cardinali, qui illam perderet antequam legeret; Tunc in probabili opinione incurritur cenſura; quia deventum eſt ad actum proximum, & per accidens ſe habet, quòd litera non fuit lecta; actus ergo fuit conſummatus formaliter, licèt non materialiter; Unde dicitur in hoc caſu; mittens mittere literam Cardinali. Bonacina *loc. cit. nu.* 11. Theſaurus *p. 2. verb. conclave.*

DUBIUM XI.

Quomodo ſe gerere debent Cardinales egredientes à Conclavi?

1. CArdinales è Conclavi exeuntes ob infirmitatem, debent prius juramentum præbere non manifeſtandi acta in conclavi circa electionem Pontificis.

2. Si autem Cardinalis, qui propter infirmitatem egreſſus eſt à Conclavi ſcriberet literas ad Cardinales in Conclavi ſecundum certam, & probabiliorem ſententiam incurreret cenſuras; quia nulla eſt ratio, ob quam excuſari poteſt; ſiquidem comprehenditur ſub prohibitione Generali, mittẽdi Nuncium, vel ſcripturas ad exiſtentes in Conclavi, & ubi lex non excludit, neque nos excludere debemus. Ita Caſtrus *tom. 6. diſp. 3. p. 35. num. 1.* Gibalinus *in Synopſi cenſurarum verb. electio num. 6.* & alii.

3. Cardinalis autem, qui propter infirmitatem è Conclavi exivit, ſi poſtea convaleſcat, tenetur redire, neque poteſt renunciare proprio favori eligendi Pontificem; quia agitur de re graviſſima concernente totam Eccleſiam: & licèt quis poteſt renunciare proprio favori; non tamen poteſt, quãdo favor eſt mixtus, id eſt quando non ſolum favorem renunciantis cõcernit; ſed etiam publicam utilitatem, ut eſt in caſu noſtro. Ita Thomas Hurtadus *tom. 2. trac. 12. c. 1. §. 4. num.* 1436. citans quatuor Doctores pro ſe. Diana *loc. cit. reſ.* 106. *num. 1.*

DUBIUM XII.

Quomodo gerere ſe debent Prælati in præſcrutandis Epulis in Conclavi intrantibus?

1. PIus IV. in præfata Bulla ſic habet. Prælati quoque ad cuſtodiam Conclavis deputati ſub pœna perjurii, & ſuſpenſionis à divinis, maxima, & exquiſita diligentia utantur in iſpiciẽdis, & præſcrutandis Epulis, & aliis rebus, ac perſonis in Conclavi intrantibus, & de eo exeuntibus; ne ſub earũ rerum velamine, literæ, aut nota, vel ſigna aliqua tranſmittantur.

2. Igitur Prælati cuſtodes Rotarum debent adhibere maximam, & exquiſitam diligentiam in præſcrutandis Epulis: aliter incurrunt ſuſpenſionem à Divinis [quæ quidem non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ; ut ait Theſaurus *in praxi de pœnis p. 2. verb. Cõclave c. 2.*] & perjurium. Satisfaciunt autem ſuo muneri Prælati ſi in præſcutandis Epulis & perſonis in Conclavi intrantibus adhibeant moralem diligentiam arbitrio viri prudentis, ac timoratæ conſcientiæ menſurandam; qua non adhibita peccant mortaliter;

agitur

agitur enim de re nimis gravis,ordinata ad bonum totius Eccleſiæ,ſcilicet liberam electionem Pontificis, ut communiter docent Doctores.

3. Non peccant autem mortaliter Cardinales, ſi dum in Conclavi exiſtunt, veſcantur pluribus ferculis; quia verba illa Pii IV. (quę hęc ſunt. Cardinales autem primo ipſo die,quò Cõclave ingreſſi fuerint; tam in prandio, quàm in Cena, uno ſolo ferculo unius ſpeciei tantum, eoque moderato, & & aliàs juxta Conſtitutionem præfati Clementis VI.qualificato contẽti ſint, & eſſe debeant; nec quiſpiam in alterius cella,vel de alterius ferculo veſcatur] non continent præceptum, ſed tantum exhortationem. Diana *loc. cit. reſ.*110.*num.*3.

DUBIUM XIII.

An pueri non attingentes uſum rationis poſſint in Conclavi intrare?

1. RESpondeo. Quòd habita prius exquiſita diligentia, tam in ingreſſu, quàm egreſſu, poſſunt Prelati Cuſtodes Rotarum, abſque ſcrupulo admittere infantes in Conclave; diligentia autem debet adhiberi ne ſecum vel deferant, vel aſportent literas: hoc tamen intellige; niſi aliter à ſuperioribus ſit ordinatum.

Ratio hujus poteſt aſſignari, ex eo quia in iſto caſu ceſſat finis legis,& abeſt omne periculum; dicti enim infantes ante uſum rationis non poſſunt ſe miſcere in negotio electionis Papę;nec illam turbare: Et licet lex generaliter quater; hoc tamen debet intelligi ſi ingrediens habet uſum rationis,& ſit docapax.

2. Dices. Infantes etiam ſi non attingant uſum rationis, non poſſunt intrare Monaſteria Monialium non alia ratione, quia lex interdicit generaliter ingreſſum intra Monaſteria Monialiũ; ergo à pari &c.

Reſpondeo tranſeat antecedens. Nàm plures Doctores contrarium tenent & ſpecialiter Pellizzarius *de Monialibus c.*5.*ſect.*3.*q.*2.*num.* 105.Cibalinus *de Clauſura diſp.*1.*c.*4,§.2.*conſt*, 4.*n.*5. Garzias *tom.*2. *de Pol. Regni trac.*13.*diff.*2.*p.*10.*num.*5.Et nego paritatem. Nam quò ad infantes intrantes Monaſteria Monialium, non videtur ceſſare tota ratio legis; Nam ex tali ingreſſu poſſunt ſequi aliqua inconvenientia;quę non accidere poſſunt in incongreſſu Infantium intra Conclave circa electionem Pontificis, ideo &c.

3. Si quis autem clam intraret in Conclave; licet non incideret in cenſuras, incideret tamen in pœnas latas à Pio IV.*in cap.Clauſo.*Ubi ſic habet. Et ſi quis fortè [quod abſit] clam ipſum Conclave,& aliunde quam per Oſtium ingrediatur, omni honore, gradu, & officio; & beneficio ipſo facto privatus exiſtat, & tradatur Curię ſęculari, acerrimis pœnis puniendus. Hęc Pius IV.

DUBIUM XIV.

A quibus poteſt abſolvi hæc cenſura contracta per violationem Bullæ Pii IV.& Gregorii XV.

1. HÆC difficultas movetur propter verba Pii IV. in ſua Bulla, ubi habet. Abſolvendi facultate prẹterquam in mortis articulo ſoli Põtifici

fici maximo reſervata, à quo nihilominus pro qualitate delicti ultra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt: Ita Pius IV:

2: Reſpondeo tamen; quòd Summus Pœnitentiarius poteſt hanc cenſuram Pij IV: ſi ſit occulta abſolvere: Ita Diana *loc:cit:reſ.*112:&

Ratio poteſt ſuaderi. Primò ex Bulla 67:ejuſdem Pii IV. in qua enumerantur facultates, quas habet Summus Pœnitentiarius; & non habet; & inter has non enumerat Summus Pontifex, nec aſſerit ipſum non habere facultatē abſolvendi ab hac cenſura; ergo &c:

Secundò. Nam Gregorius XV. in Bulla *Æterni Patris* fulminat cenſuram contra eligentes, & electos contra formam dictæ conſtitutionis; & abſolutionem ſibi reſervat, & nominatim aufert auctoritatem à Summo Pœnitentiario, ne illam abſolvat; ergo dum Pius ipſum in dicta Bulla non excludit; ſequitur auctoritatem ipſi reliquiſſe.

3. Quia autem Gregorius XV. hanc auctoritatem Summo Pœnitentiario abſtulit, ideo veriùs dicendum exiſtimo, quòd ab hac cenſura non poteſt Summus Pœnitentiarius abſolvere; ut patet *in cap: quod ſi*. Unde Summus Pontifex de novo creatus dicit aliquibus Conclaviſtis: Do vobis facultatem qua abſolvi poſſitis ab omnibus excommunicationibus contractis occaſione Conclavis, ſeu creatione Summi Pontificis: quod eſt ſignum ante creationem non habere facultatem Major Pœnitentiarius. Et hoc bene eſt notandum.

4. Neque etiam Epiſcopus vigore Concilii Tridentini *ſeſſ.*24.*c.*6. Poteſt abſolvere hanc cenſuram, etiam ſi ſit occulta; licet enim vigore Concilii poſſit abſolvere à cenſuris Papæ reſervatis, & ob delictum occultum contractis, ab iſta tamen non poteſt. Tum quia Summus Pontifex ademit facultatem abſolvendi ab hac cenſura, etiā Majori Pœnitentiario poſt editionem Concilii Tridentini. Tum etiam quia Pius IV., & Gregorius XV. in ſuis bullis utuntur Clauſulis nimis urgentibus, ſcilicet non obſtantibus &c. quæ quidem Clauſula ex obſervantia Curiæ derogat quibuſcunque Privilegiis, & conſtitutionibus habentibus derogatoriarum derogatorias. Ita docent Bonacina *to.3.de Elect.Pont.diſp.2.q.7.nu.*3. Diana *loc.cit.reſ.*104.*num.*2. Lezana *in p.2.D.Th.t.6:diſp.*12:*q:*2:& alij Doctores. Contra Caſtrum Palaum:

5: Regulares autem vigore ſuorum Privilegiorum poſt Gregorium XV. poſſunt hanc cenſuram abſolvere. Moveor. Tum quia Urbanus VIII. ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis confirmavit omnia Privilegia Patrum Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis abſque clauſulis reſtrictivis; ergo hodie Regulares virtute dictæ confirmationis Urbani VIII: poſſunt abſolvere cenſuram ex ſectione Bullæ Pij IV: & Gregorii XV: Probatur cōſequentia; quia confirmatio ex certa ſcientia, & ſine clauſulis reſtrictivis operatur, ut privilegia revocata reſtituantur, & revalidentur, unde dicta confirmatio habet vim novæ conceſſionis, ut docent Bonacina *de Electione p.2.c.4.d.63.n.7.* Hurtado *verb.reſol.tom.2.t.8.c.6.reſ.54.n.*557. De Lugo *lib.3.reſp.dub.18.n.*8. Lezzana *to.3.verb.clauſura.n.29. & tom.4. verb. Privilegia Reg. num* 27. Rodriquez *in*

Digitized by Google

*in compend.reſol.*52.*num.*41. Villalobos *t.*1.*trac.*13.*diff.*60. *n.*10. Bordon. *tom.*2.*reſ.*52.*num.*137. & alii relati à Diana *loc.cit.reſ.*119.*num.*2. Qui omnes aſſerunt, quòd confirmatio ex certa ſcientia habet vim novę conceſſionis; & omnia ad priſtinum ſtatum reducit, ac revocata revalidat; ergo licet per BullamPii IV.& GregoriiXV.fuerunt revocata Privilegia Regularium: in ordine ad abſolvendas cenſuras; tamen ſtante confirmatione Vrbani, hodie poſſunt abſolvere hanc cenſuram.

Tum etiam quia Regulares (ex Privilegio conceſſo Confeſſariis Societatis Ieſu à Paulo III. (ut habetur in Bullario ejuſdem Societatis, fol.20. quo privilegio per communicationem fruuntur omnes Regulares) poſſunt in Urbe, & extra Italiam abſolvere pœnitentes ſeculares ab omnibus caſibus Papalibus,exceptis inBulla Cœnæ. Vt tenent Lezzana *tom.*1.*c.*19.*n.*16.Portell.*verbo Confeſſ.n.*2.Tamb.*l.*3. *c.*7. §.4.*n.*11.Paſſerinus *tom.*2.*de ſtat. hominum:q.*187.*a.*1.*c.*2.*n.*443.Ioannes de la Crux *de Statu Relig. l.*2. *c.*6. *d.*6. *concl.*2.

6. Intra verò Italiam,& extra Vrbem Regulares probabiliter etiam poſſunt abſolvere ſeculares ab omnibus caſibus Papalibus exceptis in Bulla Cœnæ, & aliis ſex, ſcilicet violationis Clauſuræ Monialium ad malum finem; Violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionisGregorii XIV.Duelli,ſimoniæ realis,ſimoniæ confidentialis,& percuſſionisClericorum. Vt tenent Tamb. *n.*13. Lezzana *loc.cit.*Rodriquez *tom.*1.*q.*61.*a.*5 & alii cum Paſſerino *loc.cit.num.*440. ergo cum cenſura illata à Pio IV. & Gregorio XV.ſit extra Bullam Cęnæ, & non de ſupradictis ſex,ſequitur Regulares poſſe illam abſolvere virtute ſuorum privilegiorum.

7. Dices Hæc Privilegia fuerunt revocata per Clementem VIII. Paulũ V.& Vrbanum VIII.ergo &c.

Reſpondetur , quòd licèt Clemens VIII.in decreto ſub die 9.Ianuarii 1601 Incipiente *Sacroſancta* ; præceperit, tam ſęcularibus,quàm Regularibus,ne ſub prætextu Privilegii audeant abſolvere à caſibus, vel clarè , vel dubiis in Bulla Cœnæ ſediApoſtolicæ, vel Epiſcopo reſervatis;tamen in anno ſequẽti, per alium ſuum Decretum declaravit prætendentes Privilegia,ſi verè ea habeant, & ſunt in uſu, poſſe abſolvere à caſibus Papalibus exceptis in Bulla Cęnæ, & aliis ſupradictis ſex.

8. Paulus verò V.poſtea per aliũ ſuum decretum ſub die 2.Ianuarij 1617 declaravit prohibitionem abſolvendi in Decreto Clementis VIII. tam quò ad caſus, quàm quò ad cenſuras.

9. Vrbanus autem VIII.inDecreto ſub die 25.Novembris 1628. ſolum declaravit habentes Privilegia extra Italiam non poſſe abſolvere à caſibus contentis in Bulla Cęnæ,ab aliis tamẽ poſſe abſolvere. Vide P. Thomam Amendolia *in ſua Collec.ſol.*4.*de Miniſtro c.ũd:*2:*pag:*329:& 330:

10. Dices Regulares exiſtentes in Diœceſi Neapolitana non poſſunt abſolvere à caſibus Papalibus ; etiam extra Bullam Cęnæ ; ergo neque alii Regulares intra Italiam:

Reſpondetur negando conſequentiam: Nam Regulares in Diœceſi Neapolitana fuit abrogatum hoc Privilegium per ſpecialem literam Vrbani

VIII.

VIII. ad Archiepiſcopum Neapolitanum, quæ per extenſum videri poteſt apud Paſſerinum *loc. cit. num.* 364. ſpeciale autem non trahitur ad Generale *cap. ſivè de Privilegiis*. Igitur Regulares in Italiam, & extra Diœceſim Neapolitanam poſſunt abſolvere à caſibus Papalibus. Et hæc ſententia tamquam probabiliſſima admiſſa.

11. Dicendum eſt Cardinalem Regularem exiſtentem in Conclavi poſſe abſolvere à cenſura Pii IV. alium Cardinalem, vel Conclaviſtam; & hoc etiam extra Conclave. Nam Cardinalis (ſicuti, & Epiſcopus) ad Cardinalatum aſſumptus non amictit Privilegia Religionis. Ut ait Paſqualigius *deciſ.* 130. *num.* 4. Pellizar. *in man. Reg. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *ſect.* 4. *num.* 65. Ceſpedes *de excep. Reg. c.* 24. *dub.* 389. *num.* 1.

Ratio hujus eſt. Tum quia ex ſtatus permutatione, non amittitur Privilegium compatibile cum ſtatu. Tum etiam quia Eccleſia Regularis ad ſecularem ſtatum translata, non amittit exemptionem, & Privilegia antea illi conceſſa; niſi expreſsè ſint illi ſublata: Unde Abbatia Regularis exempta, ſi fiat ſæcularis, manet etiam exempta. Ut docet Tambur. *de Jure Abb. tom.* 1. *d.* 15. *q.* 11. & alii; ergo pari paſſu &c.

12. Virtute quoque, ac vigore Bullæ Cruciatæ poteſt quis abſolvi à cenſura Pii IV. & Gregorii XV. Unde ſi aliquis Siculus tempore Conclavis inveniretur Romæ, & incideret in hanc cenſuram, poſſet virtute Bullæ, quam ſuppono in Sicilia ſumpſiſſe, abſolvi. Privilegia enim Bullæ valent pro illo anno ubique locum inveniatur, qui ſumpſit Bullam. Nam Privilegium Perſonale adhæret perſonæ; ergo ubicunque ſit ubique valet. Ita Diana *loc. cit. reſ.* 122. *num.* 1, qui pro hac ſententia citat ſeptem Doctores.

13. In ſolo autem articulo mortis poteſt quis abſolvi ab hac cenſura, ut loquuntur *jura*; non autem in mortis articulo. pro quo,

14. Nota quòd aliud eſt Articulus mortis, aliud periculum. Articulus mortis, tunc eſt, quando mors eſt in fieri, & ita ſit certa, ut ſit inevitabilis, ſive proveniat ex cauſa naturali, ſive violenta: Periculũ verò eſt quando in tali caſũ ſolet frequenter mors hominibus contingere, qualis eſt pugna campalis, aut Navalis &c. Quia autem jura loquuntur de articulo mortis, non debet hæc facultas abſolvendi extendi ad periculum. Ita Sotus *in* 4. *diſt.* 18 *q.* 4. *num.* 4. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *qu.* 10. *p.* 2. *col.* 6. Mandoſa *in praxi ſignaturæ tit. Confeſſionale, fol.* 55. *n.* 1.

15. Verùm Diana [qui pro ſe citat viginti Doctores] tenet poſſe abſolvi etiam in periculo; quia periculum mortis moraliter habetur tamquam extrema neceſſitas.

16. Si quis autem ſit abſolutus in tali periculo, vel periculo mortis ab hac cenſura, tenetur poſtea ſi convaluerit ſe præſentare coram Pontifice ut tenet communis ſentẽtia, aliàs reincideret in eandem excommunicationem. Sic docent Vaſquez *p. p. tom.* 4. *q.* 93. *a.* 1. *dub.* 6. *num.* 15. Hurtadus, & alii citati à Diana *loc. cit. reſ.* 127.

Et hæc ſufficiant de Cardinalium poteſtate, ſtatu, & obligatione; nunc transeamus ad alios Prælatos. Unde ſit.

Digitized by Google

LIBER IV.

De Poteſtate & obligatione Epiſcoporum.

1. EPiſcopus dicitur à Græca voce Epiſcopos, quòd latinè idem ſonat ac ſpeculator. Epiſcopus enim ſpeculare debet, ſeù inſpicere, intuere, attendere, & viſitare eos, quibus præficitur: Unde *in cap. qui Epiſcopatum. 8. q. 1.* ſic dicitur, Epiſcopatus nomen eſt operis, non honoris; Græcum eſt enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille, qui præficitur eis, quibus præficitur ſuperintendit, curam eorum ſcilicet gerens: unde apud Gentiles dicebantur EpiſcopiMagiſtratus, ad quos negotia Provinciæ referebantur, ut habetur ex Cicerone *lib. 7. Epiſtolarum ad Atticum Epiſ. 11.* Ubi ſic habet. Ego *negotio præſum non turbulento, vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hac Campania, & maritima ora habeant Epiſcopum, ad quem, & negotii ſumma referatur.* Hodie autem hoc nomen translatum eſt ad eos, quos ſpiritus Sanctus poſuit regere Dei Eccleſiam.

2. Quatuor autem ſunt ſpecies Epiſcoporum. Una quæ omnibus aliis præeſt, & in uno individuo ſolo eſt; & hic eſt Sūmus Pontifex Romanus, qui eſt Epiſcopus univerſalis Eccleſiæ. Secūda ſpecies eſt Patriarcharum, ſeu Primatum, & hi præſunt Regnis, & Provinciis, & judicare poſſunt cauſas Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſuarum Provinciarum. Tertia eſt Archiepiſcoporum, ſeu Metropolitanorum, qui primariis Provinciæ Civitatibus præſunt, quibus ſubduntur Epiſcopi aliarum Civitatum. Et quarta denique eſt Epiſcoporum, qui in honorabilibus Civitatibus ſunt conſtituendi, & non in caſtellis, & parvis Civitatibus. De prima ſpecie locuti ſumus ſupra, de ſecunda autem, tertia, & quarta loquimur in præſenti; quidquid ergo in ordine ad poteſtatem dicemus de una proportionaliter intelligendum eſt de alia.

3. Dignitas verò Epiſcopalis fuit à Chriſto Domino inſtituta, atque ideo jure Divino introducta; & tunc quando ſuis Apoſtolis dixit. *Sicut miſit me vivens Pater, & ego mitto vos accipite Spiritum Sanctum* Joann. 20. quidem, ut perpetuò ſit duratura conceſſit Petro, & ejus ſucceſſoribus, ut poſterum Epiſcopi valeant eligere.

4. Duplex autem eſt poteſtas Epiſcoporum. Una Ordinis, juriſdictionis altera; prima adhuc duplex unam habent communem cum aliis Sacerdotibus, & illam cum Sacerdotes efficiuntur accipiunt; unde non poteſt quis eſſe Epiſcopus, niſi prius ſit Sacerdos. Aliā recipiunt cum in Epiſcopos conſecrantur; licèt enim per talem conſecrationem novum Ordinem non ſuſcipiant, tamen cum recipiant novam poteſtatem, recipiunt novum characterem, & efficitur Epiſcopus Sacerdotibus major, & ſi non intenſivè, tamen extenſivè, quatenus ad plura Ordo Epiſcopalis ſe extendit, quàm Sacerdotalis. Epiſcopus enim

enim ex vi hujus conſecrationis poteſt Ordines conferre, Sacramentum Confirmationis, benedicere Chriſmatem, Oleum ſanctum, Oleum infirmorum. Altaria, Veſtimenta ſacerdotalia, Calices, &c. quæ quidem omnia ad Epiſcopos, tanquam ad Principes totius Ordinis Eccleſiaſtici pertinent, non ad Sacerdotes, ut docet D. Thomas *3. p. q.82.a.1.*

5 Poteſtas juriſdictionis hæc continet, ſcilicet ut Epiſcopus poſſit audire cauſas Eccleſiaſticas, & judicare, & punire, & exercere omnia ea, quæ ad hoc ſunt neceſſaria, ut viſitare, inquirere, corrigere, excommunicare, ſuſpendere, interdicere, ſtatuta facere, à cenſuris abſolvere, diſpenſare, juramenta ſumere à Vaſſallis, Indulgentias concedere, confirmare electos, inveſtire, deſtituere, beneficia conferre; de quibus omnibus, *Deo* dante in præſenti agemus.

DUBIUM I.

An appetere Epiſcopatum ſit bonum, vel aliquando malum.

1 MOvetur hæc difficultas ex verbis Apoſtoli, dicentis ad *Tim.3. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*; ex quibus verbis videtur ſemper eſſe bonum Epiſcopatum appetere. Tamen

Nota multa eſſe, in quibus poteſt Epiſcopus peccare, quæ ad quatuor capita poſſunt reduci. Primo ante collationem Epiſcopatus. Secundo in ipſa collatione. Tertio ante conſecrationem, & quarto poſt ipſam conſecrationem.

2 Ante collationem multis modis poteſt peccare in appetendo Epiſcopatum. Primò, quando ex iſtens indignus & inſufficiens appetit Epiſcopatum appetitu deliberato, nec cogitat ſe dignū exhibere; & tunc mortaliter peccat, quia appetit id, quod habere eſt mortale; & idem dic de quocumque Beneficio, & Eccleſiaſtica dignitate.

Secundo, quando quamvis ſe dignū probabiliter credat; tamen ſic appetit Epiſcopatum, ut ſit paratus etiam via injuſta, & per peccati mortalis commiſſionem illum habere; & tunc mortaliter peccat.

Tertiò, peccat mortaliter, quando appetit Epiſcopatum (quamvis ſit dignus propter redditus temporales tamquam finem; quia eſt cupiditas periculoſa, & repugnans bono communi; ſecùs ſi redditus non appetat tanquam finem, ſed tanquam conſequentia ad Epiſcopatum. Idem dic de eo, qui appetit Epiſcopatum propter honores, ut finem.

Quarto, peccat peccato præſumptionis qui appetit Epiſcopatum propter gradum præcipuè, quia cum ſit ſtatus perfectionis, præſumptuoſum eſt hominem appetere talem gradum, niſi appetat, ut *Deus* tantam perfectionem illi conferat, ut ſit tali dignus gradu, & hoc eſt veniale, quia non ineſt tanta perverſio, quanta eſt in appetitu propter honores, & redditus, ut docet D.Thom. *2.2.q.18.a.1.*

Quinto. Non peccat autem qui Epiſcopatum appetit, ut aliis proſit, quia id licitè poteſt aliquando fieri. D.Thom. *l.cit.* Tol. *loc.cit.*

3 In ipſa collatione Epiſcopatus, tripliciter poteſt eſſe peccatum. Primò, ſi ineptus Epiſcopatum recipit, v.g. ſi ſit ignorans, ſi ſit publicus peccator, nec ſe emendare intendit; ſi ſit ad gubernan-

Digitized by Google

dum inutilis. Nullus enim poteſt licitè recipere quod non poteſt retinere.

Secundò. ſi ipſa collatio fit per ſimoniam, vel per fraudem; Unde ſi fingit aliquid, quod taxatur in Concilio Trid. ut aliquis ſit promovendus ad Epiſcopatum, peccat mortaliter; Ea autem, quæ in Concil.Trid.taxantur, ſunt ætas, vita bona, ordo ſacer ad minus Subdiaconatus per ſex menſes antea ſuſceptus, & doctrina, quæ debet eſſe notabilis, ut ſit Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel in jure Canonico.

Tertiò, peccat aliquis in recuſando Epiſcopatum; cum enim tenetur obedire Pontifici; ſi Pontifex aliquem obligat ad ſuſcipiendum Epiſcopatum non poteſt abſque peccato finaliter recuſare; & ſi habet impedimentum, quod ipſe poteſt auferre, ſcilicet ſi ſit peccator, tenetur auferre; ſi autem eſt impedimentum, quod Papa auferre poteſt, debet illi manifeſtare; Et ſi neuter poteſt auferre, ſcilicet quia eſt ignarus, vel inutilis, non debet, nec tenetur acceptare; quia hoc licitè non poteſt Papa præcipere. Ita D:Thom.*loc:cit.*

4 Ante conſecrationem obligatur Epiſcopus ex Conc. Trident. ut intra tres menſes proximos ſuſcipiat conſecrationem; & ſi non ſuſceperit tenetur reſtituere omnes redditus pro rata illius temporis. Et ſi intra tres alios menſes non ſuſceperit, ipſo jure ſit privatus Epiſcopatu.

5 Poſt conſecrationem in multis peccare poteſt Epiſcopus, commiſſione, & omiſſione, quæ omnia in proceſſu operis videbimus.

Si verò dicas. Quomodo peccare quis poteſt in appetendo Epiſcopatum, ſi Apoſtolus dicit, quòd qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat?

Reſpondetur, quòd poteſt bonum non benè aliquando deſiderari. Paulus autem non dicit, benè deſiderare ſemper, qui Epiſcopatum deſiderat, ſed bonum opus deſiderare, quòd ſtatim explicat narrans perfectionem, quę debet eſſe in Epiſcopo.

DUBIUM II.

Ad quæ obligatur Epiſcopus poſt conſecrationem?

1 EPiſcopus ad multa obligatur poſt Conſecrationem. Et primò obligatur de jure Divino ad reſidēdum in propria Eccleſia, ut communiter docent Theologi, & Canoniſtæ ex Conc.*Trid.ſeſſ.23.c.1. de Reformatione*. Prædictæ autem obligationi addita eſt obligatio juris humani, quæ arctiùs Epiſcopos ad reſidentiam faciendam obligat. ut patet ex concil.*Trid.ſeſſ.cit.* & in Bulla Urbani VIII. de reſidentia Epiſcoporum.

2 Verùm cum hoc præceptum tam Divinum, quàm humanum ſit affirmativum; non obligat ſemper, & ad ſemper, ſed loco, & tempore. Unde aliquando excuſantur Epiſcopi non reſidentes in propria Eccleſia, cum adſint cauſæ excuſantes à reſidendo, uti eſt periculum vitæ, urgens neceſſitas, evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas, neceſſitas vitandi intemperiem aeris cum corporali periculo; dummodo interim ſubditorum ſaluti ſit proviſum. Vide Conc. Trid. in quo & obligationem, & cauſæ excuſantes, & pœnas non reſidentium minutim recenſentur.

3. Secundò obligatur conferre Ordines

dines per ſeipſum, & ſi aliquo legitimo impedimento detẽtus non poteſt, prius examinet ſuos Clericos, & approbatos mittat ad alios Epiſcopos per literas dimiſſoriales, ut ex Conc. *Trid. ſeſſ. 23. c. 3.*

4 Tertiò tenetur Sacramentum Cõfirmationis adhibere ſuis ovibus; debet quoque ſingulis annis Chriſma conficere; ut baptizandis novum detur. *de conſecr. cap. omni tempore.*

5. Quartò. Tenetur Ordines non niſi dignis conferre; & ſi admittat eos, qui non ſunt admittendi, uti ſunt ignorantes, & malæ famæ, peccat mortaliter. Et ſi admittat qui nullam habent rationem victus, tenetur Epiſcopus ipſis alimenta præſtare.

6 Quintò. Tenetur beneficia dignis conferre, qui autem relicto digno, confert indigno, mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem. Si autem relicto digniori confert digno, etiam mortaliter peccat. *Toletus cap. 4. n. 8.*

7 Sextò. Tenetur concionare, & ſeminare Verbum Dei per ſe, ex Concil. Trid. niſi aliquo legitimo impedimento detineatur; & tunc debet providere viros doctos, qui id faciant; & debet attendere ne mala doctrina ſeminetur, & eos, qui ſeminant à prædicatione privare.

8 Septimò. Tenetur ſingulis annis facere Synodum Diœceſanum, in qua debet providere ea, quæ ad Eccleſiæ ſuæ ſtatum ſunt neceſſaria, tam in moribus componendis, quàm in vitiis extirpandis, *diſt. 8. per multa cap.* & Conc.

9 Octavò. Tenetur ſingulis annis viſitare per ſe ſuum Epiſcopatum, vel per Vicarium, ſi ipſe ſit legitimè impeditus. Fuit hoc jus antiquum, *c. relatum*; ſed renovatum per Conc. *Trid. ſeſſ. 24. c. 3.*

10 Nonò. Tenetur conſtituere bonos Miniſtros, & Rectores, & in hoc deficere ex ignorantia craſſa, aut malitia eſt mortale, *diſt. 89. cap. decenter*:

11 Decimo. Tenetur eſſe vitæ inreprehenſibilis, ut nullum peccatum publicum committat, quod aliis poſſit eſſe malo exemplo, aut ſcandalo.

12 Undecimò. Cum omni diligentia mores Populi conſiderare, & ſuper ſuas oves vigilare, peccata publica, ut adulteria, alearum ludos prohibere, & caſtigare, nec in hoc excuſatur ab ignorantia; quia debet adhibere diligentiam cum ſpectet ad ejus officium.

13. Duodecimò. Si bir. ctis his quæ ad decentem victum, & veſtitum, ac domus ornatum pertinent; & etiam his, quæ gratia pietatis & charitatis; poteſt in alios conſanguineos, ut famulos indigentes diſtribuere; tenetur ſub mortali reſiduum dare pauperibus.

14 Tertiodecimò. Epiſcopus tenetur, ſi de aliqua Religione ſit aſſumptus, ſervare ſtatuta ſuæ Religionis; tamen cũ differẽtia ad tria, vota obligatur. Ad caſtitatẽ tenetur majori vinculo. Ad obedientiã cũ commutatione ad Papam, ſicuti tenetur Generalis ordinis. Ad Paupertatem etiam tenetur; & quamvis habeat bona; non tamen habet dominium, ſed uſum, ut docet Sylveſter. Quamvis Sotus tenet Epiſcopũ Regularem, non teneri ad paupertatẽ; ſtatuta autem ſuæ Religionis debet ſervare, ea tamen, quæ cũ tali ſtatu ſervare poteſt. Et ſicuti illũ obligabant in Religione, pariter obligabant factus Epiſcopus; Unde ſi ſtatuta non obligabant ſub mortali in Religione, nec etiam factus Epiſcopus. Et in caſibus, in quibus poteſt Superior cum Monacho diſpenſare, poteſt Epiſco-

ſcopus diſpenſare ſibi.

15. Quartodecimò. Tenetur Epiſcopus convocare Notarios, & petere teſtamenta, & examinare, an ſint impleta, & impleri facere. *cap. ſi hæredes de Teſtamentis.*

16. Quintodecimò. Tenetur in concordiam, & pacem redigere diſcordes vicinos ſi poteſt. *cap. præcipimus diſ. 90.*

19. Ultimò tenetur, ſi videt ſe non poſſe adimplere munus ſuum, relinquere Epiſcopatum, petita licentia; maxime ſi non implendo ſcandalum daret. *cap. niſi cum pridem de renunciatione.* Et hæc, & alia ſunt ad quæ Epiſcopus tenetur; in proceſſu tamen operis alia videbimus; & magis tibi conſtabit ſi Conc. Trid. conſulas.

D U B. III

Quid poteſt Epiſcopus circa abſolutionem, & diſpenſationem Irregularitatum, & ſuſpenſionum?

1. Magna in Conc. Trid. fuit conceſſa poteſtas Epiſcopis, ut notavi ſupra de Cardinalibus *dub.* 4. Ut ſcilicet poſſint diſpenſare in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, provenientibus ex delicto occulto, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad cerum contentioſum; & etiam fuit conceſſa poteſtas abſolvendi in foro conſcientiæ in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis quoſcunque delinquentes ſibi ſubditos; ac etiam abſolvendi in foro conſcientiæ quos ſubditos ab hæreſis crimine. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. Ut autem hæc ampla poteſtas, magis ſit omnibus nota; aliqua hic adiiciemus.

2. Per hanc igitur poteſtatem Epiſcopis conceſſam poſſunt Archiepiſcopi dum actu viſitant Diœceſes ſuffraganeorum, diſpenſare, & abſolvere ſuos ſubditos in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus. Tum quia dum Metropolitanus actu viſitat illa Diœceſis cenſetur tamquam ſua. Tum etiam, quia diſpēſatio ſuper irregularitate aliquando ita eſt neceſſaria ad miniſtranda Sacramenta, & ad celebrandum, ſicut abſolutio à cenſuris; ſed Metropolitani dum actu viſitant poſſunt abſolvere à cenſuris, & confeſſiones ſuffraganeorum excipere, & abſolvere; ergo &c. hanc ſententiam tenent Suarez *tom.* 4. *d.* 3 *ſect.* 2. *num.* 8. Avila *de Cenſuris p.* 2. *c.* 7. *diſ.* 11. *dub.* 6. *concl.* 6. Sanchez *in ſumma tom.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *num.* 6. Clavis Regia *de Cenſuris l.* 6. *c.* 11. *num.* 73. Caſpenſis *tom.* 2. *trac.* 25. *diſp.* 3. *ſect.* 17. *num.* 120. & alii apud Dianam.

3. Epiſcopi autem vigore dicti decreti poſſunt etiam extra confeſſionem Sacramentalem abſolvere, & diſpenſare in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto; quia particula illa in dicto decreto oppoſita [in foro conſcientiæ] non requirit quòd hæc abſolutio impendatur in confeſſione Sacramentali, ſed ſolum importat, ut iſta abſolutio non valeat pro foro externo. Ita Navarr. *l.* 5. *conſ.* 11. *num.* 2. *de Privilegiis.* Sanchez *tom.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 13. Suarez *de cenſ. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 11. *Et de Religione tom.* 2. *trac.* 6 *c.* 16. *num.* 4. Gavantus *in manual. Epiſ. verb. abſol. nu.* 9. & alii.

4. Nomine autem ſubditorum in hoc decreto. Primò intelliguntur vagabundi,

bundi; quia cum nullibi habeant Domicilium ſubduntur Epiſcopo, in cujus Diœceſi morantur. Secundò Peregrini, ut Scholaſtici, & Mercatores: hi enim poſſunt abſolvi ab Epiſcopo in ejus Diœceſis, in qua inveniuntur. Tertiò, qui habent duplex domicilium, in duplici Diœceſi, quia æquè in utraque habitant, in una ſcilicet in hyeme, & in altera in æſtate; hi enim poſſunt abſolvi à quolibet illorum Epiſcoporum.

5. Hæc verò facultas quò ad diſpenſationem irregularitatis Epiſcopus non poteſt aliis ſubdelegare; quia conceditur tantum Epiſcopis, abſque ulla extenſione. Poteſtas tamen abſolvendi poteſt aliis delegare, quia Concilium etiam ad Vicarium extendit. Ita Alter. *de Cenſuris tom.2. diſp.8. c.3. concl.4.* Guttierez *l.1.c.13.n.29.* Riccar. *de Iure perſonarum l.5. ſect.18. caſ.33. in fine*, & alii.

6. Verum eſt autem quò ad caſum hæreſim non poſſe Epiſcopum dare alicui facultatem generalem, ut ab hæreſi abſolvat; at ſi occurrat certum caſum hæreſis; poteſt tunc Epiſcopus deputare certum Confeſſarium, ut ab eo peccato abſolvat & licèt Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c.6. de Reformatione* dicat, quòd in crimine hæreſis ſoli Epiſcopi poſſunt abſolvere, & eorum Vicarii; ſenſus eſt, Epiſcopum non poſſe diſpenſare Vicarium, ut generaliter ab omnibus peccatis hæreſis abſolvat; poteſt tamen deputare illum ad ſpecialem caſum hæreſis. Ut habet Dian *loc. cit.* qui adducit pro hac ſententia ſeptem Doctores.

D U B. IV.

Quænam irregularitates poſſit diſpenſare Epiſcopus, vigore Concilii Tridentini?

1. Epiſcopus licet jure ordinario nequeat diſpẽſare in irregularitate; tamen ex adducto *Privilegio* Con. Trid. aliquando poteſt diſpenſare. Vigore igitur hujus Privilegii poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitatibus ſuis ſubditis, dummodo proveniant ex delicto occulto. Unde inferuntur hi caſus.

2. Primò. Non poteſt diſpenſare in irregularitate ex delicto publico proveniente, vel notorio; & tunc eſt, quando eſt notum tribus, vel quatuor, & eſt fama in majori parte viciniæ; quia hoc delictum, non dicitur occultum. Bonac. *de Irregularitate d ſp.7. p.2. nu.5*

3. Secundò Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate quam contraxit excommunicatus celebrando publicè; dummodo illius excommunicatio ſit occulta adſtantibus; quamvis enim celebratio ſit publica tamen delictum cenſetur occultum. Bonac. *loc. cit.*

4. Tertiò Epiſcopus non poteſt diſpenſare in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario etiam occulto, quia Conc. dat facultatem diſpenſandi excepta ea irregularitate, quæ provenit ex homicidio voluntario etiam occulto.

5. Quartò Non pertinet ad Epiſcopum dispensare in irregularitatibus ex defectu fidei, [uti ſunt Neophiti ſcillcet qui ex lege judaica, vel Mahumetana, vel Ethnica nuper converſi ſunt], ſed tantum ad Summum Pontificem; quia hæc eſt ex defectu; non ex delicto. Bonac. *loc. cit.*

6. Quin-

Digitized by Google

6. Quintò: In irregularitate orta ex defectu corporis, vel deformitate; vel infirmitate pertinet ad Summũ Pontificẽ diſpẽsare; Et ad Episcopũ pertinet judicare utrum defectus, vel deformitas, vel infirmitas inducit irregularitatem.

7. Sextò. Episcopus non poteſt diſpensare ad majores ordines, ad dignitatem, vel beneficium curatum. In irregularitate proveniente ex defectu Natalium; benè tamen poteſt dispensare ad minores ordines, & ad unum beneficium ſimplex, non requirens ordinem sacrum. Vgolinus c. 44. §. 2. Suarez *de Cenſ. d.* 40. *ſect.* 5. *c.* 6. Filliuc. *n.* 152. *Sayrus c.* 11. *n.* 6. Bonac. *loc. cit. p.* 4. *n.* 15.

8 Septimò. In irregularitate orta ex defectu ætatis, ſolus Papa poteſt diſpẽſare, non verò Epiſcopus. Eſt communis.

9 Octavò. In irregularitate orta ex defectu Sacramenti, ſcilicet in Bigamia, Epiſcopus non poteſt diſpenſare, cum non poſſit diſpenſare in jure communi, niſi quatenus illi conceditur à Sede Apoſtolica. In Bigamia verò ſimilitudinaria [quæ tunc eſt quando quis poſt votum ſolemne caſtitatis emiſſum in profeſſione Religionis, vel ex ſuſceptione Sacrorum Ordinum, matrimonium celebrat cum aliqua Virgine, vel corrupta eamque carnaliter cognoſcit) diſpenſare poteſt cum eo, qui contraxit cum Virgine, jure ſibi hoc concedente. *cap.* 1. *qui Clerici, vel voventes.*

10 Nonò Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate proveniente ex infamia. Pro quo

11 Nota, quòd infamia eſt duplex, alia juris, alia facti. Prima eſt quando committitur delictum, cui impoſita eſt à jure canonico, vel civili pœna infamię quale eſt delictum Apoſtaſiæ à fide, Raptus mulierum, perjurium in judicio, ſimonia, hæreſis, & ejus favor, crimen lęſę majeſtatis, hoſtilis perſecutio Cardinalium, crimen uſurarii, quo uſuras exigunt, duellum, pugna publica cum feris, matrimonium actuale cum duabus, lenocinium, proſtitutio proprię filię, vel neptis, matrimonium cum meretrice, vel repudiata, &c. Et ad incurrendam hanc infamiam requiritur, ut factũ ſit notorium majori parti viciniç, vel Collegii, vel loci, in quo quis degit. Et hęc infamia juris inducit irregularitatẽ, & facit hominem inhabilem ad Ordines ſuſcipiendos, & ſuſceptos exercendos, ut communiter docent Doctores.

12 Infamia facti contingit ex delicto, quando ſcilicet committitur delictum, quod apud Viros graves, & honeſtos cenſetur infame, quòd debet eſſe publicum, & notum majori parti viciniæ. Et hæc infamia inducit irregularitatem, quando delinquens non eſt emendatus; nam ſi fuerit emendatus, aufert illius emenda infamia facti; & conſequenter etiam aufertur irregularitas naſcens ex ea, Nav. Suarez, Fill. Reginal. & alii citati à Bon. *loc. cit. q.* 3. *p.* 1. *n.* 6.

13 Decimò. Epiſcopus non poteſt diſpenſare in irregularitate orta ex culpabili iteratione baptiſmi, tam in rebaptizans, quàm in rebaptizato, quando tamen eſt publica, quia ſolus Summus Pontifex poteſt diſpenſare in jure communi; quando autem erit occulta poteſt Epiſcopus diſpenſare vigore Concil. Trid. eſt communis inter Doctores.

14 Undecimò. In irregularitate, quæ eſt in eo, qui uno, & eodem die inſcio, & non advertente Epiſcopo recipit minores Ordines cum Subdiaconatu, vel

ultimum

ultimum minorum cũ Subdiaconatu: vel duos Ordines Sacros; quando delictum eſt occultum poteſt Epiſcopus diſpenſare. Avila *p.7.diſp.9.ſect.*1:*d* 4. Henriq.*l.*14.*c.*6 *n.*5. Sayrus *l.*7.*cap.*10 *num.*36. Ugolinus. Tol. citati à Bonacin.*loc.cit.*

15. Duodecimò. In irregularitate proveniente in eo, qui ordines furtivè ſuſcipit; (ſcilicet qui inſcio Epiſcopo, & non vocatus, neque approbatus accedit ad Ordines; vel qui alium in examine in locũ ſui ſubmittit, deinde vocatus proprio nomine Ordines ſuſcipit) poteſt Epiſcopus diſpẽſare, quando delictũ eſt occultum. Doctores citati.

16. Tertio decimò. In irregularitate orta ob violationem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti per exercitium ordinum ſolus Papa diſpenſat, quando delictum eſt publicũ; quando verò eſt occultum, & violationem occultam poteſt Epiſcopus diſpẽſare vigore Concilii Trid. Eſt autem delictum occultum etiam ſi aliquis publicè exerceat ordines, modò delictũ excommunicationis, vel alterius cenſuræ ſit occultum; ita ut neſciatur an ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus. Bonacin.*loc.cit.p.*5. *n.*11. Reg. *num.*188. Nav.*loc.cit.*241. Sayrus *loc.cit.cap.* 10 Alterius *l.*2.*diſp.*1.*c.*5. & alii.

17. Quarto decimò. In irregularitate orta ex exercitio Ordinum, quos quis non habet, & exercet, ſolus Pontifex diſpenſat; Epiſcopus verò poteſt diſpenſare, ut exerceat ſuſceptos; & ut alios ſuſcipiat, ſi delictum ſit occultum. Doctores citati.

18. Quinto decimò. In irregularitate proveniente ex hæreſi occulta poteſt Epiſcopus diſpenſare vigore Conc. Trid. quia in Concilio generaliter eſt conceſſum Epiſcopis Privilegium diſpenſandi in irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus; neque hoc privilegium videtur revocatum per Bullam Cœnæ; cum in ea ſolum fiat mentio de revocatione facultatis abſolvendi, quæ cadit ſupra cenſuras; non verò de diſpenſatione, quæ circa irregularitates exercetur, Revocatio autem facultatis abſolvendi, non eſt revocatio facultatis diſpẽſandi, cum ſint res diſtinctæ; & ubi lex non diſtinguit neque nos diſtinguere debemus. Diſpenſatio ergo cum nullo Canone ſit vetita, videtur permiſſa: igitur Epiſcopi manutenendi ſunt in poſſeſſione diſpenſandi ab irregularitatibus occultis, quando non conſtat per alios canones contrarium, Sanchez *in oper:moral.l.*2.*c.*25. *nu.*16. Suarez *diſp.*43.*num.*7. Eilliuc. *nu.*246. Diana *de poteſt.Epiſc.reſ.*23. *num.*1. & 2. & apud ipſum.

19. Sexto decimò. In irregularitatè orta cauſa belli ſivè juſti, ſivè injuſti non poteſt Epiſcopus diſpenſare vigore Conc. Trid. quia hæc irregularitas, vel non provenit ex delicto, quãdo bellum eſt juſtum, vel ſi provenit ex delicto in bello injuſto, homicidiũ eſt voluntarium, aut ſaltem publicum; & Epiſcopus non poteſt diſpenſare in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, aut publico. Communiter Doctores. Solus ergo Papa poteſt in iſta irregularitate diſpenſare; cum habeat poteſtatem ſupra jus commune. Ita Suarez *d.*47.*ſect.*5. *num.*2. & alii.

20. Decimo ſeptimò. In irregularitate orta ex homicidio juſto, vel injuſto Epiſcopus non poteſt diſpenſare con-

conſtat ex Conc. Trid. ubi hic caſus excipitur.

Dixi [juſto]; quia neque Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate, quã Judex cauſam ſanguinis exercens contraxit mandando homicidium, vel mutilationem juxta leges. Nam Trid. concedit Epiſcopis poteſtatem diſpenſandi in irregularitate orta ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario; prædicta autem irregularitas non provenit ex delicto, ſed ex homicidio juſto volito.

21. Decimo octavò. In irregularitate orta ex homicidio caſuali, quando delictum eſt occultum poteſt Epiſcopus diſpenſare. Ratio eſt, quia homicidium caſuale non eſt propriè voluntarium. Bonac. *loc. cit. q.4. p. ul. n.5* Item poteſt diſpenſare cum eo, qui habebat intentionem leviter percutiendi; ſed accidit ut mors ſecuta ſit. Item cum eo, qui mandavit ſervo, ut alterũ percuteret, ſed caveret ne occideret, vel mutilaret, & inde mors ſecuta eſt. Item in homicidio occulto patrato cauſa defenſionis cum hujuſmodi non ſit voluntarium, ſed neceſſarium. Bonacin. *loc. cit.* cum aliis ab ipſo citatis.

22. Decimo nonò. In irregularitate orta ex mutilatione injuſta occulta poteſt Epiſcopus diſpenſare; quia Trid. excipit tantum irregularitatem provenientem ex homicidio voluntario; mutilatio verò non eſt propriè homicidium. Et ita declaravit Sac. Cong. Card. teſte Suario *diſ.44. ſect.4. num.35*,

23. Vigeſimò. In irregularitate orta ex homicidio patrato in rixa etiã ſi ſit occultum; non poteſt Epiſcopus diſpenſare; quia licèt ad rixam provocatus non intenderit mortem alterius progreſſu tamen rixæ eam intendit, & efficaciter vult, ut ſuppono. Bonac. & alii. Diffuſiùs tamen infra de hac materia.

DUBIUM V.

Quid poſſunt, & debent facere Epiſcopi in ordine ad ordines conferendos?

1. Nulli dubium eſt, quòd Ordinarius Miniſter Sacramenti Ordinis eſt proprius Epiſcopus, ut habetur in Trid. *ſeſſ.23. c.4. & 7.* Et hanc poteſtatem accipiunt Epiſcopi in ſua ordinatione, & conſecratione, & non ammictunt illam per cenſuras, cum fundatur in charactere Epiſcopali, qui eſt indelebilis; licèt ergo Epiſcopi ſint excommunicati, vel ſuſpenſi, vel interdicti, aut privati Epiſcopatu, adhuc retinent poteſtatem conferendi ordines, quamvis illicitè exerceant, & ordinati ab Epiſcopo excommunicato vitando incurrant ſuſpenſionem.

2. Dixi (Ordinarius Miniſter), Nam Ordines minores poſſunt ab alio, quàm ab Epiſcopo conferri ex facultate Summi Pontificis; & hoc habetur in praxi. Nam Cardinales Præsbyteri ex facultate Papæ conferunt Ordines minores; & Abbates, qui habent jus Mitræ, & baculi benedicti ab Epiſcopis poſſunt conferre primam Tonſurã, & Ordines minores ſuis ſubditis Regularibus. Et quilibet alius ſimplex Sacerdos poteſt de facultate Sedis Apoſtolicæ conferre Ordines minores. Ita Bellar. *lib. de Cleric. c.27.* Nugnus *in 3. p. q.38.* Valent. *tom.4. diſp.9. qu.2. p.1.* Filliuc. *trac.9. cap.5. q.2.* Bonac. *de Sac.*

Ord.

*Ord.diſp.7.q.unica.p.4.num.*3. contra Coninchum.

3. Dixi (Ordines minores). Nam majores Ordines non poſſunt conferri à ſimplici Sacerdote, etiam de conſenſu Papæ. *E*piſcopus enim de jure Divino eſt Miniſter determinatus Sacrorum Ordinum. Henriq.*l.*10.*c.*23, Bell.*de Sacram.ord.c.*7, Suarez *tom.diſp.*11.*ſect.*1 *num.*7. Fornarius *de Sac, Ord.c.*5. *n.*2. Covarr. 1.*Variarum c.*10.*n.*10. Bonacin.*loc.cit.* Contra Filluc. *n.*49. Aientem, Subdiaconatum poſſe à ſimplici Sacerdote conferri de conſenſu *P*apæ.

4. Dixi iterum [Proprius Epiſcopus] quia Ordines, aut primam Tonſuram non poſſunt conferri, niſi ab eo, qui eſt proprius Epiſcopus; & conſequenter Epiſcopus non poteſt ſubditis alienis ſine licentia proprii Epiſcopi Ordines conferre. Ex Trid.*ſeſſ.*23.*c.*7.

7. Obſerva tamen, proprium *E*piſcopum ex privilegio Trid.*ſeſſ.*23.*c.*9. poſſe ordines conferre etiam maiores ſuo familiari non ſubdito, qui per Triennium commoratus ſit cum ipſo *E*piſcopo; modò *E*piſcopus conferat illi beneficium; & ille familiaris aſſiſtat Epiſcopo circa ejus obſequia; unde inſerviens *E*piſcopo in partibus remotis, non gaudet hoc privilegio, quamvis alatur expēſis ipſius Epiſcopi; hic enim non dicitur familiaris. Hoc tamen intellige de Epiſcopis habentibus Diœceſim, in qua ordinandus acquirat Domicilium. Bonac.*loc.cit. nu.*15.18.19. cum aliis. Hodie tamen ex decreto Sacræ Congregationis Epiſcopi non poſſunt ordinare ſuos familiares; niſi præcedentibus literis teſtimonialibus de vita, & moribus ſui Epiſcopi, à qua Diœceſi rec. fferunt.

6. Poteſt tamen Epiſcopus non ſolùm per ſe Ordines conferre, verùm etiam poteſt alteri Epiſcopo dare facultatem conferendi Ordines ſuis ſubditis, concedendo literas dimiſſorias, quarum conceſſio jure novo pertinet ad ſolum Epiſcopum, vel Vicarium abſente Epiſcopo, ex Trid. *ſeſſ.*23. c.10.

7 Si quis autem Epiſcopus concedit literas dimiſſorias ſuo ſub dito, mortuo Epiſcopo, non expirant literæ; gratia enim non expirat mortuo concedente.

8. In duobus autem caſibus poteſt Capitulum Vacante Sede concedere literas dimiſſorias. Primus quando Epiſcopatus vacavit per annum. Secundus quando quis eſt arctatus, ut perderet beneficium receptum, vel recipiendum, ſi tunc temporis non promoveatur ad Ordines, Ex Conc.Trid.*ſeſſ.*7. c.10. In aliis autem caſibus, licèt Capitulum non poſſet concedere literas dimiſſorias, poteſt tamen concedere literas teſtimoniales; Hæ enim non ſunt dimiſſoriæ. Nav.*conſ.*27.*& alii.*

9 Recipiens autem Ordines ab alieno Epiſcopo abſque Summi Pontificis auctoritate incurrit ſuſpenſionem, eſt incapax beneficii, caret privilegio Ordinis, & illa Ordinatio eſt irrita, non quoad ſubſtantiam, ſed quo ad exercitium. ex Conc.Trid.*ſeſſ.*23.*c.*8. *de reform.* Ut autem talis ſit ordinatus, & fiat beneficij capax, & poſſit beneficiū retinere, ſufficit ratihabitio proprii Epiſcopi. Nav.*c.*24.*&* 25.*de temp.ordinat.* Majolius *de irregul.l.*1.*c.*10. *n.* 1. Leſſius, & alii. contra Rebuffum. Suſpenſio enim poteſt ab eo auferri, modo delictum ſit occultum: ex privile-

gio Trid.ſupra adducto *ſeſſ.24.c.6.* Et licèt Sixtus V.reſervat ſibi abſolutionem hujus ſuſpenſionis; tamen Clemens VI. I.in Bulla, quæ incipit: *Romanum Pontificem*, reducit abſolutionem hujus ſuſpenſionis ad diſpoſitionem Conc.Trident.ut docet Quarant. *verb.ordo.* Sayrus *de cenſur. l.7.c.10. num.36.& l.4.n.24.*

10 Obtinens tamen Privilegium à Sede Apoſtolica recipiendi Ordines à quolibet Epiſcopo, licèt non indigeat literis dimiſſoriis à ſuo Epiſcopo, indiget tamen teſtimonialibus de Vita, & moribus; & ſi ſine talibus literis promoveatur ad Ordines, eſt ſuſpenſus ab executione Ordinum ſuſceptorum; & Epiſcopus talem ordinans incurrit ſuſpenſionem à collatione Ordinum per annum. ex Trid.*ſeſſ.23. de Reformat. c.8.*

11. Et ſi Epiſcopus ſubdito alieno in ſua, vel aliena Diœceſi conferret primam Tonſuram ſine licentia ſui Ordinarii, incurrit ſuſpenſionem à collatione primæ Tonſuræ ex *c.fin.de temp. ord.l.6.*& initiatus prima Tonſura abſque licentia ſui Ordinarii caret privilegio Tonſuræ, *cap.illud quoque*, & *cap.ſi quis auſus, diſt.71.*

12 Qui autem furtivè, ideſt Epiſcopo non approbante, vel abſque examine ſuſcipit Ordines, incurrit ſuſpenſionem, ut docet Ugolin. Sayrus, Henriq. apud Bonacin.*l.cit.* licèt Suarius dicat incurrere irregularitatem, vide, quę ſupra diximus circa hanc materiam.

DUBIUM VI.

Quot conditiones debent ab Epiſcopo prævideri in ſuſcipiente Ordines.

1 Unum quęrit titulus, & plura ſupponere debet: Unde ut intelligatur ſcito, quod multę conditiones requiruntur ad validè, aut licitè ſuſcipiendos Ordines.

Prima eſt, ut ſuſcipiens Ordines ſit baptizatus, *caveiens de Presbytero non baptizato.* Secunda, ut ſit Confirmatus, ex Trident.*ſeſſ.23.c.4.* Tertia eſt, ut ſuſcepturus Ordines ſit initiatus prima Tonſura, ut patet ex uſu. Quarta eſt legitima ętas. Nam ad primam Tonſuram, & quatuor minores Ordines, ſaltem requiruntur ſeptem anni completi; ad Subdiaconatum viginti duo inchoati, ad Diaconatum viginti tres inchoati, ad Presbyterium viginti quinque, etiam ſi per medium diem ſint inchoati. Et ad Epiſcopatum requiritur triginta anni completi: *cap.cum in cunctis*. Quinta conditio eſt ſcientia ſufficiens ad uniuſcujuſque Ordinis. Sexta, ſunt teſtimonia morum, quę ſolent exhiberi tempore ſcrutinii antequam aliquis ad Ordines promoveatur, ex Trident.*ſeſſ.23.c.5.*& ex praxi. Septima conditio eſt, ut habeat titulū, dum promoveatur ad Ordines Sacros, qui titulus eſt patrimonii, vel beneficii in Clericis ſecularibus; Religioſi verò profeſſi ordinentur ad titulum paupertatis. Vnde

2 Quotuplex ſit titulus, ad quem aliquis poteſt promoveri ad Ordines?

Reſpondetur eſſe triplicem. Primus eſt Beneficii Eccleſiaſtici, ex Concil. Trid.*ſeſſ.21.c.2.* unde quis poteſt pro-

mo-

Digitized by Google

moveri ad titulum Parochialis Eccleſię, aut Canonicatus, aut Cappellanię fundatę auctoritate Epiſcopi, & collatę in titulum perpetuum; hęc enim sũt beneficia eccleſiaſtica.

3 Secundus titulus eſt Patrimonii, ſeu Pẽſionis ex Con. Trid. *l.cit.* Nomine autem Patrimonii intelliguntur, tam bona propria arte, vel hæreditate; quàm donatione acquiſita, modò donatio ſit vera, & non ficta.

Dixi (penſionis] quia ſi aſſignetur penſio, ſeu ſtipendium ſuper re frugifera ad modum cenſus duraturi ad vitam Ordinandi, ſeù donec Ordinandus obtinuerit beneficium, aut alia bona ſufficientia, talis poteſt initiari Ordinibus ſacris; modò bona ſint frugifera, & certis finibus deſignata, ut innuit Sacra Congregatio Cardinalium, cujus declaratio citat Garzias *2.p.c.5.n.*96. Super autem cenſu temporali, & redimibili non poteſt conſtitui titulum, quia poteſt dari caſus, ut redempto cenſu pecunia remaneat otioſa, aut pereat; & conſequenter Ordinatus careat debitis alimentis. Ita Ugolin. *de officio Epiſcop. c.*26.*§:*10.*n.*2.*&* *§.*12.*n.*3. Bonacin. *loc. cit. num.*32. Et à fortiori dicendum eſt non poſſe conſtitui titulum ſuper bona mobilia. Tum quia bona mobilia non ſolent reddere fructus; Tum quia de facili pereunt, & conſumuntur; Unde recipiens ad titulum talium bonorum, ligatur ſuſpenſione; quia eſt ordinatus abſque legitimo titulo. Azorius *2.p. l.* 3.*c.*4.*q.*7. Garzias *loc. cit. num.*115. & alii Doctores.

4. Tertius titulus eſt Profeſſionis. Religioſus enim profeſſus poteſt promoveri ad Sacros Ordines, quia Religio ipſum alere tenetur; & dare illi quę ad vitæ ſubſtentationem requiruntur, sivè profeſſio ſit ſolemnis, sivè ſimplex.

Dixi [ſimplex] propter Patres Societatis Ieſu, iſti enim quamvis poſt biennium emittant tantum profeſſionem ſimplicem; tamen illa profeſſio cum triplici voto ſimplici, ſufficit in hac parte, & ſufficientem titulum prębet ex Privilegio Gregorii XIII.

5. Nota tamen, quod non quodlibet beneficium, neque quęlibet penſio, & Patrimonium ſufficit pro titulo ad recipiendos Sacros Ordines, ſed requiritur, eam Patrimonii, penſionis, aut beneficii quantitatem, quę ſufficiat ad vitę ſubſtentationem; Ad hoc enim *jus* pręſcribit titulum, nę Clericus cogatur mendicare cum dedecore ſtatus Eccleſiaſtici; Ideo Sacra Congregatio Cardinalium cenſuit, habentem beneficium etiam curatum non ſufficiens ad vitæ ſubſtentationem, non poſſe ad ejus titulum ſuſcipere ſacros Ordines; quænam autem quantitas ſufficiat ad titulum conſtituendum relinquitur arbitrio Epiſcopi; non enim à jure præſcribitur.

6 Qui autem non habet titulum Beneficii ſufficiens, tamen ſi habet patrimonium, quo Beneficii defectus ſupplere poſſit, & è contra, poteſt ad ſacros Ordines promoveri, quia ex Beneficio, & patrimonio conflatur unus titulus ſufficiens. Ita cenſuit Sacra Congregatio teſtibus Quaranta *verb. ordo*, & Garzia *n.*111. & 126.

7 Quæres 2. Quænam pœna incurrat qui ſine titulo ſuſcipit ſacros Ordines.

Reſpondeo, ſecundùm probabiliorem ſententiam, Ordinatum ſine titulo incurrere ſuſpenſionem ipſo facto ab

Or-

Digitized by Google

Ordine ita ſuſcepto. Bonacin. citans decem Doctores. Si autem ſuſcipiens Ordines ſacros ſine titulo exercet functionem Ordinis ſuſcepti, antequam abſolvatur, incurrit irregularitatem.

8 Non afficitur autem ſuſpenſione, qui aſſignato ſibi vero patrimonio ſacrum Ordinem ſuſcipit, & eo ſuſcepto patrimonium retrodonat, & renunciat donatori, vel alteri: vel victum non petit ab eo, qui ſibi titulum aſſignaverat, etiam ſi facta hujuſmodi retrodonatione, & renunciatione, ſacros Ordines ſuſcipit ſuperiores: quia hic non dicitur ſuſcipere ſacros Ordines ſine titulo; nam illa retrodonatio eſt irrita, & invalida ex Trid.*ſeſſ.*21. *cap.*2. & ex Nauarr.*conſ.*21.*de temp.ord.* Henriq. *l.*13.*cap.*37.*num.*2. Avila *de cenſibus* 3.*p.diſp.*5.*d.*5. Garz.*de beneficiis*, Quaranta *verb.ordo*, Molin. *tom.*1.*de Iuſt.* *ſing.*2.*diſp.*238.Sayro *de cenſ.l.*4.*c.*15. *num.*23. Bonac.*l.c. n.*25. contra Sanchez *lib.de matr. diſp.*32. *num.*8. & alios.

9 Qui autem promovetur ad Minores Ordines, non afficitur ſuſpenſione ſi ſine titulo promovetur; quia jura loquuntur de recipientibus Sacros Ordines, & uſu habetur, ut ad Minores Ordines non prærequiratur titulus,

10 Epiſcopus autem ordinans ſine titulo, plures pœnas incurrit. Primò, Epiſcopus ordinans Religioſum non profeſſum ſuſpenditur per annum à collatione talis Ordinis. Secundò Epiſcopus ordinans aliquem ſine titulo, cum pacto, ut Ordinatus nihil ab eo petat, ſuſpenditur per triennium à collatione ordinum. Tertiò, Epiſcopus tenetur eum alere, donec ei de competenti beneficio provideatur per ipſum Ordinantem, vel per alium, etiam ſi Ordinans nullum inierit pactum cum Ordinato. *cap. cum ſecun. Apoſ. de præbendis, & dignitatibus.*

11 Limita tamen, niſi Ordinatus habeat patrimonium, quo ſe valeat ſubſtentare, Hoſtienſis, & alii.

Si autem aliquis ſit Ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine titulo, tunc onus alendi non competit Epiſcopo ordinante; ſed proprio Epiſcopo, qui dedit licentiam promovendi, ut ſuppono; ipſius enim erat onus inſpiciendi, an haberet titulum; ſecus dic ſi Epiſcopus proprius dedit licentiam generalem alieno Epiſcopo conferendi Ordines in ſua Diœceſi nullis perſonis in ſpeciali explicatis, in tali enim caſu tenetur Ordinans alere Ordinatum, quia ipſius erat prævidere, an titulum haberet; ut habetur in *cap. Epiſcop. de præbend. in* 6.

12 Mortuo autem Epiſcopo Ordinante ſine titulo, non tenentur hæredes Epiſcopi mortui alere Ordinatum ſine titulo, ſed tenetur ſucceſſor Epiſcopi mortui.*cap.cum ſecund.Apoſt.de præbendis.*

13 Dicta autem ſuſpenſio contracta ob defectum tituli, poteſt abſolvi ab Epiſcopo, quia jure communi non eſt reſervata.

14 Limita tamen dummodò Ordinatus non inierit pactum cum Ordinante, vel præſentante non petendi quidquam; nam ſi hoc pactum iniit, abſolutio debet impendi à Pontifice. *cap. ſi quis ordinaverit, de ſimonia.* Unde Ordinans cum hoc pacto ſuſpenditur per triennium à collatione Ordinum; præſentator ab executione Ordinum per triennium, & Ordinatus perpetuò

ſuſ-

Digitized by Google

ſuſpenditur ab Ordine, niſi in hoc à Papa diſpenſetur, ut dicitur in præcitato textu; hoc tamen intellige, modò delictum ſit publicum; nam in delicto occulto poteſt Epiſcopus diſpenſare, ex Trid.*ſeſſ*.24.*c*.6.

15. Elapſo autem triennio Epiſcopus ordinans cum tali pacto, ſtatim remanet abſolutus ab hac ſuſpenſione, quia cenſura non ligat ultra voluntatẽ conditoris.

16. Octava conditio ad validè, & licitè ſuſcipiendos ordines: ſunt Temporum interſtitia; non ſolum in majoribus, verùm etiam in minoribus ordinibus ſuſcipiendis; ita ut qui Accolytatum ſuſcipit debet per annum expectare ad recipiendum ordinem Subdiaconatus; niſi aliter Epiſcopo viſum fuerit. Majolus *c*.24.*n*.13. Navarr. *de temp.ord.concl*.27. Reginal. *num*.28. Menochius *de arbitrariis l*.2. *centur*. 4.*caſ*.64. Fill.*trac*.9.*num*.83. Bonacin. *loc.cit.num*.50.

Interſtitia autem non ſunt computanda Metamaticè, ſed moraliter, ſcilicet ab una quadrageſima ad aliam, à Pentecoſte, ad Pentecoſten, quamvis in primam Pentecoſten, & aliam, non dum ſint elapſi duodecim mẽſes. Quarant.*verb.ordo* Fornacius *c*.3. *n*.4. ubi teſtatur ita declaratum fuiſſe à Sixto V. Idem habèt Barboſ. ex ſacra Card. *Cong.ſeſſ*.23.*c*.11.

Diſpenſatio autem interſtitiorum pertinet ad Epiſcopum, etiam reſpectu Religioſorum ordinandorum, cum quibus poteſt diſpenſare, ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum Superiorum manifeſtata in literis dimiſſoriis. Ricc. *deciſ*.81. Barboſ. *loc. cit.reſ*.24.*c*.11. Quarant. *loc. cit. pag*. 487. Molfeſius *trac*.2.*c*.1. *n*.56. & 57. Bonac.*loc.cit.n*.52. & alii.

17. Si quis autem ſuſcipit ordines non ſervatis Interſtitiis nullum incurrit cenſuram; quia non eſt expreſſa in jure. Suarez. *tom*.1.*diſp*.31.*ſect*.1. *n*.43. Zerola *in praxi p*.2. *verb. ordo n*.8. Riccius *p*.3. *collect*. 576. contra Henriq.*l*.6.*c*.10.*n*.3.*lit*.Q.

18. Poteſt autem Epiſcopus una, & eadem die omnes Ordines minores conferre; non verò primam Tonſuram, & Ordines Minores ſimul præciſa cõſuetudine, aut minores cum uno, Ordine Sacro; aut duos ſacros abſque diſpenſatione Papæ. *cap. dilectus de temp.ordinan*. Aliter ordinatus remanet ſuſpenſus ab executione ordinum, donec obtineat abſolutionem à Papa, ut communiter docetur à Doctoribus.

19. Quæres. An Epiſcopus poſſit ex quavis cauſa diſpenſare interſtitiis?

Reſpondeo. Certum eſſe ad omnẽ diſpenſationem requiri cauſam juſtam, ad diſpenſandum; & conſequenter Epiſcopus; non poteſt ex quavis cauſa diſpenſare in interſtitiis, ſed debet habere cauſam juſtam.

In diſpenſatione autem interſtitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotiũ, requiritur gravior cauſa, quàm inter cæteros ordines. Con. enim Trid. in diſpenſatione interſtitiorum inter Ordines Minores, ſolum requirit arbitriũ Epiſcopi; inter autem minores, & majores exigit neceſſitatem, vel utilitatẽ Eccleſiæ: Inter verò Diaconatum, & Præsbyteratum poſtulat Eccleſiæ utilitatem, & neceſſitatem conjunctivè, ita ut requiratur utraque cauſa, ſcilicet utilitatis, & neceſſitatis; ſufficit tamen ut

ut iſta utilitas, & neceſſitas judicetur, & interpetretur ab Epiſcopo, ut communiter docent Doctores apud Bonacin.*loc.cit.p.6.n.2.*

20. Nona conditio ut ordinandus non ſit irregularis; Unde ſpurius non poteſt licitè ordines recipere, ſed graviter peccat recipiendo; & eſt ſuſpenſus ab executione ordinum, ſine diſpenſatione. Item carens debita membrorum integritate, ut amputatus naſo, habens inſignem maculam in oculo, quæ horrorem aſpicientibus incutiat; carens digitis ad hoſtiam pertingendam, habens manus tremulas, ita ut ſit periculum de effuſione ſanguinis in elevando Calice; Item qui alterius morte eſt cooperatus, & alii irregulares,&c.

21. Decima, ut non ſit ſuſpenſus, vel interdictus, vel excommunicatus. Communiter Doctores.

22. Undecima. Ut habeat intentionem ſuſcipiendi ordines, quæ in adultis eſt neceſſaria. carentes autem uſu rationis, non poſſunt ordines ſuſcipere, cum non ſuppleat Eccleſiæ intentio. Nug.*q.38.a.*2.& alii.

23. Duodecima, ut ſuſcipiens ordines ſit in gratia per confeſſionem, aut contritionem;cum autem ordinandus ſumit Euchariſtiam, non ſufficit contritio, ſed præmittere debet ...n,Tol.*l.6.c.16.* Fornarius

... ut accedat ad ...is ve... nes, ...rdi... ...i, ut ...rdines.

DUB. VII.

Quid de Epiſcopo in ordine ad Sacramentum Confirmationis.

1 QUanquam ſupra de poteſtate Pontificis plura diximus in ordine ad Sacramentum Confirmationis; nunc autem aliqua dicemus, quæ ſunt Epiſcopi in ordine ad hoc Sacramentum neceſſaria. Unde

Scias, quòd Sacramentum Confirmationis non poteſt ab alio miniſtrari, quàm ab Epiſcopo regularitèr, & ordinariè loquendo, ut docetur in Trid. *ſeſſ.7.c.3. & cap.de Presb. de conſecr. diſt.4.*

Dixi [regulariter] nam ex ſupradictis patet ex commiſſione Pontificis poſſe etiam ſimplex Sacerdos confirmare, *cap.prævenit diſt.95.* licèt non poſſit Chriſma conſecrare, ſed tunc adhibebunt Chriſma ab Epiſcopo cõſecratum, ex Conc.Tol.8.*c.7.* ubi habetur:Divina auctoritate prohibitum eſſe Sacerdotibus conſecrare Chriſma, ut ſupra tradidi *l.1.c.5.*Hinc

2 Habes primò, quòd licèt Epiſcopus ſit hæreticus, vel excommunicatus. vel degradatus poteſt adhuc hoc Sacramentum validè adminiſtrare, cum ſit verè Epiſcopus, & non amictat characterem per excommunicationem,&c. in quo fundatur poteſtas confirmandi, ſicut etiam poteſt validè Ordines conferre. Suarez *diſp.* 38. *ſect.3* Sà *verb.confirm.*Reginal.*n.*59. & alii communiter.

3 Habes ſecundò, quòd Epiſcopus electus, ſed nondum conſecratus, non poteſt confirmare; nam caret charactere

ſtere Epiſcopali. Doctores citati, & alii communiter.

4 Habes tertiò. quòd Epiſcopus nō poteſt confirmare ſubditos alienos in ſua Diœceſi, niſi de licentia proprii Epiſcopi, quia nullus debet falcem mittere in alienam meſſem.

5 Habes quartò, quòd Epiſcopus confirmans extra Eccleſiam peccat mortaliter; & ſic tenetur Epiſcopus confirmare in Eccleſia; ſicuti enim eſt peccatum mortale ſolemniter baptizare extra Eccleſiam, ſic confirmare, cum fiat contra univerſalem conſuetudinem Eccleſiæ in re gravi. Nugnus *q.72.a.2. in fin.* licèt Coninchus, Henriq. & alii putant non eſſe mortale.

DUBIUM VIII.

Quid de Epiſcopo in ordine ad Confeſſarios.

1 SVppono, quòd ad validam adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ in Sacerdote nedum requiritur poteſtas Ordinis, ſed etiam juriſdictionis; quæ quidem ut ſimplex Sacerdos habeat, debet eſſe prius ab Epiſcopo jam confirmato, examinatus, & approbatus, vel à Vicario Generali, qui ſuſtinet perſonam Epiſcopi, & illius vices gerit, vel à Capitulo Sede vacante; juriſdictio enim non conceditur Sacerdoti antequam approbetur per examen idoneus, aut alia ratione. Conc. Trid. *ſeſſ.23.c.15.*

Dixi [aut alia ratione] non enim ſemper requiritur examen; nam ſufficienter cenſetur Epiſcopum approbare aliquem, eo ipſo, quòd ſciens, & volens ille mandat curam Animarum ad tempus, ut v.g. ſi ad tempus inſtituat aliquem Vicarium Parochi; vel mandat, ut confeſſiones audiat, etiam ſi illum non examinaverit. Reg. *l.1.n.197.* Coninch. *diſp.8. de pœn. dub.7. nu.49.* Bon. *de Sac. pæn. diſp.5. q.7. p.4. n.10.*

2 Ad hoc autem, ut Epiſcopus cōferat Sacerdoti juriſdictionem ad confeſſiones audiendas, Sacerdos debet eſſe illi ſubditus, cum approbatio ſit actus juriſdictionis, quæ exercetur à Superiore in ſubditum; non autem requiritur ut ſit ſubditus ad ſemper, ſed tantùm ſufficit ad tempus, ut ſi aliquis fiat aliqua ratione ſubditus ipſi Epiſcopo ratione alicujus miniſterii, ad quod obligatur in ipſius Epiſcopatu, aut ratione domicilii, aut habitationis ad tempus; tunc enim Epiſcopus poteſt illum approbare, ſaltem pro illo tempore.

3 Regulares autem exempti, licèt non ſint ſubditi Epiſcopo, nihilominus fiunt illi aliquo modo ſubditi ratione habitationis in territorio Epiſcopi: quę ſubjectio eſt ſufficiens, ut ab Epiſcopo approbentur. Reg. *l.1. num.187. & num.203.* Suar. *diſp.28. ſect.6. num.13. & 14.* Bon. *loc. cit. num.16.* & alii communiter.

Pro Regularibus autem in noviſſima Bulla Clementis X. incipiente: *Superni Patris*, data anno 1670. in ordine ad confeſſiones ſecularium audiendas continentur ſequentes ordinationes, & declarationes.

4. Prima. Nullus Sacerdos Regularis poteſt confeſſiones ſecularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, niſi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Epiſcopo per examen, ſi illi videbitur neceſſa-

S rium,

Digitized by Google

rium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

II. Religioſi ab Epiſcopo approbati ad confeſsiones ſecularium in ſua Diœceſi audiendas, non poſſunt in alia Diœceſi eas ſine Epiſcopi Diœceſani approbatione audire; quamvis pœnitentes ſint ſubditi Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi fuerunt approbati.

III, Religioſi generaliter approbati ab Epiſcopo ad perſonarum ſecularium confeſsiones audiendas, non cenſentur approbati ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubjectarum. Item approbati pro confeſsionibus audiendis unius Monaſterii, non poſſunt audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterii.

IV. Confeſſores extraordinarii ſemel deputati, atque approbati ab Epiſcopo ad Monialium confeſsiones audiendas pro una vice, non poſſunt expedita deputatione in vi approbationis limitatæ, illarum confeſſiones audire; ſed toties ſunt ab Epiſcopo approbandi, quoties caſus deputationis contigerit.

V. Tam Prælati Regulares, quàm Confeſſarii Regularium poſſunt audire confeſſiones illorum ſecularium, qui in eorum Monaſteriis ſunt verè de familia, & continui commenſales; non autem illorum, qui tantùm ipſis deſerviunt.

VI. Illi Religioſi, qui ad confeſſiones audiendas generaliter idonei reperti fuerint, ab Epiſcopis generaliter quoque, & indiſtinctè abſque aliqua limitatione temporis, cæterorumque laicorum, aut generis perſonarum ſunt admittendi.

VII. Qui verò non adeò idonei reperientur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinarii relinquuntur ipſos probare, & admittere cum limitata facultate, prout iiſdem Ordinariis magis expedire videbitur.

VIII. Semel ſimpliciter approbati poſſunt in Diœceſi Epiſcopi approbatis quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcumque, etiam Infirmorum confeſſiones audire abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia, de qua tamen confeſſione tenentur dicti Religioſi eorumdem Infirmorum Parochum illicò certiorem reddere; tamen ſufficit, ut hujuſmodi certioratio fiat per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam.

IX. Regulares, qui ad hujuſmodi confeſſiones audiendas prævio examine ſimpliciter, & abſque temporis præfixione ab ipſomet Epiſcopo (ſecus verò ſi ab ejus Vicario, aut ab Anteceſſore) approbati fuerint, non poſſunt ab eodem, qui ſic approbavit examinari, aut ab eiſdem confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentiæ ipſis conceſſæ revocari, niſi ſuperveniente nova cauſa, quæ ipſas confeſsiones concernat.

X. Epiſcopus inconſulta Sede Apoſtolica, non poteſt adimere omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſsoribus facultatem audiendi confeſſiones.

XI. Regulares non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, nequeunt abſolvere à caſibus, ab Epiſcopo ſibi reſervatis.

XII. Habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis; non ideo à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſunt abſolvere Re-

Digitized by Google

XIII. Regularis Confeſſor in ea Diœceſi, in qua eſt approbatus, confluentes ex alia Diœceſi à peccatis in ipſa reſervatis [ſi fortè habeat facultatem] non autem ab illa, ubi idem confeſſor eſt approbatus poteſt abſolvere; niſi eoſdem pœnitentes noverit, in fraudem reſervationis ad alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe.

XIV. Non licet Regularibus etiã ſatisfacta parte abſolvere pœnitentes à cenſuris, quò ad externum, & judiciale forum; & abſoluti ab eis in foro pœnitentiali, utique non cenſentur abſoluti in exteriori judicio, & contentione. Hæc in dicta Bulla pro Regularibus, & præſenti tempore his declarationibus ſtandum eſt.

Epiſcopus autem peccat mortaliter ſi non approbat Regulares idoneos à ſuis ſuperioribus præſentatos, & approbatos ad ſecularium confeſſiones audiendas, ſine cauſa; quia facit contra jus ipſorum privilegii in re gravi. *Paſſer. n* 267. Peyrin. *tom. 3. c. 2. nu.* 24 & alii.

5. Regulares approbati ad tempus, non poſſunt tranſacto eo tempore audire confeſſiones; Nam licèt quãdo Regulares ſunt generaliter Idonei, non poſſunt ab Epiſcopo limitatè approbari, ut habetur in ſupradicta Bulla Clem. X. *n.* 7. tamen limitatio nullo jure videtur invalida; ac proinde pro ea parte, ad quam eſt limitatio, non dicitur approbatus, & ſic in praxi habetur. Paſſer. *de ſtat. hom. l. cit. num.* 288. Rod. *q.* 69. *a.* 8. & alii.

6. Limitatio verò loci, quæ communiter fit ab Epiſcopis in facultatibus Regularium (ſcilicet in Eccleſia ſui Ordinis) non eſt taxativa juriſdictionis; ſed tantum ſecundum convenientiam, ad evitandas rixas inter Parochos, & Regulares; unde conſentiẽtibus Parochis poſſunt Regulares confeſſiones audire extra ſuas Eccleſias. Paſſ. *l. cit. n.* 83. Donat. *trac.* 4. *q.* 17. & alii.

7. Qui autem habet facultatem audiendi confeſſiones non poteſt abſolvere ſuos ſubditos extra Diœceſim; niſi ſit Epiſcopus, vel Parochus, qui habẽt poteſtatem ordinariam; alii verò delegatam tantum; & delegatio clauditur territorio. De Regularibus autem expreſsè habetur in Bulla Clementis X. Diana *trac. 3. r. ſ.* 26. Silveſ. *verb. confeſſor. q.* 14. Zerol. *de Sacram. pœn. in praxi c.* 16. *queſ.* 3. & alii.

8. Epiſcopi verò licèt habeant facultatem eligendi ſibi Confeſſarium (uti etiam habent Papa, Cardinales, Prælati exempti, & habentes ſola venialia, vel aliàs mortalia ritè confeſſa) tamen non poſſunt eligere niſi approbatos; niſi eligant ſibi ſubditum, illumque tunc approbent juxta decretum Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 15. Fagund. *c.* 2. *nu.* 79. de Lugo. *diſp.* 21. *n.* 3. Trull. *c.* 9. *d.* 6. *n.* 25. Bonac *loc. cit. p.* 3. *n.* 5. Extra autem ſuam Diœceſim Epiſcopus non poteſt eligere Sacerdotem non approbatum, eſtò ſit ejus ſubditus; quia ad approbãdum requiritur juriſdictio, quam non habet Epiſcopus extra ſuam Diœceſim Paſſ. *loc. cit. q.* 167. *a.* 1. *n.* 249. & 251. ex declaratione Gregorii XIII.

Digitized by Google

DUBIUM IX.

Quid de Epiſcopo in ordine ad caſuum reſervationem?

1. CErtum eſt ſuperiorem legitimum poſſe ſibi reſervare abſolutionem aliquorum graviorum criminum, cum hoc aliquando expediat ſaluti animarum ſuorum ſubditorum, ut pœnitentes à peccatis retrahantur; expedit etiam ut ſuperiores non multos caſus ſibi reſervent, ne confeſſio nimis oneroſa efficiatur: hæc autem facultas reſervandi competit Summo Pontifici in toto Orbe, Epiſcopo in ſua Diæceſi. Concilio Provinciali in Provincia, Generali in tota Religione, Provinciali in ſua Provincia, & Priori in ſuo Conventu. Hic tantum loquimur de reſervatis Epiſcopo; licèt aliqua attingamus, in ordine ad alios; quidquid autem de Epiſcopo dicemus proportionaliter intelligenda ſunt de omni legitimo Superiore.

2. Certum quoque eſt, quòd Superiores illa peccata conſueverunt ſibi reſervare, quæ ſunt mortalia, externa, quæ cadunt ſub Eccleſiæ judicio; & eorum reſervatio poteſt ſaluti animarum conducere: Peccata autem mortalia interna numquam reſervari conſueverunt Superiores; licèt de poteſtate abſoluta poſſunt illa ſibi reſervare, ſcilicet denegando Sacerdotibus poteſtatem abſolvendi illa; cum juriſdictio pendeat à voluntate concedentis, ut communiter docent Doctores. Peccata autem venialia, neque reſervari conſueverunt, ob facilem in ipſis lapſum, non tamen repugnat illa reſervari ſaltem à Pontifice, ut tenet communis contra Vaſq. & Reg.

3. A reſervatis poteſt abſolvere primò ſuperior ipſe, qui ſibi reſervavit. Secundò ejus in ſpirituali juriſdictione Superior, verbi gratia Pontifex poteſt abſolvere reſervata Epiſcopo. Tertiò cui ipſe Superior delegavit. Quartò Sacerdos inferior, quando Superior adiri non poteſt, verbi gratia à reſervatis Papæ, poteſt Epiſcopus abſolvere eos, qui ire Romam non poſſunt.

4. Peccant tamen Superiores ſiſine juſta cauſa negant auctoritatem abſolvendi à reſervatis, & ſi ex hac negatione timetur grave ſubditi detrimentum, peccant contra juſtitiam, & charitatem de Lugo, Diana *p.6.t.6.reſ.56.* Buſemb. *l.6.trac.5, de Pœnit. d.4.n.4.*

5. Archiepiſcopus in actu viſitationis Provinciæ, vel appellationis ad ipſum poteſt ſubditos ſuffraganeos à reſervatis abſolvere; quia in his caſibus eſt Superior, & conſequenter poteſt per ſeipſum abſolvere, & aliis delegare abſolvendi facultatem, cum tẽpore viſitationis habet ordinariam poteſtatem, Bonac. *l.c. p.5. §.2. n.5.* referens pro ſua ſententia ſex Doctores.

6. Epiſcopus in aliquem caſum occultum reſervatum Papæ, poteſt abſolvi ab Archiepiſcopo ſi habet facultatem abſolvendi ab hujuſmodi caſu, vel poteſt abſolvi à Confeſſario, quem ipſe elegerit; ſi ipſe Epiſcopus habet facultatem abſolvendi alios incidentes in eundem caſum; cum ipſe non ſit deterioris conditionis; & ſic ſtatuit Sac. Cong. Card. ut refert Bonac. *loc. cit.* Sanch. *in ſumma l.2. c.11. n.11.* Henriq. *l.6.c.7.n.5.* Nugn. *q.8. a.5. dub.11. concl.2.* Filluc. *trac.7.c.10. q.5. n.282.* & alii.

Digitized by Google

7. Si Epiſcopus[vel quilibet alius ſuperior] injuſtè denegat facultatem abſolvendi à reſervatis; poteſt adhuc pœnitens (in ſententia multorum Doctorum)abſolvi; quia in tali caſu judicandum eſt,ac ſi Superior eſſet abſens. Rodriq.*p.p.c.*55.*n.*11.Henriq.*l.6.c.*15.*n.*6.& alii;verum in praxi contrarium eſt tenendum; Tum,quia injuſta denegatio facultatis eſt valida; ſicuti eſt valida injuſta reſervatio. Tum etiam quia non licet abſolvere à reſervatis extra mortis articulum ex Trid. vide Bonac.*loc.cit.n.*20.

8. Epiſcopus(ſicut & quilibet Superior] auditis ſolis reſervatis, poteſt ex urgente cauſa ab his abſolvere, & reliqua non reſervata committere inferiori; iſta autem urgens cauſa, non eſt multitudo negotiorum,ſed alia gravior; qua præciſa non poteſt ſuperior auditis ſolis reſervatis abſolutionem impedire, tranſmittendo pœnitentem ad inferiorem pro non reſervatis; quia integritas confeſſionis eſt de jure divino, & jus divinum ſervandum eſt, niſi aliter permittat juſta cauſa, ac rationabilis, & gravis. Communiter Doctores citati à Bonac.*loc.cit.*

Plura hic eſſent dicenda ad eruditionem confeſſariorum; ſed cum hic non ſit locus proprius, infra dicemus, Deo dante.

DUBIUM X.

Quid de Epiſcopo in ordine ad concedendas Indulgentias?

1. INdulgentia nil aliud eſt,quàm relaxatio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus jam dimiſſis, conceſſa homini exiſtenti in gratia à Prælato per applicationem Theſauri Eccleſiaſtici. Ita communiter Doctores.

Duplex eſt Indulgentia, ſcilicet Plenaria, & Temporalis, per primam remittitur tota pœna ſimpliciter, vel in aliquo certo genere, ſicuti conceditur à ſuperioribus; per ſecundam non remittitur tota pœna, ſed tanta,quanta in bullis exprimitur. Plenaria verò Indulgentia, nil differt à Iubileo, cum Indulgentia Plenaria idem valet,quòd plenior,& pleniſſima,& dicitur pleniſſima gratia tantum amplificationis; in hoc autem differt Indulgentia Plenaria,à Iubileo, quòd in Jubileo ſolet cōcedi facultas commutandi vota, & abſolvendi à caſibus reſervatis, quòd nō conceditur inPlenaria Indulgentia.

2. Certum eſt ſolum Summum Pontificem poſſe primariò, & independenter ab alio Superiore Indulgentias concedere: cum poteſtas diſtribuendi bona publica, primario, & principaliter convenit Summo Principi, [qualis eſt in Eccleſia Pontifex,& in illis verbis *Joa.*2 *Paſce oves meas*, explicatur Petro, & ejus ſucceſſoribus conceſſio Indulgentiarum,quibus oves, ideſt fideles indigent, ut ait S.Th: *in addit. q.*26.*a*.3.

3. Concilium autem Generale Sede Apoſtolica vacante in ſententia multorum Doctorum poteſt Indulgētias concedere, cum in tali caſu repræſentat totam Eccleſiam. Nav.*de Indul. not*:31 Henriq.*de Ind.c.*31.*n.*1. Filluc. *trac.*8.*c.*4.*q.*3.Felix .Card.& alii apud Bonac.*loc.cit.de Indul.diſp.*6. *q.*1. *p.*3.

4. Epiſcopus in ſua Diœceſi poteſt Indulgentias concedere ſuis ſubdi-

ditis quantum fuerit præmiſſum à Sede Apoſtolica; quia ſicut mediante Papa accipit poteſtatem circa ſuos ſubditos; ſic elargiendi ſuis ſubditis Indulgentias. Et ſi: Epiſcopi concedunt Indulgentias cum limitatione; nam in Dedicatione Eccleſiæ concedunt Indulgentiam unius anni tantùm; & in Anniverſario dedicationis concedunt Indulgentiam quadraginta dierũ. *cap. cum ex eo de pæn. & remiſ.*

5. Archiepiſcopi habent facultatẽ concedendi Indulgentias per totam Provinciam, & Archiepiſcopatum, etiam ſi non ſint in actu Viſitationis. Cord. *q.* 14. Suarez *ſec.* 3. Fill. *num.* 89. Nug. *q.* 26. *a.* 1. Palud. & alii.

6. Epiſcopi autem ſi ultra limites ſuæ facultatis concedunt Indulgentias, illæ ſunt irritæ; cum nullus poteſt cõcedere ultra limites ſine facultate, quò ad exceſſum, non quò ad quantitatẽ intra latitudinem facultatis contentã.

Unde non poſſunt Epiſcopi concedere Indulgentias pro mortuis, cum Indulgentia ex regula generali, non cenſetur conceſſa pro mortuis, niſi conſentiat Summus Pontifex. Doctores communiter apud Bonacin. *loc. cit. num.* 5.

Quæ quidem poteſtas concedendi Indulgentias habet Epiſcopus, etiam ſi non fuerit conſecratus, ſed tantum electus, & confirmatus; cum ſit actus juriſdictionis, quæ poteſt ab Epiſcopo exerceri, etiam non conſecrato, ſed tantùm electo, & confirmato. Doctores communiter.

7. Epiſcopus excommunicatus vitandus, licèt non poteſt concedere Indulgentias, quia caret uſu juriſdictionis; poteſt autem illas concedere, ſi ſit excommunicatus non vitandus, actus enim excommunicati non vitandi ſũt valida. Et à fortiori poteſt illas concedere, dum eſt in peccato mortali; quia peccatum mortale non tollit juriſdictionem; & dum Indulgentias concedit in tali ſtatu, non peccat mortaliter, quia hic actus non eſt ordinis, ſed juriſdictionis, qui poteſt validè exerceri in ſtatu peccati. Communiter Doctores.

8. Poteſt etiam Epiſcopus intra ſuam facultatem concedere etiam Religioſis Indulgentias: cum Religioſi in hac parte poſſunt ſe ſubijcere Epiſcopis; illorum enim exemptio, nõ fuit conceſſa in damnum, ſed in favorem.

Indulgentias autem, quæ Epiſcopus aliis concedit, ipſe etiam poteſt lucrare; cum non ſit deterioris conditionis, D. Thom. *in add. b.* 27. *a.* 4.

9. Poteſt etiam Epiſcopus hanc facultatem concedendi Indulgentias, non ſolum ſuo Vicario, ſed etiam Clerico demandare, quia hæc ſpectat illi jure ordinario; licèt non poſſit demandare laico, cum hic jure humano, removeatur à muneribus Eccleſiaſticis. Doctores apud Bonac. *loc. cit.*

10. Ex dictis collige, quòd neque Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Sede Vacante poteſt Indulgentias cõcedere, cum non ſuccedat Epiſcopo in poteſtate juriſdictionis extraordinariæ ſaltem in his, quæ ſunt reſervata dignitati Epiſcopali. Neque Parochum; cum non ſit diſpenſator Theſauri Eccleſiæ, nec habet juriſdictionem in foro externo: Neque Abbatem, etiam ſi juriſdictionem Epiſcopalem in ſuis locis habeat, quia hæc facultas non eſt illi cõceſ-

Digitized by Google

ceſſa, & in *cap.de exceſſ. Prælat.* redarguuntur Abbates, qui hoc munus ſibi uſurpabant.

Quæ autem requiruntur in concedente, & ſuſcipiente Indulgentias, ut validè concedantur, & ſuſcipiantur, & ſuum ſortiantur effectum, vide apud Doctores; hic enim non eſt proprius locus.

DUBIUM XI.

Quid de Epiſcopo in ordine ad diſpenſandum Matrimonii impedimenta?

1 Latè ſupra diſſeruimus de impedimentis matrimonii; nũc ſolùm hic videndum eſt in quibus Epiſcopus poteſt diſpenſare. Unde

In impedimentis non dirimentibus Epiſcopus poteſt diſpenſare [caſtitatis voto, & Religionis abſoluto, & perfecto exceptis] conſuetudine enim receptum eſt, ut in iſtorum impedimentorum diſpenſatione non recurratur ad Papam, ſed ad Epiſcopum, ut ait Navar.*c.*22.*n.*85.

2. In impedimentis autem dirimentibus, tunc Epiſcopus diſpenſare poteſt, quando impedimentum eſt occultum, & matrimonium publicum; nec abſque ſcandalo poſſunt conjuges ſeparari; & propter paupertatem, aut locorum diſtantiam, aut ob aliqua legitima cauſa non eſt facilis recurſus ad Pontificem, vel ejus Nuncium. Valen. *tom.*4.*diſp.*10.*q.*5.*p.*5. & alii apud Bonac.*de imp.matr.q.*3 *p.*15.*prop.*2.*n.*4. Modò tamen matrimonium ſit contractum bona fide; ſi verò mala fide, præſumitur Summum Pontificem nolle favere iniquitati contrahentium.

3. In impedimentis, quæ ſuperveniunt matrimonio, & impediunt petitionem debiti, v.g. quando matrimonio jam contracto ſupervenit impedimentum cognationis ſpiritualis, vel affinitatis, ratione cujus conjux privatur jure petendi, poteſt Epiſcopus diſpenſare. Val.*l.c*, & alii.

4. Ex cauſa urgentiſſima poteſt Epiſcopus per ſe, vel per alium delegatum in impedimentis dirimentibus diſpenſare, non ſolùm poſt contractum matrimonium, ſed etiam ante; præſumitur enim habere tacitam facultatem à Summo Pontifice, v.g. in caſu, quo ſponſa mane accedit ad confitendum, & invenitur à Confeſſario illam habere impedimentum dirimens, cujus manifeſtatio eſſet illi cauſa infamiæ, ut jam parata ſunt omnia ad nuptias eo mane, aut veſpere celebrandas, nec adeſt alia via evadendi infamiam, ſi tunc non celebrentur nuptiæ. Val. *loc. cit.* Salas *de legibus diſp.*20.*ſect.*3.*nu.*24. *Henriq.l.*12.*c.*3.*n.*2.*fol.*707. Sanch.*l.*2.*diſp*,40.& alii.

5. Nota tamen cum Sanch. *loc.cit.* pro praxi, quod quando Confeſſarius in confeſſione detegit impedimentum dirimens debet uti hoc remedio, ut ſcilicet ſponſus, vel ſponſa vovat caſtitatem ad menſem; deinde dicat conſanguineis ſe voto caſtitatis eſſe obſtrictum, & ſibi à Confeſſario eſſe mãdatum, ut abſtineat à matrimonio, donec à Sede Apoſtolica diſpenſatio obtineatur; & interim ad Sedem Apoſtolicam recurratur, ut abſque errore, & ſcrupulo procedatur; hoc tamen eſt tractandum cum magna prudentia, ne oriatur ſcandalum grave,

DU-

Digitized by Google

DUBIUM XII.

Quid de Epiſcopis in ordine ad ferendas cenſuras.

1 Suppono 1. quòd cenſura eſt pœna ſpiritualis inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate, privans hominem babtizatum uſu aliquorum ſpiritualium per ordinem ad ſalutem, ut communiter docetur à Doctoribus, Hanc autem poteſtatem ferendi cenſuram eſſe in Eccleſia eſt res de fide manifeſtata Matth. 18. ubi collata fuit Apoſtolis poteſtas ligandi his verbis: *Quodcumque ligaveritis, &c.* & etiam patet ex Conciliis.

2 Suppono 2. Cenſuram eſſe triplicem, ſcilicet Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum. Cenſura autem alia eſt à jure, alia ab homine; prima illa dicitur, quæ fertur à legislatore cum intentione condendi legem, ſeu generale ſtatutum perpetuum injuncta tranſgreſſoribus pœna cenſuræ. Secunda dicitur illa, quæ fertur à Superiore aliquid præcipiente, non intentione ferendi ſtatutum, aut condendi legem perpetuam, ſed præceptum temporale, & tranſitorium impoſita contra inobedientes. Cenſura prima, adhuc mortuo conditore durat; ſecunda expirat conditore expirato.

3. Suppono 3. quòd in omni Superiore ferente cenſuras, debent aliquæ conditiones reperiri. Prima, ut ſit homo viator, unde Beatus, & Angelus non poſſunt ferre cenſuras. Secunnda, ut habeat uſum rationis, quia iſto carens, non poteſt actum juriſdictionis exercere; & ſic ſententia lata ab Ebrio, vel Furioſo, vel amente eſt invalida, *cap. ſciſcitatus de reſ ript.* Tertia, ut ſit baptizatus; Infidelis enim non eſt capax juriſdictionis Eccleſiaſticæ. Quarta, ut non ſit laicus. Quinta, ut non habeat uſum iuriſdictionis impeditum, ut accidit, quando Iudex eſt excommunicatus vitandus, vel dum interpoſita fuit legitima appellatio.

4 Igitur iure ordinario poteſtas ferendi cenſuras primò reſidet in Summo Pontifice reſpectu omnium Chriſtianorum; In Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Patriarchis reſpectu ſuorum ſubditorum. Præterea in Legatis à latere Pontificis, in Vicariis Papæ, aut Epiſcopi; In Capitulo Sede Vacante. nam ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione, & in Vicario Capituli Sede Vacante. Prætereа illam etiam habent iure ordinario Abbates, & Priores Eccleſiarum habentes iuriſdictionem in foro externo; ac etiam Prælati Religionum reſpectu ſuorum ſubditorum.

5 Petes. An Epiſcopi ligentur cenſura lata generaliter à Summo Pontifice.

Reſp. quòd iſta cenſura, vel eſt excommunicatio, vel ſuſpenſio, vel interdictum; ſi eſt excommunicatio Epiſcopi ligãtur (niſi fiat exceptio) lex enim generalis eſt generaliter intelligenda, & ubi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Si verò cenſura ſit ſuſpenſio, vel interdictum, Epiſcopi non ligantur, niſi illorum fiat expreſſa mentio. *cap. quia periculoſum, de ſent. excom. in 6.*

6 Ritus autem, ſeu forma in ferenda cenſura hæc debet eſſe.

Primò Epiſcopus [& ſic alii Superiores) in cenſura ferenda debet ipſam expri-

Digitized by Google

exprimere per ſigna externa; non enim ſufficit tantùm voluntas interna ipſius volentis aliquem ligari cenſura, quamdiu enim cenſura non exprimitur ignoratur. Ignorantia autem excuſat à contumacia, & conſequenter à cenſura. Doctores communiter.

7. Secundò. Non requiruntur certa, & determinata verba ad ferendam cenſuram; ſed quæcumque ſufficiunt, aut etiam ſcriptura, qua intentio Epiſcopi exprimatur. Communiter Doctores.

8. Tertiò. Superior ferens cenſurã debet illam ferre per verba definita, & determinata ad aliquam cenſuram particularem: unde ſi fert cenſuram hoc modo. Qui defert comam cenſuræ vinculo ſit abſtrictus, nihil operatur, quia huiuſmodi verba nullam determinant cenſuram in particulari, ſed tantùm in genere, quæ quidem non datur. Doctores communiter.

9. Quartò. In cenſura ferenda verba debent eſſe determinata ad aliquam perſonam, eam nominando ſi cognoſcitur, vel deſcribendo, vel deſignando per ordinem ad delictum, ut v.g. dicatur: Clericus, qui fert arma ſit excommunicatus, quia verba in cenſuris faciunt quòd ſignificant; cum ergo nullam perſonam ſignificant, nullam afficiunt: Unde cum dicitur: Ego excommunico, nulla perſona excommunicatur, cum nulla exprimatur. Ex quo ſequitur, quòd cum Superior dicit: Excommunico unum de duobus, vel excommunico unum ex his, qui furati ſunt, quando plures ſunt furati, nullum incurrere cenſuram, cum verba ſint indeterminata, nec conſtat ad quem intentio ferentis referatur, & ſic nullus remanet excommunicatus, Arg. S à *verb. excomm. n.* 4.

DUBIUM XIII.

Quomodo gerere ſe debent Epiſcopi in ferendis Cenſuris.

1 CErtum eſt Superiorem ferentem cenſuras ſolo verbo ſine ſcriptura, mortaliter peccare, & inſuper incurrere ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem, & à divinis, quam etiam ſuſpenſionem incurrit etiã ferens ſine expreſſione cauſæ; aut qui parti petenti non concedit exemplar ſcripturæ intra menſem ſi petatur, ut patet in *c. 1. cum medicinalis*, *de ſent. excomm. in* 6. & docent communiter Doctores.

2. Epiſcopi autem eximuntur ab ipſa pœna ſuſpenſionis ſi ſolo verbo ferant cenſuras, quia in *cap. cit.* non fit mentio Epiſcoporum, & regula generalis eſt quando in cenſura ſuſpenſionis, vel interdicti non fit mentio Epiſcoporum, Epiſcopi non ligantur, ut dicitur in *cap. quia periculoſum de ſent. excom.*

3 Item eximuntur ab hac pœna tantùm denunciantes aliquem excommunicatum; quia in dicto capite non fit mentio denunciantis.

4 Item eximuntur ab hac pœna, ſi hoc faciunt ob cauſam urgentem, ut quando inſtat periculum, niſi cenſura ſtatim feratur abſq; ſcriptura; iſta enim cenſura eſt lata contra temerarium violatorem; non eſt autem temerarius violator, qui aliquid facit urgente cauſa, & ob juſtam cauſam.

5 Item eximuntur, qui hoc faciunt bona fide, & ex quadam inadvertentia;

T nam

Digitized by Google

nam hi non ſunt temerarii violatores.

6 Item eximuntur ferentes ſimplicem prohibitionem qui non intendunt ferre cenſuram propriè dictam, v.g. quando Præfecti Chori repellunt aliquos Canonicos à Choro, ſed propriè non intendunt illos ſuſpendere à Choro.

7 Nullus autem à peccato mortali eximitur ſi fert cenſuram abſque ſcriptura, quia facit contra jus in materia gravi præſcripta ſub pęna gravis cenſurę.

8 Cenſura autem lata ſolo verbo, ſine ſcriptura, vel ſine expreſſione cauſæ non eſt irrita, & invalida, quia omiſſio ſcripturæ, ſeu cauſæ non eſt omiſſio formæ ſubſtantialis, ſed accidentalis. Communis eſt.

9 In omni autem cenſura prærequiritur admonitio, aliter cenſura non incurritur; ex uſu enim Eccleſiæ cenſura ferri ſolet contra contumaces Eccleſiæ, & Superiorum; non eſt autem contumax, niſi præſupponatur admonitio; nam hac ſuppoſita forſan delinquens obediret metu tantæ pœnæ.

10 Nota tamen hanc eſſe differētiam inter cenſuras latas pro præteritis, & pro futuris culpis. Nam cenſuræ latæ pro futuris culpis non requirunt admonitionem diſtinctam ab ipſa lege, vel prohibitione, aliter nulla cenſura incurreretur ipſo facto, ſi præter legem admonitio prærequireretur. Unde excōmunicatio lata hoc modo: Omnis Clericus, qui defert comam ſit excommunicatus, incurritur à Clerico deferente comam abſque alia admonitione. Cenſuræ autem latæ pro culpis preteritis, vel pręſentibus requirunt admonitionem diſtinctam, aliter cenſura eſt invalida, *cap. Romana, de ſent. exc. in 6.*

11 Triplex autem admonitio prærequiritur formaliter, aut virtualiter, ſi ſententia fertur per modum cenſurę, niſi neceſſitas cogat.

Dixi [formaliter, aut virtualiter) nā aliquando ſufficit una pro tribus aſſignatis aliquorum dierum intervallis, modò Iudex explicet hunc intervallum eſſe ultimum terminum.

Dixi etiam (quando ſententia fertur per modum cenſurę] poteſt enim ſuſpenſio, & interdictum [non autem excommunicatio, quę cum ſit pęna medicinalis, non poteſt ferri abſque admonitione pro culpis preteritis] ferri per modum pœnę vindicativę pro delicto commiſſo abſque prevaa admonitione.

Dixi adhuc (urgente neceſſitate] nam fieri poteſt, ut una admonitio abſolutè ſufficiat, licèt hęc neceſſariò prerequiratur. Si autem Iudex abſque neceſſitate fert cenſuram abſque triplici monitione, licèt cenſura ſit valida, ferens tamen graviter peccat, eò quod facit cōtra prohibitionem in re gravi. Eſt communis.

12 Admonitio eſt facienda coram illa perſona, cōtra quam cenſura fertur, quando cenſura fertur contra aliquam perſonam particularem; nam ad incurrendam cenſuram requiritur contumacia; nullus autem eſt contumax, niſi ſit admonitus. Si autem cenſura fertur generaliter, non debet hoc modo fieri admonitio, ſed ſufficit fieri in loco publico, vel in Eccleſia coram populo.

Regulariter loquendo non ſufficit fieri admonitionem ad domum illius contra quem cenſura fertur, ita fertur contra particularem perſonam, ſed requiritur, ut admonitio fiat coram illa per-

perſona. In aliquibus verò caſibus ſufficit, ut admonitio fiat in domo illius, contra quem cenſura fertur.

13 Primus caſus eſt quando reus per dolum ſe abſcondit, vel per vim impedit ne moneatur; hoc autem prius debet probari, aliter non præſupponitur dolus. Secundus, ſi delinquens non habeat domicilium; & tunc ſufficit, ut monitio fiat in Eccleſia, vel loco publico. Tertius, quandu ſemel facta fuit monitio perſonalis, tunc cæteræ poſſunt ad domum illius fieri. Quartus, quando quis malè fuit abſolutus ab excommunicatione, & agitur de revocando ipſum ad priorem excommunicationem.

Semper autem in monitione debent intereſſe perſonæ idoneæ, quæ teſtentur monitionem factam fuiſſe, ſi opus eſt, ex *cap. ſac. de ſent. excom.*

14 Cenſura autem injuſta triplex dici poteſt. Primò quando non provenit ex amore juſtitiæ, vel deſiderio correctionis, ſed ex odio, vel invidia: & hoc modo licèt ſit injuſta, tamen eſt valida; quià pravus Iudicis affectus, & mala ipſius intentio ſibi ſoli nocet, nec illius poteſtatem tollit. Secundò dicitur injuſta, quando non ſervatur ordo juris neceſſarius ad validitatem ſententiæ, qualis eſt admonitio, & tunc eſt invalida cenſura; ſententia enim lata non ſervato neceſſario juris ordine non eſt ſententia, nec conformia eſt juri.

Dices ex Gregorio *hom.* 26. habetur, quòd Paſtoris ſententia ſive injuſta, ſive juſta eſt timenda; ergo &c.

Reſp. quòd hoc Gregorii dictum intelligitur de illa ſententia, quæ fertur à Paſtore, non ſervato juris ordine accidentali (qualis eſt ſcriptura, vel expreſſio cauſæ) aut de illa ſententia, quæ provenit ex pravo affectu, vel odio; iſta enim eſt valida, & timenda: ſecus de illa, ubi non ſervatur juris ordine eſſentiali, & neceſſariò; hæc enim non eſt ſententia.

15 Tertiò, quando cauſa, propter quam fertur cenſura, non eſt vera, licèt in judicio probetur vera per teſtes; & hæc dicitur injuſta materialiter. Et iſta ex multorum Doctorum ſententia eſt invalida. Tum quia nemo ligatur cenſura maiori, niſi propter peccatum mortale; & in caſu non adeſt, licèt probetur in judicio. Tum etiam quia ſententia in tantùm eſt valida, & juſta, in quantū eſt æqua, & juſta, cum ſit actus juſtitiæ, cujus eſt tribuere cuiq; ſuum ad æqualitatem; & in caſu non dicitur æqua, & juſta, cum non habeat conformitatem rei ad rem, & conſequenter tunc non obligat. Ita Sotus *in* 4. *diſt*: 22. *q*. 1. *a*. 3. *concl*. 1. Navar. *cap*. 27. *num*. 3. Manual, Præl. 2. *p*. *q*. 35. *a*. 14. Suarez *diſp*. 4. *ſect*. 7. Filluc. *c*. 8. *quæſit*. 4. *&* 5. Sayr. *l*. 1. *c*. 17 Alter. *l*. 3. *d*. 2. *c*. 1. ubi plures Doctores citat in hanc ſententiam.

16 Collige ex hoc. Innocentem injuſtè materialiter excommunicatum nō privari ſuffragiis Eccleſiæ; unde non teneaur ex vi excommunicationis contineri in foro conſcientiæ ab hominum conſortio, aut ſe gerere, ut excommunicatum (modò non adſit ſcandalum, & non præſumatur contemptor cenſuræ) nec indigere abſolutione in foro conſcientiæ, Nav. *loc. cit*, & alii Doctores citati.

17 Poteſt autem talis excommunicatus, ſecluſo ſcandalo, privatim celebrare, & celebrando non incurrit irregularitatem. Ita Suar. *l. c. n*. 20. Sayr. *loc. cit*. Filluc. *n*. 237. Vaſq. *de excomm.*

Digitized by Google

dub. 11. *num.* 21. Coninch. *diſp.* 13. *dub.* 13. *n.* 1160. Alter. *loc. cit. diſp.* 2. *cap.* 1. & alii. Contra Nav. Covar. & alios aſſerentes injuſtè excommunicatum ſubjacere pœnis, & effectibus cenſuræ ſi occultè celebrat.

DUBIUM XIV.

De circumſtantia loci, & temporis ſervanda in cenſuris ferendis.

1 CEnſura aliquando fertur per modum ſtatuti, aliquando per modum ſententiæ. Tunc primo modo quando obligat ſolùm exiſtētes, & delinquentes in territorio legislatoris; ſtatutum enim reſpicit directè territorium, & dicitur lex territorii. Tunc ſecundo modo quando afficit perſonam ſubditam ubicumque ſit, ſive in territorio, ſive extra exiſtat; reſpicit enim perſonam ſecundùm ſe, & conſequenter illam afficit ubicunque exiſtat.

2 Igitur in cenſura ferenda Epiſcopus, ſive alius Superior debet ſervare circumſtantiam loci, ſeu proprii territorii, quando ad illam ferendam opus eſt juriſdictione contentioſa, quia juriſdictio contentioſa non poteſt exerceri extra proprium territorium abſque licentia Ordinarii loci, ſicut neque in loco exempto, *cap. fin. de conſtit.* l. 6.

3 Unde Epiſcopus non poteſt extra propriam Diœceſim validè ferre cenſuram ſedendo pro Tribunali, & cum cognitione cauſæ; ſine verò cauſæ cognitione, ſeu non ſedendo pro Tribunali poteſt ferre cenſuram per modum ſtatuti, aut pro re, quæ non requirit cognitionem cauſæ, vel ſi eam requirit factam in proprio territorio. Vide Bonac. *de cenſ. diſp.* 1. *p.* 11. *prop.* 1.

4 Debet etiam ſervari in cenſura ferenda circumſtantia temporis, ſcilicet ne feratur die feriato: eò ſcilicet die, qui ex inſtitutione Summi Pontificis, vel Epiſcopi, vel ex conſuetudine Eccleſiæ eſt dicatus honori, & divino cultui, quia ad ferendam cenſuram ſolet prærequiri cauſæ cognitio, quę quidem non poteſt fieri die feriato.

DUBIUM XV.

Quid de Epiſcopis circa abſolutionem cenſurarum?

1. NUlla eſt difficultas, quòd Epiſcopi poſſunt impendere abſolutionem à cenſuris, à ſeipſis impoſitis; cenſura enim, à quo fertur, ab eo tolli poteſt; & poteſtas ordinaria ferendi cenſuras, extenditur etiam ad illam auferendam, juxta illud Matt. 18. Quodcunque ligaveritis ſuper terram erit ligatum & in Cœlis, & quodcunque ſolveritis &c. ſed dubitatur de cenſuris Papæ quandonam illas poteſt Epiſcopus abſolvere. Igitur

2. Epiſcopi poſſunt abſolvere ab omnibus cenſuris, & caſibus Summo Pontifici reſervatis, per ſeipſos, vel per Vicarium Generalem, vel per Pœnitētiarium; quia hæc facultas tribuitur Epiſcopis in Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. Prædicta autem abſolulio extenditur tantùm in foro conſcientiæ, ut clarè dicitur in prædicto Concilio; quæquidem in ptopria Diœceſi debet fieri.

3. Delicta autem, quæ habent adnexam cenſuram Papæ reſervatam debent eſſe occulta, non publica, vel notoria, aliter Epiſcopus non poteſt abſo-

ſolutionem impendere: item non debent eſſe delicta deducta ad forum contentioſum, ut dicitur apertè in dicto Concilio.

4. Quando autem delictum fuit deductum ad forum contentioſum, ſed reus non fuit in eo convictus, ſed potius ſe purgavit, & defendit [etiam ſi via iniqua, & falſis teſtibus hoc fecit] poteſt Epiſcopus reum abſolvere; nam in hoc caſu eſt, ac ſi non fuiſſet deductum, & ſic cenſetur occultum, & non deductum cum effectu, cum non fuerit probatum. Molin. *trac.* 3. *diſp.* 79. Sanch. *l.* 2. *de Matrim. diſp.* 27. *num.* 12. Avila *dub.* 11. *concl.* 3. Praxis Neap *c.* 66. *n.* 5. *&* 6. Sanchez *in ſumm. n.* 14 Alter. *col.* 11. *verſ. poſtulabit*, & alii apud Barb. *ſeſſ.* 24. *n.* 14.

5. Poteſt etiam Epiſcopus abſolvere à dictis cenſuris illum, cujus delictum non eſt deductum ad forum contentioſum; licèt delictum alterius ſocii complicis ſit deductum; Nam res inter alios acta, non poteſt præjudicium aliis afferre *l.* 1. *cap. res inter alios acta.* Sanchez *loc. cit. num.* 21. Nav. *l.* 2. *conſ. conſilio* 2. *de ſent. & re judic.*

6. Si autem quis commiſit delictum Papæ reſervatum hic in Regno Neapolitano; & poſtea ſe tranſtulit in Siciliam; non poteſt ibi ab Archiepiſcopo Meſſanenſi, verbi gratia abſolvi, licèt ibi delictum ſit occultum, & Calabriæ publicum; aliàs juriſditiones confunderentur, & hujuſmodi delictum eſt verè publicum. Hæc ſententia eſt probabilis, & eſt Bon. *loc. cit.* Suar. *tom.* 4. *in* 3. *p. diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 2., licèt etiam ſit probabilis contraria Avilæ, & Sanch.

7. In pluribus autem caſibus poteſt Epiſcopus abſolvere delinquentē ab excommunicatione publica, vel alia quæcunque Papæ reſervata. Primo quando excommunicatus laborat longa infirmitate etiam non periculoſa. Secundo ſi laborat ſenectute; Tertio ſi paupertate. Quarto ſi perſona excommunicata ſit fœmina, vel impubes; vel alio legitimo impedimento laboret, ita ut non poſſit Romam adire; verùm ceſſante impedimento tenetur delinquēs Papam adire, ut communiter docent Doctores.

8. Archiepiſcopus autem licèt non poſſit abſolvere ſubditos ſuffraganeorū à cenſuris latis, ab ipſiſmet ſuffraganeis, poteſt tamen in aliquibus caſibus; Primus quando fuit facta appellatio ad Archiepiſcopum, & cognitum fuit de appellatione, & partes vocatæ fuerunt, quia ſuperior per appellationem acquirit juriſdictionem. *c. venerabilibus*, *§. de ſent. excomm. in* 6. ſecundus quando Epiſcopus ſuffraganeus malitioſè differt abſolutionem, vel negligenter. Tertius quando Archiepiſcopus viſitat Diœceſim; tunc enim ratione officii ordinariam habet facultatem ad abſolvēdum, ut communiter docent Doctores.

DUBIUM XVI.

An Epiſcopus poſſit abſolvere Clericum percutientem, & quando?

1. Excommunicatio, quæ incurritur ob violentem manuum injectionem in Clericos, vel Monachos lata eſt *in cap. ſi quis ſuadente diabolo* 17. *q.* 4. in hæc verba: ſi quis ſuadente Diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum injecerit, anathematis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum

rum

rum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo; donec apoſtolico conſpectui præſentetur, & mandata recipiat.

2. Quando autem percuſſio eſt levis poteſt Epiſcopus per ſe, vel per aliũ, percutientem abſolvere, ut patet ex *c. prævenit de ſent.excom.*

Difficultas autem eſt, quandonam percuſſio dicatur lævis, in qua poteſt Epiſcopus abſolvere, & quandonam dicatur mediocris, & enormis, ſeu gravis, in qua non poteſt Epiſcopus abſolvere.

3. Dico ergo, quod percuſſio levis regulariter loquendo dicitur illa, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam maculã, vel ſugillationem carnium relinquunt; vel quæ fit abſque abſciſſione membri, ſive effractione dentis, & ſine effuſione multi ſanguinis, ut communiter aſſerunt Doctores, & dicitur in *Extrav. Joan.*22.

Dixi regulariter loquendo; Nam fieri poteſt, ut iſta levis percuſſio fiat gravis ratione circũſtantiæ perſonæ; Unde ſi quis in faciem alicujus perſonę gravis alapam impingit, iſta non dicitur levis, ſed gravis percuſſio.

4. Percuſſio mediocris illa dicitur quę eſt media inter levem, & gravem, qualis eſt illa, qua, verbi gratia, dens extrahitur, vel copia capillorum evellitur, aut relinquitur ſigillatio carnis; aut funditur copia ſanguinis, abſque gravi leſione, & injuria.

5. Gravis denique dicitur illa, quę eſt conjuncta cum gravi leſione, vel gravi injuria, verbi gratia cum mutilatione membri, vel cum magna effuſione ſanguinis aliunde, quàm à naribus, vel cum magno vulnere, vel ictu, quamvis parum ſanguinis effluat etiam dicitur gravis, quę eſt in ſuperiorem ſuum, vel in Epiſcopum, vel Abbatem, aut in Priorem, qui eſt Monaſterii caput; niſi fortè percuſſio ſit tam parva, ut moraliter non dicatur enormis: ſimiliter dicitur gravis percuſſio quando percutitur Clericus in publicũ ratione ſcandali, vel quãdo percutitur in Eccleſia, aut coram Prælato, aut corã alia perſona in dignitate conſtituta; aut quando percutitur Sacerdos ſacris veſtibus indutus; & in ſũmatũe dicitur gravis percuſſio quãdo iudicio prudentum ſic exiſtimatur; & licèt percuſſio aliquando ſit levis, tamen ratione perſonę percuſſę; vel ratione loci, vel ratione aſtantium in percuſſione, poteſt eſſe gravis.

Ex his dictis patet quando Epiſcopus poteſt abſolutionem impendere. Nam tunc poteſt quando percuſſio eſt levis; non verò, quando eſt mediocris, vel enormis. Eſt communis.

6. Quęres. An detur caſus, in quo Epiſcopus poteſt abſolvere in percuſſione mediocri, vel enormi?

Reſp. affirmativè. primus eſt de Clericis communiter viventibus, qui ſeipſos affecerunt mediocri, & enormi percuſſione. *cap. quoniam de vit. & hon. Cler. & cap. prævenit de ſent. excom.* Idem dic de Religioſis ſe invicem percutientibus, iſti enim abſolvi poſſunt à ſuis Prælatis *cap. cum illorum de ſent. excom.* ſi verò Religioſus percuſſerit alium Religioſum alterius Religionis abſolvendus eſt à Prælato Religioſi percuſſi; & ſi percuſſerit Clericum ſecularem abſolvendus eſt ab Epiſcopo, quando percuſſio eſt levis, *cap. Religioſi de ſent. excom. in* 6.

Se-

Digitized by Google

Secundus eſt de Janitore, aut de Officiali Principis, qui cauſa ſui officii, vel turbæ arcendæ Clericum percuſſerit levi, aut mediocri percuſſione. *cap. ſi verò de ſent. excom.*

Tertius eſt de habente impedimentū legitimum, propter quod non poſſit Romam adire.

Quartus eſt quando imminet mortis periculum proximum, tunc enim poteſt à quolibet Sacerdote abſolvi.

Quintus eſt de filiis impuberibus, etiam ſi petant abſolutionem poſtquam facti ſunt puberes, & poſſunt abſolvi ab Epiſcopo ob levem, mediocrem. & enormem, ut docet Mol. *diſp.* 59. & alii apud ipſum.

Sextus eſt de mulieribus cujuſcumque ſint ætatis, & conditionis, *cap. mulieres, de ſent. excom.* etiam ſi percuſſio conjuncta fuerit cum homicidio, etiam ſi ſint divites, & aptæ ad conficiendum iter, & ſint ſui juris.

Septimus eſt de ſervis, & filiisfamiliæ, dummodò inde grave damnum patiatur ex ſervi abſentia. Saytus cum communi.

Octavus eſt de aliis impotentibus ad conficiendum iter, quales ſunt, qui habent capitales inimicitias, ſenes, cæci, vel pauperes, qui non poſſunt ob inopiam adire Romam. Eſt communis.

7 Adverte tamen circa prædictos caſus, quòd illi, qui habent perpetuum impedimentum (ut ſunt ſenes, mulieres) propter quod non poſſunt Romam adire, poſſunt ab Epiſcopo abſolvi, etiam propter enormem percuſſionem Clerici, ut dicitur in *cap. ea naſcitur, & cap. de his de ſent. excom.* Neque iſtis eſt injungendum præceptum ſe præſentandi ad Sedem Apoſtolicam, ſed abſolvi abſolutè debent: Qui autem habet impedimentum temporale, tenetur ſublato impedimento ſe præſentare Summo Pontifici, & ipſi debet injungi præceptum cum juramento, quòd ceſſante impedimento ſe præſentent. *cap. quamvis de ſent. excommun.* Excipe Clericos collegialiter viventes, filios impuberes, Religioſos, officiales Principum arcentibus turbam; iſti enim poſſunt abſolutè abſolvi; gaudent enim peculiari Privilegio, ut patet ex juribus, & docent Doctores communiter. Ille verò, cui injunctum eſt præceptū ſe præſentandi, ſublato impedimento temporali, & iſto ſublato, non ſe præſentat, incidit in eamdem excommunicationem.

8. Si autem percuſſio etiam enormis ſit occulta, & non deducta ad forū contentioſum, poteſt ab Epiſcopo abſolvi, abſque onere ſe præſentandi, cum in hoc facultas detur Epiſcopis in Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. c. 6. ut ſupra latè dixi.

DUBIUM XVII.

An Epiſcopus poſſit abſolvere ab excommunicatione contracta ob hæreſim?

1 Suppono, quòd hæreſis eſt error voluntarius intellectus cū pertinacia contra aliquam veritatem fidei. Et dicitur error voluntarius, ut excludatur error involuntarius; unde ſi quis errat involuntariè, non dicitur hæreticus. Dicitur error intellectus, quia ſicut actus fidei eſt actus, ſeù aſſenſus intellectus, ita hæreſis, quæ eſt contraria fidei eſt error intellectus. Dicitur cum pertinacia, quia ut quis dicatur hæreticus requiritur pertinacia, quæ non attenditur penès durationem temporis,

ſed

ſed ex animadverſione definitionis Eccleſiæ contraria illi errori; Unde qui aliquid ſentit contra fidem, ſciens contrarium teneri ab Eccleſia, licèt non perſeveret in illo errore, dicitur hæreticus, & ſubjacet excommunicationi.

2 Suppono adhuc. Hæreticum, qui ſuam mentem exterius manifeſtat verbis, vel ſignis incurrere excommunicationem latam ab Eccleſia, & Papæ reſervatam; hoc patet in jure, & ex *cap. ad abſolvendum, & cap. excommunicatus, & cap. quicumque de Hæreticis in 6. & in Bulla Cænæ.*

Dixi [ſuam mentem exterius] Nam ſi quis interiùs tantùm aliquid ſentit contra fidem, non incurrit excommunicationem, quia Eccleſia non habet juriſdictionem in actus merè internos. Unde hæreticus mentalis poteſt à quolibet Confeſſario abſolvi, cum hæreſis tantùm ſit reſervata ratione excommunicationis, quæ non incurritur ab hæretico mentali. His ſuppoſitis.

3 Reſp, quòd Epiſcopi hoc tempore non poſſunt (quamvis olim poterant) conferre abſolutionem ab hæreſis, quia privilegium conceſſum in Trid. *ſeſſ* 24. *c.*6. in hoc non habet locum; Etenim in Bulla Cœnæ, quæ quotannis legitur, habetur expreſsè clauſula derogatoria cujuſvis Concilii, quæ verba, cum ſint generalia, excludunt Privilegium conceſſum Epiſcopis in Trid. *ſeſſ. cit.*

4 In calce hujus dubii ſcias, quòd Epiſcopus poteſt abſolvere ab excommunicatione contracta ob aliquid delictum in cauſa Duelli [Duellum autem eſt pugna ſingularis deliberata ab utraque parte ſpontè, & ex conditio ſuſcepta ſtatuto loco, & tempore, cum periculo occiſionis, mutilationis, aut vulneris] quando delictum eſt occultum. Privilegium enim conceſſum Epiſcopis in Trid *ſeſſ. cit.* non videtur abrogatum per Bullam Clementis VIII. cum in illa non fiat mẽtio facultatis Epiſcoporum, quæ mentio eſſet neceſſaria ad derogãdum Trident., ut docent Bonac. *de excomm. diſp.* . *q* 6. *p.* 1. *prop.* 5. *n.* 39. Rodriq. *tom.* 1. *queſ. reg. q.* 8. *a.* 10. Sanch. *l.* 2. *de matrim. dſp.* 26. *n.* 7. Henriq. *l.* 7. *c.* 26. *n.* 3. Suar. *de pœn. q.* 30. *ſect.* 2. *nu.* 14. & alii contra Graff. & alios.

DUBIUM XVIII.

Quandonam Epiſcopi incurrant ſuſpenſionem?

1. Suppono, quòd ſuſpenſio propriè accepta eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua perſona Eccleſiaſtica impeditur ne functiones exerceat ſui beneficii, vel officii, vel ordinis in totum, vel in partem, in perpetuum, vel ad tempus. Dicitur cenſura, & ponitur loco generis; dicitur *E*ccleſiaſtica ut diſtinguatur à prohibitionibus civilibus; Dicitur qua perſona Eccleſiaſtica ad oſtendendum ſubjectum hujus cenſuræ; Dicitur officii, vel beneficii, vel ordinis, ad demonſtrandum eff ctum hujus cenſuræ. Dicitur in totum, vel in partem; Nam aliper ſuſpenſionem ſuſpenduntur ab omni officio, alii ab omnibus ordinibus; aliqui tantum ab aliqua parte, alii pro aliquo tempore, alii in perpetuum; ſuſpẽſio enim habet latitudinem. Eſt communis.

2. Primo ergo Epiſcopi incurrunt ſuſpẽſionẽ ſi accipiant adminiſtrationẽ ſuarum Eccleſiarum, abſque literis authenticis Sedis Apoſtolicę; hi enim

ſuſ-

penduntur ab adminiſtratione fructuum earumdem Eccleſiarum. Ita habetur in *Eſtravag.* 1. *de electione inter communes.* Capitula verò talium Eccleſiarum, qui hujuſmodi Epiſcopos abſque præfatis literis recipiunt ſuſpenduntur à beneficiis, donec à Summo Pontifice gratiã obtineant, ut habetur in eodem *Eſtravag.* 1.

2. Epiſcopus, qui accipit conſecrationem ab excõmunicatis, ſuſpenſis, vel interdictis eſt ſuſpenſus à Pontificalibus, ut dicitur *in c.* 1. *&* 2. *de Schiſmaticis c. gratia* 1. *q.* 1. etiam ſi accipiens conſecrationem ignoraverit ipſos eſſe excommunicatos &c. hæc enim pœna eſt lata in odium conſecrantis. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 63. Majolus *l.* 4. *c.* 2. & alii, modò conſecrans ſit vitandus.

3. Epiſcopus qui non ſervat *Extravag.* 2. *de elect. Ioann.* 22. quò ad perceptionem fructuum primi, vel ſecundi anni ſui Epiſcopatus; ſuſpenditur à Pontificalibus, & ab ingreſſu Eccleſiæ; donec fiat reſtitutio; qua facta ceſſat ſuſpenſio, abſque alia abſolutione. Suarez *loc. cit. n.* 22. Fill. *n.* 156.

4. Epiſcopus ſuſpenditur à Pontificalibus conferendo Ordines, vel primam Tonſuram extraneo, abſque licentia proprii Epiſcopi. Ita Trid. *ſeſ.* 6. *c.* 5. *de reform.* Recipiens verò tales ordines eſt ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto ad arbitriũ proprii Epiſcopi. Ex Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 8.

5. Epiſcopus ſuſpenditur à Pontificalibus ordinans in aliena Diœceſi abſque expreſſa licentia Ordinarii loci; aut ordinans de licentia Epiſcopi perſonas non ſubditas. Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 2. ſimiliter ordinans conjugatum exceptis caſibus conceſſis per Canones.

6. Epiſcopus ordinans Religioſũ non profeſſum; ſeu qui non fecit votum ſolemne, eſt ſuſpenſus per annum à collatione ordinum, quos contulit, ut habetur in Bulla B. Pii V. referta à Navar. *c.* 27. *n.* 158. Excipiuntur Patres Societatis Jeſu per Bullam Gregorii XIII.

7. Epiſcopus ordinans Monachum ſine licentia Abbatis incurrit ſuſpenſionem à communione aliorum Epiſcoporum *c. finis diſt.* 58.

8. Epiſcopus ordinans bigamum, vel eum qui fecit pœnitentiam publicã eſt ſuſpenſus à celebratione per annum. *c. nullus diſt.* 55.

9. Epiſcopus injuſtè ordinans invitum eſt ſuſpenſus per annum à celebratione Miſſæ. *c.* 1. *&* 2. *diſt.* 74.

10. Epiſcopus ordinans Sacerdotẽ indignum eſt ſuſpenſus a collatione ordinis Sacerdotalis, *cap. ſi qui Epiſcopi* 1. *q.* 1.

11. Epiſcopus conferens primam Tonſuram illiterato eſt ſuſpenſus per annum a collatione Tonſuræ *c. fin. de temp. ordinat. l.* 6. Bonac. tamen *loc. cit.* cum Emanuel. Sà dicit hanc ſuſpenſionem non eſſe in uſu.

12. Epiſcopus conferens duos ordines ſacros eodem die, vel duobus diebus immediatis ſuſpenditur a collatione utriuſque ordinis *c. lit. de temp. ord. &* Conc. Trid. *ſeſſ.* 23.

13. Epiſcopus ſcienter conferens indigno ordinem Sacerdotalem incurrit ſuſpenſionem a collatione talis ordinis *c. ſi qui Epiſ.* 1. *q.* 1.

14. Epiſcopus conferens cum pacto ordines, ut ordinatus ab eo non petat alimenta in defectu Beneficii, vel Patrimonii ſuſpenditur a collatione ordinum per triennium. *c. penul. de Simonia.*

15. Epiſcopus conferens ordines ſimoniacè, non ſolum ſuſpenditur a collatione ordinum per triennium *c.penult. de ſimonia.* Verum etiam a Pontificalibus, & ingreſſu Eccleſiæ ex Bulla Sixti V. quæ in hac parte non fuit a Clemente VIII. revocata.

16. Epiſcopus, qui Epiſcopum electum confirmat, & conſecrat, poſtquam fuit appellatum ad Sedem Apoſtolicam, incurrit ſuſpenſionem a confirmatione, & conſecratione Epiſcoporum per annum, etiam ſi partes reſilierint ab appellatione, *c.provida de elect. in 6.*

17. Epiſcopus qui non adhibet diligentiam circa proceſſum electionis, & perſonam electi ad curam animarum, ſuſpenditur a facultate confirmandi, & a beneficio. *c.Nihil de electione.*

18. Epiſcopus qui beneficii reſignationem contra præſcriptum Bullæ Pii V. edita anno 1568. in ordine 58. admittit, incurrit ſuſpenſionem a collatione præſentatione, electione, confirmatione, vel inſtitutione, donec abſolvatur a Summo Pontifice. Vide prædictam Bullam.

19. Epiſcopus, qui in viſitatione aliquid accipit in pecunia, vel victualibus ultra id, quòd ſibi debetur, ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ donec duplum reſtituat, non obſtante quavis remiſſione. *c.exigit de cenſibus in 6.* hoc amplia etiam ad alios viſitantes Eccleſiarum, aut eorum familiares, ſi occaſione viſitationis aliquid recipiunt, etiam ſpontè oblatum, niſi intra menſem duplum reſtituant.

20. Epiſcopus qui indicem caſuum, gratiarum, vel Indulgentiarum, ſoluto certo pretio proponit, incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fructuum; ex Bulla Pii V.

21. Epiſcopus Commiſſarius, vel Delegatus in cauſa alienationis rerum Eccleſiaſticarum, ſi per gratiam, timorem, aut ſordes in detrimentum Eccleſiæ utetur poteſtate ſibi commiſſa, ſuſpenditur ab executione officii per annum, ita ut ſi damnabiliter ſe ingerat divinis durante ſuſpenſione incurrit irregularitatem, quam ſolus Papa poteſt auferre. Ita *in Extravag. Paulus II. tom.1. quæ incipit cum omnibus.*

22. Epiſcopi abutentes officio inquiſitorum in cauſis fidei ſunt per triennium ſuſpenſi ab officio: illi autem abuti in hac parte dicuntur, qui prætextu odii, amoris, gratiæ, vel commodi temporalis contra iuſtitiam, & conſcientiã omittunt procedere in cauſa hæreſis. *Clem.§.verum de hæreticis.*

23. Epiſcopi, aliique Prælati, tam ſeculares, quàm regulares procurantes, ut Clerici capiantur a Dominis temporalibus, ut reſignent beneficia, præter excommunicationem ob violentam manuum injectionem; per triennium ſuſpenduntur a fructibus ſuarum Eccleſiarum. *Clem.2. de pœnis.*

24. Epiſcopus relaxans pœnam cõtentam in *cap.peſſimam 23.q.8.* ſuſpenditur ab officio Epiſcopali per annum.

25. Epiſcopus alienans bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel locorum piorum, abſque licentia Papæ, eſt ſuſpẽſus ab ingreſſu Eccleſiæ; & ſi elapſis ſex menſibus non reſipuerit, eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione temporali, & ſpirituali ſuæ Eccleſiæ: eadem ſuſpenſio ampliatur ad Abbates: Alii verò inferiores ligantur excommunicatione per *Extravag. ambitioſæ.* pro Epiſcopis vide in *c. conſultiſſimo de reb. Eccl. non alienandis.*

Epi-

Digitized by Google

26. Epiſcopus qui Monaſteria Monialium, abſque neceſſitate ingreditur, prima vice incurrit ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ; ſecunda vice ſuſpenditur a Divinis, & tertia vice ligatur excommunicatione; ex conſtitutione Gregor. XIII.

27. Epiſcopus qui limina Apoſtolorum non viſitat ſingulis tribus annis per ſe, vel per alium, quando ipſe detinetur impedimento, ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ, perceptione fructuum, & adminiſtratione rerum temporalium, & ſpiritualium. Sixtus V. in Bulla *de uiſitandis liminibus.*

28. Epiſcopus qui poſt Conc. Provinciale nõ convocat Clerum infra ſex menſes, ut illi referat acta in tali Concilio eſt ſuſpenſus a Divinis. *c. fin. diſt.* 8. hoc tamen non eſt in uſu, ait Suarez *diſput.* 31. *ſect.* 5. *n.* 9.

29. Epiſcopi qui non procedunt contra ſimoniacos ſunt per duos menſes ſuſpenſi ab officio. *c. quidquid* 1. *q.* 1.

30. Epiſcopi permittentes publicos Uſurarios alienigenas conducere Domos in ſuis terminis, ad fænus exercendum, ſunt ſuſpenſi ab officio, & beneficio, donec illos expellunt. *c. Uſuras de Uſuris l.* 6.

DUBIUM XIX.

An Epiſcopi poſſint deponere, & degradare, & ob quam cauſam?

1. SUppono, quòd Depoſitio generice ſumpta, alia eſt verbalis, quæ abſolutè dicitur Depoſitio, & eſt ſententia Eccleſiaſtica; qua perſona Eccleſiaſtica privatur omni officio, & beneficio in perpetuum ſine ipſe conſequendi, relicto privilegio Clericali Canonis, & fori. Alia dicitur realis, quæ dicitur degradatio; & eſt privatio Eccleſiaſtica, qua perſona Eccleſiaſtica privatur omni beneficio, & officio amiſſo privilegio Clericali, Canonis, & fori in perpetuum abſque ſpe reſtitutionis cũ quadam ſolemnitate.

2. Dixi [amiſſo privilegio clericali) Nam degradatus debet tradi ſæculari curiæ, cujus ſit ſubditus, maximè in delictis enormibus, verbi gratia in homicidio ſui Epiſcopi; vel homicidio replicato, vel delicto validè pernicioſo Reipublicæ; vel in crimine hæreſis, vel in falſificatione literarum Papalium, vel in ſodomia ſæpius exercita, &c.

3. Dixi [cum quadam ſolemnitate] Nam degradatio actualis fit hoc modo: degradandus induitur veſtibus, & ſacra vaſa defert pertinentia ad illum ordinẽ, a quo degradatur in conſpectu ſui Epiſcopi, à quo gradatim exuitur, & privatur, ac tandem capillis tondetur, prolatis quibuſdam verbis terrorem incurrẽtibus.

4. Hæc autem eſt differentia inter depoſitionem verbalem; & degradationem. Nam degradatio ſolum ab Epiſcopo fit, aſtantibus Abbatibus habentibus jus mitræ, & baculi; vel aliis in dignitate conſtitutis, juxta diſpoſitionem Con. Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 4. Depoſitio autem poteſt fieri a Vicario. Rurſus degradatus realiter non fruitur privilegio Clericali, Canonis, & fori; unde qui illum percutit non incurrit excommunicationem: Depoſitus autem non amittit Privilegiũ clericalem: Rurſus degradatio fit tantũ in caſibus graviſſimis, puta in homicidio qualificato, in hæreſi, in ſodomia ſæpiùs exercita; Depoſitio verò fit in

V 2 caſi-

Digitized by Google

caſibus jure expreſſis, & delictis non tamen niſi gravioribus arbitrio Iudicis.

5. Depoſitio ergo verbalis alicujus Presbyteri ſpectat ad proprium Epiſcopum, vel ejus Vicarium Generalem, & non ad alium inferiorem: Degradatio autem ad ſolum Epiſcopum ſpectat. *c. degrad. de pœnis in* 6. quam quidem facultatem Epiſcopus non poteſt alteri delegare, neque ad ſuum Vicarium Generalem. Nam in Conc. Trid. *cit.* dicitur per ſeipſum, quæ verba excludunt aliā perſonam.

6. Epiſcopus autem licet ſit electus, & confirmatus, tamen ſi ſit conſecratus non poteſt aliquem degradare; quia actualis degradatio eſt actus contrarius ordini; ordinatio autem non poteſt fieri ab Epiſcopo niſi conſecrato, & ſic degradatio. Depoſitio autem verbalis poteſt fieri ab Epiſcopo non conſecrato, hæc enim pertinet ad poteſtatem jurisdictionis, quam Epiſcopus electus poteſt exercere. Barb. *de pot. Ep. alleg.* 110. *n.* 24. Alt. *tom.* 2. *diſp.* 2. *c.* 7. Abb. *in cap. tranſmiſ. n.* 4. *de elect.* Gemin. *in c.* 2. *n.* 5 *de pœn. in* 6. & alii.

7. In depoſitione autem reali, ſeu degradatione præter Epiſcopum proprium requiruntur alios ſex Epiſcopos ſi degradatur Sacerdos; ſi autem degradatur Diaconus, vel Subdiaconus requiruntur tres Epiſcopi *c. degrad. de pœn. in* 6. ſi autem Epiſcopi nequeant haberi, adhibendi ſunt totidem Abbates, & in eorum defectu ſunt adhibendæ aliæ perſonę conſtitutæ in dignitate. Iuxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 13. *c.* 4. excipe tamen ex hac regula caſus hæreſis, in qua ſolus Epiſcopus poteſt deponere, convocatis Abbatibus, aliiſque Prælatis, & Religioſis perſonis, ac literatis ſuæ Diœceſis *c.* 1. *de hæret. in* 6.

8. Actualis autem degradatio facienda eſt in aliqua Eccleſia, vel Oratorio; licet locus non ſit de ſubſtantia degradationis; conveniens autem eſt, ut ſicut ordines in Eccleſia conferuntur, ita in Eccleſia priventur. Uſu autem receptum eſt; ut Epiſcopus degradans ſit indutus veſtibus Pontificalibus; ad hoc tamen non tenetur ex diſpoſitione juris; cum nullus textus poteſt adhiberi in quo id præcipiatur. Doctores communiter.

9. Quæres an degradatus poſſit reſtitui ad priſtinum ſtatum, auctoritate Epiſcopi degradantis?

Reſpondeo abſolutè loquendo negativè. Tum quia ſic colligitur in *cap. ſi lapſis, & cap. qui ſemel diſt.* 50. Tum quia degradatus caret omni privilegio clericali, ſine ſpe recuperationis.

Dixi, abſolutè loquendo; nàm dari poteſt caſus, in quo degradatus poſſit reſtitui, puta ſi poſtea cauſa bene perpenſa videtur nullitas degradationis; ut ſi probetur ſententiam latam eſſe per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta, aut ſine citatione; aut delinquentem non eſſe conuinctum &c. tunc enim reſtituendus eſt per Epiſcopum. *cap. Epiſ. Presbyter* 11. *q.* 3.

10. Cognita autem degradationis injuſtitia, ſervandus eſt hic modus in facienda reſtitutione ipſius degradati; qui non dum à Iudice ſæculari fuit punitus juxta præſcripta in *cap. cit.* ſi ſit depoſitus Epiſcopus, debet iſte coram altari de manibus Epiſcoporum recipere ſtolam, anulum, baculum, & alia inſignia Pontificalia: ſi ſit depoſitus Præsbyter debet recipere ſtolam, & Planetam de manibus Epiſcopi. Diaconus recipere de-

Digitized by Google

bet ſtolam, & albam ſeù Dalmaticam: Subdiaconus, Calicem & patenam; Reliqui vero debent recipere, ea quæ perciperant cum ordinarentur.

11. Quæres. An depoſitus verbaliter tantum, ſine ordine ad ſolemnem degradationem poſſit reſtitui ab Epiſcopo?

Reſpondeo affirmativè. Dummodo depoſitio ſit facta per adulterium, vel ob alia crimina inferiora adulterio; in in his enim criminibus datur poteſtas Epiſcopo reſtituere depoſitum poſt peractam pœnitentiam. *c. et ſi Clerici, de Iudiciis.* De Adulteriis verò, & aliis criminibus, quæ ſunt majora: poteſt Epiſcopus cum Clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare; & etiam poteſt Capitulum ſede vacante, quia ſuccedit in juriſdictione Epiſcopi; diſpenſatio autem eſt actus juriſdictionis. Decius, & Palerm. *in cap. cit.* Alt. *tom. 2. diſp. 2. c. 9. q. 2.* & alii.

12. Ex quibus ſequitur Epiſcopũ qui Clericum ſolum à beneficio depoſuerat poſſe illum denuò reſtituere; modò beneficium non ſit juris Patronatus; cum enim beneficiũ non poſſit reſtitui, niſi per novam conceſſionem; & conceſſio iſtius beneficii non poſſit fieri, niſi cum conſenſu *P*atroni; ſequitur depoſitum à tali beneficio, non poſſe ab Epiſcopo abſque conſenſu patroni reſtitui ad illud beneficium, aliter dic de Põtifice, vel Legato à latere Gemin. *in cap. quamvis n. 6*, Alter. *tom. 2. d. 2. c. 9.* Bonacin. & alii.

DUBIUM XX.

An Epiſcopi poſſint interdicere.

§ 1 Suppono. Interdictum eſſe cenſuram Eccleſiaſticam, qua homo ſeparatur à perceptione aliquorum Sacramentorum, à Divinis officiis, & à ſepultura Eccleſiaſtica.

Dixi [aliquorum Sacramentorum). Nam tempore Interdicti homo non privatur omni Sacramento. Vnde tempore interdicti localis, vel generalis poſſunt adminiſtrari quibuſcumque, parvulis, & adultis, infirmis, vel ſanis Sacramenta Baptiſmi, & Confirmationis. cum ſolita ſolemnitate. *cap. quoniam, de ſentent. excom. in 6. & c. Alma mater in eodem tit.*

2 Sacramentum autem Euchariſtiæ tempore interdicti localis, non eſt licitũ ſumere in loco interdicto; licèt poſſit ſumi extra locum interdictum; hoc tamen intelligitur ſecluſo mortis periculo. Nam exiſtentibus in probabili periculo mortis proveniente ex infirmitate, vel alia cauſa extrinſeca, licitum eſt cum ſolita ſolemnitate miniſtrare Euchariſtiam. *c. permittimus de ſent. exc. & c. Alma mater.* In articulo enim mortis Sacramentum Euchariſtiæ eſt ſumendum de jure Divino.

3. Pœnitentiæ Sacramentum tempore interdicti licitum eſt miniſtrare, tam ſanis, quàm infirmis, modò recipiens non ſit excommunicatus, & non ſit in cauſa culpabili, ob quam latum eſt interdictum, aut non ſit ſpecialiter interdictus; huic enim non debet miniſtrari, niſi dederit cautionem idoneam ſatiſfaciendi, vel juraverit ſe ſatisfacturum. *c. Alma de ſent. excom. in 6.*

Digitized by Google

4 Sacramenta autèm Ordinis, Extremæ unctionis, & Matrimonii tempore interdicti, non poſſunt adminiſtrari; licèt non ſit improbabile licere interdictis contrahere matrimonium; ut tenent Sanchez, Coninch. Laym. & alii contra Suarez, quia hoc Sacramentum non ab Eccleſia [ſecundùm ſubſtantiã] ſed ab ipſis contrahentibus miniſtratur; Sponſalia autem, & denunciationes futuri matrimonii, non ſolùm validè, ſed licite iniri poſſunt; ipſa enim non ſunt Sacramenta Eccleſiæ, ſed contractus humani, qui à jure non prohibentur.

5 Dixi [à Divinis Officiis] quia interdicti etiam ob alienam culpam non poſſunt intereſſe ſacro, neque quando cantatur in Choro Divinum Officium. Clerici verò, & Religioſi, quando ipſi non ſunt interdicti poſſunt Miſſas, & Divina Officia celebrare; ſed januis clauſis, non pulſatis campanis (niſi ad concionem, Salutationem Angelicam, vel obitum alicujus] ſubmiſſa voce, & excluſis interdictis. Permittitur tamen, ut in Feſtis Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis, per Octavam Corporis Chriſti, & in die Conceptionis Beatæ Virginis Divina Officia cantentur ſolemniter, admiſſis etiam interdictis; modò qui cauſam interdicto dederunt, non appropinquent Altari, neque ad Offertorium veniant, nec ad communionem. c. cit. *Alma mater.*

6 Dixi (à ſepultura Eccleſiaſtica] Nam tertius effectus interdicti eſt privatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, etiam reſpectu infantium, & amentium: Clerici autem, ſi ipſi nominatim non ſint interdicti, nec interdictum violarunt, poſſũt in loco ſacro ſepeliri, etiam ſpecialiter interdicto, modò hoc fiat ſine ſolemnitate, & ſine ſono campanæ: & poteſt ſupra cadaver dici Miſſa, & recitari Officium januis clauſis, & voce ſubmiſſa. Nomine autem Clericorum, intelliguntur non ſolùm Clerici initiati prima tonſura, vel aliquo Ordine, ſed etiam Religioſi, & Moniales, etiam Novitii. Nam Religioſi in favorabilibus veniunt nomine Clericorum. Doctores communiter, & in *c.cit. Alma.*

7 Triplex eſt autem interdictum, ſcilicet locale, quòd immediatè afficit perſonas; & mixtum, quòd immediatè afficit locum, & ejus incolas. Interdictũ tam locale, quàm perſonale ſubdividitur in generale, & particulare. Generalis eſt, quò locus generalis, v.g. Civitas, Provincia, vel Communitas interdicitur. Particulare, quod locus, aut perſona particularis, aut perticulares interdicuntur. Interdictum autem locale, perſonale ſic inter ſe ſunt diverſa, ut interdicto loco non cenſeatur interdictus populus; & interdicta perſona non cenſeatur interdictus locus. Eſt enim de odioſis, & unum non extenditur ad aliud.

Interdicta autem Civitate, intelliguntur etiam Suburbia interdicta; & interdicta Parochia, etiam interdicitur Sacellum, vel Cœmeterium contiguum; acceſſorium enim ſequitur naturã principalis. Interdicto autem populo, non interdicuntur hi, qui non ſunt pars populi, ut Studentes, Clerici, Pellegrini, &c. Et interdicti Clerici, non interdicuntur Religioſi; quia in favorabilibus tantùm Religioſi comprehenduntur nomine Clerici, non in odioſis.

8 Laici violando interdictum locale generale, vel ſpeciale peccant mortaliter, quia faciunt contra prohibitionem cen-

cenſuræ in re gravi; nullam tamen incurrunt pœnam præcisè ob violationem interdicti, quia non eſt in jure expreſſa. Nav. *c.*27.*n.*104. Sayr. *lib.*5. *c.*14. *nu* 14. & alii apud Bon *de interd. diſp.*5. *p.*7. *n.*1. *&* 2.

Clerici verò tam ſæculares, quàm Regulàres violantes interdictum tam locale, quàm perſonale, tam generale, quàm ſpeciale, peccant mortaliter ex genere ſuo, & inſuper incurrunt irregularitatem, ſi illud violant] per exercitiū alicujus Ordinis Sacri. *c. is cui de ſent. excom. in* 6. *&* *c.*1. *de ſent. & re judic.* Et præter irregularitatem incurrunt ſuſpenſionem ab officio, *c. tanta de exceſ. Pral.* Ac etiam incurrunt Clerici violantes interdictum locale ſaltim generale interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ. *cap Epiſcoporum de privil.* Sotus, Sil. Caic. Avil. & alii relati à Bon. *l.c. nu.*4. ubi addit poſſe etiam privari per ſententiam, beneficiis, aliiſque pœnis affici.

10. Religioſi quoque in hoc comprehenduntur; imo iſti non ſervantes interdictum locale generale, quando ſervatur ab Eccelſia Cathedrali, ſeu Matrice, ſeu Parochiali, impoſita eſt ipſo facto excommunicatio, etiam ſi re ipſa interdictum ſit nullum. *Clem.*1. *de ſentent. excom.*

Dixi ſupra [Ordinis Sacri] quia ſi Clerici illud violant per exercitium ordinum minorum, non peccant mortaliter, neque ullam pœnam incurrunt; hæc enim non cenſetur materia gravis. Suarez, Reginal. Avil. & alii recentiores cōtra Fill. & Alter. pro quibus omnibus intelligendis.

11. Adverte interdictum tripliciter poſſe à Clericis violari. Primo dum Clericus interdictus exercet functionē ordinum, conferendo Sacramenta. Secundo dum ipſe non eſt interdictus, ſed Sacramenta confert interdicto, in loco interdicto. Tertio dum nec ipſe, neque locus eſt interdictus, ſed Sacramenta cōfert interdicto. In primis duobus modis incurritur irregularitas. In tertio verò probabile eſt non incurri, quia hic caſus non eſt in jure expreſſus, & irregularitas non incurritur, niſi in caſibus expreſſis. Alter. *diſp.*9. *c.*1. & alii Doctores. Ex quibus.

12. Inferes primo Subdiaconum canentem Epiſtolam ſolemniter tempore interdicti In loco ſacro fieri irregularem; & idem dic de Diacono canente Evangelium. Communiter Doctores.

13. Inferes II. Sacerdotem celebrātem in loco interdicto, aut Sacramenta miniſtrando, quæ tempore interdicti non permittuntur, aut aſpergendo Populum in initio Miſſæ; aut benedicendo Calices, paramenta, vel candelas in die Purificationis, aut olivas in die Palmarum fieri irregularem. Doctores communiter.

14. Inferes III. Epiſcopum fieri irregularem ſi celebret in loco à ſe interdicto, ſi prius illud non tollat antequam celebret; quia non poteſt tollere effectus interdicti, à jure poſitos. Eſt communis.

15. Inferes IV. Clericum ſepeliens in loco interdicto ſine divinis officiis, non fieri irregularem; quia non violat interdictum per exercitium Ordinis Sacri; ſecùs ſi ſepeliat cum Miſſa, & divinis officiis. Eſt communis.

16. Inferes V. Sacerdotem non fieri irregularem qui tempore interdicti pulſat campanas ad convocandum po-

Digitized by Google

[illegible] ad Miſſam, ſed poſtea non celebrat; quia non violat interdictum per exercitium Ordinis Sacri, ſed tantum per ſonum campanarum, licet mortaliter peccet. Suarez. Alt. Henriq. contra Filluc.

17. Inferes VI, quod ſi Clericus interdictus recipit Sacramenta, non incurrit irregularitatem, quia in receptione Sacramenti non exercet ordines. Suar. Fill. & Alterius.

18. Inferes VII. quod ſi Sacerdos aſſiſtit matrimonio, aut privatim baptizat, non ſit irregularis, quia hic non eſt actus Ordinis Sacri; ſi autem benedicit ſponſos, aut ſupplet ſolemnitates baptiſmi incurrit irregularitatem. Doctores citati.

19. Quia vero In jure adſunt aliquæ cauſæ per quas incurritur interdictum; & hoc ſit multiplex; ideo ad plenam intelligentiam breviter explicabo; primo quando incurritur interdictum locale; ſecundo quando perſonale generale; & tertio quando perſonale ſpeciale.

20. Primo incurritur interdictum locale; quando Dominus Regni, vel alterius loci impedit ne Legatus, vel Nūcius Pontificis ſuo officio fungatur; in quo caſu loca ipſius impedientis ſubjacent interdicto, ut habetur in *Eſtravag. ſuper gentes de conſuetudine*:

Secundo quando Dominus alicujus Civitatis, vel Terræ percutit injurioſè Epiſcopum, aut capit, aut bannit, vel mandat hæc fieri, vel dat conſilium, vel detinens invitum; aut inſequitur Cardinales, vel inſequentibus conſilium, vel favorem præbet, vel non punit intra menſem ſi poteſt. *Clement. de pœn. & cap. felicis de pœnis in 6.* Excipitur ab hoc Civitas Romæ *ex eod. ſel. & pæn. in 6.*

Tertio quando Dominus, vel Recto Civitatis in qua oritur Papa, non præſtat præſcripta in *cap. ubi periculum de elect. in 6,*

Quarto. Dum Epiſcopus, vel alii Eccleſiaſtici permanent per menſem in excommunicatione, vel ſuſpenſione ob culpam, quam admiſerunt in concedendis domibus uſurariis manifeſtis ad fœnus exercendum; omnes enim iſtorum Terræ poſt menſem ſubiiciuntur interdicto, quamdiu uſurarii commorantur ibi. *cap. 1. de Uſuris in 6.* & ob eamdem cauſam incurrunt interdictum perſonale Univerſitates, quæ alienigenis uſurariis concedunt habitationem in ſuis terris.

Quinto. Quando Clerici Regulares, vel ſeculares inducunt aliquem ad vovendum, vel promittendum, ut in eorū Eccleſia eligat ſepulturam, vel ſemel electam, non immutet; ſi deinde in eorum Eccleſiam præſumpſerint hunc ſepelire: tunc enim eorum Eccleſiæ, & cæmeteria ſunt ipſo facto interdicta, niſi intra decem dies Eccleſiæ, in qua ille de jure erat ſepeliendus, reſtituantur omnia quæ occaſione ſepulturæ acceperunt; etiam ſi non petantur, ac etiam ipſum cadaver ſi petatur; & hoc interdictum durat donec fiat completa reſtitutio dictorum omnium *cap. 1. de ſepul. in 6.*

Circa autem omnes hos caſus dictos, in quib. incurritur interdictū locale, obſerva non eſſe obligationem ſervandi hujuſmodi interdictum, ante denunciationem. Suarez. *ſect. 3. in fin.* Coninch. *diſp. 17. d. 5. in fin.*

21. Interdictum autem perſonale generale incurritur. I. quando Univer-

ſi-

ſitas concedit repreſalias, vel pignorationes contra perſonas Eccleſiaſticas, vel eorum bona, & quando his conceſſis ab aliis non revocat conceſſionem intra menſem; tunc prædicta Univerſitas incidit in interdictum. *cap. unic. de Injuriis.*

II. Quando Univerſitates, vel Capitula, vel Collegia appellant à ſententiis Summi Pontificis ad futurum Concilium Generale, & eidem interdicto, ſubjacent qui præbent conſilium, & favorem, ut habetur in Bulla Cœnæ.

III. Quando Capitulum Sede Vacante concedit intra annum literas dimiſſoriales alicui: juxta præſcriptum Conc. Trid. *ſeſſ.7.c.8.*

IV. Capitulum, & Univerſitas, quando non obſervat conſtitutionem Ioann. 22. circa fructus Beneficiorum vacantium. *Extrav. unic. de Sede Vacante.*

22. Interdictum denique perſonale ſpeciale ab ingreſſu Eccleſiæ incurritur I. quando quis recipit Abbatiam, vel aliam dignitatem de manu laici, *cap. ſi quis deinceps 16.q.7.*

II. Quando Prælati aliquid ſibi uſurpant ex redditibus dignitatis vacantis, aut Eccleſiarum ſibi ſubditarum in idem interdictum uſque ad factam reſtitutionem incidunt. *cap. præſen. de off. ord. in 6.* remanet etiam interdictus Abbas, vel Epiſcopus qui non ſervat *extrav. Ambitiosè*, in alienatione bonorũ Eccleſiæ.

III. Quando Sacerdos præſumit admictere interdictum, vel excommunicatum notorium ad divina officia, vel Eccleſiaſtica Sacramenta, vel Eccleſiaſticam ſepulturam. *cap. Epiſc. de privileg. in 6.*

IV. Quando quis inferior Epiſcopo fert cenſuram ſine ſcriptura, vel ſine competente monitione, vel abſque expreſſione cauſæ *cap.1. de ſent. excomm. in 6.*

V. Quando Epiſcopus in Viſitatione aliquid accipit, quòd ſibi non debetur, niſi intra duos menſes reſtituat duplum. Trid. *ſeſſ.24.c.3.*

VI. Violans interdictum locale ſaltem generale. *cap. Epiſcoporum de privil. in 6.*

VII. Prælati edentes commentaria in Tridentinum, ut habet Pius IV. in Bulla confirmationis. Tridentini.

VIII. Cardinales, & Prælati recipientes Beneficia, vel penſiones cum ſimonia confidentiali; ut habet Pius IV. in Bulla 85 quæ incipit; Romanum Põtificem.

IX. Metropolitanus non deferens intra tres menſes per literas, vel Nuncium Summo Pontifici ſuffraganeum ultrà annum non reſidentem, idem dic de ſuffraganeo non deferente Metropolitanum. Trid. *ſeſſ.6. c.1.* verſu creſcente vero. His habitis tamquam neceſſariis.

23. Reſpondeo ad dubium propoſitum, quòd Epiſcopus poteſt abſolvere ab interdicto locali poſito à jure.

Ratio eſt, quia Epiſcopus diſpenſare poteſt in his, quæ non ſunt reſervata, ſed interdictum locale juris non eſt reſervatum; ergo &c.

Dixi (ab interdicto locali) Nam à perſonali non poteſt, niſi ſit occultum; & hoc virtute privilegii conceſſi à Trid. *ſeſſ.24.c.6.*

Dixi (poſito à jure) quia ab interdicto lato à Pontifice, tamquam ab homine non poteſt; inferior enim non habet

Digitized by Google

juriſdictionem in ſuperiorem.

DUBIUM XXI.

An Epiſcopus poteſt irregularitates ferre; & in quibus diſpenſare poſſit?

1. Licet ſupra quaſi obiter egi de irregularitatibus, in quibus poteſt Epiſcopus vigore Conc. Trid. diſpenſare, ut plenius omnia illa intelligantur prolixius eſt agendum.

Suppono pro intelligentia dicendorum, quod irregularitas nil aliud eſt, quā Canonicum impedimentum, ex facto, vel defectu proveniens, impediens ſuſceptionem ordinum Eccleſiaſticorum, & uſum ſuſceptorum. Duplex eſt autem irregularitas; una dicitur ex defectu, vel indecentia, quæ eſt, abſque culpa; alia dicitur ex delicto; prima habet multas ſpecies. prima dicitur ex defectu animæ, ſecunda ex defectu corporis; tertia, ex defectu natalium; quarta ex defectu ætatis, & libertatis; quinta ex defectu Sacramenti; ſexta ex defectu lenitatis, ſcilicet ex homicidio licitè patrato. Secūda etiam habet plures ſpecies; prima dicitur ex iteratione baptiſmi; ſecunda ex indebita ſuſceptione Ordinum, vel eorum uſu; Tertia ex actu infidelitatis, aut hæreſis; Quarta ex infamia; Quinta ex homicidio illicitè patrato; de quibus omnibus hic ſiggillatim agemus.

2. Ut autem prius ſatisfaciam ad id quòd prius eſt in quæſito. Reſpondeo, quod Epiſcopus non poteſt ferre irregularitates. Ratio eſt; quia poteſtas ferendi irregularitatem ad eum pertinet qui poteſt jus commune canonicum cōcedere. c. 15. *de ſent. exc.* At Epiſcopi non poſſunt condere jus commune canonicum; hæc enim poteſtas habet ſolus Pontifex; ergo &c.

3. Ipſi autem Epiſcopi ligantur (ſicuti & Cardinales) irregularitatibus in jure communi expreſſis; ſubiiciuntur enim juri communi, etiam ſi expreſsè nō fiat mentio ipſorum; licet non incurrāt ſuſpenſionis, & interdicti cenſuram niſi exprimantur. *cap. periculoſum de ſent. excomm.*

Nunc autem ut ad id, quod ſecundo in titulo ſatisfaciam plenius, gradatim de omnibus recenſitis irregularitatibus eſt dicendum; & primo ex provenientibus ex defectu.

§. I.

Quid de irregularitate ex defectu animæ?

4. Prima irregularitas eſt, quæ provenit ex defectu animæ; quæ triplex eſt, ſcilicet ex defectu uſu rationis, litteraturæ; & fidei.

Defectu primæ irregularitatis carentes omnino uſu rationis, quales ſunt Amentes, non ſolum ſunt irregulares jure humano, ſed Divino, & naturaliter ſunt inepti ad ordines ſuſcipiendos; quia nō poſſunt illos exercere. Doctores communiter.

Defectu ſecundæ; illitterati qui numquam Grammaticam audierunt ſunt irregulares jure naturali; jus enim naturale dictat non eſſe admittendos ad aliquod munus eos, qui neſciunt illud exercere; & iſti non poſſunt diſpenſari neque à Papa ad ordines ſuſcipiendos; nam Papa non poteſt diſpenſare in jure naturali. Licet poſſit quatenus hoc impedi-

Digitized by Google

pedimentum eſt inductum jure humano ut ait Suarez *diſp. 51. ſect. 1. n. 2.*

5. Si autem quæras, quænam ſcientia requiritur ad ſuſcipiendos ordines? Reſpondeo. Ad primam Touſuram requiri, ut initiandus calleat rudimenta fidei, & ſciat leggere, & ſcribere. Ad ordines minores, ut ſciat linguam latinam. Ad Subdiaconatum, & Diaconatum, ut ſit inſtructus in ea quæ pertinent ad eos ordines exercendos. Ad Præsbyteratũ, ut eam ſcientiam habeat, qua poſſit populum docere, & Sacramenta adminiſtrare.. Ad Epiſcopatum, ut ſit Doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel in jure canonico, vel ut teſtimonio publico conſtet ipſum eſſe aptum ad alios docendos, ita colligitur ex Trid *ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 23, c. 4. 11. 13. & 14.*

Defectu tertiæ; Neophiti [qui illi dicuntur qui ex lege Iudaica, Maumeticha, vel Ethuica ſunt recenter converſi in adulta ætate ad Chriſtianam Fidem] ſunt irregulares. Ita colligitur *ex diſt. 48 c. 1. & 2.* & hæc irregularitas eſt inducta ab Eccleſia, ne in ſuperbiam elati incidant in laqueum Diaboli.

6. Certum eſt; ergo in primo, & ſecuneo defectu animæ Epiſcopum non poſſe diſpenſare; neque etiam in tertio; quia ad ipſum non pertinet diſpenſare in irregularitate proveniẽte ex defectu, ſed ad ſolum Papam, ut habet communis: Poteſt tamen Epiſcopus promovere ad Sacros Ordines eum quem poſt aliquam temporis dilationem, à die ſuſcepti baptiſmi judicat habilem, & idoneum ad ordines; tunc enim non diſpẽſat in irregularitate; ſed declarat irregularitatem ceſſaſſe; jura enim certũm tẽpus non præſcribunt, ſed hoc relinquunt judicio viri prudentis.

§. II.

Quid de irrgularitate ex defectu corporis?

7. Habentes certos corporis defectus ſunt irregulares, quamdiù cum his defectibus non poſſunt exercere ordines; quales ſunt, verbi gratia, qui habet naſum amputatum, quæ gignit maximam deformitatem; qui ſũt monoculi, qui habent membra mutilata, qui habent manus immobiles, vel adeo tremulas, ut ſit periculum effundendi ſanguinem; qui habent unum oculum grandiorem, ſeu groſſiorem altero; vel utrumque prominentem, ita ut inducat magnam deformitatem, qui habent naſum diſtortum, vel ita magnum, ut deformitatem pariat; qui habent labia corroſa penitùs, vel abſciſſa, qui nodum linguæ ita patitur, ut verbum integrũ vix poſſit exprimere; qui eſt ſurdus utraque aure, ut nullo modo poſſit audire, qui eſt monſtruoſus, ſcilicet habens duo capita, vel quatuor manus, aut vultum, ita fætidum, ut ipſum intuentibus horrorem incutiat, vel riſum; qui eſt hermaphroditus, ſcilicet particeps maſculini, & fœminei ſexus; qui caret aliquo pede; qui caret indice, vel pollice quibus frangitur, & elevatur hoſtia; qui laborat debilitate digitorum, ut hæc præſtere nequeat; qui febre continua laborat, ſecus ſi febris ſit quartana, aut levis febricula, ut non impudiat Miſſæ celebrationem. Qui gravi dolore capitis eſt correptus, quãdiù periculum ſubit celebrando. Qui morbo gallico laborat, qui apdareat foris, & horrorem generat, & ſcandalum; Qui laborat lepra, aut multa ſcabie inducendo deformitatem, aut impedien-

te uſum manuum, quamdiù illa durat; qui laborat peſte propter periculum infectionis aliorum; qui laborat tuſſi, quæ habeat periculum conjunctum in Eucha. riſtia ſuſcipienda donec iſta durat; qui laborat morbo caduco; qui ſunt amentes, vel furioſi habitualiter; qui ſunt, vel fuerunt Demoniaci, etiam ſi poſtea ſint liberati, niſi poſt ſpatium unius anni à liberatione accedente Epiſcopi diſpenſatione, qui ſe ſimularunt Demoniaci, licet revera non erant; qui ſunt abſtemii, eo quod vinum non bibat, vel illud evomant, vel alio modo vomitum patiuntur; qui ſibi virilia amputavit ratione cantus; non autem qui ob infirmitatem, vel ob ſanitatem recuperandam, ea ſibi curavit abſcindi, & denique omnia illa quæ deformitatem, & indecentiam, ac defectum corporis judicio prudentis dicunt, & repræſentaſit.

8. In iſta autem irregularitate ex defectu corporis, vel ex deformitate, vel infirmitate, pertinet diſpenſare ad Summum Pontificem; ut habet communis contra Silveſt. & alios. Ad Epiſcopum autem pertinet judicare, & decernere, num defectus, vel deformitas, vel infirmitas irregularitatem inducat, *cap. 2. de corpore vitiato*.

§. III.

Quid de Irregularitate orta ex defectu Natalium.

9 Ille dicitur irregularis ex defectu Natalium qui eſt illegitimus natus; appellatur autem illegitimus, qui non eſt ortus ex legitimo matrimonio. Unde ſi natus eſt ex Meretrice, appellatur MANZER; ſi ex ſoluto, & Concubina domi retenta appellatur FILIUS NATURALIS. Si ex adultero, & ſoluta appellatur NOTHUS. Si ex coito damnato, v.g. ex ſtupro, vel raptu, vel ſacrilegio, vel inceſtu, vel ex fœmina conjugata vocatur SPURIUS.

10 Tribus autem modis poteſt auferri hæc irregularitas proveniens ex defectu natalium; primò per legitimationem; unde legitimatus à Pontifice eſt habilis ad Ordines, ad beneficie, ad dignitates, & omnia alia, ad quæ ſe extendit poteſtas legitimantis, quatenus fieri poteſt abſque alterius præjudicio, *cap. Venerabilium*.

11. Non eſt autem idem legitimatio, & diſpenſatio; per primam enim illegitimus fit habilis ad omnia, ac ſi revera eſſet legitimus; per ſecundam verò efficitur tantùm habilis ad certum aliquem actum, juxta diſpenſationis verba.

12 Legitimati verò ab Imperatore, vel à Comite Palatino, vel alio Principe, non ſunt habiles ad Beneficia, vel Ordines, ſed tantum quò ad honores ſeculares, & ſecularia officia; ſeculares enim non habent auctoritatem circa dignitates Eccleſiaſticas, benè verò, quantùm ad honores ſeculares.

13 Secundò poteſt tolli per profeſſionem. Unde illegitimus per profeſſionem in aliqua Religione fit habilis ad Ordines, non autem ad Prælaturam, ſive ſit Religioſus, ſive Monialis. In Religione autem Prædicatorum illegitimi diſpenſantur ad Prælaturas per Magiſtrum Generalem, vel per Capitulum Generale.

14 Tertiò per diſpenſationem; ſicuti enim irregularitas eſt inducta per Superiorem; ita ab illo poteſt auferri per diſpenſationem; diſpenſatus autem ad cer-

cer-

Digitized by Google

certum Ordinem, non videtur diſpenſatus ad Ordinem ſuperiorem; ſimiliter diſpenſatus ad Beneficium ſimplicem, non videtur diſpenſatus ad Beneficium curatum; & diſpenſatus ad dignitates Eccleſiaſticas non eſt diſpenſatus ad Epiſcopatum; cum enim diſpenſatio ſit odium juris, ſtrictè eſt accipienda. Covar. *p.*2.*c.*8.§.8. Majol. *l.*1.*c.*8. Sanch. *in oper. moral. l.*5.*c.*5.*n.*16. Fill. *num.*151. Reg. *n.*75. & alii.

15 Epiſcopi autem poſſunt diſpenſare illegitimos ad ſuſcipiendos Ordines minores, & ad unum beneficium ſimplex non requirens Ordinem ſacrū, non autem ad Ordines majores, & ad dignitatem, & ad beneficinm curatum. *c.*1. *de filiis Presbyterorum in* 6. Ugol. *c.*44.§.2. Suarez *de cenſ. diſp.*50. *ſect.*5. *num.*2. & 6. Fill. *n.*152. Sayr. *c.*11. *n* 6. Bon. *de irregularitate diſp.*7. *q.*2. *p.*4. *num.*15. & alii.

16 Diſſidium autem eſt inter Doctores, ſi Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper illegitimitate proveniente ex delicto occulto. Aliqui tenent poſſe. Nam in Conc. Trid. *ſeſſ.*24. *c.*6. conceditur Epiſcopis facultas diſpenſandi in irregularitatibus provenietibus ex delicto occulto. Avil. *diſp.*3. *d.*7.

Alii verò docent verius non poſſe diſpenſare in hac irregularitate ad majores Ordines; quia hæc irregularitas connumeratur communiter à Doctoribus inter irregularitates ex defectu; Tridentinum autem non conceſſit facultatem Epiſcopis diſpenſandi in irregularitatibus provenientibus ex defectu, ſed tantùm ex delicto occulto. Navarr. *c.*27. *num.*194. Ugol. *l. c.* §.2. *nu.*4. Suarez *cit. ſect.*5. *num.*5. Bon. *loc. cit. n.*15. *ad finem.*

§. IV.

Quid de irregularitate ex defectu ætatis, & libertatis.

17 Ille dicitur irregularis ex defectu ætatis qui non habet ætatem requiſitam ad ſuſcipiendos ſacros Ordines à ſacris Conciliis præſcriptā; ceſſat tamen iſte defectus termino ætatis adveniente; & lata eſt ſuſpenſio cōtre eos, qui præſumunt accipere ſacros Ordines ante legitimam ætatem; & iſti exercentes functiones Ordinis ſacri, novo titulo fiunt irregulares ob violationem ſuſpenſionis per exercitium Ordinis ſacri, ut communiter docent Doctores.

18 Iſte autem defectus ceſſat, Pontifice diſpenſante, vel adveniente ætate; Epiſcopi autem non poſſunt in hoc diſpenſare, ut habet communis.

Defectus autem libertatis inducit irregularitatem in his caſibus.

I In Conjugatis, *c. uxoratus de conjunctione conjugatorum.*

II. In Mancipiis, & ſervis quamdiù ſunt ſervi. Unde Epiſcopus, qui ordinat ſervum ſcienter ſine conſenſu Domini, peccat mortaliter, & tenetur ſatisfacere Domino, reſtituendo illi pretium duplicatum, aut duos ſervos. *c. ſi ſervus abſente Domino, diſt.*45.

Dixi ſcienter. Nam ſi Epiſcopus bona fide promovet ſervum ad ſacros Ordines, tunc ad ſatisfactionem faciendā obligantur illi, qui culpabiliter cooperati fuerunt tali ordinationi, ut habetur in *cit. c. ſervus.* Si vero illi carent culpa, tunc tenetur ordinatus ad talem ſatisfactionem, vel ſaltem ad ſubſtituendum pro ſe alium; *c. ex antiquis, diſt.*45. Et

ſi

ſi ipſe ſervus non poteſt præſtare talẽ ſatisfactionem, denuò redigitur in ſervitutem, remanet irregularis, & caret privilegio Clericali, modò Dominus infra annum illum repetat à die ſciẽtię, & modò ordinatus ſit promotus ad Subdiaconatum, vel Diaconatum; ſi autem ad Presbyteratum non redigitur in ſervitutem, ſed cogendus eſt ſatisfacere eo modo, quo poteſt. *c.ex antiquis, & c.frequens diſt.*54.

III. In obligatis ad ratiocinia, donec reddant ratiocinium, vel ſi ratiocinia ſint ratione publicæ adminiſtrationis, ut ſunt Theſaurarii, Depoſitarii æris publici. Item Advocati, Magiſtratus, Judices, &c. vel ſi ratiocinia ſint privata, ut ſunt Curatores, Procuratores, &c.

IV. In Curialibus, qui inſerviunt ex obligatione Curiis Principum ſecularium, uti ſunt Judices, Advocati, Milites, quandiù non ſunt liberati ab illa obligatione.

Dixi (Curiis ſecularium] Nam non arcentur ab Ordinibus, qui inſerviunt Curiæ Epiſcopali.

§. V.

Quid de irregularitate ex defectu Sacramenti.

19 IRregularitas ex defectu Sacramenti proveniẽs eſt Bigamia, quæ nil aliud eſt, quàm irregularitas quædam conſurgens ex duplici, vel multiplici matrimonio, contracto, & conſummato.

Eſt autem triplex, ſcilicet Vera, Interpretativa, & Similitudinaria. Prima eſt quando quis verè duas, vel plures uxores legitimè duxit, & carnaliter cognovit. Secunda eſt quando quis reverà non contraxit cum duabus, ſed ſecundum interpretationem juris cenſetur contraxiſſe; & hoc multis modis poteſt accidere; primò, quando quis jam conjugatus, de novo cum alia cõtraxit, & habet copulam cum ea; vel quando unam uxorem legitimam habuit, & poſtea aliam invalidè ducit cũ impedimento dirimente ſecuta copula. Secundo quando quis contrahit vel cum Vidua, quæ conſummaverat matrimonium cum priori Viro, vel cum alia, quæ fuerat carnaliter cognita. *cap. maritum diſt.*32. & *c.curandum diſt.*24. Tertio quando quis contraxit cum Virgine, & eam cognovit, poſtquam ipſa adulterata eſt cum alio, ſive volens adulterata eſt, ſive per vim, aut metum, *c.ſi cuius, & c.ſi laici diſt.*34.

Tertia eſt, quando quis poſt votum ſolemne caſtitatis matrimonium celebrat cum aliqua, vel Virgine, vel corrupta, & eam carnaliter cognoſcit, *c. quotquot, diſt.*27.*q.*1. & *cap. nuper de Bigamis.*

20 In ſequentibus ergo caſibus dicùntur Bigami, & irregulares. I. Qui vivente, vel mortua prima uxore cognita, ſecundam cognoſcit, etiam ſi matrimonium ſit invalidum. II. Qui ducit, & cognoſcit Viduam non Virginẽ. III Qui ducit uxorẽ prius ab alio corruptam, & cognoſcit; non tamen ſi ipſemet ipſe ante corrupit, quia tunc nõ eſt diviſio carnis in plures. IV. Qui propriam uxorem cognoſcit poſtquam ipſa adulterata eſt cum alio. V. Qui poſt votum ſolemne contrahit, & conſumat etiam cum Virgine, nec refert quod invalidè contrahat; quia quantum

tum eſt in ipſo ponitur effectus à parte rei.

21 Quæres. Quare multiplicatæ fornicationes ex parte viri, non inducunt irregularitatem; una verò ex parte mulieris inducit irregularitatem?

Reſp.hoc eſſe. Tum quia defectus Virginitatis in Sponſa arguit majorem indecentiam, quàm in Viro; ignominioſum enim eſt ducere fœminam cognitam ab alio fornicariè. Tum etiam quia motus ſpecificatur à termino ad quem, non à quo; ita etiam matrimonium non ſpecificatur à Viro, ſed à muliere, cujus caro ſæpius diviſa eſt. Unde ſi fœmina eſſet capax Ordinum, etiam fieret Bigama ducendo Virum fornicarium. Eſt communis.

22 In quacumque Bigamia poteſt Papa diſpenſare, quia in his, quæ ſunt à jure humano appoſita poteſt Papa diſpenſare; Bigamia autem eſt de jure humano, & conſequenter, &c.

23 Epiſcopi autem in Bigamia vera, vel interpretativa non poſſunt diſpenſare, non ſolùm ad Ordines Sacros, vel uſum eorum, ſed neque ad Ordines Minores, vel ad primam Tonſuram, vel ad Beneficium ſimplex, quia Epiſcopus non poteſt diſpenſare in jure communi, niſi quatenus illi conceditur à Sede Apoſtolica; Bigamia vero, vera vel interpretativa eſt de jure communi: poſſunt tamen diſpenſare in bigamia ſimilitudinaria, cum eo verbi gratia, qui contraxit cum Virgine, jure ſibi hoc concedente. *c.1.qui Clerici, vel voventes*, ut docet Bonac. *loc. cit.* qui refert in hac ſententia undecim Doctores,

§. VII.

Quid de Irregularitate ex Infamia?

24. Infamia eſt opinio publica prava de vita, & moribus alicujus; & duplex eſt, alia dicitur juris, alia facti; juris eſt illa, quæ conſurgit quando committitur delictum, cui impoſita eſt à jure canonico, vel civili pœna infamiæ, quale delictum eſt Apoſtaſia à fide, raptus mulierum, perjurium in judicio, ſimonia, ſodomia, hæreſis, ejuſque favor, crimen læſæ majeſtatis, hoſtilis perſecutio Cardinalium, exactio uſurarum, duellum, pugna bublica cum fœris, matrimonium actuale cum duabus mulieribus, lenocinium, proſtitutio propriæ filiæ, vel neptis, matrimonium cum meretrice, vel repudiata. *c. infames 6.q.1.*

25 Infamia facti eſt illa, quæ contingit ex delicto, quando ſcilicet patratur delictum, quod apud graves cēſetur infame, quod delictum debet eſſe publicum, ſeu notum majori parti viciniæ.

26 Infamia juris facit hominem irregularem, & inhabilem ad Ordines ſuſcipiendos, & exercendos ſuſceptos. *c. infames 2.p.q.1.cauſ.6.*

27. Infamia facti proveniens ex delicto facit hominem irregularem, & inhabilem ad recipiendos ordines, quādiù delinquens non fuerit emendatus; quia per emendationē aufertur infamia facti, ac etiam irregularitas ex illa proveniens, ceſſat enim effectus cauſa ceſſante; poteſt tamen infamis, infamia facti ordines ſuſceptos exercere, niſi crimen tale ſit, ut etiam impediat uſum ordinis ſuſcepti, & inducat peculiarem ir- cer-

Digitized by Google

34 Item non eſt irregularis qui recipit Ordines per ſaltum, ſed tamen eſt ſuſpenſus [ſit autem talis irregularis, ſi poſt ſuſceptionem Ordinis perſaltum in eo miniſtret; violans enim ſuſpenſionem per uſum Ordinis incurrit irregularitatem] ſicuti etiam eſt ſuſpenſus, qui furtivè, ideſt Epiſcopo neſciente, neque approbante, nec examinante recipit Ordines, *c.1.de eo. qui furtivè*.

35 Incurrit autem irregularitatem, vel potius ſuſpenſionem, qui eodem die inſcio, & non advertente Epiſcopo, recipit minores Ordines cum Subdiaconatu, vel ultimum minorum cum Subdiaconato, vel duos Ordines ſacros, ut patet ex *c.2.3.de eo, qui Ordinem furtivè ſuſcipit*. Non autem incurrit ſi eodē die Ordines omnes minores, & primam tonſuram ſuſcipit; quia hæc non eſt in jure expreſſa.

36 Incurrit etiam irregularitatem vir conjugatus recipiens Ordinem ſacrum, ut patet ex *extrav. antiquæ cunoertationi, de voto, & voti redemptione*.

37 Incurrit quoque irregularitatem, vel ſaltim ſuſpenſionem, qui Ordines ſacros recipit ab Epiſcopo, qui renunciavit dignitati, etiam ſi recipiens fortè ob ignorantiam non peccaverit; ille autem Epiſcopus renunciavit dignitati, qui renunciat juriſdictionem, & executionem Ordinis Epiſcopalis, *cap.1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit*.

38 Epiſcopus autem poteſt diſpenſare in irregularitate contracta ab eo, qui duos Ordines ſacros, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcipit, quando delictum eſt occultum, ex Trid. *ſeſſ.24 c.6.* Si verò delictum ſit publicum, diſpenſatio pertinet ad Papam; cum Epiſcopus non poſſit diſpenſare in jure communi: eodem modo poteſt Epiſcopus diſpenſare in recipiēte Ordines per ſaltum, & in eo, qui furtivè recipit, dummodò delictum ſit occultum.

39 Communiter tamen hoc tempore conſueverunt Epiſcopi imponere excommunicationem his, qui furtivè ſe ingerunt ordinationi; & conſequenter iſta irregularitas, regulariter loquendo, eſt reſervata Papæ, ut patet in *c.veniēs 1.de eo, qui furtivè recipit Ordines*. Ubi datur Epiſcopis facultas diſpenſandi cum eo, qui furtivè accepit Diaconatum, ut ad Sacerdotium promoveatur.

Poteſt etiam proprius Epiſcopus diſpenſare in recipiente Ordines ab Epiſcopo, qui renunciavit dignitati, ſi ordinatus probabiliter ignoravit renunciationem: *c.1.de ordinatis ab Epiſ. qui renunciavit Epiſcopatui*.

§. IX.

Quid de irregularitate contracta pe exercitium Ordinum tempore cenſuræ.

40 Tempore cenſuræ, puta excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti nullus Clericus poteſt exercere ſolemnitèr, vel ex officio actus majoris Ordinis, etiam ſi cenſuratus ſit occultus, & toleratus, & exercendo incurrit irregularitatem, niſi excuſetur ratione neceſſitatis, vel ſcandali vitandi, vel ignorantiæ, vel inadvertentiæ, vel oblivionis; ſicuti enim excuſatur à peccato mortali, ita ab irregularitate, quæ eſt pœna gravis, & ſupponit peccatum mortale, ut eſt communis inter Doctores. In ſequentibus ergo caſibus Cleri-

cus exercendo] Ordines Sacros tempore cenſuræ incurrit irregularitatem.

I. Canendo in choro tamquam hebdommodarius, hoc enim modo ſolum canitur ab initiatis maioribus ordinibus; ſi verò non canit ut hebdommodarius, ſed ſine Dominus vobiſcum non incurrit irregularitatem; hoc enim modo etiam à Monialibus canitur. Doctores communiter.

II. Canẽdo Epiſtolã ſolemniter, ideſt cum Manipolo ſi ſit Subdiaconus, vel Euangelium cum Stola, ſi ſit Diaconus: ſi autem Suddiaconus ſine Manipulo, & Diaconus ſine Stola cantant, non incurrunt irregularitatẽ; tunc enim non cenſentur exercere Ordinem Sacrum, ſed officium Cantoris.

III. Solemniter baptizando [non autem privatè] aut conſecrando aquam, aut aſpergendo fideles, aut benedicendo cum debita ſolemnitate, fruges, cereos, & ſimilia, quia iſti ſunt actus Ordinis Sacri.

IV. Abſolvendo Sacramentaliter etiam occultè, quia hic actus ſoli Sacerdoti competit.

V. Benedicendo ſponſos, vel miniſtrando Euchariſtiam; hi enim ſunt actus Ordinis Sacri; ſecus dic de Sacerdote excommunicato aſſiſtente Matrimonio; quia illa aſſiſtentia non eſt actus Ordinis Sacri.

VI. Epiſcopus excommunicatus incurrit irregularitatem conſecrando Epiſcopos, conficiendo Chriſma, conferendo Ordines, degradando Clericos, benedicendo ſolemniter, & alia faciendo, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis.

41. Epiſcopus in irregularitate contracta ob violationem cẽſuræ per exercitum Ordinis Sacri non poteſt diſpẽſare; ſi delictum ſit publicum [ſed ſolus Papa diſpenſat *c.1. de ſentent. excomm. in 6.*] benè verò ſi ſit occultum ex privilegio Tridentini; eſt autem occultũ delictum, etiam ſi aliquis publicè exerceat ordines, modò delictum cenſuræ ſit occultum, ita ut neſciatur. Sayr. *c.1. n.16.* Navarr. *n.241.* Alter. *l.2. diſp.1. c.5.* Reg. *n.188.* Bõn. *l.c. n.11.*

§. X.

Quid de irregularitate per exercitium ordinis, quem quis non habet?

24. Communiter docent Doctores Clericum miniſtrantem in Ordine Sacro, quem non habet incurrere irregularitatem: modò ſcienter, ſerio, & ex officio miniſtret. *c.1. & 2. de Clerico non ordinato miniſtrante.* Hinc ſequitur.

I. Sacerdotem exercentem actus Ordinis Epiſcopalis, puta confirmando, Ordines conferendo, Altaria conſecrãdo, eſſe irregularem.

II. Eſſe irregularem Clericum nondum Sacerdotio initiatum, qui aliquem ſeriò, & ſacramentaliter abſolvit.

III. Fieri irregularem Clericum, qui non eſt Sacerdos ſolemniter miniſtrando Sacramentum Baptiſmi, etiam in extrema neceſſitate; nam exercet actum proprium Sacerdotis, excipe Diaconum, qui ſolemniter baptizat, cum venia ſui Parochi, vel Epiſcopi. Cajet. *p.3. q.67. a.1.* Sotus *diſt.4. q.un. a.1.*

IV. Clericum fieri irregularem abſolvendo pœnitentes, aut benedicendo ſponſos; hoc enim eſt Sacerdotis munus.

V. Clericum promotum per ſaltum fieri irregularem exercendo functiones or-

ordinis prætermiſſi, duplici titulo nempè, & quia exercet ordinem, quem non habet; & quia violat ſuſpenſionem.

43. Epiſcopus non poteſt diſpenſare in irregularitate contracta per exercitium ordinis, quem quis non habet; ſed ſolus *P*apa poteſt in hoc diſpenſare, ut accedat ad ordines ulteriores; ad Papam enim pertinet diſpenſare in jure communi. Eſt communis.

44. Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare, ut exerceat ordines ſuſceptos, imò etiam ut alios ſuſcipiat: modo delictum ſit occultum. Ex Tridentin. citato.

§. XI.

Quid de irregularitate contracta ex delicto hæreſis?

45. HÆretici, ac eorum filii, uſque ad ſecundam generationem per lineam virilem paternam, & uſque ad primam per lineam fœmineam maternam; nec non eorum fautores, & defenſores, etiam ſi ſint occulti, ſunt irregulares. *c. Saluberrimum q.1. c.2.de hæreticis in 6. cap. Præsbyteros diſt.50.& c.ſtatutum 2.de hæreticis.*

46. Filii autem hæreticorum tunc ſunt irregulares, quando eorum parentes mortui ſunt in delicto hæreſis, poſſunt autem filii, & nepotes hæreticorũ ad ordines promoveri, quando parentes eorum ante mortem ſint reconciliati Eccleſiæ; (licèt parentes etiam converſi remaneant irregulares, niſi vigeat conſuetudo in contrarium). Communiter Doctores.

Schiſmatici autem (ſi eorum ſchiſma non ſit conjunctum cum hæreſi) non ſunt irregulares, quia hæc irregularitas non eſt expreſſa in jure.

Apoſtatæ à fide (etiamſi non interius, ſed tantum exterius adorando idolum) ſunt irregulares *c.ſaluber.cit.* Apoſtata à Religione etiam eſt irregularis. *c.hi qui diſt.*50.ubi Papa jubet, Apoſtatam ad clericatus officium non admitti: Apoſtata autem à clericali habitu, & tonſura non eſt irregularis, quia hæc irregularitas non eſt expreſſa in jure. Eſt cõmunis contra Majol. *l.5.c.34.n.4.*

47. *I*n irregularitate autem contracta ob hæreſim ſolus Summus Pontifex diſpenſat; abſolutio enim hæreſis ſoli Summo Pontifici eſt reſervata, ut patet ex Bulla Cœnæ; & conſequenter eſt etiam illi reſervata diſpenſatio irregularitatis inde provenientis.

48. Epiſcopi autem licèt in ſententia aliquorum Doctorum poſſint diſpẽſare Clericum hæreticum converſum ab hæreſi circa uſum ordinum ſuſceptorum, uſque ad Diaconatum incluſivè; tutior tamen, & communis ſententia tenet Epiſcopum non poſſe in hæreſi diſpenſare ullo modo: ex ratione ſupra poſita; vide Bon.*loc.cit.p.7.n.15.*

49. Dicerem tamen in gratiam Dominorum Epiſcoporum. Epiſcopos habere jus diſpenſandi non ſolum circa uſum ordinum ſuſceptorum; verum etiã circa ſuſceptionem ordinum, quamdiù delictum eſt occultum, ex privilegio Tridentini citati.

Dices hoc privilegium fuit reſtrictũ in Bulla Cœnæ circa delictum hæreſis; ergo &c.

Reſpondeo negando antecedens. Nã in Bulla Cœnæ ſolum fit mentio de revocatione facultatis abſolvendi, quæ cadit ſupra cenſuras, non verò de diſpen-

ſpenſatione, quæ exercetur circa irregularitatem, revocatio autem facultatis abſolvendi, non eſt revocatio facultatis diſpenſandi; cum ſint res diſtinctæ, nec facienda extēſio ab una ad aliā. Sic docent Bonac.*loc.cit.n.*14.Suar.*diſput*.43.*ſect*.1.*n*.7.Fill.*trac*.20. *c*.9. *nu*. 246, Sanchez *in oper. moral. l*.2.*c*.25. *n*.16.

§. XII.

Quid de irregularitate proveniente ex homicidio?

50. Irregularitas ex homicidio proveniens aliquando provenit ex homicidio, & mutilatione juſta; aliquando injuſta; prima dicitur irregularitas ex defectu lenitatis, ſeu manſuetudinis: ſecunda ex delicto.

Certum eſt autem apud omnes, Summum Pontificem poſſe in qualibet irregularitate ex homicidio contracta, ſivè juſto, ſive injuſto diſpenſare; Tum quia habet ſupremam poteſtatem in terris. & poteſt in impedimentis juris humani diſpenſare; tum etiam quia ita ſancitur in Conc. Trid.*ſeſſ*.24.*c*.6.

51. Epiſcopi verò non poſſunt diſpenſare in homicidio voluntario, ſivè juſto: ſive injuſto, ut habetur in Conc. Trid *ſeſſ*.14.*c*.7.*& ſeſſ*.24.*c*.6.ubi conceditur Epiſcopis facultas diſpenſandi in irregularitate, ex delicto occulto proveniente, excepto homicidio voluntario.

52. *In* irregularitate autem proveniente ex homicidio caſuali, modò delictum ſit occultum poſſunt Epiſcopi diſpenſare; quia Conc. Trid. concedit Epiſcopis facultatem diſpenſandi in irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario; ſed homicidium caſuale non eſt voluntarium; cum illud dicatur, quod non eſt volitum directè, vel indirectè, nec in ſe, nec in cauſa, (uti eſt homicidium commiſſum in ebrietate, quod non fuit prævisum ante ebrietatem]. *Et* ex hoc.

53. *In*feres primo, poſſe Epiſcopū diſpenſare, in eo qui habebat intentionem leviter percutiendi, ſed poſtea accidit mors, cum hæc non ſit illi voluntaria: idem dic de eo, qui mandavit ſervo; ut aliquem percuteret, ſed caveret ne mutilaret, vel occideret, & inde ſecutū eſt homicidium; hoc enim non eſt voluntarium reſpectu mandantis. Mol.*to*.4.*trac*.3.*d*.3.*n*.7. & alii plures citati, & relati à Bonac.*loc.cit*.

54. Inferes ſecundo. Poſſe Epiſcopum diſpenſare in homicidio occulto patrato cauſa defenſionis; cum hujuſmodi homicidium non fuerit ex propoſito, & voluntate occidendi, Sayr. *lib*.7. *cap*.7. *num*.22. Henriq.*l*.14. *cap*.10. *num*.2. Valen.*tom*.4.*diſp*.7.*q*.19.*pun*.3.§.5.Avil.*p*.7.*diſp*.6.*ſect*.5.*d*.5. Molin. *diſp*.79.*n*.8.*&* 11.Nav.*c*.27.*n*.239.Suarez.*diſp*.46.*ſec*.1.*n*.13.Fill.*loc.cit.c*.3.*n*.88.Reg.*l*.30.*trac*.2.*n*.28.Bonac.*loc.c.t. num*.9.

*In*feres tertio. *E*piſcopum non poſſe diſpenſare in eo, qui alium occidit in rixa ſuborta inopinatè, etiam ſi homicidium ſit occultum; quia licet in initio rixæ non intendatur alterius mors; tamen progreſſu rixæ eam agreſſor intendit; ut ſupperet; & ſic mors dicitur voluntaria: ſicuti etiam non poteſt diſpēſare in irregularitate contracta occidē-

do

o in bello, juſto, etiam ſi ſit occulta, ccifio; quia hæc provenit ex homicidio juſto voluntario. Bonac.*loc. cit.* & alii ab eo citati.

55. Poteſt tamen Epiſcopus in irregularitate proveniente ex injuſta mutilatione occulta: tum quia hæc oritur ex delicto occulto, & Trid: concedit Epiſcopis facultatẽ diſpẽſandi in irregularitate ex delicto occulto: Tum etiam quia Trident. tantum excipit irregularitatem provenientẽ ex homicidio voluntario; mutilatio autem non eſt propriè homicidium; & ita declaravit Sac.Cong.teſte Suario *loc.cit.*

Et hæc ſint dicta de Epiſcopi facultate, & poteſtate, quamquam plura eſſent dicenda, ſi de hac materia prolixum ſermonem deſideras, vide alios Doctores. Ego brevitati conſulo.

De Poteſtate Prælatorum inferiorum.

OMiſſis aliis omnibus Prælatis in genere, hic tantùm ſermonem habeo de Prælatis Regularibus, & eorum poteſtate, & obligatione; & licèt in Religione adſint Prælati Superiores, & Inferiores; hic agimus de Prælatis Inferioribus, ut contradiſtinguantur à Prælatis extra Religionem, reſpectu quorum poſſunt dici inferiores, non abſolutè; quæ autem de uno dicetur, proportionaliter eſt intelligendum de omnibus, niſi in quantum ropria ſtatuta, & Conſtitutiones proprii Ordinis, & Regulæ contradicunt. Sit ergo

DUBIUM I.

An Religioſi poſſint dici verè Prælati?

1 PRælatus ex ethymologia nominis dicitur quaſi præ aliis ditatus, vel ante latus, quaſi quòd ante aliis ſit poſitus; & de jure Canonico dicitur Prælatus à præferendo, quia cæteris præfertur, & habet ſuper alios præeminentiam.

2 Reſp. quòd Religioſi verè, & propriè poſſint dici Prælati, quia vera prælatura fundatur in cura, cum authoritate, & juriſdictione, quàm Prælati exercent in ſibi ſubditos in utroque foro; hanc autem habent verè, & propriè Religioſi, nempe Generales, Provinciales, Priores, Guardiani, & his conſimiles, quorum nomina licèt ſint diverſa, ratio verò ſignificata per nomen eſt eadem.

3 Eorum autem juriſdictio eſt ordinaria, quia dimanat ex proprio officio, & beneficio legis, vel Privilegio conceſſo à Summo Pontifice, vel ab electione multorum in Domino legitimè congregatorum; hinc poſſunt aliis ſuis Fratribus delegare: & hoc ideo, quia ſunt Judices ordinarii, & verè Prælati Donatus *tract.9.de Prælatis q.4.n.1.* Rodriq. *in comp.reſ.*114.*nu.*12. Peyr. *tom.2.de Prælatis q.1. c.4.§.4.n.72.*

4 Hinc eorum poteſtas eſt in utroque foro; & ideo poſſunt ſubditos cenſuris afficere, & punire multis modis, ac etiam ad triremes condemnare. *c. cum ab Eccleſ. de off. ord.* & docent Doctores communiter.

5 Et licèt prædicti Religioſi eligantur ad tempus uti Provinciales, & Priores, hoc non officit quin ſint verè Prælati; de eſſentia enim Prælaturæ nō requiritur neceſſariò, ut officium, & dignitas ſit perpetua, ſed ſatis eſt, ut poſſit eſſe perpetua; hinc Vicarii Generales Epiſcoporum ſunt in dignitate conſtituti, licèt ſint ad nutum amovibiles ab Epiſcopis ipſis conſtituentibus, & Delegati Apoſtolici, licèt ſint temporales ſunt

nt tamen verè Prælati. *c. 2. et ult. de off. deleg. in 6. et c. ſtatutum de reſcrip. eod. lib.* quæ jura Prælatum abſque perpetuitate ſupponunt.

6 Quoque verè etiam eſt *Prælatus Prior* electus à Provinciali, cum conſenſu Capituli, vel à Diffinitorio; iſte enim etiam habet poteſtatem ordinariam ſuper Fratres ſibi commiſſos in utroque foro: quod etiam amplia ad illos Vicarios, qui præſunt parvis Conventibus; item ad illos Vicarios, qui ſunt ſubrogati loco ſuperioris defuncti, vel privati, vel abſentis per longum tempus; ſubrogatum enim ſapit naturã illius, in cujus locum ſuccedit. *cap. majores de bap. §. ad id autem.* & eſt communis.

7. Suppriores autem non ſunt Prælati, quia ſunt ſub Dominio Prioris præſentis, quo præſente nullam habent juriſdictionem erga Fratres, nec curam animarum, preter illam in ſpecie à Priore conceſſam; Unde in abſentia Prioris non poſſunt inſtituere novum Vicariũ, nec poſſunt recipere Fratres ad probationem, vel profeſſionem, nec eligere Confeſſorem. Mortuo autem, vel amoto Priore poterunt agere quidquid Priores poſſunt jure ordinario; licèt nõ poſſint ea, quæ Priori competunt ex Privilegio, & commiſſione ſpeciali.

DUBIUM II.

Ad quos pertineat electio activa Prælati Regularis.

Multa hoc dubium ſupponere debet; primò ergo

1 Certum eſt, quòd de jure communi electio Prælati pertinet ad Collegium, ſeu Congregationem Eccleſiaſticam, & ſic electio Prælati Cõventualis pertinet ad Conventũ, Provincialis ad Provinciam, & Generalis ad totum Ordinem; & illi tantùm Religioſi deben intereſſe electioni, qui ſecundùm ſacros Canones, & propria ſtatuta, habẽt requiſita ad dandum ſuffragium: & hoc de jure communi; nam de ſpeciali electio ſæpè fit à Diffinitorio, & à Provinciali cum conſenſu Capituli.

2 Suppono 1. quòd electio canonica tripliciter conſiderari poteſt, propriè, largè, & largiſſimè. Propriè eſt electio alicujus perſonæ ad prælationem, vel ſocietatem fraternam vocatio canonicè facta ſecundum præſcriptam formã in ſacris canonibus, *c. quia propter de ele.* & alibi. Largè ſupponit pro omni eo, ad quod alicui jus tribuitur per ſuffragium, vel alterius confirmationem, ut fit in quibuſdam Eccleſiis, in quibus dignitas Decanatus v. g. electiva eſt, & confirmatio pertinet ad Epiſcopum, *c. noſſe, & ſ. q. diſt. 63.* largiſſimè præſupponit pro quacumque vocatione, aut inſtitutione ad beneficium Eccleſiaſticum, *c. cum Eccl. 31. de elect.* ubi collatio Canonicatus vocatur electio, cum potius deberet dici creatio, & in *c. querelam 24. eod. tit.* ſupponit pro præſentatione ad beneficium.

3 Suppono 2. quòd forma electionis canonicæ eſt triplex; per modum ſcrutinii, ſcilicet quando tres de Collegio fide digni ſecretè, & ſigillatim vota ſingulorum exquirunt; per modum cõpromiſſi, quando ſcilicet aliquibus viris committitur facultas eligendi nomine omnium aliorum: & denique per modum inſpirationis, ſcilicet quando omnes Electores inſpirante Deo conſpirant in unum eligendum, ex c. *quia propter 42. de electione.*

Hoc

4 Hæc autem forma per modum ſcrutinii hodie abrogata eſt per Concilium *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 6.* ubi ſtatuitur, quòd in poſterum electiones canonicas fieri debere per vota ſecreta, ut non publicentur nomina eligentium; unde in Ordine Prædicatorum in omni electione canonica ſervatur præceptum Concilii Trid. quod illi fuit impoſitum à Capitulo Generali celebratum Bononiæ 1564. Unde quòd vota eligẽtium ſecretò præſtentur eſt de forma electionis Canonicæ, ut docet Garzias in *trac. de beneſ. p. 5. c. 4. n. 184.* Tum quia id ex verbis Bullæ Leonis X. *incip. in ſuprema.* per hæc verba ; *quodque, majori parte votorum ſecreto de neceſſitate præſtandorum.* Tum etiam quia eligere occultè, & ſecretè parit multa bona, & redundat in quietem eligẽtium, & vindicat eorum libertatem, quæ ſunt de intrinſeca ratione electionis. Hinc in Dominicana familia præcipitur, ut ſchedulæ eligentium, facta prius collatione numeri ad numerum à ſcrutatoribus, ante publicationem ſcrutinii coram eligẽtibus, comburantur in communi capitulo, ne ex charactere poſſit ille dignoſci qui votavit, & ſi non comburantur ipſa electio eſt ipſo jure nulla ex declaratione Pii V. relata à Rodriq. *tom. 2. Bullar. in fine Bull. hujus Papæ pag. 427. n. 4.*

5. Suppono III. quod multa requiruntur de ſolemnitate, & juſtitia electionis per ſcrutinium. 1. eſt de ſolemnitate electionis, tractatus de electione habenda. 2. Præfixio diei ad eligendum eſt de juſtitia electionis celebrandæ. 3. quòd ſcrutatores ſint fide digni. 4. locus eſt de juſtitia, niſi aliter habeat conſuetudo. 5. quòd electio non debet fieri (in caſu mortis Prælati) ante ipſius ſepulturam 6. quòd vocentur abſentes, qui intereſſe debent electioni ; dummodo ſint diſtantes per dietam. 7. ſcriptum, in quo quidquid ſit actum in electione à principio uſque ad finem; quod debet mitti ad confirmatorem, niſi ſit confirmator præſens, eſt de *juſtitia*. 8. Miſſa de Spiritu Sancto, cui debent omnes vocales intereſſe; ſuſceptio Sacramenti Euchariſtiæ, invocatio ejuſdem Spiritus Sancti qui ſolet fieri in Capitulo ante electionem, canticum *Te Deum*, quod ſolet cantari poſt electionem, ſunt etiam de ſolemnitate electionis, & ad formam non pertinent.

6. Suppono IV. etiam eſſe alia multa, quæ ſunt de ſubſtantia electionis factæ per ſcrutinium. 1. Ut fiat liberè abſque coactione. 2. Vt fiat per electores collegialiter in unum congregatos, & hoc quando juſſu legitimi ſuperioris reperiuntur conjuncti in aliquo publico loco Monaſterii. 3. Ut ſcrutatores aſſumantur de Collegio, & per Collegium; hinc in Ordine Prædicatorum non ad libitum aſſumuntur, ſed antiquiores in habitu poſt profeſſionem. 4. Quòd ſcrutatores ſint tres, non plures, nec pauciores, quando hoc ſervari poteſt, aliàs propter electorum paucitatem ſufficiũt duo, imò unus vocatis teſtibus; imò nullus, ſi jus eligendi reperiatur penès unum tantum. 5. Ut ſcrutatores vota ſingulorum exquirant in ſecretò. 6. Ut inquiſitio voti fiat ſigillatim, unum poſt alium. 7. Ut ſcrutatores vota omnium exquirant, itaut ſi unus votum ſuum nõ daret, electio non valeret, ſecus ſi ſit abſens. 8. Ut vota redigantur in ſcriptis. 9. Vt viſis votorum ſcripturis, vel apertis, & lectis ſchedulis eligentium fiat col-

collatio numeri ad numerum. 10. Vt facta collatione mox abſque ullo intervallo fiat votorũ publicatio coram omnibus de capitulo per unum ex ſcrutatoribus ſub hac verborum forma. *Priorem habemus. Nã cũ eſſemus viginti vocales, P. F. N. habuit decem, & novẽ vota*; qua facta requiritur forma ſubſtantialis verbalis facienda ab eodem ſcrutatore nomine omnium electorum hoc modo. *Ego F. N. vice mea, & omnium electorum præſentium eligo in Priorẽ hujus Conventus* P. F. N. *in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Amen.* 11. ut publicatio votorum fiat alta, & intelligibili voce coram omnibus vocalibus. 12. Vt electio prædicta fiat de eo, in quem major pars capituli conſentit: 13. Vt electio ſit ſecreta.

Advertè igitur, hanc eſſe differentiã inter ea, quæ ſunt de ſubſtantia electionis & ea quæ ſunt de ſolemnitate; quòd illa irritant electionem ipſo facto, & reddunt nullam: hæc verò non annullant ipſo facto, ſed reddunt annullandam, ſi fiat oppoſitio: Sil: *ver. electio.* 2. *q.* 10. *n.* 13. Paſſar. *in Scholiis priv. minim.* Don. *tom.* 2. *tract.* 1. *q.* 18. & alii.

7. Suppono V. quod de jure Eccleſiaſtico ſimoniaca electio eſt ipſo jure nulla ante Judicis declarationem *ex can. ea quæ* à *Sãctis* 5. 1. *q.* 3. *& c. nobis* 27. *eod. tit*, *et c. Matthæus* 23. *eod. tit. & c. ſicut tuis de ſim. & deniq. ex extr.* 2. *cũ deteſtabile l.* 3. *inter comm. de ſimonia*, quòd ſtat etiam ſi ſimonia ſit occulta; quapropter ſimoniacè electus tenetur ſub peccato mortali Prælaturam renunciare; nec poteſt abſolvi, niſi renũciet, D. Th. 2. 2. *q.* 100. *a.* 6. Caiet. ibi, & omnes Thomiſtæ; quia nullus poteſt licitè retinere id, quod contra voluntatẽ Domini acquiſivit; ac per conſequens ſimoniacus non poteſt retinere Prælaturam, quod contra voluntatem Pontificis acquiſivit; hic enim non conſentit, ut bona Eccleſiaſtica conferantur ſimonicis, his ſuppoſitis.

8. Reſpondeo, quòd Electores Prælati Regularis, ad hoc ut in electionibus habeant vocem activam, debent habere multas conditiones.

I. Vt ſint Religioſi Profeſſi ejuſdẽ Religionis, cujus Prælatus eſt eligendus, ſivè profeſſio fuerit tacita, ſive expreſſa, *c. ex eo* 32. *de elec. in* 6.

II. Quod ſint Clerici *ex eodem cap:*

III. Quòd ſint in Sacris Ordinibus conſtituti, ex *clem.* 2. *de ætat. & qualit.* & hoc fuit renovatum à Conc. Trident. *ſeſſ.* 22. *c.* 4. *de reform.*

Hinc in familia *Dominicana* electores debent eſſe Sacerdotes, & habere ſex annos integros à Profeſſione, & debent eſſe aſſignati in illo Conventu, in quo fit electio per duos menſes ante electionem.

IV. Ut ſint liberi ab omni canonico impedimento, nempe ab excommunicatione majori, ſuſpenſione, vel interdicto; aliàs non poſſunt eligere. Tum quia excommunicatus eſt ſeparatus à conſortio fidelium. Tum etiam quia cẽſetur omninò ſuſpenſus ab officio, & beneficio, *a. tanta eſt clavis Petri ult. de exceſſ. Prælat.* unde ſuſpenſus nihil eorum agere poteſt, quæ ratione officii, aut beneficii illi conveniunt, quorum unus eſt eligere. Tum denique, quia eligere eſt actus juriſdictionis, & tales actus ſunt vetiti ſuſpenſis, & excommunicatis, *c. ult. de exceſſ. Prælat.* Unde electio facta à ſuſpenſo eſt irrita, *c. cum dilectus* 8. *de conſuet.*

Decretum Vrbani VII. de *Apoſtatis*, *& ejectis*, ubi innovantur Decreta Clementis VIII.cum decreto irritante; Et prætermittentes tale juramentum, non ſolum peccant mortaliter,ſed etiam puniri poſſunt, quia delinquunt in re gravi, & ſunt violatores conſtitutionum Apoſtolicarum.

Tale autem juramentum in Ordine Prædicatorum non eſt in praxi,vel quia tale præceptum de eligendo meliorem; non fuit uſu receptum, vel quia hujus Ordinis Conſtitutiones, in quibus non fit mentio de tali juramento, fuerunt noviter confirmatæ ab eodem Urbano VIII. & confirmatio ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis reſtituit privilegia à jure communi, vel ab homine abrogata, ut ait Donat.*l.cit.q.*23.*n.*12.

10 Quæres, Num electores ſub peccato mortali teneantur eligere meliorem.

Reſp.affirmativè. Tum,quia violare juſtitiam diſtributivam, vel commutativam eſt de ſuo genere mortale; at prætermittere digniorem propter minus dignum eſt violare utramque juſtitiam; dignitates enim ſunt bona communia, præmia meritorum, & honores Virtuoſorum ordinatæ in bonum Eccleſiæ, & ipſius electi. Ergo debētur dignioribus, & Virtuoſioribus, & cum dignior prætermittitur læditur in ſuo jure,& patitur injuriam gravem, quod eſt contra juſtitiam diſtributivam, cujus eſt reddere unicuique ſuum jus. Tum etiam, quia exCōc.Trid.*ſeſſ.*24.*c.*1.*de refor.*ubi definitur,Electores peccare mortaliter,niſi eligant illos, quos judicant digniores.

Verum eſt autem, quòd in foro judiciali ſufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem;aliàs omnis electio poſſet habere calumniam, ut ait D.Th. 2.2.*q.*63.*a.*2.*ad* 3.

11 In nullo autem caſu licet eligere indignum, & ſi eligitur, electores non ſolùm mortaliter peccant, quia lædunt juſtitiam diſtributivam; ſed etiam ſunt participes omnium peccatorum committendorum à tali indigno Prælato ab ipſis electo; & tenentur ad omne intereſſe illatum Eccleſiæ, tam ratione lucri ceſſantis, quàm damni emergentis; nec non ſunt ipſo facto privati poteſtate eligendi pro illa vice tantùm, ut dicitur in *c.cum in cunctis* 7.*de elect.*§.*Clerici ſanè*. Et ſi ſcienter hoc faciant,hujuſmodi electio eſt ipſo jure nulla. Et ſi major pars eligat indignum ſcienter, & minor dignum, hæc erit valida, licèt celebrata à paucioribus; illa verò nulla, & de facto reprobatur: *c.gratum gerimus* 2. *de poſtulat. Prælat*. Item eligentes indignum ſcienter ſunt privandi voce paſſiva per triennium, & etiam ſuſpenduntur ab officiis; & dignitatibus per triennium, *c.cum in cunctis, de elect.*

12 Dantur tamen aliqui caſus, in quibus Electores poſſunt ſine culpa eligere dignum,omiſſo digniore.I.eſt quādo dignior non eſt in promptu, & Eccleſia indiget capite. Caje.2.2.*q.*63.*a.*2. *verbo nota quartò*. II. Si id exigat Eccleſiæ neceſſitas, ut ſi vacent duo beneficia,unum ſimplex,alterum Parochiale, primum pinguius altero; tunc eligi debet dignior in Beneficium Parochiale; & minus dignum in Beneficiū ſimplex; bonum enim commune anteferri debet bono particulari;& cura animarum exigit Prælatum prudentiorem, ac digniorem.Sot.*l.*3.*de juſt.& jure q.*6.*a.*2.*ad* 2. Baun.2.2.*d.*3.*concl.*3.Don.*loc.cit.q.*27. *n.*2.

Digitized by Google

poſitum &c.ut in *c. cum in cunctis 7.de elec.*ubi habetur.Cum in cunctis Sacris Ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſteriis, ſint ætatis maturitas, gravitas moru, & litterarũ ſcientia inquirẽda.Omnes autẽ qualitates reſtringuntur uno verbo,ſcilicet quod in eligendo Prælato requiritur timor Dei . Unde dicitur Exod. 18. Provide de omni Plebe viros timẽtes Deum,& conſtitue ex eis Tribunos; qui autem Deum timet faciet bona ; & qui Deum timet nihil negligit. Ecc. 87. & Pſal.33:dicitur, non eſt inopia timẽtibus eum.& Eccl.ult.Deum time , & mandata ejus obſerva;hoc eſt enim omnis homo, & Prov.9.Initium omnis ſapientiæ eſt timor Dei.

2. Accedunt autem & aliæ qualitates,quæ debent reperiri in Prælato eligendo. Primò ergo requiritur legitima ætas;unde ad minus debet eſſe Prælatus eligendus annorum viginti quinque ,& ſufficit,quòd annus vigeſimus quintus ſit inceptus non completus , ut dicitur in *c. cum in cunctis 7. de elect.* §, *inferiora* per hæc verba quæ curam animarum habent annexã nullus omnino ſuſcipiat,ſed nec Eccleſiæ Parochialis Regimen ; niſi qui iam vigeſimum quintũ annum ſuæ ætatis attigerit , & idem dicitur in Conc.Trid.*ſeſ.* 24 , *de Reform.* In Provincialibus verò,& Generalibus, requiritur ætas triginta annorum , ut de Epiſcopis ſancitum eſt in *cap. cum in cunctis , de elect.* in his enim idem ratio currit , uti in Epiſcopis; licèt enim Provinciales , & Generales non ſint ~~Epiſcopi formaliter~~,ſunt tamen virtualiter, & habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.Miranda *tom.2. man .q.3.a.1.concl.* 2. II.requiritur; Ut eligendus non ſit excommunicatus , ut dicitur in *c. poſtulaſtis* 12. *de cleric. excom.* excommunicatus enim incapax eſt ſpiritualium jurium, tàm in dando, quàm in recipiendo, & exequendo.*cap. cum dilectus 8.de conſuet.* ſive excommunicatio ſit lata à jure,ſive ab homine, ſive occulta, ſive publica, ſive ſcita, ſive ignota,nam in omnibus eadem ratio militat.

Optimè ergo facit, qui dirigit canonicam electionem abſolvendo prius quã veniant Electores ad actum electionis abſolvendo à cenſuris ; & Prælatus in litteris patentibus ante actum collationis ; quia per hujuſmodi abſolutionem tam Electores, quàm electi fiunt capaces, & habiles ad effectum conſequendum; omnis ergo occulta cenſura per abſolutionem generalem , quæ regulariter fit ante electionem, aufertur.

III. Requiritur ut non ſit ſuſpenſus declaratus , & publicatus , ſi autem ſit occultus poteſt eligi; occultus enim toleratur ab Eccleſia in publico officio;vel miniſterio , & ejus acta valent,quia Eccleſia ſupplet defectum propter bonum commune. Suar:*tom.5.de cenſ. diſp.*26. *ſect.*2. *n.*2. & alii; ſuſpenſus enim non declaratus , licèt quo ad ſe, ſit prohibitus miniſtrare in ſuſpenſione ; non eſt tamen privatus jurisdictione quò ad alios. Ut docet *Diana. 4.p. trac.2. reſol.* 11.Lezzana *ver.ſuſpenſio n.*14.

IV. Ut non ſit ſingulariter Interdictus ; & ſi talis eligatur nulla eſt electio *c.ad hæc.1.de poſtulatione prælat.* Unde notoriè interdicti ſunt ab electione repellendi, & ſi admictantur, electio eſt nulla.*c.illa quotidiana* 39. *de electione.* Et qui in loco interdicto ſcienter celebravit non poteſt eligi , nec eligere, ut docet Sil.*ver.electio n.*15.Tab.*ver.elec.* §.16

§.16.Peyr.*tom.2.de Præl.q.2.c.5.§.2.*& alii.

V. Ut non ſit irregularis etiam occultus, & toleratus.*c.15 qui 18.de ſent.excom.in 6.§.is vero*, quòd etiam ſtat ſi electus ignorat ſuã irregularitatẽ; ignorantia enim licèt excuſet à culpa quando ſit invincibilis; non poteſt tamen dare capacitatem ad id, quod jure Canonico eſt incapax, ut docent Nav. *in ſumm.c.27 n.251.* Ricc.1.*p.prax.deciſ.185.n.2.* Avil. *de cenſ. diſp.2. p.7. d.6.concl.6.* Bon. *de cenſ.diſp.7.q.1.p.3.* & alii: imo talis irregularis ad hoc ut ſit habilis non ſufficit, ut ante electionem, vel collationem Beneficii fuerit abſolutus à cenſuris per clauſulam generalem, quæ dicit *Abſolventes te ab omnibus cenſuris.* quia irregularitas non eſt propria cenſura Eccleſiaſtica, ſed impedimentum canonicum; ſed requiritur, ut expreſsè dicatur. Diſpenſo tecum ſuper. irregularitate, ut notat Nav.*l. c. n.254* & Donat *tract. 4.q.44.& 45.*

VI. Ut non ſit infamis, tam infamia juris, quàm facti, & ſi talis eligatur nulla erit electio; partes enim dignitatis patere non debent infamibus, ut dicitur in *cap.qui in aliquo diſt.51.* quod dictũ intelligitur de infamia juris, & facti poſt declarationem Iudicis; non enim contrahitur hujuſmodi infamia, niſi poſt declarationem Judicis, Ricc. 2.*p. prax. reſol.* 119.Caſtell.*c.4.de elect. num.58.* Peyr.*tom.2.de Prælat.q.2.c.5.§.5.& 6.* Tamb.*to.1. de iure Abbat. diſput.5.* & alii.

VII. Ut non ſit hæreticus; quia hæretici ſunt extra Eccleſiam, & conſequẽter non debent poſſidere aliquid Eccleſiæ; ac etiam ſunt infames, quod dictum habet locum nedum in hæreticis manifeſtis, verum etiam in occultis, taciti enim, & expreſſi eadem eſt virtus, *l.cum quid, ff. ſi certum petatur.*

VIII. Ut non ſint à Sancto Officio pœnitentiati; hi enim ſunt perpetuò inhabiles, ex decreto Urban. VIII. *edito fer.5.1.Octob.1626.*

3. IX. Ut non ſit illegitimè natus: Hi enim non ſolum [per Sacros Canones) repellendi ſunt à ſuſceptione ordinum; verum etiam à dignitatibus Eccleſiaſticis, quæ debent conferri ordinatis.

Ratio autem quare illegitimè nati ſunt arcendi ab ordinibus, & Prælaturis, poteſt eſſe multiplex, & prima; quia hi ſemper ſolent eſſe paterni criminis imitatores. Secunda, quia hi ex natura ipſa, in pœnam peccati quaſi ex infeſta radice, & negligenti Parentum educatione regulariter ſunt indocti, Rudes, ignavi, Impoliti, Indociles, inhumani, crudeles, inſolentes, temerarii, & effrenatè viventes more Beſtiarum. Tertia, quia hoc exigitur ad honorem matrimonii. Quarta in deteſtationem criminis; ut libentius ab eo deſiſtant homines & ultimò ne legitimi graventur ab illegitimis, & appareat diſcrimen inter hos, & illos.

Unde etiam illegitimi de jure communi, non gaudent Parentũ nobilitate; neque ſunt de familia Parentum, neque inſignia Parentum poſſunt ferre, & ſunt infames etiam legitimati; quia manet cicatrix, & litura, ut docet Tiraq. *de Nobilit.c.15. n.10. 13. 14. & 18.* & Bald.in *cap.cum Eccleſ. de conſtit. nu.86*, vocat illegitimos, ſordidos, & inhoneſtos. Vide Peyr.*tom.2.q.2.c.5.§.9.n.124.*

4. Licèt ergo Religioſi illegitimi,

ex

ex *c.ut filii* 1.*de fil.Preſby*.per ingreſſū Religionis, & per profeſſionem in Religione abſque alia diſpenſatione intelligantur habilitati ad ordines, nullo modo tamen redduntur habiles, quo ad Dignitates, & officia in Religione obtinenda, ut in *eodem cap*. Unde Religioſus illegitimus, licèt occultiſſimus abſque diſpenſatione ſpeciali nequit eſſe Abbas, Generalis, Prouincialis, Prior, Guardianus, Cuſtos, Miniſter, *Præpo*ſitus, & ſimilis: ut patet in Clementin: *exivi de uerb. ſignif.* Neque poteſt eſſe Superior, aut Vicarius Monaſterii; quia hi in aliquo caſu poſſunt eſſe Iudices ordinarii, & habere curam animarum, cum ſcilicet Prior, vel Guardianus abeſt. Neque Vicarius alicujus parvi Monaſterii, quia hic dicitur ordinarius, & habet curam animarum cum juriſdictione. Peyr.*tom.2. de Præl. qu.* 2. *cap.* 5. §. 9. *num.* 135. *in fin.* Neque Commiſſarius, Viſitator, Diſcretus, ſeu Procurator ad Capitulum Generale, nec ejus Diffinitor. Sil. *uerb.dignitas, perſonatus, & officium.* Tamb.*tom.1.de jur. Abbat.diſp.*5 *q.*14 *n.*5.*in fin.* Rod.*tom.*1.*q.*13. *art.*19. Samuell.*tract.2.diſp.6.conc.*16. *oncl*.4.& 5.& alii.

5 In hoc ergo impedimento de jure communi nullus poteſt diſpenſare, niſi ſolus Papa, ut conſtat ex *cap.fin. de fil. Presbyt.* De jure autem ſpeciali Generalis Ordinis, Provincialis, & eorum Vicarii poſſunt cum illegitimis diſpenſare ad Dignitates, & officia Ordinis abſque Capitulo Generali, Provinciali, vel Intermedio, ut conſtat ex Privilegio Gregorii XIV. conceſſum Clericis Regularibus Infirmis miniſtrantibus, quod incipit, *Illius qui.* Prælati verò inferiores nunquam fuerunt in uſu uti tali facultate.

6 Hujuſmodi autem diſpenſatio nō debet fieri à Prælatis Regularibus ſine juſta cauſa. Diſpenſatio enim nihil aliud eſt, niſi juris communis relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui habet poteſtatē diſpenſandi; Unde ſi Prælatus abſq; cauſa rationabili diſpenſat, mortaliter peccat, & diſpenſatio eſt nulla, ut docet Divus Thomas 1.2.*q*,97 *a*.4.& communiter Doctores, & abſque juſta cauſa diſpenſantes; potiùs debent dici Diſſipatores, quàm diſpenſatores.

8. Juſtæ autem cauſæ diſpenſandi ſunt multæ; Prima eſt cauſa temporis, ut colligitur ex *c.neceſſaria*, & *c.pro remedio* 1.*q*.7.*c.fraternitatis* 34.ubi dicitur, quia defectus noſtri temporis, quibus non ſolùm merita, ſed etiam corpora ipſa defecerunt, diſtrictionis illius nō patitur manere cenſuram.

II. Cauſa eſt utilitas, ut alii, ſcilicet ad bonum faciliùs convertantur, 22. *q*.4.*c.ipſa pietas.* & *c.tali conjugio* 17. *cauſ*.1.*q*.7.

III. Cauſa eſt qualitas perſonæ, & meriti, & ſcientiæ, *c.tali*, & *cap.didici* 15.*eod.cauſ*.& *queſ.*

IV. Neceſſitas, *c.tali*; V. Pietas; VI. Eventus rei: VII Multitudo, ſive ſcandalum multitudinis; *diſt*.10.*c.ut conſilit uerentur*. Et quia caſus ſunt innumerabiles, ideo in hoc ſtandum eſt arbitrio boni, & prudentis viri, qui ſi judicaverit cauſam eſſe rationabilem, debita erit diſpenſatio; aliter Prælatus peccat, & non valet diſpenſatio.

9 Non ſolum autem Prælati Regulares debent in diſpenſatione exprimere cauſam impulſivam ad diſpenſandū; verum etiam qualitas illegitimitatis, dicere

Digitized by Google

liàs diſpenſatio foret ſubreptitia ob defectum veritatis tacitæ. Vnde ad impetrandam diſpenſationem non ſufficit dicere Oratorem pati defectu natalium, ſed in ſpecie eſt dicendum, quòd eſt naturalis, vel ſpurius, & ſi ſpurius, an ex adulterio, vel inceſtu, aut ex ſacrilegio; & ſi ex adulterio, an ex una parte tantùm, an verò ex utraque parte; ſi ex inceſtu, in quo gradu, an ſcilicet cum matre, filia, vel ſorore, & diſtinguendi ſũt gradus conſanguinitatis, ſeu affinitatis inter Parentes, ex quibus talis illegitimus eſt genitus: Si ex ſacrilegio, an ſimul concurrerint adulterium, ſacrilegium, & inceſtus. Vide Panor. in *cap. per venerabilem qui filii ſunt legitimi.* Mol. 2. *2. tract. 2. diſp.* 178. Miranda *tom.* 2. *q.* 2 *a.* 13. Sanch. *de matrim. l.* 8. *diſp.* 18. *num.* 14. Bon. *diſp.* 1. *de leg. q.* 1. *p.* 3. *num.* 21. Tamb. *de jur. Abbat. diſp.* 5. *q.* 16. *num.* 11. *in fine*, Don. *t.* 2. *tract.* 5. *de eligen. q.* 28. *num.* 6. & alii quamplures.

10 XII: Ut non ſit Bigamus, quia hic cum ſit irregularis ad Ordines; ita ad Beneficium, quæ dantur propter officiũ, & exercitium; & hoc habetur expreſsè in *cap. ſi quis* 1. *diſt.* 33. Unde Bigami ſunt privati omni privilegio clericali, etiam perſonali, & ſic non gaudent privilegio canonis *ſi quis ſuadente diabolo*, neque fori, & ſubjiciuntur foro laicali, *c. unic. de bigamis in* 6. quæ pœnæ illatæ ſunt à jure canonico, non ob culpam, ſed in pœnam defectus ſignificationis Sacramenti Matrimonii, ut docet D. Thom. in 4. *diſt.* 27. *& in addit. ad* 3. *p. q.* 66. *a.* 4.

XIII: Vt non ſit Demoniacus, quia hic eſt irregularis, & prohibetur ſacros Ordines ſuſcipere, & ſuſceptos exercere, *c. maritum. diſt.* 33.

XIV. Ut non ſit Epilepticus, ſeu laborans morbo caduco; hic enim eſt irregularis, *cap. maritum, et cap. communiter diſt.* 33.

XV: Ut non ſit Vertiginoſus, Paralyticus, vel Apopleticus; iſtæ enim infirmitates impediunt uſum, vel totius corporis, vel aliquorum membrorum, & inferunt indecentiam, & abominationem: Qui autem habet ſolùm manus manus tremulas, aut caput, aut linguã, ſi tremor non ſit magnus, ut ſcandalum generet, nec impediat uſum membrorum poteſt eligi, ut docet Peyr: *tom.* 2. *de Prael. q.* 2: *c:* 4:

XVI: Vt non ſit Amens per modum habitus, quia hic eſt irregularis jure naturali; ſecus ſi contingat fieri amentem ex aliqua cauſa tranſeunte, ſcilicet ex vi morbi, vulneris iræ, &c: quia in his trãſacto impedimento ceſſat irregularitas; & conſequenter poteſt eligi ad Prælaturas regulares.

XVI: Podagroſus, qui continua laborat podagra nequit eligi ad Prælaturas; Prælati enim debent eſſe omninò expediti ad providendum neceſſitatibus ſubditorum; & cum hic morbus ſit incurabilis, impedit exercitium officii, & iſti cenſentur irregulares, ut docet D: Th: 3. *p. q.* 82. *a.* 10. *ad* 3. & habetur ex *c. penult. de Cleric. ægrot.* ſecus dic ſi podagra non ſit continua:

XVIII, Cœci ſurdi neque ſunt eligibiles; hæ enim potentiæ ſunt neceſſariæ ad gubernium, ex D: Thom: 3. *p. qu.* 82. *a.* 10. *ad* 3. & *c. hinc etenim, §. cæcus diſt.* 49. Surdaſti autem poſſunt eligi.

XIX: Senes ſunt ineligibiles ad Prælatias Regularium, *c. niſi cum pridem* 10. *de renunc.* & hoc intelligitur de Senibus, qui impotentes ſunt ad exercendum

dum ſuum officium, in quibus dari non poteſt regula certa, cum non ſint omnes unius complexionis; regulariter autem cenſentur ineligibiles ſeptuagenarii, ex Menoch. *l. 2. de arb. caſ. 59. n. 3.*

DUBIUM IV.

An Prælati Regulares poſſint ſuis ſubditis leges ferre?

1 SVppono 1: Prælatorum Regularium juriſdictionem non ſolum eſſe de jure humano, ſed etiam de jure divino: unde Chriſtus Matth: 19: dixit adoleſcenti: *Si vis perfectus eſſe, vade, et vende omnia, quæ habes, et da pauperibus*, ubi oſtenditur votum paupertatis, & additur: *Veni, et ſequere me*, & ecce votum obedientiæ; & ſubjungitur: *Sunt Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter Regnum Cælorum*, & ecce votum caſtitatis; unde ſtatus religioſus fuit ab Apoſtolis amplexatus, & ſervatus; erant enim illis omnia communia, & uſque ad finem mundi eſt, & reperitur in Eccleſia Sancta Dei, ut docetur à D. Thoma 2. 2. *q. 18. a. 4. ad 3.* Palud. *in 4. ſent. diſt. 38. q. 1. diſ. 5. concl. 3.* Ledelma *de Statu Relig.* Suar. *tom. 3. de Relig. l. 3. c. 2. n. 2.* & aliis.

2 Licèt ergo poteſtas Prælatorum Regularium poſſit per Summum Pontificem reſtringi, & limitari, cui data eſt à Domino ſuprema poteſtas ſuper terram; non tamen inde ſequi debet, quòd juriſdictio Prælatorum Regularium nõ ſit ordinaria, & de jure divino; quia iſtis fuit conceſſa talis poteſtas, non independenter, ſed dependenter, & ordine hierarchico, itaut à Superioribus inferiores dependeant, & in hoc ordine Papa retinet locum ſuperiorem.

3 Suppono II. quòd Prælati Religioſorum habent in ſuos ſubditos juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ſunt exempti ab Epiſcoporum poteſtate. Unde poſſunt in ſuos ſubditos totum illud, quod poſſunt Epiſcopi in ſuos Clericos ſibi ſubjectos; ſunt enim Ordinarii ſuorum Religioſorum, *c. cum ab Eccleſiarum Præl. de off. ordin. l. fin. C. de jur. ſd. omn. Judic.* Unde poſſunt ſuos ſubditos excommunicare, caſus ſibi reſervare ex Decreto Clem. VIII. concedere literas dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos, ad confeſſiones exponere, &c. & ea omnia facere, quæ poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis. Et ex conſequenti poteſtas data Epiſcopis per Concilium Tridentinũ *ſeſſ. 24. de reform. c. 6.* diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus occultis in foro conſcientiæ competit etiam Prælatis Regularibus de jure, & etiam ex Privilegio Pii V. ut docent *de la Crux de ſtatu Relig. l. 1. c. 6. d. 16.* Henriq. *l. 14. cap. 18. num. 2. & in commen.* Dian. *p. 7. tract. 2. reſol. 4.* & alii, quia nomen Epiſcopi in dicto capite non ſumitur propriè, & formaliter, ſed largè, & tranſlativè; præſupponit enim pro omni Prælato habente ordinariam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Henriq. *l. 14. cap. 18. num. 2.* Boſſius *ſect. 1. de Jubil. caſ. 10. num. 220.* Beya 4. *p. caſ. 37.* Duard. *in Bull. Cæn. l. 3. §. 1. q. 8. nu. 55.* Monet. *de commut. ult. volunt. c. 5. n. 455* Sigiſm. *de elect. dub. 51.* Donatus *loc. cit. de poteſt. Prælat. tract. 10. q. 7. num. 9.* & alii.

4. Quia ergo facultas concedendi leges, originatur à juriſdictione ordinaria, quam habet quis ſupra ſuos ſubditos; ideo Generales Religionum à Sum-

Bann. 2.2.*q*.33.*a*.3.*dub*.4. Tab.*ver. obedientia.q*.5.*n*.6: Armil.*n*.5 Nav.*in ſumma c*,24.*n*.11. Rodriq. *tom*.3. *q*.3. *a*.3. Donat.*t*.2,*de poteſ.Pral.tract*.10.*q*.14. *n*.1.& alii:

10: Reſolves II: quòd Prælatus Religionis Miniſtrantium infirmis, ſeù Religionis B: Ioannis de Deo poteſt præcipere ſuis ſubditis, & hi tenentur obedire Prælato præcipienti, ut Sacramenta miniſtrent infectis peſte; hi enim ex inſtituto, & obligatione tenentur miniſtrare temporalia, & ſpiritualia infirmis omnibus, etiam peſte affectis, & hujuſmo ii præceptum non eſt ſupra eorum regulam, & cum ſponte in Profeſſione promittant obſervare ſuam Regulam, non poſſunt promiſſis ſine culpa recedere. Don.*l.c.n*.4.

11. Reſolves III. quòd Prælatus Regularis Ordinis Prædicatorum, & cæterorum Ordinum, qui incumbunt vitæ activæ, & ſunt coadjutores Epiſcoporum, & Parochorſi poteſt præcipere ſuis ſubditis, ut miniſtrent Sacramenta infectis peſte; & ſubditi tenentur illi in hoc obedire; tunc tamen quando ad officium hoc deficiunt *P*arochi, & alii *P*resbyteri; ſunt enim hi Religioſi coadjutores Epiſcoporum, & Parochorum in ſalutem animarum, & ideò ſubſtentantur eleemoſynis fidelium, ut docet D.Th.2.2.*q*.187.*a*.1.*ad* 3.& *q*.188. *a*.4.*ad* 2.

12. Reſolves IV. quòd Pater Generalis Illuſtriſſimæ Religionis Societatis Ieſu poteſt compellere ſuos ſubditos eundi ad Indos pro illorum converſione, liceat eis immineat mortis periculũ; quià ad hoc ſe obligant ſtatuto ſpeciali, ut patet in eorum conſtitutionibus *p*.3. *c*.2.*lit*.G.& *part*.6.*c*.3. §.5. & ſecus facientes peccant contra Regulam, & ſunt puniбiles, ſi non excuſentur aliqua ratione ibili cauſa, & hoc procedit non ſolùm in profeſſis ſolemniter, ſed etiam in profeſſis ſimpliciter poſt biennium, ut docet Sanchez *lib*.1.*ſumma cap*.2. *n*.46.

Generales autem Ordinum Mendicantium non poſſunt hoc præcipere ſubditis, excedit enim hoc præceptum præſcriptum Regulæ, ut docent Lopez *p.p.* I*nſtruc.c*.56. Cord ib.*in expoſ. Reg.D. Franc.c*.10.*q*.2. Rod.*tom*.3.*q*.19.*a*.7.& 2 *p.ſum.c*.9.*n*.7. Don.*loc.cit*. *q*.16. *n*.4. qui ex Sanch. Ribadeneyra, & Merol. docet.quòd nec Summus *P*ontifex poteſt præcipere Regularibus [exceptis PP. Societatis prædictæ] iter habendũ inter infideles, & Indos pro converſione ad fidem. niſi in caſu neceſſitatis ob bonum commun ; hi enim Religioſi debent obedire Pontifici non in omnibus, ſed ſicuti obediunt ſuis *P*rælatis, & in his, quæ Regulam non excedunt.

13. Reſolves V. quòd Generalis non poteſt compellere ſubditum ad acceptandum Epiſcopatum; Epiſcopatus enim non ordinatur ad bonum Religionis, ſed ad bonum Eccleſiæ univerſalis Romanæ; ſolus verò Papa poteſt Religioſis hoc præcipere, & compellere, ut Epiſcopatum acceptent, ut habetur in *cap.ſcias*.7.*q*1.& docet Sanch.*l*.4.*ſum*. *c*.8.*n*.38. Poteſt autem Prælatus Regularis cogere ſubditum, ut acceptet Prælaturam intra ordinem; id enim eſt ſecũdum Regulam, & quia Prælatus debet bono communi ſuæ Eccleſiæ providere, quoque ſubditus debet obedire ex voto: ſecus graviter peccaret contra votum: niſi tamen ſit legitimè impeditus: hoc tamen impedimentum tale eſſe debet,

bet, quòd per ſubditum non poſſit auferri, nec per Prælatum amoveri. D.Th. 2.2.q.185.a.2.S.Ant.3.p.ſum.tit.20.c.2.§:6.Turrecrem:cap.olim 8.q.1.n.1:

14: Reſolves VI. Poſſe Prælatum præcipere ſubdito, ut jejunet ea die, qua Regula non obligat, & ut aliquam pœnitentiam ſubſtineat ultra contentas in Regula, dummodò id præcipiat in juſtam pœnam transgreſſionis Regulæ, vel ad cautelam alicujus delicti. Unde poteſt luxurioſum compellere, ut jejunet in pane, & in aqua; Prodigum, ut non adminiſtret aliquid Eccleſiæ, Vagum, ut non foris exeat; hæc enim omnia ordinantur in bonum Religioſi, & Regulæ. Cord.l.c.diſt.6. Sanchez l. p. ſummæ c.2.n.45.ſecus dic ſi hæc præciperentur ad magis mærendum; hoc enim eſſet ſupra Regulam præcipere, quòd non poteſt Prælatus, & ſubditus non tenetur obedire. Don.loc.cit. q.21. n.5.

DUBIUM. V.

An Prælati Regulares poſſint ſibi caſus reſervare?

1. HÆc quæſtio unum ſupponit, & alterum quærit; ſupponit enim, quòd quivis Prælatus Regularis, etiam ſi ſit Prior, vel Guardianus poteſt ſibi caſus reſervare; eſt enim ordinarius reſpectu ſuorum ſubditorum. Id autem, quòd quærit eſt; quænam caſus poteſt ſibi Superior Regularis reſervare?

2. Igitur Prælatus Regularis ſolum ſibi reſervare poteſt caſus, qui ſunt in Decreto Clementis VIII. & ſi quòd aliud grave peccatum pro conſervatione Religionis voluerit reſervare, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli pro toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matura diſcuſſione, & conſenſu. Caſus autem in dicto Decreto ſunt.

I. Veneficia, Incantationes, & Sortilegia.

II. Apoſtaſia à Religione, ſive habitu dimiſſo, ſive retento, quando eo pervenerit, ut extra ſepta Monaſterii, ſeù Conventus fiat egreſſio; III. Nocturna, ac furtiva è Monaſterio, ſeù Conventu, etiam non animo Apoſtatandi facta.

IV. Proprietas contra votum Paupertatis, quæ ſit peccatum mortale.

V. Juramentum falſum in judicio Regulari, ſeu legitimo.

VI. Procuratio, Auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſequuto.

VII. Falſificatio manus, aut ſigilli officialium Monaſterii, aut Conventus.

VIII. Furtum de rebus Monaſterii, ſeù Conventus in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.

IX. Lapſus carnis voluntarius opere conſumatus.

X. Occiſio, aut vulneratio, ſeù gravis percuſſio cujuſque perſonæ.

XI. Malitioſum impedimentum, aut retardatio, vel aperitio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad ſuperiores.

3. In quibus ſupradictis caſibus poſſunt etiam Prælati Regulares annectere excommunicationem latæ ſententiæ, & illam ſibimet ipſis reſervare; qui enim poteſt in principale, poteſt in acceſſorium, & cum Prælati poſſunt ſibi reſervare caſus, quòd eſt principale, poſſunt etiam in acceſſorium, quòd annectere

ctere excommunicationem ; & omnis Prælatus poteſt aggravare legem ſui ſuperioris, & in ea opponere pœnas pro majori illius obſervantia.

4. Caſus autem reſervati à Prælatis Regularium non ſunt reſervati pro ſuis Novitiis ; quia iſti ante profeſſionẽ non ſunt Religioſi; ergo nec ſtricti Religioſorum legibus , ac etiam quia inter caſus reſervatos ſolent aliqui reſervari, qui profeſſionem ſupponunt,uti peccatum contra votum paupertatis, &c.quæ in Novitiis non imputatur ad culpam. Ita Ledeſ. *c.*13. *de pœn. dub.* 14. de la Crux *l.*1.*c.* 6.*d.*10.*concl.*2.

DUBIUM VI.

Quid poteſt ſuis ſubditis Prælatus Regularis diſpenſare?

1. Suppono quod diſpenſatio eſt juris relaxatio ,| & dicitur vulnus , quia jus commune vulnerat ; Ad diſpenſandum autem duo requiruntur, ſcilicet auctoritas in diſpenſante,& juſta cauſa, ut docet D.Th.2.2.*q*.88.*a.*12.*ad* 2.Prælatus enim non eſt Dominus ſpiritualis poteſtatis , ſed diſpenſator in ædificationem, & non in deſtructionem; & conſequenter debet ea uti non ad libitum,ſed prudenter , & cum rationabili cauſa .

2 Juſtæ autem cauſæ diſpenſandi ſeptem eſſe poſſunt . Prima eſt tempus, quando ſcilicet ratio temporis poſtulat, ut rigor juris , vel Regulæ temperetur. Secunda eſt utilitas communis ; unde excellens in arte non debet mori , licèt ob ſuum delictum mereatur mortem . Tertia eſt qualitas perſonæ , & meriti, unde poteſt diſpenſari cum illegitimo Religioſo, ut promoveatur ad Dignitates , non obſtante illegitimatione ,| & cum aliquo, ut non teneatur ſequi Chorum cauſa ſtudiorum. Quarta eſt neceſſitas , unde infirmi diſpenſantur ad comedendum carnes tempore Quadrageſimæ. Quinta eſt pietas ; & ſic diſpenſatur cum debilibus , ut carnes manducent. Sexta eſt eventus rei , ſeu factum ſequtum, ut dicitur in *c.quicunque diſt.* 50.*& c.tuarum de ſacrilegiis.* Septima eſt ſcandalum multitudinis ; unde Prælatus parcere debet Communitati , quæ peccavit ; ſi enim omnes caſtigentur , ſcandalum ſequitur.

3 Igitur , & ſi non poteſt Prælatus diſpenſare in votis eſſentialibus Religionis; poteſt tamen diſpenſare in ſtatutis accidentalibus Regulæ (dummodo in Regula ei non ſit prohibitum , & non cum tota communitate).Rectores enim multitudinis poſſunt in legibus diſpenſare, ex D.Thom.1.2.*q.*97.*a.*4. Ea quæ poteſt cum ſuis ſubditis , poteſt etiam cum ſeipſo diſpenſare, ſecus eſſet deterioris conditionis Prælatus , quàm ſubditus ; ut idem D.Thomas docet 2.2. *q.* 185.*a.*8.*in fin corp.*

4 Poteſt etiam præexiſtente juſta cauſa generalis in ſtatutis Capituli Generalis diſpenſare , & à fortiori in ſtatutis, & legibus à ſe factis ; res enim, per quas cauſas fit , per eaſdem diſſolvitur, dummodò Capitulum Generale non auferat expreſsè auctoritatem diſpenſandi, Salas *de leg.diſp.*20.*ſect.*3.*n.*22. Peyr.*tom.*2.*de Præl.q.*1.*c.*8.*n.*15.& alii.

5 Non poteſt autem Generalis juſtè diſpenſare ad ſui libitum in pœnis à Priore Provinciali , vel Conventuali illatis alicui Religioſo , contra voluntatem Provincialis. vel Prioris , aliter fieret illis maxima injuria, & [illegible]

rum miniſteria, ſicuti neque poteſt Provincialis ſubditum abſolvere excommunicatum à Priore Conventuali, invito Priore; Et Prior Conventualis neque debet relaxare pœnas illatas Novitiis per ſuos Magiſtros, vel Studentibus per ſuos Lectores contra voluntatem Magiſtri Novitiorum, vel Lectorum Studentium; aliter Juvenes fient audaciores, & inſolentiores, & comptemnerent eorum Magiſtros, & Lectores, ut docet Peyr. *tom.2. de Præl. q.1. c.8. num.17. ver. quæres tertiò*. Donat. *de poteſtate Prælat. tract.11. q.5. n.1.2. & 6.*

6 Jure autem privilegiorum, & Concilii Tridentini poſſunt Prælati Regulares diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate ex mutilatione membro ſi proveniente: Mutilatio enim non eſt homicidium. Ut autem mutilatio indicat irregularitatem, requiritur membri abſciſſio; unde ſi quis membr m alterius debilitet illum verberando, ita ut verberatus reddatur ineptus functionibus Ordinum, & conſequenter fit irregularis; verberans tamen non contrahit irregularitatem, quia ad hoc requiritur, ut abſcindat membrum vivum, & per hoc ſi quis abſcindat membrum mortuũ mortui inimici non fit irregularis, cum membrum mortui non dicitur membrũ ſimpliciter, Tol. *l.1. c.71. n.11.* Et ſi quis alium excœcat, dummodò oculum foras non exeat, non dicitur irregularis, quia hæc non eſt mutilatio. Fernan. *in exam. Theol. mor. p.2. c.10. §.14. n.7.* Dian. *p.4. moral. tract.2. de irreg. reſ.7.* & alii.

7 Poſſunt quoque Prælati Regulares ex privilegio diſpenſare cum ſuis ſubditis in homicidio voluntario illicito, & injuſto, tamen occulto, ut docent Rod. *tom.1. q.24. a.12.* Mirand. *tom.2. manual. q.8. concl.2.* Portel. *in dub. verb. diſpenſat e n.8.* Bordon. *reſ.13. q.4.* Donat. *l.c. q.9.* Et multò magis poſſunt diſpenſare in irregularitate ex homicidio juſto, vel juſta cauſa patrato, putà ſi ſubditus ſe defendens aliquem occidat.

8 Poſſunt etiam diſpenſare in irregularitate orta ex homicidio cauſali publico; in hoc enim Prælati Regulares differunt ab Epiſcopis, quia hi poſſunt in illa diſpenſare, quando homicidium caſuale eſt occultum; illi verò diſpenſant, ſive ſit occultum, ſivè publicum: Ita Avila *de cenſ. p.7. d.ſp.6. ſect.5. dub.2. concl.2.* Vecchius *in prax. Novit. diſp.9. dub.18. n.6.* Sebaſt. à Bon. *de elect. p.2. c.4. d.71.* Diana *p.4. tract.2. de irreg. reſ. 72. in fin.* Bord. *reſ.13. q.4. n.15. in princip.* Don. *l.c. q.10.* Item poſſunt in irregularitate orta ex abortu fœtus animati; majus eſt enim homicidium hominis adulti, quàm non nati; ergo ſi Prælati Regulares valent diſpenſare in illo, multò fortius in iſto, Portel. *l. cit. p.3. c.13. n.3.* Bordonus *reſ.13. q.5.* & alii.

Hanc autem auctoritatem diſpenſandi in irregularitate, cum ortum habeat à juriſdictione ordinaria poſſunt dicti Prælati ſubdelegare; omnis enim juriſdictio ordinaria delegari poteſt, Diana *p.7. tract.2. de poteſt. Epiſc. reſ.13.* Suarez *de pænit. diſp.30. ſec.2. n.9.* & alii.

9. Item Prælati Regulares poſſunt abſolvere ſubditum ſuſpenſum ab ordine ſuſcepto, ante ætatem, vel abſque licentia, vel per ſaltum, nec non diſpenſare ſuper irregularitate, ſi eam cõtraxit exercendo munus ſuum durante ſuſpenſione in foro conſcientiæ, & quando delictum eſt occultum; quia hæc cenſura nemini reſervatur, ut videri poteſt in Bulla *Pii* II. VII. inter bullas dicti *Papæ*; ergo à di-

Digitized by Google

dictis Prælatis poteſt tolli ; & Prælati Regulares habent ad hoc ſpeciale privilegium à Sixto IV. conceſſum Olivetanis . ut ait *Peregrin comp.ver.diſp.§.12.* quòd extenditur ad omnes communicantes cum illis, & Conc.Trid.non revocat iſta privilegia , ſed ſolum revocat privilegia ne Regulares ordinentur ante ætatem ibi aſſignatam ; non ut diſpenſentur à cenſuris contractis.

Verum eſt autem, quòd ſublata ſuſpēſione per abſolutionem nō poteſt Prælatus diſpēſare cū ſic ordinato,ut exerceat actum ordinis: quia defectus ætatis eſt inſanabilis: & ſic non poteſt tolli, niſi ætate adveniente , vel ex Papę diſpenſatione,accedente autem ętate cum ſimpedimentum ceſſet, poteſt ſic ordinatus in ordinibus miniſtrare, abſque alia abſolutione· Barb.*in c. 12.ſeſſ.23. de reform. Con.Trid.*Bord.*de diſp.ſup.irreg.reſ.*11. *q.5·a.27.*Lezana *ver. irregul.*17. multis citatis;ſi autem ſuſpenſio,& irregularitas ſit deducta ad forum contentioſum non poteſt Prelatus abſolvere, & diſpenſare, quia ſtylusCurię in caſu poſito obſervat contrarium;omnes enim ſivè Regulares, ſivè ſeculares, vel ordinati ante tempus, vel ſine litteris dimiſſoriis,vel extra tempora petunt diſpenſationem à Papa, vel à Dataria, vel à Sacra Pænitentiaria ; & ſtylus Curiæ facit jus , & contra ipſum facta non valent. Peyr.*tom.1· in Conſt. 1.Iulii 2.§.16·n.36.* Don. *loc·cit· qu·15. n.3.*

10. Ante publicationem Bullę Cœnę Prelati regulares poterant abſolvere ſuos ſubditos ab omnibus caſibus Papę reſervatis,exceptis hereticis relapſis,ſciſmaticis, falſariis litterarum Apoſtolicarum,& deferentibus prohibita ad infideles, ut conceſſit Sixtus IV. Minoribus , & Predicatoribus . Poſt autem publicationem Bullę Cœnę ideſt hodierno tempore; non poſſunt dicti Prælati abſolvere à caſibus Bullæ Cœnæ, ſiquidem iſta Bulla quotannis promulgatur , & in illa expreſsè revocantur privilegia , etiam Mendicantium, & aliorum Ordininum, ſub quavis forma conceſſa . Ita Ioan. de la Crux *de ſtâtu Relig.l.1. c. 6. dub.14. concl.2.* Attamen dicti Prælati valent quò ad forum conſcientiæ & in occultis abſovere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ, ut declaravit Urbanus VIII. in ſuâ *Conſt.incipiente in ſpecula militantis Eccleſiæ*,quæ inter Bullas ejuſdem eſt 105.ubi habet.*Quò ad caſus reſervatos etiam in Bulla Cœnæ Domini [hæreſi excepta) contentos,niſi in foro conſcientiæ , non autem in foro externo ſuffragatur·*

11. Decreta autem Sac. Cong.juſſu Clem·VIII.edita,& Pauli V. non derogant privilegiis Regularium quò ad abſolutionemReligioſorum in foro animæ, ſed tantum quò ad abſolutionem laicorū; Regulares enim non comprehendūtur ſub Decretis odioſis, niſi de illis fiat mentio expreſſa,ut docetDon.*loc.c.q.17. n.2.& 3.*Mólfeſ.*p.1.ſum.tract.7.c.21. n. 19.& 20.*Vega *p.1.ſum.c.29.caſ.1.* Portel.*ver.Abbas.*Naldus *in ſum. ver. reſervatio.verſ.& eum.de hac.&c.*Peyr. *tom. 3.privil.in add.ad conſt.Sixti IV.n.36. & 37.*

Unde valent quoque PrælatiRegulares abſolvere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta; tamen, ut conceſſit Gregorius XIII. Patri Generali Ieſuitarum anno Domini 1583. 18.Martii, ut poſſit abſolvere ſuos ſubditos ab hæreſi , & à relapſu in hæreſim ; ut refert Suarez *tom.4. de Relig.tract.1.l.2.c.21.n.2.* Rodriq.*tom.1. q.30.*

*q.*20.*art.*12.*&q.*62.*a.*6:Miranda *tom.* 2. *manual.q.*7.*a.*3.*& q.*33.*a.*7.Filluc. *to.*1. *trac.*8. c.10. *n.*265. Et ſi Urbanus VIII: citatus excepit hæreſim, illam excepit, quando eſt publica; non autem occulta, & in animæ foro.

12. Ac etiam dicti Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in irregularitate occulta hæreſis; quia nullo Canone apparet hanc facultatem conceſſam Prælatis fuiſſe revocatam; ac etiam quia Epiſcopi poſſunt in hoc diſpenſare; licèt non poſſint abſolvere ab hæreſi; ergo etiam Prælati Regulares, qui habent dignitatem Epiſcopalem, vel quaſi in ſuos ſubditos. Donatus *l.c.q.*17.*n.*1.multis citatis.

DUBIUM VII.

An Prælatus Regularis poſſit imponere ſuis ſubditis clauſuram perpetuam?

1 Certum eſt apud omnes, quòd Religioſi non tenentur ad clauſuram perpetuam, quia hæc illis nullo jure fuit indicta; licèt aliqui Religioſi particulares teneantur, uti ſunt Religioſi Carthuſiani, ut colligitur ex eorum ſtatutis antiquis, & novis: Et ſic Prælati Regulares non poſſunt indicere ſuis ſubditis clauſuram perpetuam, quia non poſſunt præcipere ſuis ſubditis, niſi ea, quæ ſunt ſecundum Regulã; hi enim promiſerunt obedire Præpoſitis in iis, quæ ſunt ſecundùm Regulam; igitur ſi clauſura perpetua non eſt de Regula, non poteſt imponi, licèt poſſint imponere clauſuram particularem, vel temporalem ex cauſa rationabili; ſubditi enim in aliquibus caſibus prohibentur è Conventu exire ſine licentia Superiorum. Ita Sanch: *in decal.l.*6.*c.*2. *nu.*45. Sil. *verb. Religio* c.6. Caje.2.2 *q.*88.*a.*8. *dub.ult.* Bon: *de clauſ q.*2:*p.*2,*n*:1.

2 Romanus autem Pontifex poteſt præcipere Religioſis clauſuram perpetuam; Papa enim habet plenariam auctoritatem condendi ea, quæ ad commune bonum Eccleſiæ ſpectãt: eſt enim Paſtor, Caput, & Cuſtos totiùs Eccleſiæ, & ſupremus Generalis omnium Ordinum, cujus poteſtas non pendet à ſubditis, ſed à Chriſto; & conſequenter ipſi competit providere honori, decori, & bonæ famæ Religioſorum, etiam non citata parte: Et jam in praxi factum eſt multis Fratribus Ordinis Minorum Conventualium Hiſpaniarum, qui à Pio V. privati à ſuis Domibus coacti ſunt in alium arctiorem Ordinem tranſire: Ita Nav. *in comment. de Regul. nu.* 14. Bannes 2.2. *q.* 1.*a.*10.*dub.*6. Bonac. *de leg. diſp.* 1.*q.*1.*p.*3.*n.*18. & alii.

3 Hinc habes, quòd licèt Prælati Regulares de jure antiquo poterant ſuis ſubditis dare facultatem manendi extra Clauſtra ex gravi cauſa, & habitu retento; tamen hodie Prælatus non debet de facili ſuo ſubdito petenti exire è Monaſterio hanc licentiam dare, niſi juxta *Decretum* Clementis VIII: editum pro Reformatione Regularium incipiente: *Nullus*, &c: Regularis autem obtinens Eccleſiam Parochialem tenetur in ea reſidere, Clauſtro relicto; Papa enim dans beneficium, in hoc diſpenſare cenſetur.

DU-

DUBIUM VIII.

An Prælatus Regularis præcipiens fieri proceſſionem inſolitam per clauſtrum; ut occaſione proceſſionis intrent mulieres, incurrat aliquam pœnam?

1. SUppono I. quòd clauſura duobus modis violari poteſt, uno modo per ingreſſum mulierum intra ſepta Monaſterii: alio modo per egreſſum illicitum Religioſorum; qui quidem egreſſus illicitus multis modis poteſt contingere, nempè per dimiſſionem habitus, per acceſſum ad Curias Principū, inconſulto ſuperiore; per profectum ultra mare, abſque debita licentia, per acceſſum ad ſtudia ad audiendas leges, vel Phyſicam; per tranſitum ex una in aliam Religionem, per reclamationem injuſtâ contra profeſſionem animo vagandi, per fugam à Monaſterio, vel per Apoſtaſiam à Religione, &c.

2. Ingreſſus autem Mulierum in Clauſtris Religioſorum, nedum prohibetur à ſtatutis cujuſcunque Religionis, verum etiam à Sacris Canonibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus. Unde Gregorius Papa prohibuit mulieres à communione Monachorum, ut dicitur in *c. 20. cauſa* 18. *q.* 3. & Pius V. revocavit omnes licentias conceſſas, quibuſcunque mulieribus ingrediendi Monaſteria, quorumcunque Ordinum Regularium, & Gregorius XIII. per Bullam, quæ incipit, *Ubi gratiæ*, pariter revocavit licentias ingrediēdi Monaſteria Monialiū, & virorum.

3. In dictis autem Bullis, & ſtatutis non comprehenduntur Reginæ, vel Imperatrices, aut ipſarum filiæ; hæ enim odioſis non veniunt nomine mulierum, niſi in ſpecie exprimantur; & ſic hæ poſſunt ingredi cum honeſta familia, abſque privilegio. Neque comprehenduntur Puellæ uſu rationis carentes; hæ enim non ſunt doli capaces, ob uſus rationis carentiam; unde cum non poſſint mortaliter peccare, non poſſunt etiam eſſe ſubjectum excommunicationis, & quia dicta Bulla Pii V. loquitur de mulieribus, & ſit pœnalis non extenditur ad Puellas, quæ non poſſunt dici mulieres, niſi ubi fuerint matrimonio aptæ, quòd regulariter eſt in decimo anno earum; niſi malitia ſuppleat, ut docent Navarr. *in Comment.* 4. *de Reg. n.* 59. Sorb. *verb. ingredi Monaſt. in annot. d. motus Pii V. & Gregor. XIII. ver.* 2. *advert.* Ioann. Crux. *de ſtat. Relig. l.* 1. *c.* 5. *d.* 1. *concl.* 2. *in fin.* ubi ait, & intelligitur de mulieribus habentibus ſex annos completos, Rodriq. *in expoſ. d. Bullæ d.* 11. *n.* 12. Sanch. *l.* 6. *decal. c.* 16. *n.* 5. *& c.* 17. *n.* 4. multis citatis, Donat. *de Clauſ. viol. trac.* 4. *q.* 7. *n.* 1. quòd etiam intelligitur de Pueris reſpectu Clauſuræ Monialium, utrobique enim eadem ratio currit. Rod. *tom.* 1. *q. Regul. q.* 46. *a.* 1. Sanch. *loc. cit. & de matrim. diſput.* 16. *n.* 10. *&* 11. Bon. *de clauſ. q.* 5. *p.* 2. *n.* 2. Don. *loc. cit. n.* 2. *&* 3.

4. Introducentes autem mulieres fatuas, licèt hæ habeant defectum rationis; tamen quia ſunt aptæ ad peccandum, & poſſunt perturbare quietem Religioſorum; incurrunt pœnas in dicta Bulla contentas, & idem dic de maſculis ſi ingrediantur ſepta Monialium. Doctores præcitati.

5. Poſſunt autem mulieres ingredi Hortum Religioſorum, abſque in dictæ cenſuræ; dummodò hortus n

intra ſepta Monaſterii, ſed extra; quia nomine Monaſterii non veniunt horti, nec loca ruſtica, niſi ſint intra ſepta ſub una clauſura Nav. *de regul. cōſ. 66. in p. edit. n. 23.* Paz. *in ſua practica p. 5. c. 3. §. 3. n. 32.* Sanch. *in 6. l. decal. c. 17. n. 13. & 14* Rod. *in expl. d. bullæ. n. 2.* & alii; itē poſſunt ingredi Sacriſtiam Monaſterii ſi ſit coniuncta Eccleſiæ, & ab illa non ſeparata, niſi uno ſolo pariete dividente, ad quem directè per Eccleſiam acceſſus fiat; ſic enim eſt pars Eccleſiæ, & eſt eiuſdem Officina. Secus ſi mulieres non poſſunt ad Sacriſtiam pervenire, niſi tranſeundo per dormitorium, vel clauſtrum. Sorbus *in add. ver. ingredi monaſ.* & eſt communis.

6. Poteſt etiam Mulier Medica, abſque metu pœnæ admitti in clauſura de licentia Provincialis, vel Prioris cum conſenſu Capituli; ſi Religioſus reperiatur in extrema neceſſitate morbi graviſſimi, ut nequeat ullo modo curari, niſi ope, & arte illius, uti eſſet ſi infirmus procuratione ſui morbi, indigeat lacte illius, vel ejus arte pro revocatione oſtiū, cruris, vel Brachii confractorum, vel ſit affectus tali morbo; cui mederi præter illam, vel nullus reperiatur in illo loco, vel nemo ſciat. Sorbus *verb. ingredi monaſ. in d. bullæ Pii V. & Greg. XIII. n. 6.* Rod. *in expl. dub. 3. n. 13.* Sanch. *in l. 6. decal. c. 17. n. 30.* Bonac. *de clauſ. q. 5. p. 4. n. 4.* Alphon. de Leon. *de cenſ. recoll. 4. ver. mulier. p. 360. col. 1. in fin.* Coriol. *p. 2. de caſib. caſ. 3. n. 20.* Donat. *l. c. q. 13. n. 2.* & ratio potiſſima eſt, quia in dicti motus Pii V. & Greg. XIII. loquntur de præſumentibus; & in dicto caſu nulla eſt præſumptio, quæ includat malitiam, vel dolum, ſed tantum neceſſitas, quæ non habet legem, & leges humanæ non obligant cū periculo vitæ.

7. Unde ſi quis Religioſus ex aliquo accidenti mulierem abſcondat cōfugientem ad Monaſterium pro bono fine, ſcilicet ne occidatur à ſuis, vel ne violetur, vel pro alia juſta, & urgenti neceſſitate, quæ non patiatur moram, non incidit in pœnas latas contra introducentes; quia decreta prædicta imponuntur, contra eos, qui auſu temerario, & præſumptione introducunt mulieres. Don. *l. c. n. 6.* ſicuti nec etiam incurrit pœnas mulier incrediens clauſtrum ſine dolo, & malo fine, ſed tantum ex quadam ſimplicitate, vel inadvertentia, quia dictæ Bullæ loquuntur de preſumentibus. Nav. *in c. ſtatuimus 19. q. 3. n. 6.*

8. Suppono II, quòd cauſa Proceſſionis poſſunt mulieres ingredi clauſtra Religioſorum ex conceſſione Pii V. teſte Eminentiſſimo Cardinali Aleſſandrino; ac etiam per eamdem conceſſionem poſſunt licitè ingredi Clauſtra Religioſorum, quando in eis Miſſæ celebrantur, & alia Divina Officia; quando Cadavera Chriſtifidelium ſepeliuntur, & quando pro eis ſuffragia fiunt; quando Divinum Verbum proponitur; Et quando tantos concurſus Populi fuerit, quod commodè ingredi non poſſunt, & egredi per Portam Eccleſiæ, & in tali caſu poſſunt ingredi, & egredi per Portam Clauſtri Monaſterii; dummodò recto tramite accedant ad portam, qua exitur à Monaſterio. Ita tenenent Rod. *tom. 1. q. 48. a. 3. in expoſ. Motus proprii Pii V. n. 15.* Sorb. *ver. ingredi in add. ad d. motum. num. 7.* Sanchez *l. 6. decal. c. 17. n. 20. q. 3.* Taxed. *in cont. moral. tu. 1. l. 2. trac. 1. cont. 17. n. 8.* Feſtus *in p. ſum. c. 16.* Alph. de Leone *de cenſ. recoll. 4. ver. mulieres. pag. 360. col. 2.* Diana *p. 7. moral. trac. 12. miſc. reſ. 6.* Don. *loc. cit. q. 19. num. 1.* & eſt communis

Nec

9. Nec dicas cum ‚oann. Ant. Novar:p:1.*ſum.Bull-ver.* Clauſura *num*.6. & Marcello Vulpes *in prax.Jud.c.4.n.7.* quòd dicta declarat mentis Pii V. ceſſat ex Decreto fa Sac.Cong. Rituum facto die 3.Septembris 1628., ad inſtantiam Epiſcopi riolenſis; quia hoc decretum non e t munitus ſigillo, & ſubſcriptione Fi. Cardinalis Prefecti; & conſequer r non videtur authenticum ex decret Urbani VIII. die 11. Auguſti 1632.ac iam dicta petitio Epiſcopi Oriolenſ fundatur in conſuetudine, & nullu verbum facit de conceſſione Pii V. m lieres autem non ſolum ab immemobili conſuetudine ſcientibus, & nō cōtradicentibus Epiſcopis, ſed etiam ex dicta conceſſione Pii V. nec non & aliā factam ab eodem Pio V. quę incipit *Romanum Pontificem*, ut notat Cherub. *in ſuo novo Bullar.* intrant Clauſtra ad aſſociandum proceſſiones: Valet etiam in hoc univerſalis praxis omnium Religioſorum, & pręcipuè Civitatis Romanę, cui (ut ait Donatus *l.c.*] nullum adverſari cognovi:

10: Nomine autem Divini officii, cujus intuitu poſſunt mulieres ingredi clauſtra religioſorum, ut dicitur in dicta declaratione *Pii V*: veniunt multa; in genere includuntur omnia ea, quę exigunt aliquas Sacras Orationes, cærimonias, & ritus ab Eccleſia approbatos: In ſpecie veniunt Miſſę, ſi ibidem celebrentur; benedictio candelarum, hore canonicę, profeſſio Novitiorum, Conciones, ſpirituales ſermones, qui ſolent fieri in ſextis feriis Adventus, vel Quadrageſimę; lotio pędum, quę fit in die Cœnę Domini, & & ſimilia: Don: *loc.cit.q.*20 *.n.*3.Sorb. *l.c.n.*7. Rod.*q.* 48. *a.3.not.*3. Taxed. *l.c*, Poſſunt quoque mulieres licitè comitari Euchariſtiam ad Religioſos infirmos, dūmodò eant cum publica Proceſſione, & ſolemni: in tali enim caſu accedunt licitè ad illa loca, in quibus fiunt pia, & Divina officia, & nomine Divini officii venit ſolemnis Proceſſio ſecundū Ritū Eccleſiœ celebrata; Bon. *de cenſ. in gen. diſp.* 5.*p*.4.*n*.1.& alii.

11. His ſuppoſitis dico ad id quòd principaliter quęrebatur in titulo, quòd Pręlatus Regularis non poteſt inſtituere extraordinariam proceſſionem; ut occaſione illius mulieres poſſint intrare Clauſtrum; & ſi *Pręlatus* abutatur dicto privilegio, ſeu conceſſione *Pii V.* (quę debet intelligi ſecundum Epikeyā humanam] peccat, & debet à ſuperioribus puniri. Rod.*to.1.q.48.a.3.ver. circa quem*. Sanch.*l.6.decal.c.*17.*num*.23. *d.*1 Sorb.*annot.d.motus n.*7.Don.*l.c. qu.*21. *num*.8.

12. Unde non poteſt *Prælatus* inſtituere proceſſionem extraordinariam, pro ſatianda curioſitate mulierū ſcilicet, ut videant novam fabricam, vel ornamēta Clauſtri; aliter eſſet abuſus intolerabilis: & tunc tam Prælati hoc facientes; quàm mulieres intrantes incurrerent pœnas taxatas in dicta bulla, ita *Portell: in reſp.p.*3.*ca*.37.*n*.3.Rod.*in d.exp.n.*20

13. Hinc habes, quòd ſi fœminæ licitè ingreſsæ ſint in aliqua loca Monaſterii in caſibus ſupradictis non poſſunt ad ulteriora progredi: niſi ad illa loca ad quę eſt licitus ingreſſus, nempè ad aſſociandum proceſſionem recto tramite, ad audiendam Miſſam, &c. quòd ſi cauſa curioſitatis, vel levitatis, aliò ſe divertūt non excuſantur ab excommunicatione: Tum quia Pontifex nedum prohibuit ingredi januam Clauſurę, ſed etiam alias Officinas interiores, ac proinde violatur

Clauſura,quod finitur muris principalioribus, & interioribus; Tum etiam quia Pius V:conceſſit fœminis, quòd quando Divinum Verbum habetur in Eccleſia, ob populi concurſum poſſint ingredi, & egredi per portam Clauſtri, dummodò recto tramite accedunt ad portam, qua à Monaſterio exitur; ubi notandum eſt ly *recto tramite*:Tum denique quia *Pius* V: dedit facultatem fœminis accedere licitè ad illa loca ubi exercentur pia opera; ergo deficiente hac conditione intẽdit non concedere hanc facultatem:Diana *p.4.moral.trac.4. miſc. reſ.* 179. *ver. not.*Donat:*l:cit:q* 24.*n*:6:7:*&* 8: contra Bon: *q:5:de clauſ:p:4:n:*16:

14: Quia autem ſepè ſupra dixi, tam mulieres violantes Clauſuram per ingreſſum Clauſtri; quàm *Prælati*, & Religioſi permittentes, ſeù introducentes dictas mulieres: incurrere pœnas taxatas in Bulla *Pii V*: & Gregorii XIII: ideo ſciendum eſt quænam ſunt iſtæ pœnæ:

Dico ergo,quòd mulieres afficiuntur excommunicatione *Papæ* reſervata, à qua nequeunt abſolvi,niſi in mortis articulo: Regulares verò ſive ſint ſubditi, ſive Superiores ipſo facto ſuſpenduntur à divinis, & privantur officiis,quæ in præſenti obtinent, & inhabilitantur ad illa; & omnia alia ex Bulla *Pii V*: & ex Bulla Gregorii XIII: excommunicantur] mulieres, Superiores Monaſteriorum, nedum ſuſpenduntur à divinis: ac etiam privantur officiis, quæ de præſenti obtinent, & ad alia inhabilitantur; & inſuper excommunicantur, excommunicatione latæ ſententiæ Papæ reſervata ad inſtar mulierum: Quæ excommunicatiò non afficit ſubditos, ſed tantum Superiores, ut conſtat ex verbis dictæ Bullæ *Albatiſſis verò, & Abbatibus*:ibi Rod: *tom:1:q:47:a:7:not:*1:Cherub:*in comp: d: Bullæ Gregor:*Sanch:*l:*6.*decal:c:*16: *nu.* 84.

15: An autem hę pœnæ incurrantur ſtatim admiſſa culpa: dico, quòd hęc eſt differentia inter cenſuras, & alias pœnas poſitivas; cẽnſurę enim (ſcilicet excommunicatio,ſuſpenſio,irregularitas, & interdictum) ipſo jure illas ex praxi Eccleſię afficiunt conſcientiam, abſque alia ſententia Judicis; quia pœnę jurè negativę quò ad forum animę ulli indigent miniſterio externo; licèt in foro fori ullus poteſt excommunicari, nec interdici abſque proceſſu, & ſententia Judicis: pœnę autem poſitivę, aut mixtæ, ... ſunt confiſcatio bonorum, privatio ... officiis activæ, & paſſivæ, & inhabilitas ... non afficiunt conſcientiam ante ... dates ... tionem Iudicis: Don: *loc.cit* ... declara: 3:Novar:*p:2:ſumm:verb* ... *:q.27:n*: *&* Portell: *in dub.verb:* ... *:Clauſura n.*8: ... *habilitas*: Nullus enim ſpontè tenetur ſe infamare, nec ſe vita, aut bonis privare, aliter faceret cõtra jus naturæ:

16: Quia autem tranſgreſſores dictę Bullę ſuſpenduntur à Divinis,neceſſe eſt etiam ſcire quid ſit à Divinis ſuſpendi, quòd idem eſt, quòd ſuſpendi ab exercitio ordinum ſuſceptorum, ſi quos habẽt; unde culpabiles non poſſunt aliquod Sacramentum in pompa Eccleſię adminiſtrare; nèc in choro ſolemniter collectas proferre, nec cantare Epiſtolam, vel Evangelium, nec Cereos deferre, & tandem nihil facere, quòd ſit annexum Ordinibus etiam Minoribus;& talia exercendò fiunt irregulares, Rod.*in expl.d.Bullæ n.*21.*ver.ſuſp.à divinis*,Sorb.*in comp.ver.ingredi Monaſ. n.*9.

17: Poſſunt tamen cantare cum aliis in

in Chr ,ro, Reſponſoria Defunctorum,& Lita' ,nias, baptizare ſine ſolemnitate more ,aicorum; auſcultare Miſſam,acceptare electionem de ſe factam,excommunicare, conferre beneficia, & alia quæ non ſunt actus proprii ordinis, quæ exercendo ſuſpenſi à divinis, licèt peccent mortaliter, non fiunt tamen irregulares. Nav. *in manual.c.27.n.163.* Covar. *in c. Alma 2.p.§.2.n.2.* Don.*loc.cit.q.29.num.4. & 5.*

18. Religioſi autem prædictis pœnis,& cenſuris innodati abſolvuntur, & diſpenſantur à ſuis ſuperioribus. Quia Prælati Regulares habent in ſuos ſubditos juriſdictionem quaſi Epiſcopalem; & cum Epiſcopi jure Concilii Tridentini poſſunt in omnibus cenſuris,irregularitatibus,& ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, & in omnibus aliis caſibus Papalibus non deductis ad forum contentioſum delinquentes ſibi ſubditos ab ſolvere in foro conſcientiæ ac diſpenſare; ita poſſunt Prælati Regulares. Rod. *t.1.q.61.a.9.* Sanch.*l.8. de matrim. diſp. 2.n.12.* Boſſius *ſect.1.de jub.caſ.10.num. 220.* Sayr.*in Clau.Reg.l.6.c.11.n.83.* Bord.*reſ.2.q.10.*& alii.

19. Amplia etiam ſi dictæ cenſuræ ſint deductæ ad forum contentioſum virtute Privilegiorum poſſunt Prælati Regulares abſolvere. & diſpenſare ſuos ſubditos; quia prædicta privilegia non diſtingunt inter forum poli, & fori, ſed loquuntur abſolutè, & conſequenter intelliguntur pro utroque foro, eò fortiùs, quia iſtæ pœnæ non reſervantur Papæ. De la Crux *de ſtat.Relig.l.1.c.6. d.15. poſt.6.concl.*Sanch.*l.6. decal.c.17. n.42.* Bord.*loc.cit.q.6.* Donatus *loc. cit.* & alii plures.

20. Mulieres verò incurſæ in prædictam excommunicationem ſi ſit publica à nemine abſolvi poſſunt, niſi à Romano Pontifice, vel ejus Delegato. Si autem ſit ſecreta, poſſunt abſolvi ab Epiſcopo loci, vel à Confeſſariis ab eodem inſtitutis talem facultatem habentibus, Item à quocunque Confeſſario ſemel in vita, & ſemel in morte virtute Bullæ Cruciatæ. Item à quolibet Confeſſario Regulari in vim privilegii Pauli III.conceſſi Patribus Societatis, ut docet Sanch.*in ſum.p.2.l. 6.c.15.n.78.*

DUBIUM IX.

An Prælati Regulares poſſint ſuos ſubditos criminoſos damnare ad Triremes.

1 Ex auctoritate dominativa, coactiva juriſdictionali, & quaſi Epiſcopali, quam habent Prælati Regulares in ſuos ſubditos, oritur, ut poſſint dicti Prælati ſubditos facinoroſos condemnare ad Triremes, & quidquid ſit de jure communi, ſaltem ex uſu, & rationabili conſuetudine, juris tamen ordine ſervato; & non ſolum ſubditos laicos, & Clericos, ſed etiam Sacerdotes.

2 Quæ quidem auctoritas reſidet tantùm in Patribus Generalibus, vel Provincialibus Ordinum, non autem in Prioribus Conventualibus;hi enim licèt ſint verè Prælati, & Parochi animarum, non habent tamen plenariam auctoritatem in gubernatione ſubditorum,ut habent Generales, & Provinciales; non enim habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in toto territorio; ſed limitatam in uno ſingulari loco; unde oritur, ut Priores,ſeu Guardiani non poſſint de

jure

ure licentiare ad Ordines, nec inſtituere Prædicatores, vel Confeſſores;

3 Religioſi autē ad Triremes damnati tenentur ad vota eſſentialia, & ad obſervantias ſuæ Regulæ, quia adhuc remanent Religioſi, & propria malitia non debet eis patrocinari; tenentur quoque [ſi vacant] Divinum Officium recitare, prout ſciunt, & poſſunt, & ex deficientia Breviarii, loco officii tenentur dicere tot Pater, & Ave, Aff. Vivald. *in tract. de depoſ. & degrad. q.38.c.4.n.4* Suar. *tom.2. de Relig. l.4.c.17.n.9.* Sāch. *l.6. decal. c.9.n.58.*

4 Peracta pœna Triremium, debet Religioſus à ſuis Prælatis denuò in Religionem ſuſcipi; promiſit enim in profeſſione vivere in Religione uſque ad mortem; & ſicut uxoratus peracto exilio, vel egreſſus è carcere ſpectat ad uxorem; ſic Religioſus finito triremio ſpectat ad Religionem, cum qua per profeſſionem matrimonium contraxit. Don. *de galeotis q.22.n.1.*

5 Verum eſt enim, quòd Religioſus abſolutus à Triremibus, remanet infamis infamia juris, quæ incurritur ipſo facto per ſententiam diffinitivam condemnatoriam Judicis in cauſa famoſa, *c. infames 3.q.7.§. porrò*; & eſt infamis non ſolùm jure legali, & civili, ſed etiam canonico; omnes enim infames jure civili, ſunt etiam tales jure canonico.

Hinc repellitur à Dignitatibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus *c. inter dilectos de exceſ. Præl. l. unica de infamibus*; neque poſſunt Ordines ſuſcipere, nec in ſuſceptis miniſtrare, nec eſſe Magiſtri in Theologia, nec Prædicatores, nec Priores, Tamb. *de Jure Abbat. n.1. diſp. 5. q.20.* & alii.

6 Talis autem infamia in communi ſententia inducit irregularitatem, quia naſcitur ex notorietate delicti; & ſi repelluntur à dignitatibus, ut dixi; ergo ſunt irregulares, & ita conſtat ex *c. infames cauſ.3.q.7.* quo damnati judicio publico ad pœnitentiam publicam ſunt infames. Iſta autem irregularitas proveniens ex infamia juris ſolus Papa diſpēſat de jure communi; ex Privilegio autem Pii V. poſſunt illam diſpenſare Prælati Regulares. Et ſic exceptis tribus irregularitatibus, nempe homicidii voluntarii, mutilationis membrorum, & bigamiæ, poſſunt alias irregularitates Prælati Regulares diſpenſare, Naldus *in ſum. ver. infamia*, Peyr. *de ſubdito t.1. c.27. verſ. ed quæres fol.113.* Lezzana *ver. infamia n.17.* Don. *l.c.q.25.n.4.*

DUBIUM X.

Quid poteſt, vel non poteſt facere circa adminiſtrationem temporalem, abſque conſenſu ſui Capituli.

1 Certum eſt, quòd Prælatus Regularis abſque conſenſu ſui Capituli, non poteſt inire graves contractus, & negotia ſuæ Eccleſiæ, ut decernitur *c. ſine exceptione 52. cauſ. 12. q.2. & c. ſubſequenti, & cap. ea noſcitur eod. tit.* poteſt autem agere quo ad res leves, & modicas v.g. quæ ad victum, & veſtitum pertinent, non expectato Capituli conſenſu; Tum quia ita ſe habet conſuetudo; Tum etiam quia valdè durum videtur, quod Prælatus indigeat conſenſu Capituli, quoties vult emere vinum, frumentum, vel aliud ſimile, Leſſius *l.2. de juſt. c.28. d.2. n.20.* verùm in hoc omnis Prælatus conſulat ſuas Conſtitutiones, vel laudabiles conſuetudines;

Cer-

2 Certum eſt quoque Prælatum Regularem non poſſe ex ſe alienare bona ſtabilia Eccleſiæ; ſed in hoc requiritur aſſenſus Pontificis; & hoc prohibetur tam jure divino, tam civili, quàm canonico. Jure Divino, quia dicitur Levitic. 45. *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos Advenæ; & Coloni mei*; & ſic bona Eccleſiarum, non ſunt bona Clericorum, vel Monachorum, qui ſolum ſunt uſuarii, ſed verè, & propriè ſunt Dei, cujus intuitu offeruntur à fidelibus: & ſic ad Deum ſpectat illa diſponere, & ad legitimum ſuum Vicarium in terris.

3 Jure civili, ut habetur in *l. jubemus c. ſacroſanct. Eccleſ. & in §. nos igitur v. alienationis autem nomen, in auth. de non alienand. aut permutan. reb. Eccl. & in §. quia verò Leonis in ead. auth.*

Jure canonico, ut deciditur in *c. non liceat, in c. Diacono, in c. quidquid, in c. monemus, in c. quiſque Epiſcopus, in c. ſine exceptione 12. q. 2. in c. nulli liceat, in c. ſi quis Presbyterorum, in c. fin. extr. de reb. Eccl. non alien. in c. ſicut. §. fin. in clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. & in conſtit. Pauli Tertii incip. Ambitioſæ cupiditati, & ultimo in decreto Sac. Cong. Conc. juſſu Urbani Octavi editum.*

Hinc alienans bona immobilia Eccleſiarum, ſine juſta cauſa, vel ſine licentia Pontificis, vel ſine juris ordine, peccat mortaliter, & contractus erit nullus, & tam alienans, quàm recipiens alienatum erit excommunicatus, ut exprimitur in *d. extrau. Ambitioſæ.*

5 Cauſa autem juſta eſt quadruplex. Prima eſt neceſſitas urgens Eccleſiæ, v.g. cum Eccleſia gravatur ære alieno, quòd de fructibus non poteſt ſolvi, niſi per alienationem bonorum, vel quando Eccleſia eſt reparanda, ut ſi patiatur ruinam imminentem, aut defectus ornamentorum, paramentorum, vel vaſorum ſacrorum, & fructus non ſufficiunt. Secunda eſt utilitas evidens, ideſt clara, & indubitata. Tertia eſt pietas. Quarta denique cauſa eſt incommoditas, ſeu inutilitas, quod ſequitur ex re Eccleſiaſtica retenta, ut ſi res alienanda ſit magis damnoſa, quàm utilis.

6 Iuris ordo etiam requiritur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, qui quadruplex eſſe poteſt. Primus eſt tractatus; Superior enim localis alienare volens, debet diſcurrere cum ſuo Capitulo, an expediat, ſive non, & ad hunc omnes illi convocandi ſunt, quorum intereſt. Secundus eſt conſenſus Capituli expreſſus à majori, & ſaniori parte, licèt non ab omnibus; quòd enim fit à majori parte Capituli cenſetur ab omnibus fieri. Tertius, ut interveniat ſubſcriptio ſingulorum de Capitulo; quæ ſubſcriptio ſatis eſt, ut fiat manu Notarii, ut ait Silv. *ver. alien. num. 3. in fin.* & Bord. *de alien. bon. Eccl. reſ. 27. q. 6. n. 31.* Quartus eſt authoritas Prælati; quibus omnibus adde conſenſus Apoſtolicus, ſine quo non reperitur legitima ſolemnitas.

7 Hodie tamen in alienatione rerum Eccleſiaſticarum duo copulativè requiruntur, nempe, juſta cauſa, & ſolemnitas, hoc eſt aſſenſus Apoſtolicus. Igitur auctoritas Prælati, tractatus, conſenſus Capituli, & ſubſcriptio, hodie non requiruntur in alienatione prædicta: ſunt enim de ſolemnitatibus antiqui juris canonici, quæ per Paulinam fuerunt correctæ, & abrogatæ, Riccius *reſol. 383. n. 1.* multis citatis, Novar. *1. p. ſum. Bul. de alien. bon. ſuper Bullam Pauli IV. n. 25.*

Res

8 Res mobilis, quæ ſervando ſervari non poteſt, poteſt Prælatus alienare ſine conſenſu Papæ, & Capituli, ut docet Peyr. *trm. 1. in conſt. 9. Julii II. n. 10. in fin.* Res autem mobilis in præſenti illa dicitur, quæ triennio non durat, vel quæ uſu conſumitur, vel non fructificat; ac proinde vinum, frumentum, veſtes laceræ, & ſimilia, quæ non fructificant, & citò veteraſcunt ſunt alienabilia à Prælato ſolo Regulari; ſecus dic de mobilibus prætioſis; hæc enim connumerantur inter bona ſtabilia, & hujus generis ſunt. Vaſa aurea, argentea, veſtes prætioſæ, quæ diu ſervari poſſunt, gemmæ, & ſimilia, C. jò. *in ſum. c. 5.* Syl. *ver. alienatio n. 7.* Sayt. *l. 3. c. 32. n. 22.* Riccius *deciſ. 61. in 1. edit. 1. p.* multis citatis.

9 Cujus autem valoris eſſe debet res mobilis, ut dicatur prætioſa, & conſequenter inalienabilis à Prælato abſque Papæ licentia, dico, quòd cum res prætioſæ correſpondeant bonis ſtabilibus: de illis dicendum eſt juxta diſpoſitionē *cap. terrulas*; ita ut res mobiles æſtimati ultra viginti ſolidos non poſſint alienari à Prælato, ut declaravit Sac. Cong. teſte Nald. *ver. alienare n. 5. & ver. Præl. n. 7.* Eſt autem unus ſolidus idem quòd unum ſcutum auri, in auro ſtampatum, Panor. *in c. conquærente, de off. ordin.* Scutum verò, quòd ſucceſſit loco ſolidi, regulariter conſtituit Julios treſdecim cum dimidio monetæ Romanæ, unde viginti ſolidi conſtituunt ſummam ſcutorum viginti ſeptem ejuſdem monetæ Romanæ, & hujus Regni Neapolitani triginta ducatorum currentium ad rationem decem carolenorum pro quolibet ducato, Conrad. *in praxi l. 9. c. 4. n. 45.* & alii.

10 Inter bona mobilia *prætioſa* connumerantur Oves, Arietes, Boves, Porcos, & ſimilia. Unde quando Oves, &c. conſiſtunt Gregem, non ſunt alienabiles abſque licentia Pontificis; quot autem Oves faciant Gregem, docet Gloſſa in *c. nullus 1. de elec. ver. duo*, ibi: *Nota quod quatuor, vel quinque Porci, vel decem Oves faciunt Gregem, l. Boves, ff. de verb. ſig.* Poteſt autem Prælatus ſine licentia vendere Arietes, Agnos, Hircos, Hædos, animalia vetera, inutilia, & morbo affecta. Genuenſ. *in praxi c. 7. n. 7.* Riccius *1. p. prax. deciſ. 61. in 1. edit.* Novar. *in prax. novi juris Pont. de alien. con. l. 1. aliàs 23. num. 12. in fin.* & alii.

11 Libri etiam connumerantur inter mobilia prætioſa; unde ſi valeant ultra viginti ſolidos, non poſſunt alienari à Prælato abſque ſolemnitate; ſi autem Prælatus hodie vendat unum, cras aliū librum, & ſic ſucceſſivè, incurreret pœnas, quia non requiritur, ut res mobilis ſit una numero unitate Phyſica, ſed ſufficit moralis unitas plurium rerum habentium aliquam habitudinem inter ſe in ordine ad eundem uſum, & finem, ut patet de Grege Ovium, quòd eſt unum per aggregationem, & nequit in totum alienari, etiam ſi ſingulæ Oves ſeorſim venderentur, aliter paulatim omnes librariæ venderentur ſine licentia Pontificis, quòd eſt falſum.

☞ 12. Limita quando libri paulatim venduntur, & commutantur in meliores, & utiliores; & quando inter unam, & aliam venditionem interponitur magna mora temporis. Don. *l. c. de reb. Monaſt. non alien. q. 50. n. 3.*

13. Poteſt etiam Prælatus abſque

Digitized by Google

conſenſu ſui Capituli cædere opacas, arbores, & cæſas vendere, abſque metu pœnarum in *d.extrav.* quia Prælatus tenetur peragere ea, quæ cedunt in meliorationem ſuæ Eccleſiæ; & cum prædicta ceſſio cedat in utilitatem ſuæ Eccleſiæ; quis enim non dicit, quod raritas arboreti non nocet fructui ejus? umbra enim tollit fructus, & arbores facit ſteriles, ut experientia demonſtrat. Harum autem venditio nullo jure prohibetur; ſunt enim res mobiles, & quę ſervando ſervari non poſſunt; & ſic licitè poſſunt vendi; maximè ſi pretium convertatur in emptionem ſtabilium. Novar. *in d.conſ.6.n.3* Rod. *loc.cit.a.4.* Quaran. *num.33. in fin.* Peyr. *loc.cit.n.19.* Don. *l.c.q.70.*

14. Si autem Prælatus cædat arbores frugiferas, uti ſunt olivæ, ficus, vites, & conſimiles ferentes poma, ſine ſolemnitate dat in pœnas *d. extravag.* quia Prælatus Regularis prohibetur in ſpecie alienare poſſeſſiones Monaſterii; nomine autem poſſeſſionis veniunt res poſſeſſæ, ſeu arbores ſolo inhærentes. Ut notat Novar. *in d.conſ.6.n.2.* multis citatis. Secus dicendum eſt ſi ſylva ſit cædua, quæ per inciſionem, melius renaſcitur, quia in tali caſu non deterioratur, ſed potius melioratur; ad hoc enim ſylva dicitur cædua, ut cædatur, & ut ſucciſa rurſus renaſcatur ex ſtipite, aut radicibus poſt breve, vel longum tempus. Idem dic de arboribus vetuſtis, vel corruptis, ſi loco earum aliæ plantentur utiles. Idem eſt ſentiendum, quando ceſſio fit in parva quantitate, ut ſi Prælatus incidat unam, vel duas arbores licèt fructiferas, quia inciſio debet eſſe notabilis, & perpetui detrimenti circa ſubſtantiam rei, ut deciditur in Rota Romana, quam refert Far. *p.2.deciſ.553.* Peyr. *n.23.* & Lezan. *verb. lienatio n.16.*

DUBIUM XI.

Quid de Prælato Regulari in ordine ad votum paupertatis, quo ad ſe, & ſuos ſubditos?

1. Religioſa paupertas, quæ eſt omnium rerum, & omnis juris poſſidendi renunciatio voluntaria, facta per ſolemne votum, in aliqua approbata Religione à Sancta Sede Apoſtolica, conſiſtit in abdicatione privati Dominii omnium rerum temporalium, ut docet S.Th. *2.2.q 186.a.3.* & licèt Religiones habeant bona in communi, ſalvatur tamen eſſentia Religionis, quæ ſolum excludit poſſidere bona in particulari; Apoſtoli enim verè erant Religioſi homines, & tamen habebant bona in communi, ut dicitur Act.4. *erant illis omnia communia, & dividebantur ſingulis, prout cuique opus erat.* Unde non eſt vetitum Religioſis acquirere pro communitate, ſed ſolum acquirere ad proprium commodum, abſque venia ſuorum Prælatorum, ut docet praxis, & unanimiter Doctores.

2. Si autem Religioſi poſſident de licentia ſuorum ſuperiorum redditus, ſeu pecunias, quæ annuatim ex affectu alicujus ſtabilis ſolventur; non ſunt in ſtatu damnationis, maximè ſi proprietas, & Dominium illius ſtabilis reſideat penès Monaſterium. Unde Rod. *t.p.ſum. c.90. de Novit.concl.4.n.9.* & *2.p.c.31.dè Relig.n.2.concl.2.* Valent. *2.2 diſp.1. q.4.p.3.* Vega *2.t.ſum.c.32.caſ.19.* Lezan. *1. p. ſum c.6.de paup.n.21.* dicunt, quod in illis Monaſteriis, in quibus, vel ob nimiam paupertatem, vel ob incuriam, aut negligentiam Prælati, non poteſt obſervari vita communis, dando ſingulis Reli-

gioſis, quæ ſunt ſimpliciter neceſſaria ad victum,& veſtitum;poteſt permitti Religioſis aliquod peculium,etiam rei ſtabilis, annuis redditus, vel cenſus in ordine ad uſus neceſſarios, & amovibiliter à voluntate ſuperiorum; & eorum ratio eſt.

Tum quia hæc habere prædicto modo non eſt contra naturam voti paupertatis, aut juris communis, ſed ſolum contra præcepta Eccleſiæ, Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum; ſed præcepta Eccleſiæ non obligant cum morali impoſſibilitate, qualis cenſetur eſſe in caſu poſito; ergo &c. Tum etiam quia in tantum Summi Pontifices, & Concilium prohibuerunt Religioſis habere peculium, cenſus, &c. quia ſupponebant Monaſteria, & ſuperiores dare Religioſis neceſſaria ad victum, & veſtitum; ergo ceſſante hoc præſuppoſito, ceſſant etiam ordinationes, & leges. Tū tandem, quia Monaſteria, & ſuperiores tenentur dare ſubdititis neceſſaria ad victum, & veſtitum; ergo deficientibus illis dare tenentur hi aliundè ſibi ea quærere.

3. Verum hæc omnia vera ſunt ſublatis abuſibus, fictionibus, ac ſimulationibus; & dummodo annui cenſus Religioſis concedendi, notentur in libro rerum Monaſterii, & per procuratorem Conventus annuatim exigantur,& eleemoſynaliter ſubdito concedantur ad neceſſarios uſus, & monetæ ſuperfluæ exactæ ponantur in depoſito communi, à quo non debent extrahi, niſi ſervatis legibus depoſiti communis, ut docet Donat.*tom.3.de vot.paup.queſ.*11 *n*.7.

4. Ut autem Religioſus ſalvetur à vitio proprietatis in retinendo, vel expendendo aliquod peculium, requiruntur quatuor conditiones. Prima ut habeat dependenter à voluntate ſui Prælati. Secunda,ut ſit paratus illud conſignare ad nutum ſuperioris; Tertia ut illud convertat in uſus licitos, & pios, ad decentiam ſui ſtatus; & quarta ut illud, quòd habet non ſit ſuperfluum, ſed conveniens ſuo ſtatui, ut notat Bord. 1. *p. conſ.reſ.*43.*q.*23.*n.*68. quibus conditionibus alias addit Tamb.*de jur.Abbatis. diſp.*8. *q.*3. ſcilicet ut redditus incorporentur bonis Monaſterii communibus; & ut tam peculium, quàm redditus,non ſolum ſint ad nutum ſuperioris revocabiles;ſed etiam ut poſſint auferri ab aliis Religioſis privatis,juſſu ſuperioris;Item quòd non debet Religios habere uſum peculii apud ſe; ſed apud publicum Depoſitarium,vel Bullarium Monaſterii; & ut accepturus aliquid de ſuo peculio cauſam exponat ſuo Prælato, à quo debet approbari.

5. Superfluum autem in præſenti dicitur, id quòd non eſt neceſſarium ad ſtatum religioſum, ut notat Peyr.*t.*2. *de ſubd.q.*2.§. *Colligiturque*. Ubi habet, quòd debet attendi ratio qualitatis perſonæ, conditionis, loci, varietatis, temporum, & multarum aliarum circumſtātiarum ad decentiam ſtatus conſervandam neceſſarium; quòd enim uni Religioſo eſt ſuperfluum, alii poteſt eſſe neceſſarium, ſi conſideretur Religio ſtrictior, & laxior, vel qualitas perſonæ,& gradus, vel ætas, ut ſi ſit juvenis, vel ſenex, infirmus, vel ſanus.

6. Si autem Prælatus dat alicui ſubdito licentiam accipiendi à ſuo depoſito decem aureos, v.g. ad emendum libros, ſubditus non poteſt illos expendere ad aliis uſus ſibi neceſſarios; & à fortiori in uſus prophanos, & quamvis in

uſus

uſus neceſſarios poteſt præſumi licentia tacita *Prælati*; in uſus tamen prophanos non pôteſt præſumi; unde ſubditus in hoc certò mortaliter peccaret. Don. *l. c. q.* 23. *n.* 1. Rod. *2. p. ſum. c.* 13. *de Relig. concl.* 3. *n.* 3. *verb. quartò dico.*

7. Taciturnitas autem Prælati videntis, & non contradicentis ſubditum aliquid expendere, vel acquirere, & non contradicentis aliquando excuſat à vitio proprietatis. Excuſat quando taciturnitas eſt approbativa; quæ ſi ſit tantum permiſſiva non excuſat; Deus enim permittit mala fieri à peccatore; nihilominus peccator eſt in culpa. Tunc autem taciturnitas cenſetur permiſſiva, quando Prælatus videt ſubditum rem accipere, vel diſtrahere, & tacet verecundia, timore, vel alio reſpectu, quia ſuperior eſt vir Pacificus, ſubditus verò auſterus, rixoſus, & inquietus; approbativa verò tunc eſt, quando ſuperior videt, & tacet, imò ſolitus in his occaſionibus clamare, vel iraſci, & non clamat, neque iraſcitur; tunc enim videtur approbare. Peyr. *t.* 1. *de ſub. qu.* 2. *c.* 2. §. 3. *ver. noto tertio.*

8. Hinc nota, quòd Religioſus peccat contra votum paupertatis ſi ex rebus ſibi conceſſis ad proprium uſum aliquid donet; Tum quia licentia data pro uno uſu non poteſt extendi ad alios uſus, unde data licentia pro emendis libris Theologiæ non poteſt extendi ad libros prophanos, & data pro emendis veſtibus, non poteſt extendi pro ſolvendis debitis. Tum etiam quia quando Religioſo conceditur uſus rei, non conceditur ſimpliciter jus utendi, quia non eſt capax talis juris, quòd habet aliquam rationem dominii; unde Religioſo conceditur tantum uſus in individuo, & præter illum non poteſt ullum alium ſua authoritate uſurpare, & ſi uſurpat, in eo ſe gerit ut Dominus; & non ut pauper. Tum denique quia Religioſo ſolum cōceditur uſus cibi, verbi gratia ad ſuam ſubſtentationem; ergo ſi voluntariè abſtineat, ſivè quia non indiget non poteſt pro ſuo arbitrio de ſuperfluo diſponere; & ſic non poteſt ſubditus, abſque licentia ſui Prælati neque ſuam Pictantiam in eleemoſynam dare. Vide D.Th. 2.2. *q.* 32. *a.* 8. *ad* 1.

9. Peccat autem mortaliter Prælatus contra votum paupertatis expendēdo redditus bonorum Monaſterii in quoſcunque uſus illicitos, & prophanos Quia Regularis per Prælaturam non fit Dominus rerum Monaſterii, ſed tantū cuſtos, & diſpenſator ad præſcriptum Regulæ, quæ vult, introitus Monaſterii non expendi ad alios uſus, niſi in ſubſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, in ædificationem, vel reperationem Monaſterii. Et ſi ſint ſuperflua debent dari pauperibus, vel applicanda in pios uſus, & non danda canibus, lenonibus, meretricibus, & ſimilibus. D. Th. 2.2. *q.* 63. *a.* 2. *ad.* 1.

DUBIUM. XII.

An Prælatus Regularis poſſit dare licentiam ſubdito ludendi.

1. NOta, quòd ludus, ut ludus [præciſis malis circumſtantiis] eſt neceſſarius ad quietē animæ, & corporis recreationem, ut docet D. Th. 2.2. *q.* 168. *a.* 2. Unde ludus eſt actus Eutrapeliæ, ex Ariſt. *eth. c.* 8. & ſic eſt neceſſarius ad honeſtā recreationē animi. Unde B. Joannes ſæpè cum diſcipulis ſuis ludebat, ut

Digitized by Google

ligitur à collationibus Patrum, teſte D. Th.*loc.cit.*& q od fecit, & indulſit Apoſtolus, poteſt etiam Prælatus Regularis indulgere.

2. Dico ergo,quòd Regularis Prælatus poteſt dare licentiam ſubdito ad ludendum, dummodo ludus ſit honeſtus præciſo ſcandalo, lege non prohibente. Ut ergo licitè ludat Religioſus debent tria concurrere. Primo,ut in ludo abſtineat à verbis turpibus,oſcenis, & proximo nocivis. Secundo,ne totaliter gravitas offendatur, cum in omnibus debet attendi honeſtas perſonæ. Tertia, ut omnes actus jocoſi congruent perſonæ, tempori, loco, & circumſtantiis.

Dixi [ludo honeſto,] quia ludus inhoneſtus eſt illicitus Religioſo, & de hoc ludo dicitur Tob.4. Numquam cum ludentibus miſcui me. Dixi (præciſo ſcandalo;) quia nihil faciendum eſt cum ſcandalo; & dixi [lege non prohibente) quia Prælatus non poteſt concedere cōtra Sacros Canones, vel contra propriā Regulam;& ſic non poteſt licentiare ad habēdum principaliter propter lucrum, necAleis, per quas ſignificatur omnis ludus, qui principaliter innititur fortuna, aut ſorte, quam induſtria, & arte humana.

3. Hinc habes, quòd Religioſus ludens, abſque ſui Prælati licentia peccat contra votum paupertatis, quia expo. nere pecuniam ludo eſt actus Dominii, & religioſus nullum habet dominium,& qui illam pecuniam lucratur tenetur reſtituere, utpotè quia lucratus eſt ab homine non habente poteſtatem diſponēdi de illa: ſi verò Religioſus de licentia vel tacita, vel expreſſa ſui ſuperioris ludit aliquid modicæ quantitatis propter honeſtam recreationē; non peccat, præciſis tamen ſcandalo, & lege non prohibente; in hoc enim non adeſt aliquis actus dominii; & ludus, ut ludus eſt de neceſſariis ad vitæ ſubſtentationem.

4 Ex quo deducitur, quòd quando Religioſus vadit ad Patriam, Parentes inviſurus, poſſit cauſa honeſtæ recreationis aliquid ludere diſcretè, & religioſè, & idem dic quando extra Monaſterium degit ex Prælati licentia.

5 Si vis autem ſcire quænam ſit iſta modica quantitas,quam Superior poteſt concedere ſuis ſubditis, Sotus *l.4. de juſt.q.5.a.*1.Navar.*in manual.c.20.nu.*12. Reſpondent eſſe quatuor, aut quinque ducatos in quolibet anno. Sed in hac re non poteſt dari certa regula, ſed relinquitur arbitrio prudentis viri, qui debet inſpicere Religionem ludentis, quantitatem peculii conceſſi, perſonam, & dignitatem ejuſdem, ut ait Donat. *l.cit.q.29.n.6.*

DUBIUM XIII.

In quibus debet Prælatus obediri à ſubditis ratione Voti obedientiæ.

1 SUppono, quòd Religioſus ex vi Voti obedientiæ tenetur obedire Prælatis ſuæ Religionis, necnō Summo Pontifici tanquam Magiſtro Generaliſſimo omnium Religionum, & Princeps, unde Religioſi nedum tenentur obedire Summo Pontifici obligatione univerſali, qua tenentur omnes Fideles, verum ſpeciali ratione, ſcilicet ratione Voti obedientiæ;in his tamen,quæ

Re-

Regulam concernunt eo modo, imo ſpeciali, & nobiliori, quò tenentur obedire propriis Prælatis Regularibus, ut docet D. Thom. 2.2. *q.* 186. *a.* 5. *ad* 3. quem ſequuntur Caje. 2.2. *q.* 88. §. *ad ſecundæ*, Bann. 2.2. *q.* 11. *a.* 10. *dub.* 6. *ad finem*, & communiter Doctores.

2 Item ex vi dicti Voti tenentur obedire Sac. Cong. Emin. Cardin. inſtitutæ à Sixto V. ſuper Regulares; prædicta enim Congregatio annumeratur inter Prælatos ſui Ordinis, Th. de Jeſu *tract.* 3. *de Viſit. Regul.* c. 17. *n.* 7. Lez. *part.* 1. *ſumm. c.* 4. *n.* 31. & alii.

2 Item ex vi dicti Voti tenentur quoque obedire Sacro Collegio Cardinalium tempore Sedis vacantis; eo enim tempore Collegium Cardinalium ſuccedit in locum Pontificis; & tunc dictum Collegium cenſetur Caput, Princeps, & Generaliſſimus omnium Ordinum, Peyr. *tom.* 1. *Privil. in priv.* 2. *Sixti IV. n.* 11. & alii.

3 Non tamen ex vi dicti Voti tenentur Religioſi obedire Legatis de Latere, vel Nunciis Apoſtolicis; hi enim non ſunt Prælati intra Ordinem, ſed extrà, ut conſtat ex eorum litteris patentibus; tenentur tamen illis obedire ob poteſtatem juriſdictionis, quam habent à Sancto Papa. Don. *loc. cit. q.* 28. *n.* 1. & 2. his ſuppoſitis.

4 Dico, quòd Religioſus ex vi Voti obedientiæ tenetur obedire ſuo Superiori præcipienti in omnibus, quæ explicitè, vel implicitè, directè, vel indirectè continentur in Regula; in his enim Superior habet poteſtatem coactivam, & ſubditi tenentur obedire, ut docet D. Thom. *quod.* 1. *a.* 15. & *quod.* 10. *art.* 10. & 2.2. *q.* 114. *a.* 5. *in reſp. ad* 3. & *q.* 186. *a.* 9.

Pro cujus intelligentia debes advertere, quòd aliqua continentur in Regula explicitè, & directè, alia verò implicitè, & indirectè. Primi generis ſunt, quæ ibidem ponuntur ſub claris verbis, de quorum intelligentia nulli eſt dubium. Secundi generis ſunt, quæ quamvis nõ ita habeantur, pertinent tamen ad obſervantiam eorumdem; uti ſunt obſequia Communitatis, negotia Ordinis, munia fraternæ charitatis, inflictiones pœnarũ &c. ſine quibus non poteſt obſervantia Regularis ſalva conſiſtere.

6 Hinc habes I. quòd ſubditi non tenentur obedire Superioribus in aliquo, quòd ſit contra eorum Regulam; quæ enim ſunt pro charitate inſtituta non debent militare contra charitatem, & poteſtas Prælatorum Regularium non eſt ſibi data in deſtructionem, ſed in ædificationem; ac per conſequens ſi Prælatus aliquid præcipiat in virtute obedientiæ, vel ſub pœna excommunicationis, quòd ſit contra Deum, vel Animam, vel Regulam, ipſe peccat mortaliter, & ſubditi non tenentur illi in hoc obedire. D. Th. communiter receptus 2.2. *q.* 104. *art.* 5. *ad* 3.

7 In caſu autem, quo Prælati aliquid præcipiunt contra Regulam, ubi dicti Prælati poſſunt diſpenſare ſuper eadem Regula, tunc ſubditi tenentur obedire tribus conditionibus copulativè cõcurrentibus. Prima, quòd Prælatus ſciat ſe præcipere contra Regulam. Secunda, quod ſciat ſe poſſe diſpenſare ſuper illa. Tertia, quòd habeat cauſam legitimam diſpenſandi; ergo ſi ſubdito conſtet Prælatum non habere cauſam rationabilem diſpenſandi, non tenetur obedire; ſecluſa enim cauſa rationabili Prælatus nullum habet jus diſpenſandi ſuper Regula, In du-

dubio autem ſi habeat, vel non habeat cauſam rationabilem, poteſtas ſtat pro Superiore, & ſubditus obedire tenetur, *Syl.ver.Relig.6.q.6.* Mirand. *1.p.man. q.26.a.8.concl.2.*

8 Habes II. quòd ſubditi non tenentur obedire *Prælato* in his, quæ ſunt ſupra Regulam. Hinc ſi *Prælatus* Ordin. Prædic.præciperet ſuo ſubdito,ut patiatur martyrium, vel pergat ad Indos, vel per unum, & alterum menſem ſedeat in terra, in pane, & aqua abſque culpa ſpeciali,ſubditus tunc non tenetur illi parere, quia ſolum ex vi profeſſionis obligavit ſe obedire *Prælato* præcipienti ea, quæ ſunt ſecundùm Regulam, non ea, quæ ſunt ſupra Regulam, D.Th. *quod.* 10.*a.*10.& alii Doctores communiter.

Si autem Prælatus jubeat ſubdito aliqua indifferentia, ut aſpicere Cœlum, levare feſtucam, & ſimilia,tunc ſubditus licèt de neceſſitate obedientiæ non tenetur illi parere, teneturtamen de perfectione obedientiæ; ſi tamen illa indifferentia licèt non explicite,implicitè tamen in Regula continentur,tenetur ſubditus ex neceſſitate obedire; Indifferentia enim, licèt non cadant ſub voto obedientiæ, ut indifferentia ſunt, ſublata tamen indifferentia per aliquem actum,nõ amplius cenſetur res indifferentes, ſed utiles ad aliquid, quæ ad Religionem pertinent, Caje.*in reſp.ad 4.in 2.2. qu.* 186.*a.5.*

9 Habes III.quòd ſubditus non tenetur obedire ſuo Superiori in his, quæ reſultant in ſcandalum proximi(& intellige de ſcandalo vero certo,& notabilis. Intentio enim obedientiam voventis nõ fuit, nec præſumitur fuiſſe ſe obligare ad præjudicialia ſibi, vel proximo, nec ad difficilia, niſi eſſent in ſtatuto,Portel. *in dub.ver.obed.in add.n.2.* & communiter Doctores. Unde dicitur Act.4. *Oportet obedire magis Deo, quàm hominibus.*

10 Habes IV. quòd ſubditus non tenetur obedire ſuo Superiori in actibus interioribus ſuæ volũtatis;hi enim actus non ſubijciuntur humanæ legi, ſed ſoli Deo. Et D.Thomas 2.2. *q.*104. *a.5. in corp.*ait, Et ideo in his, quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis homo non tenetur homini obedire, ſed ſolum Deo. Si autem hi actus interiores conjunguntur cum actibus exterioribus,tũc tenentur obedire, quia ſic computantur cum actibus exterioribus,& per accidẽs ſubſunt humano judicio. Unde in *clem.* 1. *de ſtat.Monach.* excommunicantur Monachi accedentes ad Curiam Romanam animo offendendi ſuos Prælatos;& eadem ratione Prelati Regulares poſſũt ſuis ſubditis præcipere per obedientiam ut quas Miſſas celebrant offerant pro ſua intentione; nam in tali præcepto nõ præcipitur abſolutè interior animi motus ſubditorum, qui eſt Miſſæ applicatio, ſed idem interior animi motus, ut conjunctus cum actu exteriori celebrationis, Caje.in D.Thom.2.2.*q.*104.*a.5. §.ad primum horum, Syl.ver.obed. q.1.* Tab.*eod.ver.n.4.* Donat.*loc.cit.qu.*19. *num.2.*

11. Si autem Prælatus Regularis ſuo ſubdito præcipiat in his, quæ diſpẽſare poteſt in Regula,puta, ut carnes comedat, ut loquatur ſilentii tempore, & ſimilia: tunc ſi ſubditus cognoſcit Prælatum diſpenſare cum cauſa urgenti, juſta, & cognita,tenetur illi obedire; hujuſmodi enim diſpenſatio eſt conſervatio Regulæ; ſi verò ſubditus cognoſcit, Prælatum in his leviter diſpenſare, & ſine

ne juſta cauſa; tunc non tenetur illi parere; ſic enim piſpenſans cenſetur relaxare Regulam, & præcipere contra Regulam. *Caje.2.2.q.104.a.5.§.in reſ.ad.3.*

Subditus autem dubitans, an id quòd ſibi præcipitur ſit contra Deum, vel non, tenetur tamen obedire, dummodo ſubditus non ſit certus de injuſtitia, & malitia præcepti; non pertinet enim ad ſubditos diſcutere pręcepta ſuorum Prælatorum, ſed tantum obedire; ſunt enim talia præcepta licita, juſta, & honeſta, niſi contineant iniquitatem manifeſtam, & in dubiis poteſtas ſtat pro Prælato, ut ex communi docet D.Th.*2.ſent.diſt.44 q.3.ad.4. & de verit. a.23.* & alii quamplurimi Doctores relati à Don.*l.c. q.23. n.1.2.3.4,5.* Neque ſubditus dubitans an id quòd ſibi præcipitur ſit licitum, ſi, vel ne, antequam obediat tenetur inquirere an ſit licitum, (regulariter loquendo), non enim ad ipſum pertinet inveſtigare de juſtitia, & bonitate præcepti, neque Prælatus per dubium ſubditi amittit poteſtatem pręcipiendi, quam habet ſupra ſubditum. Don.*l.c.q.22.*& alii.

Dix: (regulariter loquendo] etenim ſi ex tali obedientia immineat periculũ ipſi ſubdito, vel alteri, aut præjudicium notabile ſpirituale, vel temporale in ſua perſona, rebus, & honore, in tali dubio ſubditus non tenetur obedire, niſi prius ſit edoctus de abſentia periculi, & præjudicii tertii. Nemo enim tenetur obedire cum gravi ſuo, vel alterius incommodo: & ſic ſi Prælatus pręcipiat ſubdito revelare culpam occultam alterius fratris, non tenetur obedire, etiam ſi id pręcipiat ſub excommunicatione latæ ſententiæ; niſi Prælatus certificet ſubditum ſe id jure poſſe præcipere, ideſt ad id habere famoſam proclamationem, & alios teſtes. D.Th. *quod.1.a.16.* Rod. *105 3.q.19.a.4 § dixi in concl.in fine.* Ac etiā ſi prælatus ex odio, aut avaritia vellet ſubditum ſpoliare rebus illi ad uſum cõceſſis ab aliis ſuperioribus, non tenetur obedire, etiam ſi id faciat animo ſubditum reformandi; non enim poteſt Prælatus unum ſubditum reformare, niſi alii etiam reformentur Zerol. *in prax. p.2. verb.reform.*Tab.*ver.obed.n.6.* item ſi Prælatus in diſtributione officiorum nõ ſervat juſtitiam, ſed partialiter ſe gerit, uti ſi uni ſubdito quotidie conſtringit ad chorum inſerviendum, & aliis ſervitiis Monaſterii, ceteris in cella vagantibus ſine cauſa; ille ſubditus uti gravatus non tenetur obedire, ſed poterit appellare, & querelam exponere. Peyr.*de ſub.q.1.c.7,§.ad obediendum.*

12 Habes V. quòd ſi Prælatus præciperet ſubditis inſervire Fratribus ſui Conventus affectis peſte, vel morbo aliquo contagioſo, tunc ſubditi tenentur obedire ex vi voti obedientiæ; hujuſmodi enim præceptum non eſt ſupra, aut contra Regulam, ſed ſecundum finem Regulæ; & quod exinde ſequatur mors per accidens ſe habet, & præter intentionem Prelati; & in alio caſu Religio non eſſet ſibi ſufficiens in ſuccurrendo neceſſitatibus Religioſorum. Verum excipe ex hac deciſione Religioſos infirmæ valetudinis, vel cujus vita eſt valde utilis, & neceſſaria communi bono Religioſorum. Vide Caje.*tom.3. opuſc. tract.9. de vinculo obedientiæ qu. unic.* Rod.*tom.3.q.31.a.3* Sanch.*l.6.ſum.c.2 num.57.* Peyr.*de ſub.q.1.c.11. verſ.dico ſecundo.* Pelliz. *tom.1. manual.tract.4. c.4.ſec.2,q.9.num.41.* relati à Don. *l.c. q.23.n.1.& 2.*

DU-

Digitized by Google

DUBIUM XIV.

Quid de Prælato Regulari in ordine ad diſpenſandum cum ſuis ſubditis circa Divinum Officium recitandum?

1 SUppono, quod ſolus Summus Pontifex poteſt cum Clericis, ſacro Ordine initiatis, cum beneficiariis, ac Regularibus diſpenſare in recitatione Divini Officii; obligatio enim recitandi Divinum Officium eſt de ſolo jure humano Eccleſiaſtico, ſuper quo Pontifex liberè poteſt diſpenſare, etiam ſine cauſa rationabili; jus enim Eccleſiaſticum poſitivum eſt objectum ſuæ poteſtatis, *Syl. ver. hor. q.* 8. Armil. *nu.* 11. Tab. *eod. ver. num.* 15. Suar. *tom.* 2. *de Relig. l.* 4. *de horis c.* 28 *n.* 40. Bon. *tom.* 1. *de horis diſp.* 1. *q.* 6. *p.* 3. *num.* 1. Verum tamen eſt, quod quamvis Papa in hoc poteſt, tamen non diſpēſat abſolutè, ſed commutat in alias pias preces, & orationes, ut docet Tol. *l.* 2. *c.* 14. *§. quarta cauſa.*

2 Prȩlatus ergo Regularis non poteſt diſpenſare cum ſuo ſubdito ne recitet Officium Divinum in Choro, niſi ex juſta, & rationabili cauſa, ut declarat Clemens VIII. & Urbanus VIII. poſtea cōfirmat. Super enim conſuetudine univerſali Eccleſię non poteſt qui eſt inferior Papa diſpenſare ſine legitima cauſa; & quia eſt conſuetudo univerſaliſſima Eccleſię, ut Regulares in Choro perſolvant Divinum Officium; ideo, &c. Cauſa autem in hoc diſpenſandi eſt lectura actualis, vel prȩdicatio, vel infirmitas, vel impedimentum propter ſtudium.

3. In choro non poteſt Prælatus diſpenſare cum ſuis ſubditis, ut valeant unum officium pro alio commutare; licet poſſit una, vel altera vice cum ſubditis diſpenſare, ut extra chorum recitent unum pro alio officio, ut v. g. ſi hodie ſit de feria, poteſt diſpenſare, ut fiat officium de Beata Virgine &c. hoc tamen intellige cum cauſa, & officium, quod commutatur contineatur in Breviario Ordinis, & nō ſemper, & perpetuo, ſed tantum una, vel altera vice. Caie. *in ſum. verb. hora §. fin.*

4. Religioſus autem ſubditus ex ſe abſque diſpenſatione ſui Prȩlati non poteſt ſibi commutare officium, ut ſi fiat de feria, v. g. fiat de aliquo Sancto, etiam ſi ſit extra chorum, ut tenet Bon. *diſp.* 1. *de hor. can. q.* 3. *p.* 1. *n.* 17.

Plura eſſent dicenda hic de poteſtate Prælatorum Regularium; quia tamen brevitati conſulimus; alia dicenda apud auctores ſtude.

LIBER

LIBER VI.

De Poteſtate & officio Parochorum.

QUanqvam multi Doctores de Poteſtate, & officio Parochi diffusè, & copiosè dixerunt: nos tamen, ut promiſſis ſatisfaciamus, aliqua de poteſtate, & officio eorumdem hic adiiciemus, majori brevitate, qua poſſumus; & quod alii dixerunt diffusè, brevitèr nos hic adiicimus; Unde ſit

DUBIUM I.

Quid poteſt Parochus circa ſacramentalem Confeſſionem ſuorum ſubditorum.

1 PArochus dicitur quaſi Parecus græcè, ideſt Incola, ſeu habitator in aliquo loco. Incola autem eſt, qui in regione contulit ſuum domicilium; Unde Parochus ſic dicitur, quia in loco, ubi eſt Parochus, continuò reſidere debet, ut dicitur in *cap. quia nonnulli, c. conqui. rente, cap. relatum, & cap. tuæ fraternitatis de Cler. non reſid.* Et quanquam appellatione Parochi in jure veniant non ſolùm Rectores Eccleſiarum, & hi, ad quos certarum Parochiarum cura ſpectet, ſed etiam Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Summus Pōtifex. Papa enim dicitur univerſalis Parochus Eccleſiæ, Archiepiſcopus ſuæ Provinciæ, & Epiſcopus propriæ Diœceſis; veniunt etiam nomine Parochorum Superiores Religionum reſpectu ſuorum ſubditorum. Nos tamen hic propriè loquimur de Parochis primo modo acceptis.

2 Parochi ergo, qui jam obtinuerunt Parochiale beneficium, cui annexa eſt cura animarum, non indigent approbatione Epiſcopi quò ad forum pœnitentiale, ut habetur ex Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c. 15. de reform.* Cum enim Parochus ſit proprius Sacerdos omnium, qui ſunt de ejus Parochia; habet perinde juriſdictionem ordinariam ſuper illam, ſicuti habet Epiſcopus in ſua Diœceſi quò ad forum pœnitentiale, ut docet Laym. *in ſumm. Theol. l. 5. tract. 6. c. 10. n. 3.* Duard. *in c. om. utr. diſp. 8. ſect. 2. conc. 4. n. 13.* & alii apud ipſum.

3 Si autem Parochus in aliā Diœceſim ſe transfert, & vult confeſſio-

Digitized by Google

nes audire indiget approbatione Epiſcoporum, in quorum Diœceſes ſe transfert; non enim eſt eligibilis in totum Terrarum Orbem, ſed in ea tantùm Diœceſi, in qua Parochiam obtinet, & propterea ſi velit ſe ad alias Diœceſes transferre ad audiendas confeſſiones, tenetur approbationes conſequi ab earum Ordinariis, *Duard.loc.cit.diſp.10.ſect.56.n.5.*

4 Verùm eſt autem, quòd Parochi poſſunt audire confeſſiones ſuorum ſubditorum extra Parochiam, & etiam extra Diœceſim: Cum enim Parochus habeat poteſtatem ordinariam abſolvendi ſuos ſubditos, & hæc poteſtas exerceatur ſine ſtrepitu judiciali, & non exigat judicium contentioſum, conſequenter nullius lædit territorium, & ſic poteſt exerceri in ſubditos ubicumque inveniantur, Pelliz.*de Reg.trac.8.c.4.ſect.4.num.131.ver.addo.* Renz.*l.1.de Sacram.tract.5.de Sac.pœn.c.4.ſec.1.quær.8.* Henriq.*l.6.de pœn.c.7.§.1.* Duard.*l.c.diſp.8.ſec.2.n.40.* & eſt communis.

7 Non poteſt autem Parochus admittere ad confeſſiones ſuorum Parochianorum non approbatum ab Epiſcopo; licèt enim Parochus ſit Miniſter Ordinarius non delegatus in hoc Sacramento Pœnitentiæ: non tamen poteſt alium ad id munus delegare, qui non ſit ab Epiſcopo approbatus, ut expreſsè habetur in Conc. Trid. *ſeſſ.23.c.25.de refor.* ubi dicitur: *Neminem poſt hac cenſeri idoneum Pœnitentiæ Miniſtrum, niſi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopo approbationem obtineat.* Quid clarius? licèt ergo Parochus poſſit ſuam juriſdictionem ordinariam delegare, non tamen poteſt approbare. Ad adminiſtrandum autem Sacramentum Pœnitentiæ requiritur nedum habere juriſdictionem delegatam, verùm etiam habere approbationem à loci Ordinario. Ita Duard. *loc.citat.diſput.8.ſect.9.n.37.* Renz.*l.1.de Sac.tract.5.de Sac.Pœn.c.4.ſect.1.quær.6.* & alii apud ipſos.

6 Limita, quòd nec etiam Parochus poteſt pro ſe ſibi eligere Sacerdotem nō approbatum ab Epiſcopo, ut ſuam confeſſionem audiat. Hęc enim hodie eſt opinio damnata ab Alexandro VIII. propoſitione 16. ubi habet; *Qui beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem approbatum ab Ordinario.*

7 Neque poteſt Parochus exponere ad confeſſiones audiendas ſuarum ovium approbatum ab alio Epiſcopo, quàm ab Epiſcopo loci; Cum enim Concilium requirit approbationem Epiſcopi; nomine Epiſcopi non venit quilibet Epiſcopus, ſed tantùm loci Epiſcopus. Ita Renz.*l.c.quær.7.* Nugn.*in add.ad 3.p.q.8.a.5.dub.7 ad g.4.* Dian.*p.10.tractat.16.reſ.75 verſ.& tandem hic quæro*, ubi habet contrariam ſententiam nullam ſpeciem probabilitatis habere, & ſubdit; Caveant in poſterum Confeſſarii ſententiam Henriquez, Coninch, Amici, & aliorum ad praxim deducere.

8 Poteſt tamen Parochus admittere ad confeſſiones audiendas ſuarum ovium, alium Parochum alterius Diœceſis, dummodò Epiſcopus non contradicat. Ratio eſt, quia Pa-

ro-

rochus, licèt non habeat juriſdictionem, habet tamen approbationem ad audiendas cōfeſſiones pro omnibus, etiam in aliena Diœceſi; in caſu autē poſito habet *juriſdictionem* à *Paro*cho, in cujus Diœceſi confeſſiones vult audire; ergo poteſt exponi à Parocho ad confeſſiones audiendas ſuarum ovium. Item Parochus quilibet virtute Bullæ eſt ubique eligibilis, dummodò Parochus loci conſentiat, &Epiſcopus in hoc non contradicat; ergo poteſt unus Parochus alium Parochum alterius *Diœceſis* ad confeſſionem admittere ſuarum ovium, Fagund.*in 2.Eccl.præcep.l.7.c.2.n.*37. Tamb.*tom.2.l.5.c.5.§.3.num.*4.& 5. Renz. *l.cit. quær.*8. Sanc. de Lugo, Leand.à Tamb.cit.

9 Quilibet Sacerdos abſolutè approbatus ab Epiſcopo ad audiendas fidelium confeſsiones, poteſt etiam Parochis invitis, confeſſiones audire etiam tempore Quadrageſimæ, dummodò Epiſcopus non excipiat tale tempus in conceſſione audiendi confeſſiones;& ideo nō poteſt Parochus prohibere ſuum Parochianum,ne cōfiteatur Sacerdoti approbato, etiam tempore Quadrageſimæ. Poteſtas enim audiendi confeſſiones eſt relativa, & ideo cum datur Sacerdoti, datur ex conſequenti ovibus, ut illi confiteantur, ſi velint, Suar. *de pœn. diſp.*26. *ſect.*1. *num.*11. §.*ex his infertur*, Ricc.*in* 4 *d.*17.*q.*2. Sot.*in* 4. *diſt.*18.*q.*4.*a.*5. Duar.*loc.cit. diſp.*8. *ſec.*10.*concl.*1.*num.*4. & 8. Tol.*l.*6. *ſumm.c.*11.*num.*2.§.*vocamus*, Fag. *de præc.Eccl.præcep.*2,*l.*7.*c.*3. *nu.*8. Navar. *in c.placuit de pœn. num.*57. Graff.*l.*1.*dec.aur.c.*13.*n* 45.

10 Limita tamen hoc ſi Epiſcopus approbet aliquem Sacerdotem ad audiendas confeſſiones fidelium in aliquo loco, aut *Parochia* cum hac clauſula: *ſalvo jure Parochorum*, vel *ſine Parochorum præjudicio*. Tunc enim talis Sacerdos ſic approbatus non poteſt audire confeſſiones tempore Quadrageſimæ contradicentibus Parochis. Clauſula enim illa aliquid debet operari quòd maximè eſt ut tempore Quadrageſimę non poſſit talis ſic approbatus audire confeſſiones, invitis Parochis: Ita citati Doctores.

11 Verum tamen eſt, quòd hæc, quæ diximus, locum habeant in Sacerdote ſeculari, non Regulari. Regulares enim habita ab Epiſcopo approbatione, juriſdictionem habent à Summo Pontifice ut docet Rod.*t.*1. *qq.Reg.q.*59.*a.*1. Corrad.*in fine ſuarum reſp.in libel. de Reg. in Conf. deput.* Alphonſ. de Leone *p.*2. *caſ. conſ recoll.*1,*n.*283. relati à Duar.*l.c. conc.*2.*n.*13.

12 Parochus,& quilibet alius Cōfeſſarius approbatus habens facultatem abſolvendi à reſervatis ſuo Epiſcopo; poteſt abſolvere pœnitentem alterius Diœceſis à reſervatis in ſua Diœceſi. Unde Parochus Militenſis Diœceſis, qui habet facultatem ab Epiſcopo Militenſi abſolvendi à reſervatis eidem Epiſcopo, poteſt abſolvere pœnitentem Diœceſis Nicoteren.à peccatis reſervatis in Diœceſi Nicoteren.

Quæ ſententia primò fundatur in conſuetudine, & ubique ſervatur. Secundò quia pœnitens ita confitetur in aliena Diœceſi, ac quilibet ip-

Digitized by Google

ſius Diœceſis, & ideo abſolvi poteſt ſicut incola talis Diœceſis; Confeſſarii enim unius Diœceſis non tenentur ſcire alios caſus reſervatos in aliena Diœceſi. Nav. *in man. c.27. nu* 161 §. *decimo dico*. Suar. *tom.4. de pœn. diſp.30. ſec.1. n.4.* Graſ. *l.1. deciſ. c.13. n.48.* Fagund. *de præc. Eccleſ. præcep.2. l.8. cap.8. num.18.* relatis à Duard. *in c. omnis diſp.8. ſec.16. nu. 20.*

13. Si autem Parochus, vel Cōfeſſarius approbatus non habeat facultatem abſolvendi à reſervatis in ſua Diœceſi; licèt poſſit abſolvere pœnitentem alterius Diœceſis à peccatis reſervatis illius Diœceſis, non habet tamen facultatem abſolvendi à peccatis reſervatis in ſua Diœceſi; hujuſmodi enim pœnitentes judicādi ſunt ut incolæ illius Diœceſis, in qua abſolvuntur; ut docet Suar. *de pœn. diſp.30. ſec.1. n.6.* Duard. *loc. cit num.21.*

14. Verum tamen eſt, quòd ſi pœnitens Diœceſis Militen. habens caſum reſervatum in ſua Diœceſi, doloſè, & data opera ſe cōferat in Diœceſi Nicoteren, ut abſolutionem cōſequatur à peccato reſervato; aliàs non eo non iturus, non poteſt abſolvi à Sacerdote Nicoteren. non habēte facultatem abſolvendi à caſu illo reſervato; dolus enim, & fraus nemini debet patrocinari; & multo minus ſi caſus eſſet reſervatus in utraque Diœceſi, & in hoc ſtandum eſt dicto pœnitentis, an acceſſerit compulſus aliqua utilitate, aut neceſſitate, vel per dolum, aut fraudem. Duard. *loc. cit. n.21. in fine.*

15. Non ſolum Parochus ad audiendas confeſſiones in alias Diœceſes indiget approbatione Epiſcopi Diœceſani, ut ſupra diximus; ſed neque virtute Iubilei poteſt eligi in aliena Diœceſi ad confeſſiones audiendas, abſque prævia approbatione Diœceſani Epiſcopi; Concilium enim Tridentinum *ſeſſ.23. c.15.* ſic habet. *Nullum Sacerdotem poſſe confeſſiones audire, niſi ab Epiſcopis approbationem accipiat.* ubi nota ly (Epiſcopis) loquitur enim Cōcilium in numero plurali, ad oſtendendum, quòd Sacerdos plurium Epiſcoporum indiget approbatione, ſi in pluribus Diœceſibus ſit exponendus, & merito Concilium ſic decrevit; ad munus enim cujuſque Epiſcopi ſpectat curare, ut in ſua Diœceſi idonei Confeſſarii exponantur, & hæc ſententia eſt de jure verior, quam tenet Guttier. *l.1. can. qq. c.27 n.21.* Miran. *t.1. man. Præl. q.27. a.7.* Rod. *tom.1. q.59. a.5.* Sà *ver. confeſſor. n.5.* Laym. *lib. ſuæ ſumm. tractat.6. c.11. n.8.* Duard. *loc. cit. diſp. 10. ſec.56. n.3. & 4.* contra alios Doctores.

16. Non poteſt Parochus aliū ad confeſſiones exponere etiam ſi ſit ab alio Epiſcopo, quàm à Diœceſano approbatū, & à fortiori ſi à nullo Epiſcopo ſit approbatus, quia ut ſupra dictum eſt, Concilium Tridentinum requirit approbationem factam ab Epiſcopis, & à ſingulos locorū Epiſcopis; & conſequēter nō ſufficit, ut ſit ab alio Epiſcopo approbatus, ſed requiritur ut ſit ab Epiſcopo Diœceſano, ad hoc ut Parochus illum exponat. In nullo ergo caſu poteſt Parochus Sacerdotem exponere in ſua

Pa-

Parochia ad confeſſiones audiendas,neque etiam tempore Jubilei,neque in Hebdommoda ſancta,cum adeſt magnus concurſus Populi, & non eſt facilis acceſſus ad Epiſcopum Diæceſanum; ſemper enim requiritur approbatio Epiſcopi Diæceſani,ut Sacerdos audiat Confeſſiones, & non ſufficit approbatio Parochi ut habet communis, ex Renzi *l.c.de Sac.pœn. c.2.ſec.5. qu.13.*

17 Parochus, qui reliquit Parochiale beneficium, reſignatione, commutatione, aut per Religionis ingreſſum non eſt eligibilis neque virtute Bullæ; Bulla enim dat facultatem eligendi approbatum ab Ordinario; ſed is vel cenſetur cui Epiſcopus dat licentiam audiendi confeſſiones, vel is qui Parochiale Beneficium habet ex Trid.*ſeſſ.25.c.15.* ergo non poteſt eligi is, qui neque licentiam habet audiendi confeſſiones, neque habet beneficium Parochiale;& ideo qui beneficium Parochiale reliquit,non poteſt, abſque licentia audire confeſſiones,licèt hæc licentia ſolet tribui illi abſque novo examine.Renz.*de ſac.pœn. c.2. ſec. 5.quæ.11 ver.ſed dicendum*.Barb.*de pot.Ep.p.2.alleg.25.n.*18.Dian.*p.1. reſ.mor.t.*1*ac.*12.*reſ.*8.

DUBIUM II.

Quæ ſit obligatio Parochorum erga ſuos?

1. I. PArochus tenetur ſub mortali ſuas oves per ſe, vel per alium docere ea ſaltem,quæ ſub mortali ſcire tenentur. Sanc.2. *moral.c.3.*Trull.*l.2.c.*1.Buſem.*de præcep.fid.c.1.n.*8.pro quo.

Nota,quòd fideles omnes ex vi fidei aliqua tenentur credere neceſſariò, neceſſitate medii,ſeu finis, ſine quibus etiam inculpabiliter ignoratis finis ultimus,ſcilicet gloria æterna nequit obtineri,& ſunt hæc duo, primum explicitè credere *D*eum eſſe, ſecundum Deum eſſe remuneratorem bonorum; & poſt Evangelii promulgationem tenentur credere explicitè Chriſtum,& Sanctiſſimam Trinitatem, myſteria ſcilicet Incarnationis, & Trinitatis. Ac etiam tenentur credere neceſſitate præcepti, expilcitè, & ſcire ſaltem craſſo modo, & quo ad ſubſtantiam Symbolum,Orationem *D*ominicam,Præcepta *D*ecalogi, Præcepcepta Eccleſiæ, Sacramenta, maximè quæ ſunt neceſſaria, ut Baptiſmum, Euchariſtiam, Pœnitentiam, & reliqua Sacramenta, quando illa ſuſcipit; hoc tamen intellige,niſi impotentia, vel ignorantia invincibilis excuſet. Unde non eſt ſatis ruſticis credere implicitè (credendo ſcilicet quidquid credit Eccleſia) Articulos fidei, Sacramenta, Præcepta Decalogi,& Eccleſiæ; ſed requiritur ut ea ſciant explicitè,& ſaltem ſua lingua ſciant Symbolum fidei, & licèt rudes poſſint abſolvi ſi ignorant ea, quæ ſunt de neceſſitate præcepti,cum dolore, & propoſito ſaltem diſcendi; non ſunt tamen abſolvendi ſi ignorent ea, quæ ſunt de neceſſitate medii, ſed ante abſolutionem debent inſtrui. Bon. *dub.3.q.2.p.2.*Sanch.*l.2 c.3.n.23.*Buſ.*l.2.trac.1.c.1.num.7.* & alii.

Pa-

2. II. Parochus tenetur etiam cum ſuo incommodo, & aliquando cum periculo vitæ adhibere diligẽtiam, quam poteſt, ut peccata publica, & occulta impediat. Parochi enim [ſicuti, & alii *Prælati*) parti ſunt curam & ſollicitudinem gregis. Hurt.*tom*.2.*d*.162.*ſec*.7.§.60.Dian. *p*.7.*t*.3.*reſ*.28.Buſ.*l*.2.*trac*.3. *cap*.2. *n*.5.

3. III. Tenetur ſingulis Dominicis diebus,& feſtis ſolemnibus explicare populo Doctrinam Chriſtianam per ſe, vel per alium; & hoc ſub obligatione juris Divini, ex Concil. Trid.*ſeſſ*.24.*c*.4. *de reſ*. & poteſt in hoc cogi ab Epiſcopo ſub pœna excommunicationis. Trull. *l*.1.*c*.1.*d*.4.*n*.7.& 8. Buſ.*l*.3. *trac*.3. *c*.2.*d*.6.

4. IV. Tenetur quoque Parochus viſitare infirmos,pauperum curam habere, peccata corrigere, Populum docere, orare pro populo,& celebrare, ut Populus Miſſam audiat, quam debet eidem applicare, ſaltem diebus feſtis, & aliquot aliis, ut docet Tol.*l*.3.*c*.5. ſed negat Coninch.*in* 3.*p*.*q*.38. *a*.1. *d*.11. cum nullo jure id præcipiatur. Adminiſtrare Sacramenta quoties opus fuerit,de quo infra. Reſidere in ſua Parochia ex Trid.*ſeſſ*.23.*c*.1.*de reſor*. Barb.*de Off*.*Par*.*c*.8.*n*.1. de qua obligatione, ut clarius intelligatur mox dicemus in ſequenti dubitatione,unde ſit.

DUBIUM III.

Quid de Parocho in ordine ad reſidentiam in ſua Parochia.

1. OMnibus quibus cura animarum eſt commiſſa, reſidentia in propriis Eccleſiis præcepta eſt jure Divino. Unde in Conc. Trid.*ſeſſ*.23.*de reſ*.*c*.1.& *reſ*. 6. *de reſ*.*c*.1.ſic dicitur.*Vigilent ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent,& miniſterium ſuum impleãt Implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos, mercenariorum more deſerant, atque ovium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo Iudice requirendus cuſtodiæ minimè incumbant; cum certiſſimũ ſit, non admitti Paſtoris excuſationem.ſi lupus oves comedit,& Paſtor neſcit*. hæc ille; ubi ut videnti patet reſidentia Paſtoribus jure divino præcepta eſt. Unde

2. Parochi non reſidentes in eorum Eccleſiis certum eſt mortaliter peccare; etiam ſi eorum beneficia ſint modici commodi;dum enim Paſtoris ſuſcipiunt onus, & oneri conſentiunt, non debent poſtea diſſentire,etiam ſi paupertate laborent, & debent per ſe primo intendere gloriam Dei,non ſtipendium. *c. conquerente de Cler.non reſid*.& etiam tenentur reſidere,ſi tres,aut quatuor tantum Parochiani eſſent in eorum Parochia. Duard. *in c. omnis diſp*. 10.*ſec*.1.*n*.2.3.

3. Prædicta obligatio ſic ſtringit,ut quamvis Parochia diſtet à Civitate tribus, aut quatuor milliaribus

busParochus,et ſi diebus feriatis poteſt in Civitate habitare, diebus tamen feſtivis et Dominicis debet ſe conferre ad Parochiam, et hoc per decretum Sacræ Congregationis,ut teſtatur Garz.*d:cap.2.n.*179.*declar.*17.Ampliat etiam hocRicc.*in prax. deciſ.*302.*in* 1.*edit.*& *reſ.*393.*n.*2. *in* 2.*edit.*refertus à Barboſ.*de off.*& *poteſt.Epiſc.alleg.*53.*n.*76 ut Parochus cogi poſſit ab Epiſcopo, non obſtante conſuetudine in contrariū, reſidendi in Parochia, etiam diſtans per ſex milliaria, ut declaratum eſt per Sacram Congregationem. His verbis. *Epiſcopus poteſt compellere Rectores ad reſidendum,non obſtante conſuetudine reſidendi in loco diſtanti à Parochia per ſex milliaria.*Garz.*loc.cit.declar.*18. Unde etiam ſi Parochus obtineat Canonicatum,tenetur adhuc reſidere in Parochiali; et licèt perdat diſtributiones,non tamen eſt privandus Canonicatu; dummodo diebus feriatis inſerviat Collegiatæ; et feſtivis, et horis debitis inſerviat Parochiali Barb.*loc.cit.alleg.*53.*n.*83.& 84.

4. Adeo autem Parochi tenentur reſidere in Parochiali Eccleſia, ut non excuſentur propter acris intemperiem; quòd ſi Parochus ſit infirmus. & in loco ubi eſt de reſidētia, non poteſt curari ob defectum Medicorum, et medicinarum, tunc Epiſcopus poteſt dare illi licentiam adeundi aliundè ut ſanetur,conſtituto prius Vicario idoneo et eidem deſignata portione ex redditibus Parochiæ. Garz.*c.*2.*num.*179.*declar.*4. *Barb. loc.cit.alleg.*53 *num.*90. et alii. Si autem Parochus graveter ſenectute, ita ut officium ſuum abire non poteſt;tunc debet ei abOrdinario dari Vicarium, cum congrua aſſignatione portionis, ex redditibus ipſius Parochiæ, ut decernitur in in Concilio Tridentino *ſeſſ.*23. *de ref.c.*1.et tunc Parochus etiam reſideat in Parochia,ut deciditur à Sac. Congreg. teſte Garz.*loc cit. cap.*2. *num.*178.

5. Reſidentia autem Parochi in ſua Parochia debet eſſe cum effectu ſcilicet, quòd per ſeipſum Parochus curam exerceat, et non per alium: unde non eſt immunis à peccato Parochus qui per ſe non exercet officium Parochiale, nec Sacramenta adminiſtrat: Reſidere enim formaliter eſt deſervire Eccleſiæ, et curam exercere per ſeipſum.*cap.extirpandæ §.qui verò de præb.*et docet Ugolin.*de offic.Epiſc.c.*4. Garz. *de beneſ.Eccl.p.*3.*c.*2. *n.*52. & 53. et licèt talis Parochus non teneatur ad reſtitutionem fructuum, quia nō dicitur abſens à ſua Parochia, et cōtra abſentes imponitur reſtitutio fructuum à Conc.Trid.*cit.*non tamen eſt à culpa immunis. Ut docet Garz.citatus.

6. Ita autem Parochi ad reſidētiam obligantur, ut neque Epiſcopus poſſit Parochos vocare ad inſerviendum EccleſiæCathedrali;neque ſuo, neque uti ſervitio alicujus Parochi pro Secretario: nec pro viſitatione ſuæ Diœceſis, niſi pro tempore duorum menſium,et tunc aſſignato in Parochia Vicario idoneo; neque à reſidentia excuſat Parochum officium inquiſitoris: aut ſubcollectoris, ut decernitur per Sac. Cong. teſte Garz.*l.c.n.*42. Ne-

Digitized by Google

7. Nedum ergo Parochi peccāt ſi abſint ab eorum Eccleſiis per unum, aut duos menſes ſine cauſa juſta: et licentia Ordinarii; verum etiā pro tempore abſentiæ fructus non faciunt ſuos, ſed tenentur reſtituere, ut in Conc. Trid. decernitur *ſeſſ.23. de ref. c.1.* et fuit declaratum per Sac. Congreg. teſte. Garz. *loc. cit. c.2. n.26.* Imò bona acquiſita ex beneficio Parochi abſentis, et morientis extra ſuam Parochiā pertinent tamquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam, ut docet Barb. *loc. cit. alleg.53. n.93. & 94.* et alii.

8. Dixi [ſine juſta cauſa, et licētia Ordinarii] ad juſtitiam enim abſentiæ Parochi Tridentinum duo exigit, cauſam juſtam, et approbationem; Unde ſi Parochus licentiam obtineat abſque juſta cauſa, quam quidem per mendacium, et ſictè Ordinario exponit, tunc tenetur ad reſtitutionem fructuum pro rata tēporis abſentiæ; tota enim ratio fructuum acquirendorū pendet à cauſa juſta Azor. *p.2. inſt. moral. l.6. c.10. q.3.* Et per hoc ſi cauſa ſit juſta, et rationabilis, et Parochus abſcedit à Parochia cum dicta cauſa, non obtenta licentia, verum eſt, quòd peccat peccato inobedientiæ; attamen non tenetur ad reſtitutionem fructuum. Zacch. *de caſ. reſer. caſ.3. n.3:* refertus à Barb. *de off. & pot. Epiſ. alleg.53. n.100.*

9. Ad reſidentiam non ſolum Parochi tenentur, ſed etiam Cappellani, et Coadjutores inſtituti auctoritate Apoſtolica. Ut poſt alios docet Barb. *loc. cit. alleg.53. n.*78. ubi docet, quòd habens Parochialem in qua Vicarium perpetuum obtinuit inſtitui eo vivente non tenetur reſidere.

10. Cappellano autem relicto ob caſus occurrentes poteſt Parochus à Parochia diſcedere per unū, vel alterum diem; non enim dicitur abeſſe, qui, ſtatim revertitur, *l. poſtliminum, §. captivus, & leg. nihil, ff. de capt. & poſt lim. reverſ.* imò ex Barb. *loc. cit. alleg.53. n.92. & n.105.* poteſt Parochus abeſſe à Parochia per ſex, vel octo dies, cappellano relicto, Epiſcopo inconſulto, dummodo id non fuerit per Epiſcopum per ſpecialem conſtitutionem inhibitum.

Si autem Parochus habet duas Parochiales æquales poteſt reſidere ubi voluerit; ſi vero una ſit altera dignior, debet in digniori reſidere, ut habet Garz. *d. ben. Eccl. p.4. c.2. nu.179.* et notandum: quòd id quod diximus de reſidentia, intelligitur de beneficio actu curatum; non habitu; unde ſi in aliqua Parochia populus ſit deſtructus peſte, vel alio caſu, eſto quòd Eccleſia Parochialis extet; Parochus non tenetur reſidere niſi ſi poſtea populetur. Barb. *loc. c. alleg.53. n.68.* Azor. *p.2. inſt. mor. l.6. c.8 q.9.* et alii.

11. Quatuor autem ſunt cauſæ excuſantes Parochum à reſidentia, et una earum ſufficit, nempe Chriſtiana Charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, et evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas, ex Concil. Triden. *ſeſſ.23. de ref. c.1.* Chriſtiana charitas tunc eſt, quando aliqua Eccleſia verſatur in magno diſcrimine alicujus hæreſis; aut debet pax

com-

Digitized by Google

componi inter magnates litigantes; tunc *Parochus* poteſt abeſſe à ſua Parochia, dummodò in propria Eccleſia non timeatur aliquod detrimentum notabile, Tol. *l. 5. ſuæ ſum. c. 4.* Barb. *d. alleg. 53. n. 6. & n. 105. ver. ab Eccleſiis.*

Urgens neceſſitas tunc eſt quando Parochus reperiatur affectus gravi morbo, non ſine vitæ periculo, niſi locum mutet; & tunc debet providere, quòd Eccleſia Parochialis non patiatur detrimentum aliquod ſpirituale, Tol. *l. c.* Barb. *l. c. n. 7.* & alii.

Debita obedientia, ſcilicet *juſſu* Summi Pontificis ad tempus pro bono Eccleſiæ, aut Reipublicæ Chriſtianæ; & tunc etiam providere debet, ut ſua Eccleſia aliquod non patiatur detrimentum in ſpiritualibus.

Evidens utilitas Eccleſiæ tunc eſt quando abeſſet Parochus pro defenſione jurium ſuæ Eccleſiæ; vel ut interſit Concilio Generali, vel Provinciali; vel ſi Orator, vel Legatus fieret alicui Principis; & in omnibus iſtis caſibus cauſa diſcedendi debet prius ab Ordinario cognoſci, & probari; quòd ſi ſit periculum in mora petendi licentiam, tunc quamprimum poteſt debet certum facere Ordinarium de diſceſſu, ut de cauſa cognoſcat, & det licentiam; niſi in brevi ſit reverſurus, Panor. *in c. relat. de Cler. non reſid. n. 6.* Azor. *p. 1. inſt. moral. l. 7. c. 4. q. 10.*

DUBIUM IV.

Quid de Parochis in ordine ad Sacramentorum adminiſtrationem.

1 CErtum, & exploratum eſt apud Doctores, quòd Parochi, & omnes Rectores curam animarum habentes tempore neceſſitatis obligantur ad Sacramenta neceſſaria miniſtranda ſuis ovibus, etiam cum vitæ periculo; unde tempore peſtis, incendii, naufragii, famis, &c. Parochus non poteſt ſuas oves deſerere, & aliunde fugere; bonus enim Paſtor animam ſuã dat pro ovibus ſuis, Io. 3. ſed tenetur nedum ex charitate, ſed ex juſtitia miniſtrare ſuis ovibus neceſſaria Sacramenta ad ſalutem; ſi enim in extrema neceſſitate quilibet tenetur ſubvenire proximo indigenti, etiam cum vitæ periculo, quanto magis ad id tenentur Parochi? Unde ſi infans abſque baptiſmo ſit moriturus, niſi à me miniſtretur, teneor illum baptizare, etiam cum vitæ periculo, licèt non ſim Parochus, ſed tantùm perſona privata; quanto magis tenebitur *Parochus*, cui ex officio incumbit, & debet proſpicere ſaluti ſpirituali ſuarũ oviũ? Nav. *in man. c. 24. n. 9.* Valen. *diſp. 3. q. 4. p. 3. aſſer. 5.* Laym. *l. 2. t. 3. c. 3. n. 3.* & alii communiter.

2 His tamen ſtantibus poteſt *Parochus* à culpa mortali excuſari, ſi munus ſuum cum licentia Ordinarii alteri æquè idoneo committat, ut docet Val. *l. c.* Laym. autem dat regulã quomodo ſe gerere debet *Parochus* tempore peſtis, *loc. cit. verſ. bis adde*, his verbis: *Cavendum eſt à Parocho, ne dum peſtis tempore unius non graviter indigentis ſpirituali utilitati volens conſulere, plures alii ex ipſius accubitu graviorem jacturam ſpiritualem patiantur. Unde ſi Parochus ſolus ſit in aliquo oppido non facilè miniſtrare debet cum vitæ ſuæ periculo Sacramenta, quæ non multum*

Digitized by Google

neceſſaria ſint, vel ſecundum ſe conſiderata, quale eſt Sacramentum extremæ unctionis, vel reſpectu perſonarum, quarum bonum ſtatum Confeſſarius probabiliter novit; ut quia nuper eorum confeſſiones excepit. Sic etiam ſi aliquam perſonam veriſimilibus conjecturis Parochus cognoverit non habere conſcientiam peccati mortalis, aut per contritionem rectè ad moriendum diſpoſitam eſſe; tunc ad evitandum probabiliſſimum contagionis periculum, malus bonum publicæ neceſſitatis præferendum eſt alicujus privatæ utilitati. hæc ille; & *lib.5. ſuæ ſum. tract.6.c.13.n.4. in fine.* ait: *Satis utile eſſe ſi peſtis tempore fideles per concionem moneantur, ut qui ſani ſunt ad confeſſionem maturè veniant in Eccleſiam audiendi.*

3 Si autem infirmus non poteſt è loco ſuo moveri, nec etiam vult alta voce confiteri, ut à loco diſtanti poſſit audire, tunc Parochus tenetur ad infirmum accedere, & ipſum ſecretò audire; & ſi timeat periculum contagionis poteſt rogare pœnitentem, ut ſtatim confiteatur peccata graviora, aliis omiſſis; etenim propter moralem impoſſibilitatem audiendi integram confeſſionem materialiter, erit confeſſio integra formaliter. Unde Parochus, audito uno, vel altero peccato, ſi videat infirmum habere probabiliter omnium peccatorum contritionem, aut ſaltem attritionem, poteſt illum abſolvere, Laym. *d.c.13. ſub n.4. verſ. dico ſecundo, & verſ. dico quarto*, addit, quod in caſu neceſſitatis peſtis, naufragii, &c. poſſe Confeſſarium, imò debere plures ſimul abſolvere ſi periculum ſit in mora moriendi abſque ſacramentalem abſolutionem, & debere eos abſolvere ſub hac forma; *Ego vos abſolvo à peccatis veſtris.*

Percurramus modò ſingula Sacramenta, ut clarè videamus ad quid obligentur Parochi in ordine ad eorum rectam adminiſtrationem, Sit ergo

DUBIUM V.

Quid de Parochis in ordine ad adminiſtrationem Baptiſmi.

1 SUppono I. quòd Baptiſmus alius eſt fluminis, ideſt Aquæ, alius flaminis, ideſt Deſiderii, alius ſanguinis, ideſt Martyrii. Hic loquimur de primo; ille enim tantum eſt Sacramentum, & ſic definitur. *E*ſt ablutio corporis exterior facta ſub præſcripta forma verborum. Ita D.Th. *3.p. q.66.a.1.*

2 Suppono II. quòd Sacramentum Baptiſmi in ſua materia, & forma fuit inſtitutus à Chriſto Domino ante ſuã Paſſionem; Sacramenta enim ex ſua inſtitutione habent quòd gratiam cõferant; unde tunc aliquod Sacramentum inſtituitur, quando accipit virtutem producendi ſuum effectum; hanc autem virtutem accepit baptiſmus, quando baptizatus eſt Chriſtus in Iordane: ergo fuit inſtitutum ante paſſionem. Neceſſitas verò utendi hoc Sacramento indicta fuit hominibus poſt paſſionem Chriſti, & ſuam glorioſam reſurrectionem; ec ideo ante paſsionẽ baptiſmum inſtitutum, Chriſtus non poſuit ſub præcepto; poſt paſſionem verò neceſſitatem baptiſmi ſub præcepto poſuit dicens: *Euntes docete omnes gentes* Matth. ultim. Ita D.Th.

3.p.q.66.a.4. Unde beata Virgo fuit à Chriſto baptizata(ſicut & D.Petrus Apoſtolus,qui reliquos Apoſtolos baptizavit). Cum enim baptiſmus ſit janua omnium Sacramenrorum,indiguit Beata Virgo illo pro reliquis Sacramentis ſuſcipiendis. Ac etiam fuit Cõfirmata;in primitiva enim Eccleſia Sacramentum Confirmationis non dabatur per unctionem Chriſmatis, ſed datum eſt Apoſtolis per linguas igneas in die *Pentecoſtes*; & certum eſt ſuper Beatam Virginem in die Pentecoſtes Spiritum ſanctum abundanter cecidiſſe, Suarez *tom* 2. *in* 3.*p. diſp.*18. *ſect.*3.Henriq.*l.*2.*de bap.c.*5.*n.*3. Vaſq. *tom*.2.*in* 3.*p.diſp.*119 *c.*7.*n.*67.

3 Suppono III. quòd materia remota baptiſmi eſt aqua omnis elementaris, ſcilicet putei, maris, pluviæ, paludis, balnei ſulphurei,&c. non autem vinum, lac, oleum, mel, ſuccum herbarum, aquæ,quæ ſtillant ex inciſione vitis, cucumeribus,& peponibus, licèt omnia iſta abluãt. Materia autem proxima eſt ipſamet ablutio.

Aqua ergo ex duobus capitibus eſt propria materia baptiſmi;primò ex inſtitutione divina; ſecundò ex congruentiis:congruenter enim aqua aptatur, ut materia propria baptiſmi. *Prima*. Congruentia; quia ſicut baptiſmus eſt regeneratio ad vitam ſpiritualem;ſic ex ſeminibus,ex quibus generantur omnia viventia,ſcilicet plantæ, et animalia ſunt humida, quæ ad aquam pertinent.Secunda; quia ſicut aqua ſua frigiditate temperat ſuperfluitatem caloris, ſic baptiſmus effectus eſt mitigare concupiſcentiam fomitis. Tertia, aqua ſua diaphanitate eſt ſuſceptiva luminis, & emundat ſordes, et maculas. Sic baptiſmus emundat ſordes, et maculas peccatorum. Quarta,aqua ratione ſuæ communitatis, et abundantiæ poteſt ubique haberi; ad hoc ut neceſſitas hujus Sacramenti ubique adimpleatur, ut habet D.Th.*l.c.a.*3.

In caſu autẽ neceſſitatis poteſt adhiberi etiam aqua,quæ non ſit conſecrata, aqua impura brodium, lixivium, quia ut ait D.Th.*loc. cit.* In qualibet aqua qualitercunque tranſmutata, dũmodo non ſolvatur ſpecies aquæ poteſt fieri Baptiſmus;niſi ſit tanta tranſmutatio, vel reſolutio corporum lixatorum in aqua, quòd liquor plus habeat de aliena ſubſtãtia,quàm de aqua quòd videri poteſt ex ſpiritudine; unde licèt ex luto non poteſt fieri *Baptiſmus*; tamen ex aqua ex luto expreſſa poteſt fieri, hæc ille.

Non tamen aqua roſacea, vel aqua capillorum veneris, et aliæ hujuſmodi expreſſæ vi ignis ſunt materia apta Baptiſmi;hæ enim aquæ differunt ſubſtantialiter ab aqua naturali; et ſic neque in neceſſitate poſſunt adhiberi, ut docet D.Th.*loc.cit.* et ipſum ſequuntur communiter Doctores, ut videre eſt apud *Dianam p.*5.*trac.*3 *reſ.*2.Neque ſudor, neque lacrymæ; hæ enim non ſunt aquæ naturales, et elementares, ut docent communiter Doctores.

Aqua autẽ reſoluta ex nive, glacie, vel grandine adhiberi poteſt in neceſſitate, quia hæc ſubſtantialiter ſunt aquæ; ergo reſolutæ ſunt apta materia Baptiſmi. Aqua verò reſoluta ex ſale maritimo etiam eſt materia apta Baptiſmi;ſicuti enim ſufficit nix, & glacies reſoluta, quę ex aqua pluviali conge-

latur, ita ſufficit ſal reſolutus, qui ex aqua maris virtute Solis congelatur, quòd non eſt dicendum de ſale montano, ut docet Renz. *l.* 1. *de Sac. t.*2. *quæ.*7. hujuſmodi enim ſal, non fit ex aquis naturalibus, ſed vel eſt nativum, vel ex humore terræ condenſatur.

4. Suppono IV. quod conveniēs forma baptiſmi eſt hæc in Eccleſia latina. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. In Eccleſia verò Græca forma eſt hæc: *Baptizetur, vel Baptizatur ſervus Chriſti N. in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Si ergo latinus utetur formaGræcorum peccaret mortaliter, mutat enim ritumEccleſiæ in re gravi, ut tenent Coninch. *qu.*66. *a.*6. *num.*35. Vivald. *in arca ſalut. de bap. inq.*2. *nu.*18. & Hurtad. apud Tamb. *de ſac. l.*2. *c.*1. *§.*4. *n.*3. Contrarium tenet Tamb. *loc. cit.*, & Val. ab ipſo citato.

5. Si quis autem diceret Abluo, mergo te in nomine; &c. vel baptizo Petrum, Ioannem &c. vel honoris cauſa baptizo Dominationem tuam, validè baptizat, ſed peccat venialiter. Ex Say. *cap.*4. *nu.*6. Bon. *p.*4. *n.*9. Buſ. *l.*6. *trac.*2. *de bap. c.*2. *dub.*2. *n.*1.

6. Si quis autem omittat *Ego*, & *Amen* valet forma, ſecus ſi omittat *Te*: quia non ſignificatur perſona baptizādi, quæ ſignificatio eſt eſſentialis, ut patet ex verbis Chriſti *Baptizantes eos*. Coninch. *loc. cit. d. unico n.*48. & 60. Fill. *t.*1. *trac.*2. *c.*3. *n.*53. & alii.

7. Hæ autem formæ in baptiſmo non valent. I. *Baptizo te in nominibus Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.* II. *Baptizo te in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto Amen.* III. *Baptizo te cum Patre, cum Filio, cum Spiritu Sancto.* IV. *Baptizo te per Patrem, per Filium, & per Spiritum Sanctum.* V. *Baptizo te in nomine Dei, vel SS. Trinitatis, vel in nomine Dei uni, & Trini, vel in nomine triū Perſonarum, vel Patris, vel Filii*, omiſſa perſona Spiritus Sancti, *vel Filii, & Spiritus Sancti*: omiſſa Perſona Patris, *vel Patris, & Spiritus Sancti*: omiſſa Perſona Filii.

§. UNICUS.

An baptiſmus celebratus in nomine Chriſti ſit verus baptiſmus?

8. QUia Doctores magni nominis aſſerunt, quòd baptiſmus in nomine Chriſti ſub hac forma: *Ego te baptizo in nomine Chriſti* eſt verus baptiſmus, ideo ad videndā hanc difficultatem, præſens dubium expenditur.

Pro parte negativa ſunt ſequentia fundamenta. Primum. Nam forma baptiſmi debet eſſe ſenſibilis, ſicuti & materia ſenſibilis eſt; ergo non ſufficit intellectus, vel fides Trinitatis ad perfectionem hujus Sacramenti, niſi ſenſibilibus verbis Trinitas exprimatur. Antecedēs patet in baptiſmo Chriſti, ubi fuit origo ſanctificationis noſtri bapti ſmi; afficit enim in illo Trinitas ſignis ſenſibilibus, ſcilicet Pater in voce. Filius in humana natura, & Spiritus Sanctus in columba.

II. Fundamentum eſt. Quia prima profeſſio fidei debet eſſe integra ſicuti actu interiori, ſic etiam actu exteriori, ergo baptiſmus cū ſit prima fidei profeſſio debet actu exteriori in ipſo in-

vo-

Digitized by Google

vocari Trinitas perſonarum.

III. Eſt deſumptum ex auctoritate Pelagii Papæ *de conſ. diſ 4. c. ſi revera.* Dicentis [ſcribendo ad Gaudentium] ſi hi qui in locis dilectionis tuæ vicinis commorari dicuntur ſe ſolummodò in nomine Domini baptizatus fuiſſe confitentur, ſine cujuſque dubitationis ambiguo eos ad fidem Catholicam venientes, in Sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Item in *ead. diſt. in c. multi* dicit. Multi ſunt, qui in nomine ſolummodò Chriſti ſe aſſerunt baptizare; Evangelicum verò præceptum ipſo Deo, & Domino Salvatore noſtro dicente, & tradente nos admonet, in nomine Trinitatis baptiſma unicuique tribuere.

IV. Eſt. Nam nomen tantùm unius perſonæ non ſufficit ad baptiſma, ſed Chriſtus unam tantùm perſonam ſignificat; ergo non ſufficit ad baptiſmum.

9 Pro parte autem affirmante non deſunt valida etiam fundamenta, & rationes. Siquidem inſtitutio Chriſti in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, non intelligitur quò ad has voces, ſed quò ad ſignificata illarum; Et cum poſſit dupliciter inveniri eorum ſignificatum, ſcilicet implicitè, vel explicitè, & Chriſtus neutrum modum refutaverit, ſalvatur ſatis ejus inſtitutio ſi omnes perſonæ Divinæ invocantur per nomina, ſeu nomina implicitè, vel explicitè.

Et ſi dicas, quòd Chriſtus determinavit formam baptiſmi ad unum modum, ſcilicet ad explicitè Divinas Perſonas ſignificantia nomina, dicendo: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; quoniam hæc illas Perſonas explicitè ſignificant.

Reſpondent, quòd hæc reſponſio eſt falſa, quia conſtat, quòd nec Pater ſignificat Divinum Patrem, ſed Patrē abſolutè; nec filius ſignificat Divinū Filium, ſed Filium abſolutè; Unde niſi recurratur ad implicitum ſignificatū, ipſa forma à Chriſto inſtituta, non ſignificat ex vi nominum Divinas Perſonas. Et ex hoc.

Confirmatur principalis ſententia Nam juxta Chriſti inſtitutionem forma baptiſmi ſignificat Divinas Perſonas implicitè, & in confuſo, & in potentia; ſicuti animal ſignificat hominē in confuſo, implicitè, & in potentia; ergo nō minus ſalvatur integra forma baptiſmi, ſi per unum, vel multa nomina ſignificentur implicitè Divinæ Perſonæ; eſt enim per accidens pluralitas vocum. Probatur conſequentia. Nam ſi per unum nomen ſignificarentur explicitè omnes Divinæ Perſonæ, omnes faterentur illud ſufficere ad formam baptiſmi.

Probatur adhuc. Nam ex eo quī Chriſtus non alligavit baptiſmi formam ad determinatas voces, ſed tantùm ad determinata ſignificata per voces, & modum ſignificandi implicitè, ut dictum eſt ſupra, docuit ſufficere exprimendo nomina, quę implicitè ſignificant Divinas Perſonas; ergo ſatis nobis perſuaſum eſſe debet, ad formam baptiſmi non exigi, quòd Divinæ Perſonę explicitè ſignificentur.

10 Dices, quòd licèt hæc nomina Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, non niſi implicitè ex vi nominum ſignificent Divinas Perſonas; tamen ex accomodatione Chriſtiani uſus ſignificant actu, & explicitè Perſonas.

Digitized by Google

Reſpondent ad hanc objectionem, quòd Chriſtus Dominus inſtituit formam baptiſmi ſub dictis nominibus, ante hujuſmodi Chriſtiani uſus accõmodationem; & reliquit applicationem horum hominum ad Divinas Perſonas fidei, & intentioni Eccleſiæ, quæ ſalvatur in quolibet Miniſtro, dũ intendit dicere, & facere, quòd credit, & dicit Eccleſia; Par autem ratio eſt de intentione Eccleſiæ ſi per equipollentia nomina, aut per equipollens nomen Divinæ Perſonæ implicitè ſignificentur, ut eſt in propoſito in hoc nomine [Chriſtus] qui ſignificat totam Trinitatem, ut dicit S. Ambroſius per hæc verba: *Si Chriſtum dicas, & Patrem, à quo unctus eſt, & ipſum, qui unctus eſt Filium, & Spiritum ſanctum quò unctus eſt, deſignaſti.*

Probatur amplius. Nam Apoſtoli baptizabant in nomine Ieſu Chriſti, *Act.* 8. ergo valet baptiſmus in nomine Chriſti.

Neque contra hoc dicas, quòd Apoſtoli hoc faciebant ex ſpeciali diſpenſatione. Non inquam hoc dicas, quia hoc dictum eſt contra determinationẽ factam à Nicolao I. qui baptizatos ſuo tempore in nomine Chriſti verè baptizatos judicavit. Cum enim Nicolaus Primus [qui fuit Pontifex magnæ ſanctitatis in Eccleſia Dei] fuerit pluſquã octingentis annis poſt Chriſtum; diſpenſatio facta Apoſtolis jam ceſſaſſet; & Pontifex inde erraſſet; ergo intellaxit ſanctus Pontifex, Apoſtolos non ex diſpenſatione, ſed auctoritate ordinaria baptizaſſe in nomine Chriſti; & aſſignat rationem ex identitate ſignificati per Chriſti nomen, & per formam Evangelicam.

Neque dicas, quòd Nicolaus hoc docuit tamquam Doctor privatus, non ut Pontifex, & conſequenter uti talis potuit errare.

Non inquam hoc dicas, quia Eccleſia cum tam grandi errore nõ poterat gubernari in tanto tempore, uti fuit à tempore Apoſtolorum, uſque ad Nicolaum Primum, in quo tempore baptizabantur fideles in nomine Chriſti.

Probatur denique. Nam multi tempore Pelagii Papæ in diverſis Eccleſiis baptizabant in nomine Chriſti; & tamen talis baptiſmus non fuit irritatus, ſicut fuit irritatus baptiſmus in nomine Domini. Unde Pelagius Papa ſcribens ad Gaudentium Epiſcopum meminit duorum baptiſmatum, ſcilicet in nomine Domini, & in nomine Chriſti; & primum irritum dicit, ſecundum non; ergo, &c.

Nec dicas hoc proceſſiſſe ex incuria Pelagii. Non inquam hoc dicas, quia tam cautus fuit Pontifex circa hoc, ut primum irritaverit, ſecundum autem affirmat fieri à multis; & propterea illum magis debuit irritare, ſi non fuiſſet verus baptiſmus; Vnde ſi non irritavit, ſignum quòd permiſit fieri, & quòd verus eſt.

11 Ad fundamenta primæ ſententiæ negativæ, ſic tenentes affirmativam reſpondent.

Ad primum. Concedunt formam baptiſmi debere eſſe ſenſibilem; baptiſmus autem datus in nomine Chriſti, etiam ſenſibilitate formæ gaudet; ly enim Chriſtus eſt vox ſenſibilis. Ex ſenſibilitate autem formæ non ſequitur debere eſſe tot voces diſtinctas, quot ſunt perſonæ Divinæ; integritas enim formæ ſenſibiles non plus exigit

quam

quàm quod ſenſibili voce ſignificetur tres Perſonæ Divinæ; utrum autem implicitè, vel explicitè, hoc magis ſpectat ad intellectum, quàm ad ſenſum.

Ad ſecundum fundamentum. Concedunt, congruum eſſe, ut in prima profeſſione fidei explicitè fiat profeſſio Trinitatis intus, & extra: ſed non apparet ulla ratio cogens ad hujuſmodi explicitam profeſſionem vocalē, quòd cognoſcitur ex hoc; quia ſi in prima profeſſione fidei exigeretur vocalis profeſſio creditorum, explicitè quoque exigeretur profeſſio Incarnationis; nō enim eſt Chriſtianus, qui myſterium Incarnationis nō profitetur; hoc enim non eſt de ſecundariis, ſed de principaliſſimis creditis.

Ad tertium fundamentum ſumptū ex auctoritate Pelagii, dicunt, quòd non eſt contra baptiſmum in nomine Chriſti, ſed contra baptiſmum in nomine Domini; aliud eſt enim baptizare in nomine Domini, aliud in nomine Chriſti. Nam in nomine Chriſti ſignificantur omnes Perſonę Divinæ, quæ non ſignificantur in nomine *Domini*.

Ad ſecundam auctoritatem dicunt, quòd Pelagius irritavit baptiſmum in nomine Domini, non in nomine Chriſti, quamvis baptiſmum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti illi prætulerit evangelica auctoritate.

Ad ultimum fundamentum, Reſpondent, quòd non eſt eadem ratio de nomine Chriſti, quia in nomine Chriſti omnes Perſonæ importantur, & nulla omittitur.

12. Inclinarem ad hanc ſententiam affirmativam; ſi his temporibus non eſſet quaſi ſolitaria, & quaſi à ſolo Cajetano ſuſtinetur; communis verò eſt ſententia negativa, & illam docet D.Thom. *in 3.p.de Sac.q.66. a. 6.* communiter receptus. Ubi inter alia verba *in corp. art.* ſic dicit. *Et ideo quidquid deſit ad plenam invocationem Trinitatis tollit integritatem baptiſmi.* & ſubdit: *Unde in baptiſmo Chriſti (ubi fuit origo ſanctificationis noſtri baptiſmi) affluit Trinitas in ſenſibilibus ſignis, ſcilicet Pater in voce, filius in humana natura, Spiritus Sanctus in columba.*

13. Et licèt ex his verbis non determinetur ſi Trinitas implicitè, vel explicitè debet invocari in collatione baptiſmi; rationi verò valdè eſt conſentaneum; quòd Trinitas debet explicitè nominari in baptiſmo conferēdo. Maximè quia formæ ſacramentorum debent eſſe, & ſunt explicitè determinatæ ab Eccleſia, & à Chriſto Domino auctore omnium ſacramentorum; & cum forma baptiſmi à Chriſto eſt tradita in illis verbis: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; ideò non licet alia uti ut uſus Eccleſiæ nos docet. Nunc ad propoſitum tranſeamus.

14. Suppono V. Quod Baptiſmi Miniſter de jure, eſt Pontifex in toto Orbe, Epiſcopus in ſua Diæceſi, & Parochus in ſua parochia, & omnis alius Sacerdos ex eorum commiſſione, & hi omnes ſolemniter poſſunt baptizare, & extra caſum neceſſitatis. Unde ſi Sacerdos ſine commiſſione Papæ, vel Epiſcopi, vel Parochi baptizat extra caſum neceſſitatis peccet mortaliter.

15. In caſu autem neceſſitatis validè miniſtrat omnis homo ratione utens (muto excepto) ſive ſit vir, ſive mulier, ſive fidelis, ſive infidelis. Cſi hoc tamen or-

ordine, ut ſi adeſt Sacerdos, non baptizat Diaconus, ſi Diaconus non Clericus, ſi Clericus, non laicus, ſi vir nõ mulier, ſi fidelis non infidelis; niſi in caſu quo inferior melius noverit modum, ut obſtetrices baptizant etiam præſentibus laicis; vel ſi alia juſta cauſa ſit, ut quia virum ad parientem non liceat ingredi, unde ſi laicus baptizat præſente Sacerdote peccat mortaliter; quia id tantum compet it laico, ob defectum Sacerdotis. Perverſio autem iſtius ordinis in reliquis eſt tantũ veniale, præterquam ſi coram fideli hæreticus, vel infidelis baptizat. Say. *c.7.n.*4. Buſemb. *l.*4.*t.*2.*d.*3.*a.*1.*n.*3. & alii.

16. Si autem vis ſcire quare Infidelis baptizet, cum baptiſmum non habeat, & nemo dat quòd non habet; hoc docet D. Thom. *loc.cit. q.*67. *a.*5. *ad.*1. dicendo quòd homo baptizans adhibet tantummodo miniſterium exterius, ſed Chriſtus eſt qui interius baptizat, qui poteſt uti omnibus hominibus ad quodcunque voluerit; & licèt infidelis non poſſit ſuſcipere alia Sacramenta, poteſt tamen baptiſmum cõferre; quia alia ſacramenta non ſunt tantæ neceſſitatis ſicut baptiſmus; & ideò magis conceditur, quòd non baptizatus poſſit baptizare, quam quòd poſſit alia ſacramenta ſuſcipere. Et illa regula non currit in ſacramentis nemo dat quòd non habet, alitèr Sacerdos, & Diaconus poſſent dare ordines quos habent, & è contra Extrema Unctio non poſſet conferri à non habente illam, quæ non ſunt vera.

17. Certum eſt autem, quòd plures miniſtri non poſſunt unum baptizare licitè, cum ſit contra inſtitutum Eccleſiæ in re gravi; Unde ſicut unus eſt Chriſtus, ita oportet eſſe unum miniſtrum, qui repræſentet Chriſtum, unde ſignanter dicit Apoſtolus *eph.* 4. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma: Unde ſi duo ſimul unum baptizarent per hanc formam. Nos te baptizamus in nomine. etc. nedum licitè, ſed nec validè baptizarent; variaretur enim forma in ſubſtantialibus, ſignificaretur enim per eam, quòd illi plures baptizantes concurrerent, ut cauſæ partiales ad baptiſmum, quòd eſt contra inſtitutum Chriſti, qui cum ſit unus, unum miniſtrum requirit in baptiſmate, ut mox dicebamus, et docet D. Thom. *q.*67. *a.*6. *in corp.*

18. Si verò illi plures baptizarent per hanc formam; Ego te baptizo, etc. & tunc ille qui prius verba proferret validè baptizat, alius verò non, et hic dicitur rebaptizare. et incurrit irregularitatem. Ex Coninch *q.*67. *a.*6. *d.*1. Si verò omnino ſimul ambo verba proferrent, et hominem aſpergerent, vel immergerent, uterque baptizarent validè, tamen sũt puniendi, de modo baptizandi inordinato, & non de iteratione baptiſmi. D. Thom. *loc. cit.*

19. Unus autem Miniſter poteſt validè plures baptizare dicendo: Ego vos baptizo, etc. ſingulos aqua aſpergendo. Idem enim eſt dicere: Ego vos baptizo, ac ſi diceretur: Ego te, et te baptizo. Bon. *de bap. d.*2. *q.*1. *p.*4. *n.* 21. et plures alii ab eo citati. An autẽ id licitè fieri poſſit. Dico quòd ſic in caſu neceſſitatis puta ſi immineret ruina, aut gladius, aut aliquid hujuſmodi, quòd omnino moram non pateretur, ut omnes ſigillatim baptizarentur. Et actorum 2. tria millia ſunt baptizati

D. Thom.

Digitized by Google

*D.*Thom.*l.c.ad.*2. Diana *p.*5. *t.*3. *reſ.* 27.et alii.

20. Extra autem caſum neceſſitatis in tali forma baptizare alii dicunt eſſe veniale ſi ſecretò, et abſque ſcandalo fiat, ut Sotus apud Dianam *p.*5. *trac.*3 *reſ.*27.*cit.*Henriq.*l.*2.*c.*30.*n.*1. Vival. Val. Reg.apud Bon.*loc.cit.* Alii verò volunt eſſe mortale; quia forma conſueta Eccleſiæ eſt: Ego te baptizo; quæ quidē non poteſt mutari, abſque gravi cauſa, et conſequenter, qui eam mutat, abſque cauſa urgenti peccat mortaliter. Coninch. *qu.*67. *a.*6. *d.* 2. Dian.*p.*9.*trac.*6.*reſ.*30.apud Renzi *de bap.trac.*2.*l.*1.*c.*3.*q.*7.

21. Si autem detur caſus, quòd unus verba formæ proferat, et alius abluat, putà ſi primus eſt carens manibus, et ſecundus habens manus ſit mutus; in tali caſu etiam datus baptiſmus in neceſſitate, eſt invalidus, quia in iſto baptiſmo non verificantur verba formæ: Ego te baptizo in eo qui verba profert, cum non abluat, nec in eo qui abluit cum non proferat formam, et ad eſſentiam baptiſmi requiritur veritas.D.Thom.*loc.cit.ad.*3. Diana.*par.*3.*trac.*4. *reſ.*11. et contrariam opinionem, quam tenent Fernand. Caie.Marſil.et alii dixit Dian. improbabilem, aliter poſſit baptiſmum conferri in caſu neceſſitatis cum ſola forma, abſque ablutione, vel poſſit fieri ablutio in alio, quam aqua elementari, tunc enim melius eſt ſic baptizare, quā nullo modo baptizare, (quòd eſt fundamentum ſententiæ contrariæ.]quòd falſum indubitanter eſt.

22. Suppono VI. quòd Parvuli Chriſtianorum [extra caſum neceſſitatis) debent hodie non differre baptiſmum, niſi ad nonum, decimum, vel ad altius duodecimum diem;et Parentes, qui ultra differunt, peccant, & debent in hoc ſtare conſuetudini loci, quam quidem violando abſque dubio peccant, ut habet Renz.*l.*1. *de Sacr. tract.*2.*de bapt.c.*4.*q.*1.Unde ait Diana *p.*3.*t.*4.*reſ.*8. ex Synodo Panormitana cautum fuiſſe ſub pœna excommunicationis,ut parentes ante nonum diem puerum deferant ad baptizandum. Et idem dixit Bonac. *de bapt. diſp.*2.*q.*2.*p.*2.*n.*6. ſtatutum in Concilio Provinciali celebrato Mediolani.

23 Accedente caſu neceſſitatis certum eſt puerum poſſe baptizari in qualibet corporis parte; extra tamen caſum neceſſitatis debet baptizari in principali ejus parte, ſcilicet capite, ut dicitur in *cap.poſtquam nos* 77. *de conſecrat.diſt.*4. An autem etiam in pectore, ſcapulis, brachiò, humeris Fillic.*tom.*1.*trac.*2.*c.*2.*num.*35. Iſtæ enim partes dicuntur etiam in homine. Non tamen baptizari poteſt puer involutus pelle ſecundina, etiam in caſu neceſſitatis, quia in baptiſmo requiritur contactus realis alicujus partis corporis, ut verè dicatur homo ablutus: & cum puer eſt involutus in ſecundinis non poteſt ablui realiter aliqua illius corporis pars; aliter etiā poſſet aliquis in veſtibus baptizari, quòd eſt falſum, Filluc.*t.*1.*t.*2. *c.*2. *n.* 31.Laym.*lib.*5.*t.*2.*c.*3.*n.*3. Renz.*l.c. q* 4 & alii apud ipſum. Neque baptizari poteſt puer exiſtens in utero matris,tantum matre abluta:Anima enim pueri, ad cujus ſanctificationem ordinatur baptiſmus, diſtincta eſt ab anima matris; ergo corpus pueri, non corpus matris eſt abluendum. Di-

vus Thom. 3. *p. q.* 68. *art.* 11. *in* 6.

24 Si autem mater ob cauſam partus ſit in articulo mortis, & ſtatim eſt moritura, certum eſt non poſſe ſecari, ut puer baptizetur, etiam ſi ſit periculum, ut puer in utero moriatur: illa enim ſectio eſt directa occiſio matris innocentis, & non ſunt mala facienda, ut eveniant bona, ut docet *D.*Thom. 3. *p. q.* 68. *a.* 11. *ad* 3. & hoc ita eſt verũ; etiam ſi mater ut ſecetur conſentiat, ut notat Coninch. *q.* 66. *d.* 1. *n.* 7.

25 Monſtrum, quod refert hominis formam in capite, & pectore debet baptizari, ſecus ſi in capite, & pectore formam refert beſtialem, quòd ſi caput tantùm ſit ferinum, alia verò membra humana, ait Comitolus, eſſe baptizandum; Navarr. verò, & alii ajunt, quòd ſi caput ſit ferinum, alia verò membra ſint hominis non eſſe baptizandum, ſed expectendum, donec appareat de uſu rationis, & in caſu neceſſitatis baptizandum ſub conditione, dicendo: *Si homo es ego te baptizo, &c.* quòd etiam docuit Filluc. *t.* 1. *tract.* 2. *c.* 6. *num.* 5. Bon. *diſp.* 2, *de bapt. q.* 2. *p.* 6. *n.* 130. Si verò monſtrũ habeat membra hominis geminata, & dubitatur num ſint duo, vel unus homo, duplex baptiſmus eſt conferendus, unus abſolutè, alter ſub conditione in ea parte, qua membra apparent imperfectiora, Buſemb. *l.* 6. *med. trac.* 2. *dub.* 4. *n.* 7. Dian. *p.* 9. *tract.* 6. *reſ.* 30, *verſ. Notat etiam,* Sayr. *l.* 5. *t.* 2. *cap.* 3. Bon. *p.* 3. & Rit. Rom. *tit. de bapt.*

26 Adulti verò ad hoc ut validè baptizentur, requiritur in eis aliqualis voluntas, & intentio ſuſcipiendi baptiſmum; quia cum in adultis per baptiſmum remittatur nedum originale, ſed etiam actuale peccatum, ut habet D.Thom. 3. *p. q.* 68. *a.* 7. *ad* 3. debet intereſſe voluntas ſuſcipiendi Sacramentum,

Dixi [ut validè] quia ut licitè adulti baptizentur requiritur in eis primò fidem ſupernaturalem myſteriorum fidei, ut dicitur Marc. ul. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Et Matth. ult. *Euntes docete omnes gentes baptizantes, &c.* Et ſic peccat Parochus baptizando adultum, non ſufficienter inſtructum. Secundò requiritur dolor, & contritio, vel attritio de peccatis præteritis, ut dicitur Actor. *c.* 2. *Pænitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum,* & definitur etiam in Concil. Trid. *ſeſſ.* 6. *c.* 6. *&* 7. vide ſupra *dub.* 2. de quibus debet inſtrui à Parocho quilibet fidelis.

Infantes autem Ethnicorum, & ſi validè, non tamen licitè baptizantur parentibus invitis. Nam iſti, vel auferuntur à parentibus, & ſic illis ſit injuria, vel relinquatur, & ſic fit injuria Sacramento, quod exponitur irreverentiæ. Si tamen poſſint chriſtianè educari; licebit in his caſibus. I. Si parentes ſint tua mancipia. II. Si parentes aliquandò fuerint baptizati, vel uterque, vel ſaltem alteruter; tunc enim Eccleſia habet jus in eos. III. Si alter parentum petat. IV. Si infans ſit in periculo mortis. V. ſi puer rationis compos petat baptiſmum; in dubio autem uſus rationis ſufficit eſſe ſeptem annorum. Fil. *tom.* 2. *c.* 6. Bon. *p.* 6. *nu.* 12. Buſemb. *l.* 6. *t.* 2. *de bap. c.* 1. *d.* 4. & alii cum D.Thom. 3. *p. q.* 68. *a.* 10.

27 Quamquam Baptiſmus iterari non poſſit; cum enim ſit quædam ſpi-

ri-

ritualis regeneratio, prout ſcilicet aliquis moritur veteri vitæ, & incipit novam vitam agere, & ſic cum una ſit corporalis generatio, ſic una regeneratio ſpiritualis. Item quia baptiſmus datur principaliter contra peccatum originale; & ideò ſicuti peccatum originale non iteratur, ita nec baptiſmus, ut habet D. Thom. *3. p. q. 66. a. 9 in* S. Poteſt tamen baptiſmus repeti in aliquibus caſibus ſub conditione. I. in eo, qui cum materia, & forma dubia, aut intentione eſt baptizatus. II. poteſt repeti in infante expoſito, & reperto ſine ſcheda teſtante de baptiſmo, ſecus ſi cum ea. III. in baptizatis ab oſtetricibus, veneficis, præſertim ſi conniſtæ aliquando fuerint, non rectè baptizaſſe. IV. in eo, de quo rationabile dubium juris, vel facti manet, num ſit validè baptizatus, & peccat graviter Parochus, qui eum non rebaptizat; tenetur enim liberare proximum probabili periculo gravis mali cum facilè poteſt. Unde qui dubitat rationabiliter de ſuo baptiſmo, tenetur petere, & Parochus ei conferre; & interea abſtinere ab uſu aliorum Sacramentorum.

28 Baptiſmus autem ſub conditione conferendus eſt hac forma; *Si baptizatus es, non te baptizo, ſi non dum es baptizatus, ego te baptizo in nomine &c.* vel *ſi non es baptizatus ego te baptizo, &c.* Tol. *l. 2. c. 9.* Fil. *t. 2. c. 4. q. 9.* Suar. *d. 31.* Lay. *c. 5. n. 3.* Buſ. *l. c.*

29 Suppono VII. quòd ſolemnitates, & cæremoniæ baptiſmi ad quindecim reducuntur. I. ut adſit aqua benedicta ex ſacro fonte. II. ut adſit Patrinus. III. ut nomen imponatur baptizato. IV. ut recitetur Symbolum. V. ut frons, & pectus baptizandi ſignetur ſigno Crucis. VI. ut dæmon abjuretur cum trina inſufflatione. VII. ut apponatur ſal exorcizatum in ore baptizãdi. VIII. ut ter aures, & nares baptizandi ungantur ſaliva. IX. ut baptizãs manus imponat ſuper caput baptizandi, & benedicat. X. ut pectus, & ſcapulare ungantur oleo benedicto. XI. ut vertex novo chriſmate ungatur XII. ut cooperiatur vertex veſte candida. XIII. ut baptizando cereus, ac cenſus porrigatur. XIV. ut id totum fiat in Eccleſia: & denique XV. ut Miniſter ſuperpelliceo, & ſtola ſit indutus.

30 Licèt ergo omittere has cæremonias, & ſolemnitates in caſu neceſſitatis nullum ſit peccatum; eas tamen omittere extra caſum neceſſitatis, vel eas non ſupplere poſt caſum neceſſitatis eſt peccatum mortale [licèt unam vel aliam cæremoniam omittere ſit veniale] primum patet, quia omnes omittere eſt contra ritum Eccleſię in re gravi. Secundum etiam patet ex Rituali Romano *tit. ordo ſupplendi omiſſa ſuper baptizatos*, ubi dicitur: *Cum urgente mortis periculo, uel alia cogente neceſſitate, ſiue paruulus, ſiue adultus ſacris precibus, & cęremoniis prætermiſſis fuerit baptizatus, ubi conualuerit, uel ceſſauerit periculum, & ad Eccleſiam delatus fuerit omiſſa omnia ſuppleantur.*

31 Quæ quidem Cæremoniæ etiam sũt repetendę, & ſupplendæ in eo, qui compertus eſt nulliter eſſe baptizatus, cum ejus baptiſmus reiteratur, & repetitur. Quia baptiſmus extra caſum neceſſitatis non eſt conferendus abſque illis cæremoniis, ſed cum quis baptizatur ob nullitatem prioris baptiſmi

Digitized by Google

tunc verè baptizatur, & extra caſum neceſſitatis baptizatur, ut ſuppono; ergo &c. Caſtropal. *tom.*4. *trac.*19 *diſp. un.p.*12.*n.*23.*&* 24. cui adde Sot. Palud. Reg. & alios apud Bon. *diſput.*2. *de bap.q.*2.*p.*7.*n.*22.

32 Debent autem hæ ſolemnitates in Eccleſia compleri, ut diximus in quartadecima cæremonia, dummodò baptiſmus conferatur extra neceſſitatis caſum; & dummodò hi, qui baptizantur non ſint Regum, vel Principũ liberi; hi enim poſſunt in privatis Oratoriis domus etiam ſolemniter baptizari, Suar. *de baptiſm. diſp.*31.*ſect.*2. Nugn. & alii apud Bon. *diſput.*2. *de bap.p.*7.

33 Qui autem ſunt liberi Principũ? Suar. explicat eſſe filios ſupremorum Principum, qui non habent Superiorem, uti ſunt Dux Parmenſis, Dux Venetiarum, Dux Florentiæ, qui habent Vaſſallos, quòd extendit Quint. apud Dian. *p.*9.*t.*6.*reſ.*38. ad Magnates Hiſpaniarum, & ad omnes Duces, Marchiones, qui habent Uaſſallos; item ad omnes Proreges. Nomine autem liberorum venire etiam Nepotes obſervat Gloſ. *in Clementina verb. Regum*; & nomine Nepotum venire tantum deſcendẽtes ex filijs maſculis, ut notat etiam Gloſ. *cit.*

34 Ad licitum autem uſũ huius Sacramenti ſpectat Chriſma nouum, non vetus: Vnde peccat mortaliter qui utitur in baptiſmo ſolemni Chriſmate veteri, ut habetur *ex c. ſi quis de alio, de conſecrat. diſt.*4.

Vti aqua nõ benedicta in baptiſmo ſolemni eſt mortale; benedictio enim aquæ baptiſmi fit præcedentibus multis ſolemnitatibus, in Sabbato ſancto, & ſabbato Pentecoſtes, & ipſius benedictione infunditur ſacrum chriſma per tres vices in modum Crucis; ergo non eſt quid leve illius omiſſio in baptiſmo ſolemni. Renzi *l.c.c.*8.*q.*7. qui pro ſe citat Dian. Hug. Suar. Bon. Caſtrop. Præp. Hurtad. & alios.

35 Sicuti etiam omittere trinam inſufflationem, ac unctiones olei benedicti, & chriſmatis eſt etiam grave. Inſufflationes enim, & unctiones alicujus momenti videntur, ut affirmat Granad. apud Dian. *p.*9.*t.*6. *reſ.*33. relatus à Renzi *l.c.q.*8. Non uti autem ſuperpelliceo, & ſtola in baptiſmo eſt contra debitam reverentiam Sacramenti baptiſmi, Ren. *l.c.*

36 Secunda ſolemnitas, vel cæremonia in baptiſmo eſt, ut adſit Patrinus, qui eſt quaſi Pater ſpiritualis, & tenetur baptizatum inſtruere de rebus fidei, illi docere Orationem Dominicam, ac Apoſtolorum Symbolum, ſi id ab aliis non fiat, ut docet Laym. *l.*5.*t.*2. *c.*9. & alii.

Hanc autem cæremoniam omitti in baptiſmo ſolemni eſt mortale ex Tãb. *de bapt. l.*2.*c.*4.*§.*1.*n.*1. quia fit contra ritum Eccleſiæ in re gravi.

Ut quis autem validè ſit Patrinus, plura requiruntur, I. Uſus rationis, & ad hoc ſufficit ætas ſeptem annorum, et ſic poteſt quis ſuſcipere baptizandum adultum, etiam ſi ſit minoris ætatis ipſo baptizando. II. Ut Patrinus ſit baptizatus; non poteſt enim eſſe pater, qui nondum eſt natus. Hinc neque infidelis, neque chatecumenus poſſunt in baptiſmo eſſe Patrini, ex *c. in baptiſmate de conſecrat. diſt.*4. III. Patrinus, vel Matrina non tantùm debent aſſiſtere baptizando, vel reſpondere

ad

ad chatechiſmum, ſed quoque debent baptizandum tenere, vel ſuſcipere immediatè de manu baptizantis, et tenere in ipſo actu baptizandi, dum aqua infunditur, et ſuſcipere primum de manu baptizantis poſt baptiſmum collatum. Unde ſi Patrinus ſuſcipiat immediatè puerum de manu baptizãtis, et deinde illum tradat matrinę, hęc non eſt matrina, nec contrahit cognationem ſpiritualem; quia hęc non ſuſcipit puerum de manu baptizantis immediatè, ut per Decretum Sacr. Congreg. allatum à Ledeſma refertum à *Sanch. de matrm. l. 7. diſp. 56. num. 3.* IV. Ut Patrinus habeat intentionem implicitam ſaltim, munus Patrini exercendi, et non tantũm materialiter tangere, vel ſuſcipere, ſed animo faciendi quod Eccleſia intendit, Sanchez *de matr. diſp. 58. num. 4.* Say. *c. 9. num. 2.* Renz. *loc. cit. q. 10.* Buſemb. *l. c. a. 2. n. 5.* V. Ut ſit unus, vel una, vel unus, et una; unde duo viri non poſſunt eſſe Patrini, neque duę fœminę; ſed ſi duo adhibeantur, debent eſſe ſexus diverſi ex *cap. non plures de conſec. diſt. 4. & cap. fin. de cognat. ſpiritual. in 6.* et ex Trid. *ſeſſ. 24. c. 2. de reſ. mat.* VI. Ut Patrinus à parentibus, vel Parocho deſignetur, et deſignatus à parentibus Parochus non validè mutat; et tunc tantum deſignatur à Parocho cum nõ deſignatur à parentibus, ex Concil. Trident. cit. ex dictis reſolves.

37 I. quod Mutus tenens in Baptiſmo cõtrahit cognationem ſpiritualem; hæc enim contrahitur, licèt Patrinus non reſpondeat ad chatechiſmum, ſufficit enim ſi teneat puerum; Unde cũ mutus teneat, licèt non reſpondeat, contrahit cognationem, Renz. *loc. cit. de bapt. q. 11.* contra Hoſtien. & Ioſep. de Jan. *de caſ. reſ. p. 2. reſ. 75. n. 54.*

Dices, Patrinus tenetur ſub peccato inſtruere baptizatum in fide, ut diximus; ſed mutus non poteſt illum inſtruere; ergo neque poteſt eſſe Patrinus.

Reſpondeo, quòd licèt Patrinus teneatur in fide inſtruere baptizatum, cum opus eſt, ordinariè tamen illum inſtruunt parentes; unde ex hoc capite poteſt mutus eſſe Patrinus, & infantem in baptiſmo tenere.

38 II. Vir, et uxor, licèt reſpectu propriæ ſobolis non poſſunt eſſe Patrini, poſſunt tamen reſpectu alienæ; id enim conſuetudine eſt introductũ, ut Sanch. teſtatur *l. 7. de matr. diſp. 57. num. 5.*

39 III. Duo viri, unus nomine proprio, et alius nomine procuratorio mulieris, poſſunt eſſe Patrini, et baptizatum ſuſcipere. Tridentinum enim loquitur tantũm de principalibus, qui volunt eſſe Patrini, et dicit hos debere eſſe unum, et unam, non de Procuratoribus; maximè quia Procuratores non ſunt verè Patrini, nec contrahũt cognationem ſpiritualem; ita Renz. *l. c. q. 13.* Coton. *in cont. Dian. cont. 2. l. 2. c. 5. n. 91.*

IV. Hæreticus non poteſt eſſe Patrinus in filiis Catholicorum, cum is non ſit aptus ad inſtruendum baptizatum in Fide Catholica. Unde in terris, in quibus Catholicus Patrinus non poteſt haberi, potius conferendus eſt baptiſmus abſque Patrino, quàm cum Patrino hæretico; ita Caſtropal. *tom. 4. tract. 19. diſp. unica p. 11. §. 1. nu. 7.* Verricell. *de miſ. apoſt. t. 6. q. 125. n. 1. & 3.* Tamb. *l. 2. de bap. c. 4. §. 2. n. 6*

Dian.

Dian.*p.9.trac.7. reſ.51. ver. Nota ſecundò*, & alii apud Renz.*l.c.q.*14. Neque Catholicus poteſt eſſe Patrinus in filiis hæreticorum; Tum ex declarat. Sac. Congreg. die 12. Septemb. 1642. Tum etiam quia licèt hæretici ſubſtātialia baptiſmi obſervent, omittunt tamen noſtras cæremonias ex contemptu noſtræ Religionis, et hoc approbaret Catholicus ſuſcipiens de ſacro fonte baptizatum. Unde &c. Verric. *l.c.q.*124.*n.*2. citans pro ſe Nav. Azor. Duard. Caſtrop. de Lugo, Thom. à Jeſu Maria, et alios.

V. Illicitè (licèt validè) ſunt Patrini Abbates, et Monachi ex *cap. placuit communi* 16.*q.*1. *& cap. non licet* 1. *de conſecrat. diſt*.4. *c. Monachi ead. diſt*.4. Nomine autem Monachi non veniunt Epiſcopi Religioſi, neque Religioſi Cardinales, neque Religioſi Mendicantes, neque Canonici Regulares [licèt Say. comprehendit omnes in Clauſtro morantes] Coninch.*q.*67. *a.*7.*n.*5. quem ſequitur Hurt. Caſtropal. Leand. apud Dian. *p.9.t.6. reſ.*32. Buſ.*l.4.t.2.de bap.c.1.d.5.a.2.* Quint. qui mordicùs invehitur contra oppoſitum tenentes.

Dices cum Renz.*l.1.de Sac. t.2. de bap.c.5.q.*14. Nam eadem ratio currit de Monachis, ac de Mendicantibus; ergo. Conſtat ex Rituali Romano dicente: *Ad hoc munus admitti non debent Monachi, vel Sanctimoniales, vel alii cujuſvis Ordinis Religioſi à ſeculo ſegregati*: ergo etc.

Reſpondeo, quòd voluntariè dicitur eandem rationem currere de Monachis, et de Religioſis Mendicantibus; de illis enim ratio currit; quia invenitur prohibitum expreſsè in *c.cit.* De iſtis enim claudicat, cum nomine Monachi non veniant Mendicantes, maxime in odioſis. Ad id, quòd dicitur ex Rituali Romano conſideranti patet non venire Mendicantes; iſti enim non ſunt à ſeculo ſegregati quantum ad doctrinam populorum, et fidelium, ſed tantum quò ad Clauſtrum; tenentur enim Mendicantes prædicare, et docere fideles de rebus fidei ex charitate, et facient ex juſtitia ſi ſint Patres ſpirituales in baptiſmo.

Dices iterum ex eodem. Nam licèt cauſa prohibitionis in Monachis, ut non poſſit eſſe Patrini in baptiſmo fuerit ob antiquam conſuetudinem, qua Compater oſculabatur Commatrem, ut patet ex *cap. cit. Monachi*; et hodie ceſſet, quia non eſt in uſu; adſunt tamen hodie aliæ cauſæ; et hæc eſt præcipua, ut evitetur commerciū inter Seculares, et Regulares, quæ viget; ergo etc.

Reſpondeo, quòd hoc argumentū probat, ſi probat de Monachis, non de Mendicantibus. Hi enim non debent evitare commercium ſecularium, cum eorum inſtituta ſint aptata ad ſalutem fidelium prædicando, et docendo; etſi debent omnes docere, poſſunt quoque docere de rebus fidei, ſi opus ſit ſuos baptizatos.

Dices ultimò. Argumenta Regularium in hac materia eſſe ſuſpecta, quia cauſam propriam defendunt; ergo non ſunt audienda.

Reſpondeo. quòd hoc dictum nimis probat; Nam probat etiam quòd quando Sacerdotes ſeculares loquuntur de ſibi propriis, etiam ſint ſuſpecta eorum argumēta, quòd nullus dicit; ergo dicendum, quòd non ſunt ſuſpecta argu-

Digitized by Google

gumenta Regularium in hac parte, maximè quia loquūtur rationabiliter; cum in nullo Canone videatur prohibitum; oſtendat Renzi aliquod Canon prohibens Mēdicantes in hac materia, & tunc eſt intelligendus.

42 Oritur autem Cognatio ſpiritualis in baptiſmo inter baptizātem, & baptizatum, & ejus patrem, & matrem; Ac etiam inter Patrinum, & baptizatum, & matrem, & Patrem baptizati, & ſic baptizatus poſſet ſuſcipere in uxorem ſui patrini filiam, vel viduam illius uxorem, & Pater baptizati poſſet ſumere in uxorem eādem uxorem ſui Compatris relictam viduam; inter hos enim nulla eſt cognatio ſpiritualis; ſicuti neque eſt inter Patrinos tenentes, & matrinas, ut eſt communis inter *Doctores.*

43 Si quis autem nullam habeat intentionm exercendi munus Patrini; ſed tantum materialiter aſſiſtendi; licèt peccet mortaliter, quia omittit ſolemnitatem Patrini in baptiſmo; cognationē tamen ſpiritualem non contrahit; ad munus enim Patrini requiritur ſaltem intentio implicita exercendi munus Patrini; ergo qui eam non habet non contrahit cognationem; ſicuti etiam ſi baptizans non habet intentionem explicitam, vel implicitam baptizandi, non baptizat, neque cognationē contrahit. ita Sanchez *l.7 de mat.diſp.*58. *n.*4. Tamb.*l.2.de bap.c.*4.§.4.*n.*3. & alii.

44 In baptiſmo autem privato, dato in caſu neceſſitatis, ſi quis teneat infantem etiam cum intentione contrahendi affinitatem ſpiritualem, ſecūdum probabilē ſententiam illam non contrahit; Patrinus enim ex inſtitutione Eccleſiæ ſpectat ad cæremonias baptiſmi; ergo tantùm eſt adhibendus in baptiſmo ſolemni, in quo ſolum contrahit cognationem, Dian.*p.5.trac.3. reſ.7,& p.10.trac.16.reſ.*29. ubi citat pro ſe alios Doctores. Neque Patrinus adhibitus in baptiſmo ubi ſupplentur ſolemnitates privati baptiſmi contrahit cognationem, ſicut neque contrahit qui ſupplet ſolemnitates, cum ibi nullus conferatur baptiſmus; cum ſupponamus privatum validum eſſe; ergo non poteſt contrahi cognatio, quę ex baptiſmo oritur, Sanch. *diſp.*62. *n.*5. & alii.

45 Si plures Patrini adſint non deſignati neque à parentibus, neque à Parocho, & illi plures ex ignorantia, vel negligentia Parochi lavent puerū, probabile eſt omnes contrahere cognationem (niſi tantùm aſſiſtant, & non tangant) ut docet Laym.*l.5.trac.*10.*p.4.c.8.& trac.2.c.9.n.*4. Dian. autem ex Suarez, & Perez dicit in eo caſu nullam cognationem contrahere, licèt enim tangant, tamen eis deeſt qualitas deſignationis, quæ neceſſariò requiritur ex Tridentino.

46 Si pater, vel mater in baptiſmo privato teneant, vel ſuſcipiant ſuum filium, tanquam patrini, compertum eſt apud omnes contrahere cognationem: At ſi teneant in baptiſmo ſolemni, peccant mortaliter, & ut docet Sanch.*de mat.d.*36. & alii communiter, privatur qui tenet jure petendi debitum, quia cognationem contrahit cum conjuge, quòd tamen negat Dian.*c.4.de ſac.reſ.*3. Bon. *de matr. q.2.p.5.*§.2. Eſcob.*trac.7.c.*2.

47 Si quis autem tenens in baptiſmo filium Pauli putans eſſe filium Petri-

tri, an contrahat cognationem cum Paulo. Cum diſtinctione eſt reſpondendum. Nam vel tenens habet intentionem non tenendi, niſi filium Petri, & in hoc caſu non contrahit cognationem cum Paulo; cognatio enim ab intentione tenentis dependet, vel habuit intentionem tenendi quem habet præſentem, & ſic cognationem contrahit cum Paulo; præſens enim filius erat Pauli, Sanch.*l.c.n.7.*Bon.*de mat. q.3.p.5.§.2,n.*18.Tamb.*l.de bapt.c.*4 *§.4.n.*4.Joſeph de *Ian. de caſ. reſ p.2. reſ.75.n.*34 & alii.

48 His ergo ſuppoſitis tanquam neceſſariis ad cognoſcendam eſſentiã Sacramenti baptiſmi, & ejus rectam adminiſtrationem: nunc videndum eſt (ut principali quæſito ſatisfaciamus) quid debeat, & teneatur Parochus facere circa ejus rectam adminiſtrationem; & quia ſupra aliqua etiam Parochum tangentia diximus, cum de Miniſtro baptiſmi loquuti fuimus, hic breviter expediemus.

49 Parochus igitur peccat mortaliter, ſi ex negligentia omittat frequẽter referre nomina baptizatorum in librum, ubi inſcribuntur; ac etiam nomina Patrini, & Matrinæ, qui ipſum de ſacro fonte levant, & ſuſcipiunt, & eos inſtruat de contracta ſpirituali cognatione, quę impedit, & dirimit matrimonium inter ipſos, & baptizatum, ejuſque patrem, & matrem, ſicuti præcipitur à Tridentino ſæpius citato.

II. Peccat Parochus ſi plures quã duo, ſcilicet unum, & unam permittat tenere in baptiſmo, ut mandat Conc. Trid. citatum. Quint. *t.2.f.*11.

III. Peccat Parochus ſi adultum baptizet (extra tamen periculum, vel articulum mortis) non inſtructum in Fide Catholica. Ad id enim tenetur, tum ex præcepto Divino, Matth.28. *Docete omnes gentes baptizantes*, commentat Hyer. *Primum docete omnes gentes, deinde doctas intingũt aqua; non enim poteſt fieri, ut corpus baptiſmi recipiat Sacramentum, niſi ante anima fidei ſuſceperit veritatẽ.* Tum ex præcepto naturali, quia baptiſmus eſt profeſſio Chriſtianæ fidei; quomodò autem credent in quem nõ audierunt; & hoc jus naturale diſtat; non enim prudenter fidem admittit, quem ignorat. Tum denique ex Eccleſiæ præcepto, ut habetur in Rituali Romano, & ex *c. ante baptiſmum de conſecratione diſt.*4. et ex praxi antiquiſſima Eccleſię, qua non admittebantur ad baptiſmum, niſi chatecumeni, idest auditores myſteriorum Fidei.

IV. Non debet deſignare Parochus Patrinos in baptiſmo, ſed deſignati à parentibus debet admittere; ſi autem parentes nullum Patrinum deſignant, debet Parochus ipſos deſignare in baptiſmo ſolemni, ſecluſis hæreticis, Apoſtatis, moribus infames, etc.

DUBIUM VI.

Quid de Paroco in ordine ad Sacramentum Euchariſtiæ.

1 QUia ordinarius Miniſter Confirmationis eſt omnis et ſolus Epiſcopus (licèt per commiſſionem, et delegationem etiam poteſt eſſe ſimplex Sacerdos) ideò quia hic non eſt locus proprius, cum ſit ſermo tantum de his, quæ Parochus

tibus poteſt adminiſtrare jure ordinario, omiſſo hoc Sacramento, de quo ſupra latè diximus; de Sacramento Euchariſtiæ ſermonem teximus, & de hoc tantùm in ordine ad Parochum, licèt eſſentialia hujus Sacramenti tangere oportet, quæ ſcire etiam debet omnis Sacerdos, & maximè Parochus. Sit ergo

§. 1.

De Materia, & Forma hujus Sacramenti Euchariſtiæ.

2 DEfinitur Euchariſtia. Eſt Sacramentum Corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, ad ſpiritualem animę refectionem divinitùs inſtitutum. Dicitur Sacramentū Corporis, & ſanguinis Chriſti; licèt enim hoc Sacramentum quò ad ſubſtantiam ſit ſub altera tantùm ſpecie; ex utraque tamen integratur; unde ſub Corpore, & ſanguine Chriſti integrum eſt Sacramentum: Dicitur ſub ſpeciebus panis, & vini, in quo explicatur materia hujus Sacramenti. Reliqua verba in definitione poſita explicant finem inſtitutionis hujus Sacramenti.

3 Diverſis autem nominibus nominatur ſecundùm diverſas ſignificationes. Vocatur Sacrificium reſpectu prę teriti, in quantum ſcilicet eſt commemorativum Dominicæ Paſſionis, quę fuit verum ſacrificium. Vocatur communio, vel ſynnaxis reſpectu rei præſentis, ſcilicet Eccleſiaſticæ unitatis, cui homines aggregantur per hoc Sacramentum. Vocatur Viaticum reſpectu futuri, in quantum ſcilicet hoc Sacramentum eſt præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in Patria; præbet enim nobis viam illuc perveniendi. Dicitur Euchariſtia, ideſt bona gratia, quia gratia Dei vita æterna, & quia continet Chriſtum, qui eſt plenus gratia. Dicitur hoſtia, quia continet ipſum Chriſtum, qui eſt hoſtia ſalutaris, ut dicitur Eph. 5. Et denique dicitur græcè Metalepſis, ideſt aſſumptio, quia per hoc filii Deitatem aſſumimus, ut habet D. Th. 3. p. q. 74. a. 4.

4 Convenienter autem hoc Sacramentum fuit inſtitutum in Cœna, in qua Chriſtus ultimò cum ſuis diſcipulis fuit converſatus. Primò ratione continentiæ; Chriſtus enim continetur in Euchariſtia ſicut in Sacramento, & ideo quia ipſe Chriſtus in propria ſpecie diſceſſurus erat à diſcipulis, ſeipſum reliquit eis in ſpecie ſacramentali. Secundò, quia ſine fide paſſionis Chriſti nūquam potuit eſſe ſalus; & ideò oportuit omni tempore apud homines eſſe aliquid repræſentativum Dominicę paſſionis, uti eſt Euchariſtiæ Sacramētum. Tertiò denique, quia ea, quæ ultimò dicuntur maximè ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur; tunc enim magis inflammatur affectus ad amicos; & ideò ut maiori veneratione haberent homines ad hoc Sacramentum; Chriſtus in ultimo diſceſſu ſuo à diſcipulis hoc Sacramentum inſtituit. D. Th. *l. c. a.* 5.

5 Materia ergo hujus Sacramenti eſt tantùm panis, & vinum. Et rationabiliter. Primò quantum ad uſum Sacramenti, qui eſt manducatio; ſicuti enim aqua aſſumitur in Sacramento Baptiſmi ad uſum ſpiritualis ablutionis; corporalis enim ablutio communiter fit in aqua; ita panis, & vinum, qui-

bus communiùs homines reficiuntur, aſſumuntur in hoc Sacramento ad uſū ſpiritualis manducationis. Secundò quantùm ad paſſionem Chriſti, in qua ſanguis eſt à corpore ſeparatus; & ideo in hoc Sacramento, quod eſt memoriale Dominicæ paſſionis, ſeorſum ſumitur panis ut Sacramentum Corporis, & vinum ut Sacramentum ſanguinis. Tertiò quantum ad effectum conſideratum in unoquoque ſumentium; hoc enim Sacramentum valet ad tuitionem animæ, & corporis; & ideò corpus Chriſti ſub ſpecie panis pro ſalute corporis, ſanguis vero ſub ſpecie vini pro ſalute animæ offertur. Quarto denique quantum ad effectum totius Eccleſiæ, quæ conſtituitur ex diverſis fidelibus, ſicut panis conficitur ex diverſis granis, & vinum fluit ex diverſis uvis. Totum hoc habet D. Thom. *l. c. q. 74. a. 1. in corp.*

6 Panis autem in materia Euchariſtiæ eſt ſolus panis triticeus uſitatus communiter. Hinc non eſt apta materia ad validam conſecrationem; Panis ex hordeo, Avena, Oriza, Milio, frumento Indiæ, Piſis, Fabis, Amygdalis, aliiſque leguminibus, & arborum fructibus; quia hæc omnia cenſentur ſpecie diſtingui à tritico. Neque maſſa triticea cruda, vel non cocta ad modū panis, ſed frixa, vel elixa, ut ſunt placenta, libum &c. Neque panis ſubactus aquis artificialibus, vel oleo, butiro, lacte, ovis ſaccharo, vel alio liquore, qui non ſit aqua naturalis; hic enim non eſt panis uſualis. Neque panis ſubſtantialiter corruptus, neque ſubactus aqua marina; hic enim non eſt uſualis. Et in ſumma panis, qui debet uti pro materia hujus Sacramenti debet eſſe ex farina triticea, & aqua naturali ſubactus, toſtus, ſive aſſus igne ferro incluſus, ut moris eſt, atque in ſua ſpecie incorruptus, ut communiter docent omnes Doctores.

7 Illicita, ſed valida materia eſt huius ſacramenti; ſi aliquot grana, vel gutta alterius ſpecie, cum tritico, & aqua naturali miſceantur; ita ut triticū & aqua plurimum prædominentur, quia non eſt materia valida, ſi major pars non ſit triticum, & aqua. Item panis mucidus, qui diſponitur ad corruptionem, Buſſ. *l. 4. t. 3. c. 1. d. 4. num. 5.* & Bon. & Laym.

8 Panis autem ſive ſit azimus, ſive fermentatus eſt valida materia hujus Sacramenti, ut definivit Trid. uterque enim eſt uſualis, & panis propriè dictus. Et ſic Latini tenentur in ſuis Eccleſiis in azimo conſecrare, & Græci in fermentato ſub gravi præcepto, Bonac. *d. 4. q. 2. p. 1.* Fill. *t. 4. c. 4.* & alii apud Buſſ. *l. c. n. 6.*

9 Debet autem eſſe panis conſecrādus in Eccleſia Latina figura orbiculari integra, & in Eccleſia Græca figura quadrata, & particulæ figura triangulari, & hoc ex præcepto Eccleſiæ, ut obſervat Buſſ. *l. c.*

10 Materia autem conſecrabilis debet eſſe præſens conſecranti ſenſibiliter, & moraliter. Petitur hoc ex verbis formæ *Hoc*, & *Hic*, aliter non verificarentur; ſunt enim demonſtrativa.

11 Unde vinum validè conſecratur in Calice cooperto, & panis in caniſtro, hoſtiæ in cumaculo ſub aliis latentes, aut aliter tectæ, nempe ſub corporali, vel mappa; & etiam hoſtias præſentes à Sacerdote illas non videns, utpotè quia cæcus, vel in tenebris. Ad præ-

Digitized by Google

præſentiam enim non requiritur, ut videatur materia, vel tangatur, vel feriatur ſono verborum, dummodò videri poſſit ſive in ſe, ſive in alio, verbi gratia in ſuo toto, vel continente, vel vaſe deſtinato ad continendam illam, Bonac. *d*. 4. *q*. 2. *p*. 5. relatus à Buſſ. *l*. *c*.

12 Materia autem poſt tergum aut poſt parietem poſita, vel clauſa in Tabernaculo, invalidè conſecratur; quia moraliter cenſetur abeſſe, & non poteſt demonſtrari per particulam *Hoc*, vel *Hic*, Bon. & Fill. relati à Buſſ. *l*. *c*. & alii. Nec validè conſecratur materia validè diſtans v. g. centum paſſibus, licet videatur; propinquitas tamen materię conſecrandæ debet eſſe moralis, ut dictum eſt; & ſic remictenda judicio prudentum, ut docet Fill. *t*. 1. *tract*. 4. *c*. 3. *nu*. 68. Neque validè conſecratur materia tam modica, ut non poſſit percipi ſenſu; hæc enim non poteſt demonſtrari, dummodò non ſit in toto, ſed extra illud, quia in toto minimæ etiam particulæ conſecrantur, ut conſtat ex Trid. *ſeſſ*. 23. *c*. 3. & 4. et docetur communiter à Doctoribus.

13 Debet quoque materia conſecrabilis eſſe certa, et determinata in individuo ab intentione conſecrantis. Unde conſecrans non alias particulas conſecrat, niſi quas intendit conſecrare; intentio enim Sacerdotis eſt eſſentialis huic Sacramento; verum eſt autem, quòd intentio debet eſſe explicita, vel implicita, ut notat Coninch. *q*. 74. *a*. 2. *d*. 1. *n*. 38.

Unde non conſecratur hoſtia inſcio Sacerdote poſita ſive in corporali, ſive infra illud (ſejuncta tamen à cumulo) quia illa non eſt determinata in mente Sacerdotis, cujus voluntas non fertur in incognitum. Coninch. *l*. *cit*. *d*. 3. et alii. Ac etiam ſi Sacerdos vult conſecrare decem particulas, et poſt conſecrationem inveniat undecim, nullæ ſunt conſecratæ. Et è contra Sacerdos qui intendit conſecrare decem particulas, ſi poſtea inveniat octo, omnes erunt conſecratæ; intentio enim conſecrandi decē inducit intentionem cōſecrandi octo, non ſic intentio conſecrandi decem, includit intentionem conſecrandi undecim: hoc tamen procedit, ut advertit Fagund. 3. *Eccl præcept*. *l*. 2. *c*. 5. *n*. 9. niſi Sacerdos explicet oppoſitum mentaliter, vel verbaliter dicens ſe nolle, niſi octo conſecrare, tunc enim nullæ erunt conſecratæ, ſi illas octo non deſignavit; tutius ergo procedit Sacerdos ſi omnes particulas, quas in cumulo videt intēdit cōſecrare.

14 Si autem Sacerdos determinaverit conſecrare tantum mediam, vel tertiam partem hoſtiæ, illam tantùm conſecrat, quam deſignavit, ut docet Coninch. *l*. *c*. *n*. 30. et alii.

15. Guttæ vini, quæ adhærent exterius calici non conſecrantur, quia non intenduntur à Sacerdote; imò nec eæ guttæ, quæ interius adhærent, ut probabilius docet Reg. *t*. 2 *l*. 29. & *c*. 2. Lay. *l*. 5. *t*. 4. 2. Coninch *q*. 74. *a*. 2. *dub* 3. contra Bon. & Jann. Intentio enim Sacerdotis debet eſſe conſecrare id, quod per modum unius continui eſt in Calice. Benè autem facit Sacerdos, ſi ſemel pro ſemper intendat illas non conſecrare, uti nec micas adhærentes hoſtiis Dian. *p*. 3. *t*. 3. *miſ*. *reſ*. 16. & *p*. 3. *t*. 4. *reſ*. 32. relatus à Buſ. *l*. *c*. cui hæc ſententia videtur probabilis.

16. Sicuti autem ſolus panis de frumento, ut diximus eſt materia hujus

Sacramenti; Ita vinum ſolum de vite eſt propria materia Sacramenti Euchariſtiæ. Tum propter Chriſti inſtitutionem Matt. 26. Non bibam amodò de hoc geniminæ vitis. Tum etiam quia ad materiam Sacramentorum aſſumitur id, quod propriè, & communiter habet talem ſpeciem, & cum vinum propriè dicitur quod ſumitur de vite, alii vero liquores dicantur vinum ſecundũ quamdam ſimilitudinem ad vinum vitis; ideo, &c. Tum denique quia ad effectum hujus Sacramenti magis competit vinum vitis cum hoc Sacramentum ſit letitia ſpiritualis, & ſcriptum eſt vinum letificat cor hominis.

§ 17. Unde reſolves quòd vinum expreſſum ex granatis, vel aliis fructibus, non eſt materia hujus Sacramenti quia hoc non dicitur propriè vinum, ſed ſecundum ſimilitudinem; Et ſi in aliquibus partibus mundi vites non creſcant, poteſt ad illas partes vinum deferri quantum ſufficit ad hoc Sacramentum.

18. Neq; acetum eſt materia hujus Sacramenti; Vinum enim fit Acetũ per corruptionem; Unde ſicut de pane totaliter corrupto non poteſt confici hoc Sacramentum ita nec de aceto. Verum eſt autem quòd de vino aceſcenti, [ſicuti de pane, quæ in via ad corruptionem] poteſt confici, hoc Sacramentum; peccat tamen mortaliter conficiens, ut docet D.Th. 3. *p.q.* 74. *a.* 4. *ad* 2. & communiter Doctores.

19. Neque agreſta eſt materia hujus Sacramenti, hæc enim non habet ſpeciem vini, ſed eſt in via, & in fieri ad vinum.

20. De muſto autem poteſt confici hoc Sacramentum; muſtum enim habet ſpeciem vini. Non tamen debent uvæ integræ huic Sacramento miſceri, quia jam eſſet ibi aliquid præter vinum. Prohibitum tamen eſt ne muſtum ſtatim ex uvis expreſſum efferatur in Calice propter impuritatem muſti; niſi neceſſitas id ſuadeat, ut patet *ex cap. cum omne de conſecrat. diſt.* 2.

Unde poſſet quis ad implendum præceptum auditionis ſacri, vel ad implendum præceptum annuæ Communionis conſecrare in muſto, ſi abſit vinum; Et tunc debet prius interponere pannum inter uvam, & Calicem, ut humores Craſſiores ex uva expreſſa in panno remaneant, ut docet Dian. *p.* 10. *tract.* 11. *reſ.* 37. & alii apud ipſum.

Et ſic Brachari in Luſitania [ut refert Tannerus apud Dianam] in die Transfigurationis Domini die ſexta Auguſti, conſecrant in muſto in gratiarum actione pro ubertate anni. Improbant tamẽ hanc conſuetudinem communiter Doctores, cum id fiat extra caſum neceſſitatis. Et docet Fagund. 3. *Eccl. præc ep. l.* 2. *c.* 3. *n.* 5. quòd Brachari non faciunt totam conſecrationem in muſto, ſed in vino veteri, cui aliquæ tantum uvæ exprimuntur.

Conſecrare autem in muſto extra caſum neceſſitatis Doctores communiter dicunt eſſe mortale; quia eſt gravis indecentia propter fæces ei admiſtas, quæ non ſunt conſecrabiles: & obligamur conſecrare in vino ex conſuetudine, quæ cum ſit de re gravi obligat ſub mortali. Verricel. *de miſ. Apoſt. t.* 8. *q.* 139. Dian. *loc. cit.* & alii quam plures Doctores ab ipſo citati.

21. Neque Sapa, ſeu Vinum coctũ eſt materia hujus Sacramenti; quia ſapa non eſt vinum ſimpliciter; ſed cum addito; ac etiam quia tale vinum

coctum

coctum amittit ſubſtantiam vini virtute ignis; unde non ſumitur per modum potus, ſed per modum eſculenti, & ut condimentum in vivandis, ut cō. muniter docetur à Doctoribus. Nec etiam aquavita eſt materia hujus Sacramenti, quia licèt ſumatur per modū potus, virtute tamen ignis amiſit ſubſtantiam vini, & habet effectus contrarios vino, ut docet Majol. *Dierum Canicularium t.1.colloq.21.fol.mihi* 272.*l.D.*

22. Neque Lora, ſeù *Aquata*, ut vulgo dicitur eſt materia hujus Sacramenti; quia in ea fit magna aquæ miſtio,& eſt aqua,cui ſuperponuntur acini uvæ; & tantum habet colorem vini, ſed vinum non eſt, ut docet Fagund.3. *Eccl.præcep.l.2.c.3.n.7.* citans plures pro ſe Doctores, quibus adde Fill. *tom.*1.*t.*4.*c.*3.*n.*87.Bon.*diſp.*4.*q.*2.*p.*2. *n.*6. De Lugo. *de Euch. diſp.*4.*ſect.* 1. *nu.* 9. Verum tamen eſt quòd modica Lora poſita in dolio, ubi aſſervatur vinum; dummodò non excedat muſtum; facit inde totum vinum conſecrabile, ut in praxi quotidie cernitur.

23. Vinum expreſſum ex uvis paſſis furno ſiccatis non eſt materia hujus Sacramenti;quia virtute ignis mutatur ſpecies vini; & ſi quid exprimitur ex ipſis non eſt vinum: Si autem ex uvis paſſis ſiccatis ſole exprimitur vinum (uti exprimunt Egiptii teſte Amico apud Dianam *p.*7.*tract.*12.*reſ.*8.) neq; tale vinum eſt conſecrabile. Nam ex uvis paſſis efficitur vinum cum magna admiſtione aquæ, quia ob eorum ſiccitatem opus eſt multo tempore in aquis mollificari, & tunc non eſt materia cō. ſecrabilis, ut patet. Vel ſine admiſtione aquæ, & tunc nil potabile ex eis effici poteſt, ſed potiùs educitur quid ſimile ſapæ magis commeſtibile, quàm potabile;quare Optatovius apud Dian. *p.* 10.*t.*11.*reſ.*37.*in fine.* Dicit Egyptios peccare tale vinum conſecrando.

24. Vinum autem congelatum,(uti congelatur in Germania, & Hiſpania mediterranea, nempè in Caſtella Regione teſte Caramuel. *in Theol.fundament. n.*1999.) eſt materia apta conſecrationis. Tum quia adhuc retinet ſubſtantiam, & denominationem vini, & ſua natura eſt potabile. Tum quia ſi congelatio contingat poſt conſecrationem vinum remanet conſecratum.Unde rubrica Miſſalis præcipit, quòd in tali caſu Calix involvatur pannis calefactis, vel ponatur in aqua calida, ut liquefiat, & poſſit ſumi; ergo ita ante conſecrationem validè conſecratur, (licèt peccat, qui in congelato conſecrat,ut docet. Fill.*t.*4.*c.*3.*l.*3.*t.*4.*nu.*2.] Et licèt vinum congelatum non ſit actu potabile, & proximè, hoc eſt per accidens, & facile tolli poteſt,& eſt par ratio in pane indurato. Vinum autem per congelationem tantum accidentaliter differt, quia tantum mutatur qualitas raritatis in denſitatem; non autem ſubſtantialiter, & patet ex hoc quòd per calefactionem reſtituitur in ſtatu priſtino.Hanc opinionem tenent Leād. Caſpen.Amic.Præpoſ.Martinus à Sancto Ioſeph,Caſtropal.Tam.Pont.Paſq. Dicaſtil.& alii apud Dian. *p.*11.*t.*1.*reſ.* 17. adde Vaſq. Suar. Coninch. Lay. Hurt.citati à Renzi.*l.*1.*de Sac.t.*4.*c.*1. *q.*34. Buſemb. *l.*6.*med.t.*3.*c.*1. *d.*4.ubi cit. pro ſe Bon. Card. de Lugo. contra Ledes. Alan. Henriq. apud Fagund. 3. *Eccl.præc.l.*2.*c.*3.*n.*8. Caramuel.*in Th. fund.n.*1999.Leſſ.3.*p.*7.74.*a.*5. *nu.*24.

Fagund.

Fagund. autem utramque ſententiam probabilem exiſtimat.

25 Si quis autem hic curioſè vult ſcire; an in caſu congelationis vini, dum Calix calefit aqua calida; & ex vino ſic calefacto fumus exhalet; an vini fumus, & vapor inde exiens ſit vini pars, & conſequenter conſecratus? reſpondet Caramuel *loc.cit.n.*2000. Vaporem illum exhalantem non eſſe vinum; & ſic ſub illius vaporis ſpecie ſanguinem Chriſti non manere. Inter enim qualitates vini, una eſt gravitas; unde in illo fumo ex vino exhalante nulla eſt qualitas vini. Ita ille.

26. Aqua autem eſt vino permiſcēda in hoc Sacramento; [licèt iſta permixtio non ſit de neceſſitate Sacramenti, ſed tantum ex præcepto Eccleſiaſtico, ut dicitur in Tridentino *ſeſſ.*22.*c.*7. ibi. Monet Sancta Synodus præceptũ eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miſcerent.] Tum propter inſtitutionem; Creditur enim probabiliter, quod Chriſtus Dominus inſtituerit hoc Sacramentum in vino aqua permiſto ſecundum morem illius Terræ. Unde Prov.9. dicitur. Bibite vinum, quod miſcui vobis. Tum ob repræſentationem Paſſionis Dominicæ, in qua ex latere Chriſti fluxit ſanguis, & aqua. Tum ad ſignificandũ effectum hujus Sacramenti, qui eſt unio Populi Chriſtiani, ad Chriſtum, in aqua autem ſignificatur Populus; in vino ſanguis Chriſti; & cum in Calice vino aqua miſcetur, populus, Chriſto adunatur. Tum denique ad ſignificandum ultimum effectum Sacramenti, qui eſt introitus ad vitam æternam; unde dicit Ambroſ. *in lib. de Sacram.* redundat aqua in Calicem, & ſalit in vitam æternam. Hæc D.Th *q.*74.*cit.a.*6.*in corp.*

27. Aqua autem quæ miſcetur ex neceſſitate præcepti debet eſſe aqua naturalis; & licet qui vino conſecrando miſcet aquam roſaceam, vel artificialē, conficiat Sacramentum [peccat tamen mortaliter etiam in caſu, quo aqua naturalis haberi non poteſt, tunc enim melius eſt nullam aquam apponere, quã artificialem; Cum aqua ut dictum eſt non ſit de neceſſitate Sacramenti] De latere enim Chriſti pendentis in Cruce vera aqua profluxit, ut docet D. Tho. *l.c.ad* 3.

Et ſi contra hoc dicas; quod Panis conſ. ctus ex aqua roſacea, non ſolum eſt illicita materia conſecrationis, ſed etiam inepta ut ſupra dictum eſt; ergo ita à pari ſi vino aqua roſacea miſceatur, non poteſt in eo validè conſecrari.

Ad hoc reſpondet D.Th. *cit.* Nam admixtio aquæ ad farinam conſtituit ſubſtantiam panis, & ideo eſt de neceſſitate hujus Sacramenti; & non eſſet verus panis ſi farinæ admiſceretur aqua roſacea, vel quicumque alius liquor, quam aqua naturalis. Admixtio autem aquæ ad vinum, eſt quid accidentale vino, nec conſtituit ſubſtantiã vini, & ideo poteſt haberi Sacramentũ abſque ea mixtione, vel cum mixtione alterius aquæ, quam naturalis.

28. Si quis autem miſceret vino conſecrando aquam calidam Fagund. *p.*2.*l.*2.*c.*4. *n.*14. Perſic. *de off. Sacerd. l.*1.*c.*2.*d.*7.*num.*53.*concl.*3. Baucius *in miſc. t.*2. *opuſ.*4.*q.*44. *petes* 7. dicunt eſſe mortale, eſt enim contra conſuetudinem Eccleſiæ, & induceret novum ritum; quod tamen aliis Doctoribus nimis durum videtur apud Dian. *p.* 6. *tract.*7.*reſ.*18.*in fine*, ubi ipſe addit, ſi

in

Digitized by Google

in frigidiſſima Regione id habet conſuetudo poſſe fieri ſine ullo peccato. Mutatio enim accidentalis in materia Sacramentorum ſi ſit in re levi non eſt mortale; neque veniale ubi neceſſitas urget.

29. Mixtio autem aquæ non debet eſſe in magna quantitate; ſed in modiciſſima, una ſcilicet, vel altera gutta ita tamen ut ſit ſenſibilis, & non excedat tertiam partem vini. Buſ. *l.cit.* D.Tho. *l.c. a.*8.

Ideo autem debet parum apponi de aqua, ut poſſit in vinum converti, ut docet D. Tho. & Thomiſtæ, Fagund. 3. *præcep.Eccl.l.*2.*c*.4.*n*.6. & Suar. apud ipſum. Adde Fill. *tom.*1.*t*.4.*c*.4.*nu*.92. Et ratio horum eſt, quia alioquin materia Euchariſtiæ eſſet aqua, unde poſſit conſecrari etiam ſeparata à vino, quod eſt falſum. Dicendum eſt ergo quod aqua illa, quæ miſcetur, immediatè tranſit in vinum, & vinum per conſecrationem tranſit in ſanguinem.

Dices tamen cum contrariis. Nam S. Aug. [relatus à Coninch. *q*.74.*a* 8.*d. unic.n*.145.] ait: aqua mittitur in Calicem, & fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis.

Reſpondetur; quod ſi aqua fit ſanguis conſecratione, prius in vinū convertitur, & non aliter, aqua enim non eſt materia apta conſecrationis in ſe conſiderata, ut communiter docetur ab omnibus.

Dices iterum. Aqua enim numquam poteſt in vinum converti. Experientia enim conſtat poſſe poſt mixtionem à vino ſeparari, ſi filum lineum applices, vel medullam junci; ergo, &c.

Reſpondetur, negando antecedens, quando enim quantitas aquæ eſt modica vino mixta, cum à vino ſuperetur in vinum convertitur. Unde ait S. Th. *l.c.* ſemper tutiùs eſt parum de aqua apponere, & præcipuè ſi vinum ſit debile: quia ſi tanta fieret appoſitio aquæ, ut ſolveretur ſpecies vini non poſſet perfici Sacramentum.

Ad id, quod dicitur, quòd poſt mixtionem poſſit ſeparari per filum, &c. hoc locum habet in aqua mixta vino in magna quantitate; quia ſi gutta ſola mittitur, non ſeparatur; cum in vinum ſit converſa; & ſic modica, ut non ſolvat ſpecies vini; imò vinum, cum ſit exuperans ſolvat ſpecies aquę, & in ipſum convertit; et quod per filum ſeparatur non eſt aqua, ſed ſubtiliores vini partes.

Dices denuò. Dato enim, et non conceſſo, quòd aqua convertatur in vinum; tamen non poteſt tota in vinū converti; cum neque ignis, qui eſt maximè activus, totum lignum conſumat; neque animal calore naturali poſſit totum cibum in ſubſtantiam vertere; ergo ſemper remanent partes aquę, et ſic, vel iſtę non erunt conſecratę, vel dicendum immediatè tranſire in ſanguinem.

Reſpondetur; quòd dato quòd aliqua pars aquę non ſit converſa in vinum ante conſecrationem, illa pars non conſecratur; non enim illa pars eſt materia apta conſecrationis, et ſic remanet aqua.

Inſtant. Nam eſſe idolatria offerre populo Calicem adorandum cum aqua in ſua ſpecie non conſecrata; ſicuti cū hoſtia conſecrata oſtenderetur adorāda, alia non conſecrata.

Reſpondetur negando antecedens. Non enim adoraretur illa pars aquę, ſed

ſed vinum in ſanguinem converſum; (dato, et non concesso, quòd remaneret aliqua pars aquę in vino; nam per me, cum ſit modica pars aquę, et vinum in majori quantitate, convertitur aqua in vinum.] Sicuti à pari ſi in pane conſecrato caſu aliquot grana hordei miſceantur in tritico, certū eſt hordei grana non conſecrari, et hoſtia expoſita populo adoraretur, nō commiſſa idolatria; adoraret enim populus panem converſum in corpus Chriſti, non autem non converſum. Et idem dic ſi in ſanguine adeſſet muſca, etc.

Iterum inſtabis. Nam ſi caſus accidat in prima Miſſa Natalis, non poſſet Sacerdos celebrare ſecundam Miſſam, frangeret enim jejunium per aquæ ſumptionem.

Reſpondetur per illam aquę ſimul ſumptionem non violari jejunium requiſitum ad Euchariſtiam, quia una cum ſanguine per modum unius ſumitur. Sicuti non violatur per ſumptionem hoſtię, in qua eſſet aliqua pars hordei, vel alterius rei, ſub qua Chriſti corpus non continetur.

Et ſi denique inſtes, quòd peritiſſimi Philoſophi, et Medici dicunt, quòd aqua non nutrit, ſicuti et cœtera elementa; ergo virtute caloris naturalis non tranſit, neque convertitur in ſubſtantiam aliti; ergo neque poterit in vinum converti. Probatur hęc conſequentia. Nam majoris activitatis eſt calor naturalis, quàm vinum.

Reſpondetur, quòd licèt aqua non ſit immediatum nutrimentum mixtorum perfectorum, benè tamen imperfectorum, ut eſt vinum propter affinitatem eorum. Imo etiam aliquorum mixtorum perfectorum, ut ſunt viventia, plantę, et herbę; hę namque craſſiores aquę partes per radices attrahunt, et coquunt, et in ſe convertunt.

Ad id, quòd dicitur. Peritiſſimos dicere aquam non nutrire, dicimus hoc gratis aſſerere. Nam Ariſtot. *l. 1. animal.* ait: Aquatila quędam duplicis naturæ, quædam enim et humido vitam agunt, et inde cibum captant, propterea humorem, tum recipiunt, tum remittunt; ubi Iulius Cæſar Scaliger habet. Non temerè loquitur Philoſophus; quidam enim ex piſcibus putantur, aquam ſolum pro alimento habere. Nam de Balena hoc aſſerunt. Et alij quamplures Philoſophi hoc aſſerunt, nempè Petrus Hyſpanus *in comm. ad lib. Iſac. diet. par. c. de aqua.* Valles *l. 6. contr. c. 6.* & alii apud Gab. à Sancto Vincentio *de Sac. Euchar. diſp. 3. q. 5.*

Reſpondetur ſecundò, concedendo quòd aqua non nutriat; non tamen per hoc non poteſt mixta cum vino in parva, & modica quantitate non converti in vinum; ut enim ait Ariſtotil. *1. de gener. c. 1.* quòd parvum eſt, & facilè dividi poteſt, & ab alio magno pati poteſt, facilè poteſt in magni naturam converti. Cujus exemplum dat, quando ſcilicet gutta vini infunditur magnæ copiæ aquæ, Unde, &c. Hactenus de materia.

31 Forma hujus Sacramenti Euchariſtiæ duplex eſt: Una panis, & hæc eſt. *Hoc eſt enim corpus meum.* Altera vini, & eſt hæc: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei, novi, & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effūdetur in remiſſionē peccatorum.* Utra-

Utraque autem forma eſt conveniens. Prima quidem. Nam oportet formam Sacramẽti ſignificare id, quod in Sacramento efficitur, & ſic forma conſecrationis panis ſignificat ipſam converſionem panis in corpus Chriſti, dum dicit: *Hoc eſt enim corpus meũ*, Ubi omnia hæc verba ſunt de eſſentia, præter ly *enim*; hæc enim conjunctio apponitur in hac forma ſecundum cõſuetudinem Eccleſiæ Romanę à Beato Petro Apoſtolo derivatã, cujus omiſſio eſſet tantùm veniale, Buſſ. *l.c.d 6.* & alii communiter.

32 Secunda etiam forma eſt convenientiſſima, quæ omnia verba ſunt de ſubſtantia formæ. Cum enim dicitur *Hic eſt calix ſanguinis mei*, ſignificatur converſio vini in ſanguinẽ. Per verba autem ſubſequentia ſignificatur virtus ſanguinis in paſſione Chriſti effuſi, quæ in hoc Sacramento operatur. Per ly *Novi, & æterni teſtamenti*, ſignificatur, quòd per ſanguinem Chriſti introitum habemus ad hæreditatem æternam. Secundum illud Heb. 10. *Habemus fiduciam in introitu Sanctorum per ſanguinem ejus*. Per ly *myſterium fidei* ſignificatur juſtitiam gratię, quæ eſt per fidẽ, ut dicitur Rom. 3. *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ejus, ut ſit ipſe juſtus, juſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti.* Et denique per ly. *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. ſignificatur impedimenti remotio ad prædicta, quòd eſt peccatum; unde dicitur Heb. 9. *Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis*, ideſt à peccatis. D. Th. 3. *p. q. 78. a. 3. in corp.*

Dixi (quæ omnia verba ſunt de ſubſtantia formę) quia ſine illis omnibus verbis non eſſet perfecta forma. Verba enim eſſe de ſubſtantia formæ dupliciter contingit. Primò, quòd ſine illis non ſit forma; ſecundò, quòd ſine illis non ſit forma perfecta; Unde quando D. Thom. dicit, quòd omnia verba ſunt de ſubſtantia formæ, intellexit, quòd ſi non dicerentur omnia verba in conſecratione calicis, forma non eſſet perfecta, non autem quòd non ſit forma; & ſic validè conſecraret qui tantùm diceret: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, licèt peccaret mortaliter, & non faceret formam perfectam. *Ita* Caje. *in exp. q. 78. a. 1. & 3.*

33 Invalida erit conſecratio. I. Si quis omitteret in verbis utriuſque formę verbum *Eſt*. Verbum enim *eſt* cũ ſit ſubſtantivum pertinet ad ſubſtantiam formæ; unde eo omiſſo, ſubſtantialiter forma mutatur. Hoc docent Fagund. Henriq. Suar. Diana, Coninc. Pręp. Granad. apud Renzi *l. 1. de ſac. t. 4. c. 2. q. 7.* II: Si quis diceret; *Hoc corpus eſt meum, hic ſanguis eſt meus*, ut docet Fagund. *p. 3. q. 78. c. 2.* III. Si quis diceret: *Ecce corpus meum, Ecce ſanguis meus*; *hoc ſit*, vel *hoc fit corpus meum*, vel *hic panis convertitur in corpus meum*; *illud eſt corpus meũ*, quia pronomen *illud* non ſignificat rem præſentem; & ſic variatur forma in ſubſtantialibus. IV. Si quis diceret: *Meum eſt hoc corpus*, quia particula *meum* non ſumeretur ſubſtantivè, ſed poſſeſſivè, & ſenſus eſſet hoc corpus ad me pertinet, & ſic non ſignificaretur converſionis myſterium. Cotonius *in cont. celeb. l. 2. cont. 4. cap. 1. num. 40.* V. Si diceret: *Hæc eſt ſubſtantia mea*,

hæc eſt caro mea. Caro enim eſt pars corporis, non totum corpus; conſtat enim corpus ex carne, oſſibus, cartilagine, &c. ſumere autem partem pro toto eſt mutatio ſubſtantialis, Verricel. *de miſ.apoſt.q.*265. *num.*4. Coninch. *q.*78.*a.*3.*d.*3.*n.*79.

34 Valida autem eſt conſecratio, illicita tamen I. Si quis dicat: *Hic calix, hic potus, hic cibus*, vel *hæc res eſt corpus meum*, vel *ſanguis meus*. Bon.*q.*3 *p.*1.Buſſ.*l.c.d.*6. II. Si dicat: *Hoc eſt corpus meum, quod ſumpſi de Virgine Maria. Hic eſt ſanguis meus valoris infiniti.* III. Si dicat: *Hoc eſt meum corpus; hic meus eſt ſanguis*, quia in his fit mutatio ſubſtantialis, & manet idem ſenſus, ut Bon.*l.c*.

§. II.

De Miniſtro Sacramenti Euchariſtiæ.

35 NOtitia de his, quę in hoc paragrapho dicuntur, maximè conducit ad ea, quæ agere debet Parochus circa adminiſtrationem Sacramenti Euchariſtiæ, maximè quia ad eum propriè pertinet diſtribuere fidelibus, & adminiſtrare hoc Sacramentum: Paſtorum enim proprium eſt paſcere, quòd pręcipuè fit per Sacramenta.

36 Conſecratio autem hujus Sacramenti Euchariſtiæ ad Presbyterũ, ſeu Sacerdotem pertinet ex officio, ut clarè dicitur in decret. *diſ* 25. ibi: *Ad Presbyterum pertinet Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini in Altare Dei conficere*. Ponitur enim Sacerdos cum ei confertur Sacerdotium in gradu eorum, quibus à Domino dictum eſt, *hoc facite in meam commemorationem*; & confertur ei poteſtas Sacramentum hoc conficere in perſona Chriſti.

37 Diſpenſatio etiam hujus Sacramenti ex officio pertinet adhuc ad Sacerdotem, licèt poſſit etiam alius ex ejus commiſſione in caſu neceſſitatis; unde Diaconus, qui eſt propinquius ſacerdotali ordinis, poteſt diſpenſare ſanguinem ex officio, non autem corpus, niſi in neceſſitate, jubente Epiſcopo, vel Presbytero, ut docet D.Th. 3.*p.q.*82.*a.*3.*ad* 1. Et ratio à D.Thoma aſſignata eſt, quia ſanguis Chriſti continetur in vaſe, unde non oportet, quod tangatur à diſpenſante, ſicut tangitur Corpus Chriſti, licèt hodie hoc non ſit in uſu.

38. Propriè autem ex officio diſpēſare hunc Sacramentum pertinet ad Sacerdotem, (ſicuti & illud conſecrare. Tum quia ipſe conſecrat in perſona Chriſti, unde ſicut Chriſtus conſecravit corpus ſuum in ultima cæna; ita & illud ſumendum dedit diſcipulis. Tum etiam quia Sacerdos conſtituitur medium inter Populum, & Deum; unde ſicut Sacerdoti competit dona Populi ad Deum offerre, ita dona ſanctificata divinitùs tradere populo. Tum deniq; quia in reverentiam Sacramenti; nullus poteſt illum tangere, niſi ſit conſecratus; & cum manus Sacerdotis ſint conſecratæ, ſolus ipſe poteſt eum manibus tangere, alii verò niſi in neceſſitate; putà ſi in terram caderet, vel alio neceſſitatis caſu. D.Th.*l.c.in corp*.

39. Et ſi Diaconus poſſit ex commiſſione Sacerdotis miniſtrare Corpus Chriſti in neceſſitate, vel exiſtente juxta

ta, & rationabili cauſa, putà ut ſi Sacerdos ſit debilis, infirmus, vel applicatus confeſſionibus, vel concionibus, & non poſſit aliùs Sacerdos haberi, & ex alia parte adſit aliqua neceſſitas ex parte communicantium, ut Iubilæum, præceptum implendum, &c. Laicus tamen in nullo caſu etiam extremæ neceſſitatis, uti eſt tempore peſtis, poteſt hoc Sacramentum miniſtrare etiam ex cõmiſſione Sacerdotis. Hujus enim Sacramenti miniſtratio eſt actus ordinis Sacerdotalis; eſt enim poteſtas ſupra Corpus Chriſti, cum ſit actus conſequens poteſtatem ipſum conficiendi. Fagund. *l.3.in.3 Eccl.præcep.c.1.n.*10. *& c.3.n.*8 qui citat pro ſee Chatr. Sct. & Ledeſ. Paſpalig. *in Th.mor. t.2.cont.* 108 *ſec.7.n* 31. Hurt. *de Sac.Euch.diſp.* 11. *diſ.*3. Tanner. *tom.4.diſp.5.q* 8. *d.*8. *nu.*182. Fauſt. *de Sac.Euch.l.1.q.*12. De Lugo. *de Euch.diſp.*18. *ſec.*1. Duar. *in cap.om.utriuſque ſexus, §.1. diſp.5. ſect.2.n.2.* & alii

Dices ex D.Th. poteſt Laicus elevare è terra hoſtiam conſecratam; & in caſu, quo timeretur inſultus hæreticorum, vel infidelium poteſt hoſtiam propriis manibus ſumere: ergo etiam poteſt in caſu neceſſitatis aliis dare.

Reſpondetur negando paritatem; quia primus caſus non eſt actus ordinis Sacerdotalis; benè ſecundus.

Neque Subdiaconus ex commiſſione Sacerdotis abſente Diacono, vel Sacerdote in caſu neceſſitatis poteſt hoc Sacramentum miniſtrare; Nam quando alicui aliquid conceditur, aliis hoc eſſe denegatum oſtenditur argumento. *l.1.ff de mun. &c ip.* Ergo cum Concilium Carthaginenſe concedat Diaconis in caſu neceſſitatis miniſtrare hoc Sacramentum, excluduntur omnes alii, illis inferiores, & ſic non ſolum Laici, & Clerici in minoribus, ſed etiam Subdiaconi. Serra *in 3.p.D.Th.q.*82. *a.3.* Renz. *l.1. de Sac.t.4.c.3.q.7.*

Poteſt autem Sacerdos, [ac etiam *Diaconus*] ſibi in neceſſitate Euchariſtiam miniſtrare, putà tempore peſtis ſi nullus adſit qui eum communicet: & de Diacono conceditur in Conc. Niceno *c.*14. Laicus verò non poteſt neque ſeipſum communicare tempore neceſſitatis; cum ex dictis ſi non poteſt aliis miniſtrare: ergo neque ſibi, unde in Conc. Trid. *ſeſs.*13. *c.*8. dicitur. In Sacramentali autem ſumptione ſemper in Eccleſia *Dei* mos fuit ut Laici, à Sacerdotibus communionem acciperent.

Dices, Regina *Scotiæ* dum ad Martyrium duceretur, Euchariſtiam, quam apud ſe habebat propriis manibus ſũpſit. Et Diſcipuli propriis manibus ſe communicarunt in Cæna Domini, & non erãt ordinati adhuc Sacerdotes. Et in primitiva Eccleſia Laici ad proprias Domos Euchariſtiam deportabant, & ſeipſos communicabant; ergo, &c.

Reſpondetur ad primum, quod Regina Scotiæ propriis manibus ſe communicavit, ne ſacra *Synaxis* ſubeſſet injuriis hæreticorum; vel id fecit ex diſpenſatione Pontificis, ſicuti etiam ex tali diſpenſatione ſecum Euchariſtiã ferebat. Ad ſecundum & tertium dic, quod ſi id fuerit licitum Diſcipulis, & permiſſum in Primitiva Eccleſia; nunc uſu & conſuetudine Eccleſiæ eſt abrogatum. *Bonac. de Sacram. diſp.4. q.* 5. *p.1. nu.6.* Fagund. *l.c. c.3. num.*8. & alii apud ipſum.

40. Hæc autem eſt differentia inter *S*acerdotem, & Diaconum in ratione

Hh 2 ad-

adminiſtrandi ſibi ipſos Euchariſtiam, quod *S*acerdos nedum tempore neceſſitatis, verum, & extra illam in die magnæ ſolemnitatis poteſt ſeipſum exrra miſſam communicare, dummodo non ſit alius Sacerdos, qui ei Euchariſtiam adminiſtret, & præciſo ſcandalo; nullũ enim eſt jus id prohibens; ac etiam Sacerdos eſt Miniſter ordinarius hujus Sacramenti, & ſe communicando nullius jurisdictionem uſurpat; ac etiam in die Paraſceves ſe ipſum communicat, & tamen non conſecrat. Bon. *de Sac. Euch. diſp.* 4. *q.* 1. *p.* 1 *num.* 14. Coninch. *de Sac. q.* 82. *a.* 3. *nu.* 25. Eſcobar. *in Theol. Mor. tract.* 7. *exam.* 6. *c.* 5. *nu.* 62. Laym. *l.* 5. *tract.* 4. *c.* 7. *n.* 5. Fagund. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 7. Tamb. *in meth.* 55. *comun. c.* 6. §. 5. *n.* 28 Fill. *tom.* 1. *trac.* 4. *c.* 9. *nu.* 285. & alii, Diaconus verò licèt in caſu neceſſitatis poſſit ſe ipſum communicare, non tamen extra illam. Coninch. *l. c, n.* 26. Dian. *p.* 9. *trac.* 6. *reſ.* 39.

41. *S*i autem *S*acerdos ſit in articulo mortis, & nullus adſit Sacerdos, ſed tantum adſit Diaconus; in tali caſu poteſt *S*acerdos propriis manibus Euchariſtiam ſumere, & non debet Diaconus ei illam miniſtrare, Duard. *in c. omn. ut. ſex.* §. 2. *diſp.* 3. *ſec.* 3. *n.* 3. Lay. *l. c.* Card. de Lugo apud Tamb. *l. c.* qui utramque ſententiam probabilem dicit.

42. Quia autem Euchariſtia non ſolum eſt Sacramentum, ſed quoque eſt ſacrificium, & qui ſacrificium offert debet etiam fieri particeps, hinc ſequitur, quod *S*acerdos conſecrans ſumere teneatur Euchariſtiam; Non autem ſic in aliis Sacramentis: Unde quia *S*acramentum baptiſmi conſiſtit, & perficitur in ipſo uſu materiæ, nulles poteſt baptizare ſeipſum, & Epiſcopus conſecrãs Chriſma non linitur eodem, conſecratio enim Chriſmatis, vel cujuſcumque alterius materiæ non eſt ſacrificium, uti eſt conſecratio Euchariſtiæ. D. Tho. *q.* 82. *a.* 4.

43. In caſu autem, quo per miraculum Corpus Chriſti in Altari apparet ſub ſpecie carnis, & vinum ſub ſpecie ſanguinis; tunc non eſt ſumendum; nec per hoc Sacerdos efficitur transgreſſor; ea enim, quæ fiunt miraculosè non ſubduntur legibus; & tunc Sacerdos debet iterato Corpus, & ſanguinẽ conſecrare, & ſumere, ut docet D. Th. *l. c.*

44. Non ſolum autem Sacerdos malus poteſt conſecrare Euchariſtiam, ſed etiam Sacerdotes hæretici, ſciſmatici, excommunicati, & degradati. Sacerdos enim conſecrat hoc Sacramentum non propria virtute, ſed ut Chriſti Miniſter, in cujus perſona conſecrat; Unde qui ab Eccleſia ſunt ſeparati per hæreſim, aut ſchiſma, vel per excommunicationem, habent quidem poteſtatem conſecrandi, licèt ea non rectè utantur, & peccent conſecrando, & fructum ſacrificii non percipiunt, quod eſt ſpirituale ſacrificium. Degradati autem quia non amittunt characterem Sacerdotalem, etiam conſecrare poſſunt. D. Tho *l. c. a.* 6. 7. & 8. Non licet tamen ab his Sacerdotibus excommunicatis, vel ſciſmaticis, vel hereticis communionem accipere, vel eorum miſſam audire; hi enim ſunt per ſententiam Eccleſię privati conſecrandi executione. Sacerdotes autem peccatores, licèt ſint ſuſpenſi quantum ad ſe ex ſententia Divina; non verò quantum ad alios ex ſententia Eccleſiæ, et ideò licet ab eis communionem accipere, & eorum

Digitized by Google

eorum miſſam audire uſque ad ſententiam Eccleſiæ,ut habet D.Tho. *l.c.a.9.*

45 In miniſtrando autem hoc *Sacramentum* debent Miniſtri denegare illum peccatoribus publicis, & manifeſtis,putà,publicis uſurariis,publicis meretricibus, excommunicatis, aliiſque cenſuris irretitis; dummodò conſtet nõ eſſe emendatis juxta illud,Matt.7. Nolite ſanctum dare canibus. Peccatoribus verò occultis non eſt ſacra communio deneganda; cum quilibet Chriſtianus ex hoc ipſo,quod eſt baptizatus eſt admiſſus ad Dominicam menſam,& nullus poteſt tollere jus ſuũ niſi per aliquam cauſam manifeſtam. Sacerdos tamen poteſt qui eſt conſcius criminis, occultè monere peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes, nè ad menſam Domini accedant antequam de peccatis pœniteant, & reconcilientur Eccleſiæ D.Thó. *3.p.q.* 80.*a.6.* & communiter Doctores.

46 *Si* autem peccator occultus, petat Euchariſtiam occultè, poteſt Sacerdos ei negare Euchariſtiam; dummodo extra confeſſionem ſciatur delictum, aliter revelaretur confeſsio, etiã ſi occultè à communione repellatur. Dian.*p.3.trac.*4.*reſ.*46. Coninch.*q.*80. *a.*6.*n,*36.*&* 38.Fagund.*3.Eccl.præcep. l.3.c.*10.*n.23.&* 24. Laym. *l.* 5. *trac.*4. *c.*6.*n.*8. *&* 10. Tamb.*in Meth. communionis c.*6.*§.*2.*n.*10.11.*&* 20. & alii.

47 Peccator autem Publicus in uno loco, poteſt admitti ad ſacram menſam in alio loco,ubi ejus delictum ignoratur, ſi miniſtranti Euchariſtiam conſtet eſſe emendatum;ſi verò dubitetur de ejus emendatione, & tunc vel publicè petit, & ei non eſt deneganda communio, ne infamaretur, vel petit occultè, & poteſt ei denegari.Fagund. *l.c.n.*7.Renz.*l.*1.*de Sac.t.*4.*c.*3,*n.*13.*in fine*, & alii.

48 Ad licitam autem adminiſtrationem hujus Sacramenti præter gratiam, quæ requiritur in Miniſtrante; adhuc requiritur reverentia debita ad tam magnum Sacramentum.Undè Euchariſtia non eſt ad infirmum ferenda, niſi cum decenti habitu, ſcilicet cum ſtola,& ſuperpelliceo,ac lumine præcedente;& peccant mortaliter Miniſtri ſi extra neceſſitatem iſta omittunt, ut dicitur *in cap.de celeb.miſſ.* ibi.*Prælati autem hujuſmodi mandati* (ſupple de mandato deferendi Euchariſtiam cum habitu decenti lumine præcedente) *graviter punire non differant tranſgreſſores; ſi & ipſi divinam, & noſtrã volunt effugere ultionem.* Si ergò graviter ſunt puniendi transgreſſores, ſignum eſt, quod mortaliter peccant.

49 In caſu verò neceſſitatis neque poteſt adminiſtrari hoc Sacramentum, ſine ſtola,ſuperpelliceo, & lumine, id enim repugnat decentiæ,& reverentiæ hujus Sacramenti; in locis autem hæreticis, præciſo ſcandalo,poteſt adminiſtrari ſine ſtola, & ſuperpelliceo, Bon. *t.*1.*diſp.*4.*de Sac.Euch.q.*6. *p.*2. *nu.*8. Tamb.*in meth.SS.Commun. c.*6. *§.*1. *num.*6.de Lugo, Granad. Geſuald.Fill. Averſ.Mart.de S.Joſeph.apud Dianam *p.*10.*t.*11.*reſ.*40. Neque debet adminiſtrari currendo per loca publica,[& ſi feſtinare valdè debet in caſu neceſſitatis] tum quia id repugnat reverentiæ Sacramento debitæ; Tum etiam quia Miniſtro eſſet irriſioni,qui extimaretur fatuus.Bon. *l.c.* Barb.Martinus de Sancto Ioſeph.apud Dianam *p.*10. *trac.*13. *reſ.*80.

50 Licere Parocho deferre Euchariſtiam in æquo manſueto ad ægrum longè diſtantẽ; ita tamen quod non ſit periculum lapſus, docet Quintanad. *tom.4.ſect.*8. ſi loci conſuetudo id permittat; non autem licèt Parocho etiam ex itinere fatigato dare pixidem portandam Laico, ſed potius ex collo debet ſuſpendere burſam.

51 Si autem infirmus non poteſt ſumere Euchariſtiam ob morbum, illi non eſt deferenda, ut tantum eam veneretur, vel adoret, vel oſculetur, ut prohibuit Congregatio Cardinalium. Item non debet dari aliis digitis, quàm pollice, & indice, niſi in caſu extremæ neceſſitatis, licèt enim conſuetudine ſit introductum, ut Euchariſtia miniſtretur indice, & pollice, id tantum obligat extra caſum extremæ neceſſitatis, ut habet Renz.*l.c.q.16.* ubi citat Dian. & de Lugo. Item non debet tempore peſtis dari Euchariſtiam, quàm manu; non autem medio aliquo inſtrumento; & multo minus alicubi deponere in ſcutella, ut ab ipſomet ægroto ſumatur; hos enim modos dandi Euchariſtiam reprobavit Concilium Mediolanenſe approbatum à Summo Pontifice, ubi interfuerunt quindecim Epiſcopi, ut docet Dian.*p.5.t.3.reſ.*50.Bon.& Fagũd. apud ipſum.

52 In die autem Paraſceves non poteſt Euchariſtia miniſtrari, niſi infirmis, & hoc tum ex conſuetudine, tum ex declaratione Sac.Cong.Rituum *ſub die* 9.*Maij*.1606. de qua Gavant. *in rub.Miſſ.p.*4.*tit.*9.*n.*25. *& ſub die* 19. *Febr* 1622.de qua Barb. *de poteſt. Parochi c.*20.Vnde Dian.*p.9.reſ.24.& p. 6.trac.6.reſ.*19. docet, quod ſi quis novit communionem ſingulis feſtivitatibus Beatæ Virginis, & in die Paraſceves incidat feſtum Annunciationis ejuſdem, non tenetur ad communionem ex vi voti; quia eo die prohibetur communio, & hujus opinionis eſt Marchinus *de Sac.Ord.trac.3.p.3.c.*8. *num.*3. Megal. *in Promp. tom.2. verb. Euch. Sac.Miniſter.*Renz.*l.c.q.*17.*in fine.*

53 Requiritur quoque ad licitam adminiſtrationem hujus Sacramenti, ut Miniſter eam diſpenſet ritu Eccleſiæ, & ſi ſit Parochus, ut eam ſuis ovibus miniſtret quoties rationabiliter petũt. Undè eam miniſtrans ſub utraque ſpecie, quibus à Pontifice non eſt ſpecialiter conceſſum peccat mortaliter; item qui eam miniſtrat infirmo ſub ſpecie vini: ſi non poſſit ob linguæ ariditatẽ eam traijcere ſub ſpecie panis. Item peccat qui eam diſpenſat ſine veſtibus ſacris, vel lumine, vel prævia confeſſione generali. Item qui eam miniſtrat pueris ante diſcretionis annum, qui incipit circa decimum annum. Item qui eam dat amentibus, qui numquam uſi ſunt ratione; vel peccatori publico, vel hiſtrioni repræſentanti turpes comedias cum mortali, vel uſurario, vel meretrici, vel concubinario. Fill.*t* 4.*num.* 166.Buſ.*l.4.t.3.c.2.dub.*1.*de Miniſtro.* Item peccat, qui Euchariſtiam negat reis morte plectendis, dummodò pœnitentiam præſeferant, ut docet Tannerus *t.3.q.5.d.* 4. Rarò autem debet dari Euchariſtia, verbi gratia in Paſchate ſemifatuis, ſurdis, & mutis à Nativitate, ac à Dæmone poſſeſſis, dummodò iſti ſine irreverentia poſſint ſumere. Ita Suar.Bon.Reg.apud Buſ. *l.c.*

Dixi (ſi ſit Parochus) hic enim tenetur ex juſtitia, & charitate ſubditis miniſtrare hoc Sacramentum, etiam tem

pore

Digitized by Google

pore peſtis [& ſi alius Sacerdos peccet, tantùm contra charitatem]; qui etiam tenetur Euchariſtiam ſervare cum lumine in Eccleſia, ut eam opportunè poſſit miniſtrare petentibus, & ſi ob ejus negligentiam graviter culpabilem integro die, vel integra nocte lumen non ardeat ante Sacramentum, peccat mortaliter, ſecus ſi per unam, vel aliam horam, Dian. *p.9.t.6.reſ.*34. Quintan. *t.2.ſ.1.& 7.*

§. III.

De ſuſcipientibus hoc Sacramentum.

54 QUia juxta Apoſtoli præceptum antequam à fidelibus ſumatur hoc venerabile Sacramentum debent ſe probare, ut non indignè, ſed dignè ab unoquoque ſuſcipiatur, ut fructus Sacramenti conſequatur; ideò iſta probatio ſecundùm Doctores, conſiſtit in diſpoſitione, tum animæ, tum corporis, & de utraque hic ſermonem habemus.

55 Diſpoſitio animæ ſtat in hoc, quòd nullus in mortali ad illud accedat, ſed ante ſumptionem Sacramenti debet idoneo Sacerdoti confiteri; niſi ſit neceſſitas celebrandi, vel communicandi, & Confeſſarius deſit, ut monet Trid. *ſeſſ.*13.*c.*7.*& can.*11. ubi cõtrarium aſſerentes de facto excommunicantur; qui autem habet veniale non tenetur confiteri ante ſumptionem hujus Sacramenti; tum quia hoc Sacramentum ex opere operato delet veniale; Tum etiam quia venialia non ponunt obicem gratiæ ſanctificantis; licet impediant actualem devotionem, & majorem fructum. Si autem aliquis dubitat, an habeat ſi, vel ne peccatum mortale, vel an mortale ſit ritè confeſſus, tenetur ante ſumptionem hujus Sacramenti confiteri. Bon.*d.*4.*q.*6.*p.*1. Sanch. Reg. Suar. & alii apud ipſum.

56 Quando autem adeſt neceſſitas non quæcunque, ſed gravis, præmiſſa ſemper contritione (niſi de illo peccato quod occurrit antea fuerit contritus) poteſt quis ſine præmiſſa confeſſione celebrare, vel communicari. Neceſſitas tamen iſta poteſt eſſe I. quando adeſt periculum mortis, vel urget celebratio, ut hoſtia pro morituro conſecretur de Lugo *d.*4.*ſec.*5. *n.*107. II. Si non poſſit abſque gravi infamia, vel ſcandalo omitti ſacrificium, vel communio. III. Si Parochus (& etiam alius Sacerdos] ex officio debet celebrare, ut populus audiat ſacrum in die feſto, Dian. *p.*9.*t.*3.*reſ.*9. ubi pro ſe citat undecim Doctores. IV. Si Sacerdos poſt conſecrationem committat mortale, vel recordetur antea commiſſi, in tali caſu contritionem debet elicere, & ſacrificium proſequere; ſi verò id fiat ante conſecrationem, & præſertim ante canonem, debet confiteri, ſi poteſt, abſque nota infamiæ, & decenter. V. Si aliquis dum eſt in ſcamno communicantium recordatur peccati mortalis, quod eſt oblitus in confeſſione, nec recedere poteſt ſine nota, aut gravi ſcandalo, Card. de Lugo *d.*9.*ſect.*2. *n.* 112. & alii.

Dixi (& Confeſſarius deſit). Tunc autem dicitur deeſſe ſi nullus ſit præſens, & ad abſentem non ſine magna difficultate adire poſſis, Bon. *d.* 4. *p.*10. *n.*30. ex Suar. & Coninch. Item ſi non adſit niſi ignarus idiomatis, vel carens juriſdictione, vel excommunicatus,

vel

vel non approbatus, vel cui non poſſis confiteri ſine gravi damno tuo, vel alieno, vel ſi habeas caſum reſervatũ, nec pateat additus ad ſuperiorem, vel ſuperior ſemel, atque iterum rogatus per pium Confeſſorem negaverit poteſtatem abſolvendi. Tamb.*in exped. com*.c.1.§.6, etſi tamen abſque gravi nota prætermittere communionem non poſſis, ut ait Dian.*p.2.t.3. reſ.*15. cum aliis: ſemper tamen in his caſibus debes elicere contritionem, & habere propoſitum confitendi cum primum poſſis, *Buſſ.l.c d.3.a.1.in fine.*

57 Diſpoſitio corporis etiam requiritur in ſuſcipiente hoc *S*acramentum; licèt ergo nulla macula corporis impediat per ſe ſuſceptionem hujus Sacramenti, aliquando tamen poteſt per accidens impedire propter effectus ſecutos.

*P*rimò ergo. Pollutio nocturna, etiam ſine peccato habita, impedit hãc ſumptionem; ſemper enim eſt cum quadam corporis fœtiditate, & mentis evagatione; hoc tamen impedimentũ, quod provenit ex congruentia, poſtponi debet propter aliquam neceſſitatem, puta ſi eſt dies feſtus, vel deeſt alius *S*acerdos celebraturus, & ſimilia, D.Th.*q.*80.*3.p.a.7.*

Secundò. Actus conjugalis impedit ſumptionem Euchariſtiæ ex quadam decentia, & congruitate; decens enim, & congruum eſt is qui raro communicat abſtinere ſe ab actu conjugali in nocte antecedente ad communionem, quòd tamen intelligitur ſi debitum reddidit ex neceſſitate: nec inde ullam perturbationem animi, aut effectum ad res venereas patitur; ſi verò id fecit voluptatis cauſa debet eo die abſtinere à communione, ut docet Reg. *l.*29.*t.*217.Lay.*l.*5.*t.*4.*c.*6.*n.*10. *&* 15. Perez *d.*49.*ſec.*3.*n.*8.addens, quod ſi ſi non abſtineat tantùm peccat venialiter; & iſta indecentia poſſe reſarciri juſta cauſa. Sumpta autem communione, etiam decens eſt eo die à copula abſtinere, niſi ad debitum reddendũ; vel ſi fiat amore prolis, vel ad vitandum periculum incontinentiæ, Tamb. *c.*3.§.6.ex Marchin.& Sanch.*l.*9.*d.*13.

58 Impedit quoque ſumptionem hujus *S*acramenti ex *E*ccleſiæ præcepto cibus, potus, vel medicina; taliter quod ſumens regulariter debet eſſe *jejunus* à media nocte uſque ad ſumptionem Sacramenti, ut communiter docetur ab omnibus, & definitur in Conciliis. Communioni verò non obſtat ciborum reliquias hærentes inter dentes caſu traiicere licet eas expuere omninò deceat, & poſt commeſtionem ſtudioſè dentes expurgare. Neque obſtat ſanguinem ex capite defluentem, vel guttam aquę, aut vini per oris ablutionem caſu per modũ ſalivæ, vel culicem inter reſpirandum traiicere; hæc enim non ſumuntur ab extrinſeco per modum cibi, aut potus, Fagund.*3.Eccl.præcep.c.5.* de Lugo *dub.*15.*ſec.*1.*n.*23. Neque etiam obſtat, ſi fruſtillum ligni, chartæ, unguiũ, vel lapillum deglutiat, quia non habẽt rationem cibi, aut potus, ut docet Dian.*p.*8.*t.*7.*reſ.*38. *& tract.de celebration.reſ.*52. cum Ledeſm.& Sanch. tutior tamen eſt ſententia Henriq. Reg.Laym.contrarium docens.

59 In ſequentibus autem caſibus non licet ſumere Euchariſtiam I. ſi liquorem glycyrrhizæ traiicias, vel ſaccarum. II. ſi ſero incumbens aliquid in ore

Digitized by Google

ore impoſueris; niſi tis certus poſt mediã noctem nihil deglutiſſe. III. ſi fumũ Tabacci trajeceris in ſtomachum. IV. ſi Sacerdos in prima Miſſa in Nocte Nativitatis ablutionem aquæ, vel vini ſumpſerit. (Inter autem horologia diſſonantia licitum eſt quodvis ſequi, modo non conſtet errare; horologius enim ſe habet, ut bonus Auctor faciẽs opinionem probabilem Sanch. *l.*2, *d.*1. de Lugo *n.*45. Diana *l.c.reſ.*36.] V. ſi aliquid cibi, vel potus ſumpſeris, licèt mox per vomitum traieceris.

60 Non eſt autem peccatum ſtatim poſt communionem ſumere cibum, vel expuere in terram; licèt ob reverentiam Sacramenti decens ſit abſtinere, donec ſpecies ſint conſumptæ, quæ citius à valido, quàm à debili ſtomacho conſumuntur; regulariter tamen ab omnibus intra horam. Unde refert Tamb. *c.*13 § 4. ex Sanch. *d.*38. infirmum quemdam rejeciſſe ſpecies integras poſt mediam horam.

61 Licitè autem non jejunus poteſt Euchariſtiam ſumere in aliquibus caſibus. I. in periculo mortis, ſive ſit ex morbo, vulnere, veleno, ſive ex ſententia Judicis: uti etiam Sacerdos morti vicinus celebrare poteſt non jejunus ad ſibi dandum viaticum, ſi illud aliter non poteſt haberi, quia non plus eſt celebrare, quàm communicare cibo ſumpto, Dian. *p.*5, *t.*3. *reſ.* 36. de Lugo *d.*15. *ſ.*4. & alii. II. ſi ſit periculum, quòd Euchariſtia malè tractetur ab hæreticis, poteſt etiam laicus non jejunus ſumere, ſi alius deſit, Vaſq. *d.*221. *n.*48. de Lugo *l.c. nu.*87. & al i. III. Ne Sacrificium remaneat imperfectum, quòd poteſt accidere multis modis. Primò ſi Sacerdos pro ſpeciebus vini ſumpſit aquam, tenetur in tali caſu denuò conſecrare calicem, quod ſi advertat dum habet in ore, non eſt expuenda, ne ſimul etiam ejiciat fragmenta hoſtiæ, ſed deglutienda, ut docet Tamb. *de exped. ſac. l.*2. *c.*8. de Lugo *d.*15. *ſect.*4. ſi verò advertat poſt abſolutã miſſam in ſacriſtia nil aliud debet facere; ſi intra miſſam poſt ſumptionem, vel etiam ante eam poſt conſecrationem tamen, & dubites an fuerit vinum ſi vel ne, pro vino præſumendum eſt, & ſacrificium ſequi debet. Tamb. citatus. Secũdò ſi celebrans poſt conſacrationem deficiat, tunc alius etiam non iejunus, ſi haberi non poteſt, debet ſacramentum perficere. Tertiò ſi celebrans poſt conſacrationẽ unius ſpeciei recordetur non eſſe jejunum: tenetur ſacrificium abſolvere; imo ſi recordetur ante cõſecrationem, & non poſſit deſiſtere abſque ſcandalo, & nota; maximè in Miſſa ſolemni tenetur etiam abſolvere, quod ſi hoc in miſſa privata accidat, & commodè poteſt deſiſtere. *D.*Th. *q.*83. *a.*6. Quartò, ſi celebrans poſt ablutionem ſumptam, ſumat reliquias ſui Sacrificii; hæc enim non eſt nova communio, ſed complementum præcedentis, de Lugo *d.*14. *p.*4. *n.*82. Eſcob. *t.*7. *c.*6. Bon. *d.*4. *q.*6. *p.*1. *n.*25. Quintò, ſi poſt ablutionem ſumptam pars hoſtiæ calici, aut palato adhæreat, tutius, & melius eſt tamen ut illa pars, quæ calici inhæret digito attrahatur ad labium calicis, & ante ablutionem ſumatur, ut in rubrica Miſſalis dicitur.

62 Debent autem fideles neceſſitate præcepti ſumere hoc Sacramentũ, tum in articulo mortis per modum Viatici; tum quoque ſępius in vita, uti

habet Eccleſiæ praxis, cum Euchariſtia fuit per modum cibi inſtituta, cujus uſus non eſt neceſſarius ſemel, atque iterum. ſed ſæpiùs, imo quotidie, unde dicitur in Oratione Dominicali: *Panem noſtrum quotidianum*, *&c.* quòd non ſolùm intelligitur de pane corporali, & materiali, ſed quoque de pane cœleſti.

63 Unde quilibet fidelis tenetur ſub mortali communicare in morbo gravi, ante puerperium præſertim primum ante conflictum, ante navigationem, &c. niſi paucis diebus ante. v.g. octo communicaſſet, Suar. Reg. Filluc. apud Buſemb. *l.c.a.*3. Pueris verò, qui diſtinguere ſciunt Euchariſtiam ab alio cibo, in periculo mortis danda eſt Euchariſtia pro Viatico, Laym.*t.*4.*de Euch.c.*4. *Suar.d.*40.*ſec.*1.de Lugo *d.*13.*ſec.*4.*n.*38. qui addit, quòd ſi ut dubium de capacitate pueri, debet etiam dari Euchariſtia, licèt non ſit neceſſaria. Si verò ægrotus perpetuò evomat independenter à cibo, nullo modo debet dari Euchariſtia, niſi per ſex horas ceſſaſſet à vomitu, cui prius debet dari particula nõ cõſecrata ſecuritatis cauſa, quã ſi evomat, non debet dari Euchariſtia, Buſſ. *l.cit.*

64 Extra tamen periculum mortis Eccleſia determinavit communionem faciendam tempus Paſchale, quòd eſt à Dominica Palmarum uſque ad *Dominicam* in Albis incluſivè, & poteſt Confeſſarius ex juſta cauſa extendere, Bon.*d.*4.*q.*7.*p.*2. & alii, quòd præceptum etiam impletur per ſacrilegam communionem; non poteſt enim Eccleſia actum internum præcipere.

65 Communio autem Paſchalis quis ſumere tenetur in Parochia à ſuo Parocho, niſi de ſua licentia, privilegio, aut conſuetudine eximatur, excepto ſacerdote, qui ſatisfacit præcepto ubivis celebrando. Bon.*d.*4.*q.*7.*p.*2. & alii, & exceptis Peregrinis, & vagis, qui à ſua Parochia abſunt, ac etiam exceptis laicis degẽtes in Monaſterijs, alijs locis exemptis à cura Parochorũ, Sanch.*de mat. d.*23.*n.*12. Bon.*loc.cit.* Imò Tamb.*de exped.com c.*4.§.4. Beja apud ipſum, de Lugo *d.*18.*ſ.*2. *nu.*49. Dian.*p.*1.*t.*14.*reſ.*73.*& p,*6.*t.*7.*reſ.*58. tenent poſſe communionis præcepto Paſchalis ſatisfieri extra diem Paſchæ, præſertim apud Mendicantes ex privilegio Nicolai V. Pii V. & Pauli IV. certis Mendicantibus conceſſo. Verùm alii communiter negant ex conſuetudine in contrarium.

§. IV.

De Euchariſtia, ut eſt Sacrificium.

1 NOn ſolum Euchariſtia eſt Sacramentum, ſed etiam eſt Sacrificium; conſiſtit enim non ſolum in ſpecie ſenſibili panis, & vini, quæ ſunt res oblatæ, ſed etiam in ea fit commemoratio *P*aſſionis Dominicæ, quæ verum fuit Sacrificium; ſi ergo locuti ſumus de ea, ut Sacramentum, ſequitur ut loquamur, ut eſt Sacrificium, quod dicitur Miſſa; hæc enim eſt *S*acrificium conſiſtens in conſecratione panis. & vini, & eſt actus latriæ, qui fit in recognitionem ſupremi dominii Dei, & ſignum noſtræ ſervitutir. Et dicitur Miſſa, quia per Angelũ *S*acerdos preces ad Deum mittit [ſicut populus per Sacerdotem] vel quia

Chri-

Chriſtus eſt hoſtia nobis à Deo miſſa; unde in fine Miſſæ dicitur populum licentiando. *Ite Miſſa eſt*, ſcilicet hoſtia ad Deum per Angelum, ut Deo ſit accepta, ſecundum illud Apoc. 8. *Aſcendit fumus incenſorum de oblationibus Sanctorum de manu Angeli.*

2 In Sacrificio autem Miſſæ reperitur duplex oblatio, una præcedens conſecrationem, ubi dicitur: *Suſcipe ſancte Pater hanc oblationem, quam tibi offero, &c.* alia, quæ ſequitur, ubi dicitur: *Offerimus præclaræ Majeſtati tuæ de tuis donis, ac datis hoſtiam puram, &c.*

3 Partes autem eſſentiales hujus Sacrificii ſunt conſecratio, oblatio, & ſumptio. Nam tam conſecratio, quàm oblatio intentionalis, quàm ſumptio repræſentant paſſionem Chriſti, conſecratio per ſeparationem corporis à ſanguine, ſumptio per conſummationem hoſtiæ, & oblatio per victimam Deo offertam, Henriq. *l.c.* Azor. *l.cit.* Canus *l.12. de loc. Theol. c.13. ad* 4. Bon. *diſp.4. de ſac. q.ult. p.2. nu.*1. & alii. Unde in die Paraſceves, in qua non fit conſecratio, nullum eſt Sacrificium: & illa oblatio, quæ in eo die fit, vocatur Sacrificium largo modo, ut docet Suar. *tom.3. in 3.p. diſp.75. ſec.4.§ in confirmatione.*

4 Spectat etiam ad eſſentiam Sacrificii, ut ejuſdem hoſtiæ ſit conſumptio, cujus eſt conſecratio; conſecratio enim, & ſumptio numerantur inter partes eſſentiales Sacrificii; excipe caſum neceſſitatis, quando ſcilicet accidit, ut Sacerdos moreretur facta conſecratione; tunc enim licet alius Sacerdos ſumere hoſtiam ab alio conſecratam, ad hoc ut Sacramentum perficiatur, imò ſi non adſit Sacerdos jejunus ad perficiendum Sacramentum, poteſt non ieiunus perficere: præceptum enim de perfectione Sacramenti maioris eſt ponderis, quàm præceptũ, quòd hoc Sacramentum ſumatur à jejunis, D. Th. *q.83. a 6. ad* 4.

5 Hinc habes, quòd ſi Sacerdos deficiat facta conſecratione, poteſt ſuppleri Sacrificium ab alio Sacerdote etiam excommunicato, interdicto, vel irregulari, ſi alius deſit; perfectio enim Sacrificii eſt de jure divino, & ſic debet præferri juri Eccleſiaſtico prohibenti Sacrificium excommunicato, interdicto, vel irregulari. Unde ex Div. Th. *l.c. ad* 2. ſi Sacerdos poſt conſecrationem recordetur ſe excommunicationi cuicunque ſubiacere poteſt Sacrificium complere, cum propoſito tamen petendi humiliter abſolutionem, & ſic per inviſibilem Pontificem Chriſtum abſolutionem conſequeretur, quantum ad hunc actum, quod peragat divina myſteria: à fortiori ergo ſi recordaretur ſe eſſe ſuſpenſum, vel irregularem. A ſimili ergo, in caſu, quo Sacerdos deficeret facta conſecratione, poteſt alius Sacerdos excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, vel irregularis perficere Sacramentum.

6 Similiter ſi Sacerdos recordetur ſe peccatum aliquod mortale commiſiſſe, debet conteri cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, & ſacrificium ſupplere, & ſic non indignè, ſed fructuosè ſumere Sacramentum. Hæc ille, & ex Soto, & Suar. Coninc. *q.83. a.6. n.*270.

7 Circa autem celebrationem hujus Sacrificii, contingere poſſunt ali-

Digitized by Google

qui defectus, quibus omnibus occurritur Eccleſiæ ſtatuta obſervando dupliciter, uno modo præveniendo, ne ſcilicet accidat periculum, vel defectus alio modo ſubſequendo, ut ſcilicet id, quod accidit emendetur, vel remediũ adhibendo, vel per pœnitentiam ejus, qui negligenter egit circa hoc *Sacra*mentum. Unde

8 I. Poteſt contingere, quòd Sacerdos ante conſecrationem, vel poſt recordetur ſe aliquid comediſſe, vel bibiſſe, vel etiam alicui peccato mortali ſe innodatus exiſtere, vel excommunicationi ſubjacere, cujus prius non habebat memoriam; & huic defectui, occurrit ſic. Si Sacerdos poſt inceptã conſecrationem, recordetur ſe aliquid comediſſe, vel bibiſſe, debet nihilominus perficere Sacrificium, & Sacramẽtũ ſumere; idẽ dic ſi recordetur ſe eſſe excõmunicatum. *S*i verò recordetur ante conſecrationem, debet Miſſam inceptam deſerere, niſi ſcandalum grave timeretur. Et ſi recordetur aliquod peccatum commiſiſſe, debet conteri, & Sacrificium perficere, ut ſupra dictum eſt.

9 II. Cõtingere poteſt ut in Calicem aranea, vel muſca, vel aliquod venenoſum cadat poſt conſecrationem, vel etiam ut Sacerdos cognoſcat Calici eſſe immiſſum venenum ab aliquo malevolo cauſa ipſum occidendi. Et huic occurritur ſic. *S*i enim ante conſecrationem muſca, vel aranea in calicem ceciderit, aut Sacerdos cognoſcit venenum eſſe immiſſum, debet effundi. & abluto calice, poni aliud vinum denuo conſecrandum. *S*i verò hoc ſuccedat poſt conſecrationem, debet aranea, vel muſca cautè capi, & diligenter lavari, & comburi, & ablutio cum cineribus mitti in ſacrarium. *S*i verò venenum ibi eſſe cognoverit, nullo modo debet ſumere, ne calix vitæ vertatur in mortem, ſed diligenter debet in aliquo vaſculo ad hoc apto cum reliquiis cõſervari, & aliud vinum ponere in calicẽ, & denuò reſumere à conſecratione sãguinis, & perficere *S*acrameutum. Sic D.Th. *q.83.cit.a.6.ad 3.*

10 III. Poteſt contingere, quòd per negligentiam miniſtri aut aqua non ponatur in calicem, aut etiam nec vinum, & Sacerdos hoc advertat. Et huic ſic occurri debet. *S*i enim *S*acerdos hoc advertat ante conſecrationem ſanguinis, & poſt consecrationem Corporis, debet ſtatim apponere, & conſecrare. ſi verò advertat poſt conſecrationem ſanguinis, quòd deſit aqua, & debet procedere; impoſitio enim aquæ, non eſt de neceſſitate ſacramenti; licèt debeat puniri miniſter, & non debet aqua miſceri vino conſecrato, quia pro aliqua parte corrũperetur Sacramentum. Si verò advertat poſt conſecrationem, quòd vinum nõ fuerit poſitum in calicem, & hoc ante ſumptionem corporis, tunc debet depoſita aqua ſi ibi fuerit, & reſumere à verbis conſecrationis ſanguinis, vel poſt ſumptionem corporis, & tunc aliã hoſtiam apponere debet, iterum conſecrandam ſimul cum ſanguine, ut ſervetur debitus ordo conſecrandi; & debet in fine iterum ſumere hoſtiam cõſecratam, & ſanguinem, etiam ſi ſumpſerit aquam, quæ in calice erat, quia ut diximus præceptum de perfectione *S*acramenti eſt majoris ponderis, quàm præceptum, ut *S*acramentum ſumatur à jejunis.

Po-

Digitized by Google

11 IV. Poteſt accidere, quòd Sacerdos non recolit ſe dixiſſe verba cõſecrationis, vel etiam alia, quæ dicuntur in celebratione hujus Sacramenti; Unde ſi reiteret verba ſuper eamdem materiam videtur peccare, quia fortè jam dixerat, ſive utatur pane, & vino non conſecratis quaſi cõſecratis. Huic autem occurri debet ſic. Si enim Sacerdoti conſtet probabiliter ſe aliquid omiſiſſe, quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, non debet reſumere, immutando ordinem ſacrificii, ſed ulterius procedere. Si verò certificetur ſe aliquid omiſiſſe eorum, quæ ſunt de neceſſitate Sacramenti, ſcilicet formas conſecrationis, debet reſumere à forma cõſecrationis, & cætera per ordinem reiterare, ne mutetur ordo Sacrificii.

12 Accidere etiam poteſt, quòd Sacerdoti propter frigus, vel caſualiter cadat hoſtia in calicem, ſive ante fractionem, ſive poſt fractionem, & in hoc caſu non poteſt Sacerdos adimplere ritum Eccleſiæ, vel de ipſa fractione, vel quod ſola tertia pars in calicem mittatur. Et huic ſic occurri debet, debet namque Sacerdos procedere; fractio enim hoſtiæ, & quòd tertia pars in calicem mittatur, non facit ſacrificium imperfectum.

13 VI. Poteſt accidere, quòd per Sacerdotis negligentiam effundatur Chriſti ſanguis; vel etiam quòd Sacerdos Sacramentum jam ſumptum vomit; vel quòd hoſtiæ conſecratæ in Tabernaculo corrumpantur, vel à muribus corrodentur, vel qualitercumque perdantur. Iſtis autem defectibus ſic occurri debet. Ad primum. Si ſanguis ſuper tabulam cadat, tunc tabula à Sacerdote lambetur lingua, & poſtea detur tabula; ſi cadat ſuper terram, radetur terra, & conſumetur igni, & cinis intra Altare reponatur, vel in ſacrario, & Sacerdos pœniteat quadraginta diebus; ſi ſtillaverit ſupra Altare ſanguis, ſtillam ſorbeat Sacerdos, & tribus diebus pœniteat; ſi ſuper linteum Altaris, & pervenerit ſtilla uſque ad ſecundum linteum, pœniteat decẽ diebus; & ſi uſque ad tertium linteum, pœniteat novem diebus, & ſi uſque ad quartũ viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ ſtilla tetigerit tribus vicibus lavet miniſter, calice ſubtus poſito, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta Altare recondatur, ſi à miniſtro non poteſt ſumi propter abominationem, & pars illa linteaminum, quæ infuſa videtur ſanguine, incidi debet, & comburi, & cinis in ſacrario debet reponi; ſic dicitur *de conſec. diſt. 2. ex decreto Pii Papę.*

Ad ſecundum. Si Sacerdos per ebrietatem, vel veracitatem Sacramẽtum evomerit pœniteat ſeptuaginta diebus; & idem dic de Monachis, Diaconibus, & Clericis; Epiſcopi verò pœniteant nonaginta diebus. Et ſi laicus quadraginta diebus pœniteat. Si autem cauſa infirmitatis evomerint, pœniteant ſeptem diebus.

Ad tertium. Qui non benè cuſtodierint Sacramentum, ut mus, vel aliquod aliud animal comederit, pœniteat quadraginta diebus; qui autem perdiderit illud in Eccleſia, vel pars ejus ceciderit, & non inventa fuerit, pœniteat triginta diebus. Et ſi hoſtiæ ex negligentia Sacerdotis corrumpantur, pœniteat triginta diebus. Iſta autem pœnitentia conſiſtit in jejunio, & abſtinere ſe à communione, penſatis tamen conditionibus negotii, & perſonæ poteſt minuĩ, vel addi ad prædictam pœnitentiam. Ubi-

Digitized by Google

14 Ubicumque autem ſpecies integræ inveniuntur, ſunt reverenter conſervandæ, vel ſumendę; manentibus enim ſpeciebus, manet Corpus Chriſti. Ea verò, in quibus inveniuntur, ſi commodè fieri poteſt, comburenda ſunt, & cinis debet in ſacrario poni, ut diximus de raſura tabulę. Hæc omnia D. Th. *q. 83. l. c. a. 6.*

§. V.

Quid de peccatis Sacerdotum in celebratione Miſſæ.

1 QUod idem eſt quęrere, quãdo peccat mortaliter, vel venialiter Sacerdos in celebratione, aliquid omittendo, vel addendo in Miſſæ ſacrificio.

Omnia, quæ in Miſſa ſunt dicenda, vel facienda, ſunt per Rubricas diſpoſita: quæ quidem alia præcipit præceptivè, alia directivè. Primi ordinis ſunt Rubricæ de ſervando jejuno ante celebrationem, de integritate ſacrificii, de loco celebrandi, de præmittenda confeſſione, de Ara conſecrata, de veſtimentis, de inſtrumentis ſacris, de materia Sacramenti, pane ſcilicet triticeo, & vino de vite, de pane azimo in Eccleſia Latina, & ſimilia. Secundi ordinis ſunt Rubricæ de orando ante, & poſt Miſſam, de numero Orationum, de ſervando Officio duplici, &c.

2 Igitur omittere aliquid, quæ Rubrica præcipiendo præcipit eſt peccatum mortale; præcipiuntur enim, vel à jure naturæ, vel divino, vel Eccleſiaſtico; omittere verò, quæ à Rubricę ordinantur directivè, & nullum eſt peccatum; dummodò Sacerdos non dimittat tantam illorum partem, ut novum ritum in Eccleſia introducere intendat. Ex his

3 Inferes primò, quòd omittere lotionem manuum, quæ fit ante Miſſam, eſt veniale, quia ea præcipitur in Rubrica; omiſſio verò hujuſmodi poſt Miſſam non eſt veniale, quia non præcipitur in Rubrica: omittere autẽ lotionem digitorum, quæ poſt offertorium fit, eſt mortale, ex Perſic. *de off. ſacerd. l. 1. c. 4. d. 1. num. 1.* propter ſcandalum, & ſecluſo ſcandalo, & contemptu eſt veniale ex Bonac. *in caſ. ſing. d. .. in. caſ. 236.*

4 Inferes ſecundò, quòd omittere præſcriptas orationes in indutione veſtimentorum eſt tantùm veniale, ſeçluſo contemptu, quia illarum omiſſio non eſt materia gravis; recitatio enim illarum ſpectat ad decentiam, & conſilium, non ad neceſſitatem, Fag. 1. *Eccl. præc. l. 3. c. 21. n. 9,* Dian. *p. 2. tract. 14. reſ. 42.* Marchin. *tract. 3. de ſacrif. Miſs. p. 3. c. 14. n. 8.* Pelliz. *de Regu. tom. 2. tract. 8. c. 2. n. 131.*

7 Inferes tertiò, quòd omittere Gloriam, Symbolum Apoſtolorum, vel unam, aut alteram Orationem in Miſſa eſt peccatum veniale; prædicta enim non ſunt de integritate Miſſæ, cum ſolet dici Miſſa abſque illis, & eſt parva materia; & item dic de Evangelio Sancti Joannis poſt Miſſam. In principio erat Verbum, Tamb *in meth. celeb. miſſ. l. 2. c. 5. §. 2. n. 5.* Fill. *tom. 1. trac. 5. n. 35.* Granad. *in 3. part. cont. 6. tract. 14. diſp. 14. n. 5:* ſecus dic de Evangelio, vel Epiſtola, vel Offertorio in Miſſa; horum enim omiſſio eſt peccatum mortale, ex Tamb. *cit. n. 7.*

In-

6 Inferes quartò, quòd emittere unum, vel alterum nomen alicujus Sancti in Canone, vel unum, aut alterum verbum non eſt mortale, & tempore Paſchali verbi gratia omittere, quæ interponenda ſunt in oratione *Communicantes*, vel in Oratione *Hanc igitur*, neque eſt mortale; ſecus ſi omitteretur tota oratio; vel octo, vel decem nomina Sanctorum; hæc enim omiſſio eſt peccatum mortale, Filluc. *t.1.trac.5.c.5.n.*155. Tamb. *l.c. nu.*4. Non autem nominare Epiſcopum Diœceſanum in Canone, ſed loco illius Regularem nominare Superiorẽ ſuæ Religionis ex Diana *p.2.t.*14.*reſ.*40. eſt peccatum mortale, ex declaratione Cardinalium. Tamb. autem *l.c. §.3.n.6.* dicit non peccare mortaliter, ſed ad ſummum venialiter.

7 Inferes quintò. Sine lumine celebrare eſt peccatum mortale. *c.ult. de celebr. miſſ.* & quidem duplex candela accenſa, quæ debet eſſe ex cera; in neceſſitate tamen, preciſo ſcandalo, ſufficit una, non tamen ex ſævo, benè tamen ex oleo, ut docet Fagund. 1. *Eccl.præc.l.3.c.21.n.*17. Dian. tamen *p.2.t.*14.*reſ.* 45.*et* 67. Laym.*c* 16.*n.*17. Azor *c.*28.*q* 15. Tamb. *in meth. celeb. Miſs.l.*1.*c.*5.§.4 & alii docent, poſſe in neceſſitate etiam Candela eſſe ex ſævo; ſine autem ullo lumine celebrare nunquam licet. unde ſi extignuatur lumen inter celebrandum, & non poſſit [illegible] ante conſecrationem, Miſſa eſt relinquenda, etiam in neceſſitate celebrandi, & conſecrandi pro moribundo Viaticum; ſi verò facta ſit Conſacratio debet, & poteſt ſacerdos ſine ullo lumine ſacrificium complere quia perfectio ſacrificii majoris eſt ponderis, Fagund. *l.c.nu.*19. Bauc. *in caſ. ſingularib. caſ.*277. *petes quartò*. Quint. *t.*4.*ſec.*1. Item celebrare ſine Miſſale continens ſaltem canonem, eſt peccatum mortale, etiam ſi memoriter Miſſa habeatur, Baucius *l.c. petes* 5. ex D. Ant. Angelo, Perſic. & aliis apud ipſum Azor. *tom.*1. *l.*10. *c.*29. *q.*4. & alii; licèt Vaſq. afferat apud Baucium poſſe Sacerdotem debilem habentem viſum, Miſſam memoriter dicere, dũmodò calicem, & hoſtiam videat, quod etiam dixit Dian. *p.*9. *t.*9. *reſ.*30. ex Pelliz. & Præpoſ. addens in tali caſu debere aſſiſtere Sacerdoti celebranti Diaconum, vel alium Saeerdotem, qui illum adjuvet ad colligenda fragmenta.

8 Inferes ſextò, celebrare ſine pallio ante Altare nullum eſt peccatum; hoc enim aliquando ob præſtantiam lapidis poſiti ante Altare non utimur; item nullum eſt peccatum celebrare ſine campanula ad elevationem Corporis, & ſanguinis, & ſine cuſsino, & cereo, Bauc. *l.c. petes* 6. Perſius, & alii. Item celebrare ſine Crucifixo, & ſine velo non eſt lethale, ut docet de Lugo *d.*20.*ſec.*2.*n.*79. & alii; numquã tamen debet celebrari ſine Crùce, & hoc ſub lethali, cum ſit res gravis, Renzi *l.*1.*de ſac.t.*4.*c.*4.*q* 17. niſi Sacramentum ſit expoſitum, Buſſ. *l.*4.*t.*3. *de Euch.c.*3.*de celeb.miſs.d.*5.*n.*10.

9 Inferes ſeptimò, lethale eſt celebrare ſine corporali lineo, & benedicto, non tamen debet iterum benedici poſt lotionem, ſi autem quis celebrat in corporali notabiliter immundo peccat mortaliter, Gavan. *p.*2.*t.*1. ex Sà, & aliis. Item eſt mortale celebrare ſine palla linea, quæ cum habeat

Sacerdoti miniſtranti, Nugnus *a.6.d.* 1.Renz.*l.c.*citans Laym.Tamb. Dicaſtill.de Lugo. Latiùs infra *lib.7. d.9.*

12 Inferes XI. Celebrare capite cooperto non licet,etiam in infirmitate ſine licentia Summi Pontificis, ut Fagund.Eay.& Dian. apud Buſſ. *l.cit. n.*13. Epiſcopi verò, & Prælati Religionum poſſunt etiam in hoc licentiare ſuos ſubditos, ut docet Layman. & Scor.apud eundem, quòd Tamb.limitat ad caſum neceſſitatis, in quo ad Pontificem non eſt facilis recurſus; ſi autem aliquis celebraret capite cooperto ſine ulla licentia, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, non peccat mortaliter, ut docet Tamb.*de exp.ſacr. l.*1. quod Dian.*p* 2.*t.*14.*reſ.*58. dicit probabile ſi tempus canonis excipiatur.

13 Infereres XII. Peccatum eſſe veniale, in miſſa quæ canitur non legere Epiſtolam, vel Evangelium ſubmiſſa voce.Tamb.*in meth.cel.miſ.l.*2. *c.*5.§.2.*n.*6.quia omiſſio eſt levis, & eorum recitatio potius ſpectat ad Subdiaconum, & Diaconum,quàm ad Sacerdotem; id autem extendit idem Tamb.ad Gloriam,Credo,Prophetias Sabbati ſancti,PaſsionemDomini,&c. Item veniale eſt, leve aliquid addere in Miſſa ex devotione,nempe Orationem Dominicam,vel aliquem Pſalmū, vel in Canone nomen Patroni loci, Tamb.*de exp.ſacr. c.*5. ſi autem notabiliter additur eſt mortale ex eodem *l.c.*& ex Bon.*d.*4.*q.ult.*Item eſt veniale, ut quæ præſcribuntur dicenda alta voce dicere ſubmiſſa. Tamb.*l.c. c.*9.

14 Inferes XIII.Actiones, & ceremoniæ mutari, vel omitti non poteſt Sacerdos in celebratione Miſſæ, & in his non minus, quàm in verbis eſt ſervanda Rubrica, & quidem regulariter ſub gravi peccato; unde Cruces fieri debent exactè,genuflexiones,&c. item cum manus junctæ, vel extenſæ teneri jubentur, cum ad Altare, cum ad populum facies vertenda. Hujuſmodi enim actiones ſunt figurales, & myſticæ; in figuris autem etiam abſolutè minima ratione ſignificationis ſunt gravia. Coton.*in contr. celeb, tom.*1.*l.*2.*cont.*5.*c.*3. Non etiam præcipitur ſub gravi purificationem facere aqua, & non vino(purificatio dicitur illa, qua Sacerdos poſt ſumptum ſanguinem calicem vino purificat, miniſtro porriggente) & licèt adeſt præceptum in *c.ex parte de celeb.miſsar.* iſte textus non inducit gravem obligationem; non explicat enim an ſub gravi vel ſub levi, Sanch. *l.*4. *decal. c.*11.*n.*43. Tamb.*in meth, celeb. miſs. l.*3.*c.*9,*n.*5.Quantitas autem vini,quæ ſumitur in purificatione, debet eſſe ejuſdem ſaltem quantitatis,qua fuerit primæ ſpecies ſanguinis, alioquin Sacerdos illud ſaltem intra calicem circumagat,ut abſumantur dictæ ſpecies. & ablutio ſumatur per eamdem partē calicis, per quam ſanguis Chriſti hauſtus eſt, ut loquitur Gavantus relatus à Tamb. *l.c. n.*3. Ablutionem autem facere ex aqua ſola, nullum eſt peccatum(Ablutio dicitur illa,qua Sacerdos poſt purificationem debet aqua, & vino digitos abluere) ut habetur ex praxi timoratorum Sacerdotum, qui ſola aqua digitos abluant. Tamb.*l.c. n.*2.

15 Peccat quoque mortaliter Sacerdos cum longè minori ſpatio,quàm quadrantis Miſſam abſolvit, & ſi paulò ultra quadrantem peccat venialiter,ut do-

docet Varricell. *in quæſ. de moralib. tract.* 8. *qu.* 54. qui ſubdit peccare mortaliter Prælatos qui feſtinas Miſſas nõ coercent, etiam ſi feſtinatio non excedat peccatũm veniale in celebrante, ut docet Molin. apud Verricello *cit.* dummodò pars Sacerdotum ità feſtinanter celebrent; non autem ſi pauci ſint, ut moderat Verric. *cit.* De hac re latiùs infra *lib.* 7. *de Confeſſariis dub.* 9. *per totum.*

§. VI.

De hora, & loco celebrandi.

1. TEmpus celebrationis hujus ſacrificii convenienter quotidie determinatum eſt, & rectè quotidie debet in Eccleſia offeri; quia ſicut quotidie labimur, ita quotidie indigemus fructu Dominicæ Paſſionis; quæ cum accidiſſet à tertia hora, uſque ad Nonam ideo regulariter in illa parte diei ſolemniter celebratur.

Dixi regulariter; Miſſa enim debet regulariter in die celebrari, & nõ in nocte. Ratio autem eſt, quia in hoc Sacramento Chriſtus eſt præſens, & dicitur Ioann. 9. *Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt venit nox quando nemo poteſt operari.* Ita tamen, quod principium diei accipiatur non à media nocte, nec etiam ab ortu Solis, id eſt, quando ſubſtantia Solis apparet ſuper terram, ſed quãdo incipit aurora apparere, tunc enim, quodammodò dicitur Sol ortus, in quantum claritas radiorum ejus apparet. Unde Marc. 16. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto jam Sole: cum tamen ſecundum Ioannem 20. venerint cum adhuc tenebræ eſſent. In nocte autem Nativitatis Domini celebratur Miſſa, quia Chriſtus in illa nocte natus eſt, & in Sabbato Santo circa noctis principiũ, quia Dominus nocte ſurrexit. *D. Th.* 3. *p. q.* 83. *a.* 2. *ad.* 4. Ideo autem in die Natalis Domini tres Miſſæ celebrantur propter triplicem Chriſti Nativitatem. Quarum una eſt æterna, occulta quantum ad nos, & ſic una Miſſa cantatur in nocte, & dicitur in ejus introitu *Dominus dixit ad me filius meus es tu.* Alia eſt temporalis, ſed ſpiritualis, qua ſcilicet Chriſtus oritur tamquã lucifer in cordibus noſtris, & ſic cantatur Miſſa in Aurora, & in ejus introitu dicitur: *Lux fulgebit hodie ſuper nos.* Alia eſt nativitas temporalis, & corporalis, ſecundum quam viſibilis nobis præceſſit ex utero virginali carne indutus. Et ſic cantatur Miſſa in clara luce, & dicitur in Introitu. *Puer natus eſt nobis.* D. Th. *l. c. ad.* 2.

2. Igitur non licet celebrare Miſſam, neque poſt meridiem, neque ante auroram. Aurora autem per quadrantem ante ortum Solis incipit, ex *Reg.* apud *Dian. p.* 2. *t.* 14. *reſ.* 33. vel per ſemihoram ante ortum Solis, ex Hom. Henriq. Conin. apud eundem Dianam, quibus adheret Fagund. 1. *Eccl. præcepto l.* 3. *c.* 17. *num.* 6. vel per unam horam cum quadrante ex Azor. & aliis apud eundem Dian. *cit.* quibus adde Sotum *in* 4. *d.* 13. *qu.* 2. *a.* 2. Roſel. *verb. Miſſa num.* 2. Vel per horam cũ dimidia, ex Fernand. Poſſev. Suar. & alii apud Dian. quos ipſe ſequitur. Bonac. *de Sac. Euch. diſp.* 4. *q. ult. p.* 9. §. 5. Vel per duas horas ante Solis ortum, ex Rod. Palud. Victor. apud Dian. De

Lu-

Lugo *de Euch.d.ſp.20.ſec.1. num.*32. Laym.*l.5.trac.5.c.*14. *num.*2. Tamb. *in meth.cel.miſ.l.*1.*c.*6.Cardin. Brancatius *tit.de privil.Card.f.*10. *Verbo aſſerendum.*Renzi *loc.cit. q.*25.

Et ſecundum hanc ultimam opinionẽ poſſunt Regulares habentes privilegium celebrare una hora ante aurorã, celebrare per tres horas ante ortum Solis; privilegium enim debet aliquid operari ultra, id quòd habent alii, & ſi alii poſſunt ſecundum iſtam opinionẽ celebrare per duas horas ante ortum Solis: conſequenter privilegiati poſſunt per tres horas.

3. Graviter peccat Sacerdos, qui ſine juſta cauſa differt Miſſam celebrandam per tertiam partẽ horæ poſt meridiem, ut docet Azor.*p.*1.*l.*10.*c.*25 *q.*6.vel per mediam horam poſt meridiem, ut docet Laym.*l.*4.*t.*5,*c.*4. *n.*4. Henriq. quem citat, & ſequitur Fagund.1.*Eccl.præc.l.*3. *c.*18. *nu.*6. vel ultra tres quadrantes, ut docet Bon. *de Sac.Euch.d.ſp.*4.*q.ult.p* 9. *num.*7 vel ultra horam poſt meridiem, ut docent Sylvius 3.*p.q.*83.*a.* 1.Rod. *in comp.quæſt.Regul. reſ.*15. *num.* 2. & ad totam horam integram extendit De Lugo de *Sac.Euch.diſp.*20. *ſec.*1. *num.*37.afferens, quòd ſi poſt horam à meridie quis inciperet Miſſam mortaliter peccaret. Navarr. quem refert Coninch *q.*83.*a.*2.*d.*4.*n.*219.& ſequitur Sà *verb.Miſſa n.*27.docet Miſſam poſſe differri uſque ad horam tertiam poſt meridiem. Verum ex his opinionibus media eſt tenenda dicẽdo, quòd ſi quis Miſſam inciperet poſt integram horam poſt meridiem non peccaret mortaliter.Tum ex conſuetudine; Tũ etiã quia una hora eſt parva materia, ſic docent Branc.*loc. cit.fol.*13.*verſu in hac opinionem conſlictu*, Renzi *l. cit.q.*26,& alii apud ipſum.

Dixi (ſine juſta cauſa) quia miſſam differre, vel anticipare cum *juſta* cauſa licitum eſt. Unde in neceſſitate, ut verbi gratia;ut morituro detur Viaticum licet media nocte celebrare, ut docet Dian.*p.*1.*t.*14.*reſ.*33. citans alios Doctores. Item licet anticipare Miſſam ubi mos eſt,ut opifices, & famuli ſummo mane audiant Sacrum. Laym.*l.*5.*t.*5.*c.*4.*n.*3.ex Nav.non tamen poſt meridiem licebit. Item ex privilegio etiam licet anticipare, vel poſtponere ſacrum, ut poſſint Regulares; item in Nocte Nativitatis, in qua omnes tres Miſſas ante auroram dici poſſe probabiliter docet Suar. Coninch.Laym.Dian.apud Buſ. *l. cit. d.*3.Item in caſu, quo Epiſcopus ordines confert, dummodò ordinatio incipiat ante meridiem,& in caſu quo iter ageret. ex Gloſ.*in c.ult.de privilegiis in 6.verb.indulgemus*. Item ex privilegio Cardinales, etiam ſi iter nõ agant, & etiam familiares Cardinaliũ abſente etiam Cardinali. Branc.*l.cit. fol.*3.*verſ. hoc Cardinalibus*. Item in funeralibus Regis, vel magni Principis; Ac denique ubi adeſt conſuetudo differri poſt meridiem Miſſa; & privilegium;uti eſt in Sacra Æde Lauretana ubi celebrantur Miſſæ, uſque ad finem Veſperis.

4. Locus autem ubi ordinariè debet Miſſa celebrari eſt Eccleſia conſecrata, vel ſaltem benedicta, & non violata, nec interdicta, nec execrata. ex Trid.*ſeſſ.*22. *de Sacrificio Miſsæ.*

Dixi (ordinariè) quia in ſequentibus caſibus licitè Miſſa poteſt extra

Eccleſiam celebrari. I. in caſu neceſſitatis, qualis eſſet ſi Eccleſiæ ſint dirutæ, vel ſi in ſolemni feſto adſit concurſus populi, quem Eccleſia non capiat, vel in caſtris pro militibus ubi nullæ ſunt Eccleſiæ. In portu pro navigantibus; non tamen in mari, vel flumine propter periculum effuſionis ſanguinis; licèt Luſitani euntes in Indiam poſſint in mari celebrare ex permiſſione Clementis VIII. & Pauli V. dummodo ſit in mari tranquillitas, ſine ullo indicio tempeſtatis; & præter celebrantem adſit alius Sacerdos, qui poſt cõſecrationem Calicis ipſum firmiter teneat Diana *p.2.t.3 reſ.*40. cum aiiis apud ipſum. II. Ex diſpenſatione Epiſcopi ob cauſam rationabilem in altari portatili. Dian. *p.9.t.1. reſ.*43. ex Hurt. Lugo, Averſa, Perſic. March. Garc. & aliis. III. Ex privilegio; quale habent Principes in oratoriis privatis. Et Minores, & qui cum eis communicant; quod non eſſe revocatum à Tridentino docet Dian *p.3.t.2.reſ.*80. & *p.4. t.4.reſ.*106. & multi apud ipſum.

In Eccleſia autẽ interius violata nõ licet, neque celebrare, neque mortuos ſepelire ſub peccato gravi; niſi prius recõcilietur, quòd debet fieri ab Epiſcopo, vel Sacerdote ex Privilegio Papæ ſi antea erat cõſecrata, & ſi tantũ erat benedicta poteſt fieri reconciliatio à ſimplici Sacerdote aſperſione aquæ benedictæ, de venia ſui Epiſcopi, vel ſine ea ſecundum Dianam *p.4.t.4. reſ.* 91.

Dixi [interius] quia in Eccleſia exterius violata licet celebrare, ut puta ſi in turri, ſupra tectum, ſub pavimẽto, niſi ſit ſepultura, aut ſingulariter benedicta non violatur.

5. Violatur autem Eccleſia I. per factum homicidium in illa moraliter malum, quod ſi caſu ſit vel ab amente, vel ob ſui defenſionem, vel cujus cauſa data ſit extra Eccleſiam non violatur. II. Per effuſionem proprii, vel alterius ſanguinis, vel ſeminis cauſatam, vel factam in Eccleſia. Si autem quis, ex percuſſione narium in rixa puerorum [etiam ſi in hac copioſus ſanguis effluat ſanguinem fundat. Vel ſi effuſio fiat ex ſectione venæ, nõ violat Eccleſiam; quia requiritur, ut effuſio ſit moraliter mala; item fornicatio facta in Eccleſia ab amente, vel Pollutio inculpata; vel Actus conjugalis, quando non eſt ſacrilegium, nõ violat Eccleſiam. De Lugo *d.20.num.* 54. & 55. apud Buſ. *l.c.* III. Per ſepulturam excommunicati non tolerati, vel infidelis, vel per deſtructionem Eccleſiæ, ex toto, vel maiori parte, (& tunc dicitur eſecrari potius quàm pollui] violatur Eccleſia.

§. VII.

An omnia quæ in Miſsa aguntur, & dicuntur ſint convenientia?

1. OMnia quæ in hoc ſacrificio dicuntur, & aguntur ſunt convenienter ordinata, & diſpoſita, ac etiam omnia ſunt miſterioſa, & ſignificativa, quædam autem aguntur, ad repræſentandam Chriſti paſſionem, & quædam pertinent ad devotionem, & reverentiam hujus ſacrificii. Ad hoc autem videndum, debemus ſingula percurre.

Priuſquam autem Sacerdos accedat ad Sacrificium Miſſæ celebran-

brandum debet conſcientiam ſuam examinare diligenter, & videre ſi ſit reus peccati, ſi vel ne; quòd ſi reus inveniatur, debet peccata aperire Sacerdoti, & de corde pœnitere, & lavare lacrymis maculas, & ſordes animæ ſuæ, & ſic ad Altare accedere poteſt, ſecundum illud Apoſtoli: *Proaet autem ſeip ſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*; memor ſuper omnia, quòd *qui manducat, & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

2 Sic diſpoſitus accedat ad lavandum manum ſordes, & maculas, dicẽs: [Da Domine virtutum manibus manibus meis: ad abſtergendam omnem maculam mentis, & corporis, ut cum puritate valeam tibi ſervira] & iſta ablutio fieri debet propter Sacramenti reverentiam: nunquam enim ali qua pretioſa tractare conſuevimus, niſi ablutis manibus, & videtur indecens, quòd ad tantum Sacramentum aliquis accedat manibus corporaliter inquinatis, maxime quia extremitatũ ablutio ſignificat emundationem etiã à peccatis minimis, ut dicit Dion. c. 3. *de Eccl. Hyerarch.* & Ioann. 13. dicitur *Qui lotus eſt non indiget, niſi ut pedes lavet*. Prætermittitur enim in hoc Sacrificio pedum ablutio, & lavãtur manus, quæ fieri poteſt magis in promptu, & ſufficit ad ſignificandam perfectam emundationem; manus enim eſt organum organorum, ut dicitur 3. *de anima*, & omnia attribuuntur manibus, ut dicitur in Pſalm. *Lavabo inter innocentes manus meas.*

3 Sic ablutis manibus accedat Sacerdos ad ſe induendum ſacris veſtibus, & accipiendo Amictum ſic dicat: [Impone Domine capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos omnes diabolicos incurſus Amen) Unde dicit Apoſt. ad Eph. 6. *Galeam ſalutis aſſumite*. Igitur Amictus ſignificat ſalutẽ, quæ per fidem tribuitur. Significat quoque caſtitatem cordis, & corporis, quia renes, & pectus ambit, & tegit, & omnibus ſacris veſtibus ſupponitur, ſed omnibus ſupereminet, quia caſtitas debet eſſe intus in pectore, & foris nitere opere. Unde Gregorius *hom. 13. in Evãg.* ait: *Nec caſtitas ergo magna eſt ſine bono opere, nec opus bonum eſt aliquid ſine caſtitate*. Ponitur autem Amictum ſuper humeros, ut deſignetur operum fortitudo; Humeri enim fortes ſunt ad opera peragenda, juxta illud Patriarchæ Iacob: *Suppoſuit humerum ad portandum, & factus eſt tributis ſerviens*. Duo autem finiculi, quibus Amictus ligatur ante pectus, ſignificãt intentionẽ, & finem Sacerdotis in celebratione tanti Sacrificii. Caput autem abſconditur per Amictum, ut oſtendatur, quod Chriſtus abſcondit divinitatem in carne aſſumpta. Et denique Amictus repræſentat operimentum, quò Iudęi faciem Chriſti velabant dicentes. Matth. 26. *Profetiza nobis Chriſte quis eſt, qui te percuſſit.*

4 Impoſito Amictu procedit Sacerdos ad induendum ſe Alba, ſic dicens: Dealba me Domine, & munda cor meum, in ſanguine Agni dealbatus, ut gaudiis perfruar ſempiternis. Amen.] quæ membris corporis convenienter apta, nil ſuperfluum, aut diſſolutum, in vita Sacerdotis demonſtrat

ſempiternum. Amen.) Stola ſignificat leve Domini jugum, & ſuper collum imponit Sacerdos, ut demonſtret jugum Domini ſuſcepiſſe, & eam oſculando ſibi imponere debet, ad ſignificandum deſiderium, & aſſenſum, quò ſe huic jugo ſubiicit. A collo autem pendens Stola per anteriora, ſiniſtrum & dextrum latus adornat, ut ſignificetur, quòd & in proſperis, & adverſis Sacerdos debet eſſe munitus, ut ſcilicet nec frangatur adverſis, nec elevetur proſperis. Item Stola ab humero ſiniſtro in dexterum dum ligatur cingulo reflectitur, quia cum charitas incipiat à dilectione proximi, tranſit in dilectionem Dei. Longitudo Stolæ perſeverantiam notat, & duo brachia Stolæ dependentia, ſignificant prudẽtiam, & temperantiam, ſecundum illud Apoſtoli ad Tit. 3. *Sobriè, juſtè, & piè vivamus in hoc ſæculo*. Item ab utraque parte æqualiter dependet anterius, quia Chriſtus, cujus tipum gerit Sacerdos æquanimiter ſe habuit in proſperis, & adverſis, quæ per lævam, & dexteram ſignificantur. Denique Stola ſignificat ligaturam, qua Ieſus ad columnam fuit ligatus.

8 Poſtremò ſuper omnes veſtes imponit ſibi Sacerdos Caſulam, ſeù Planetam, ſic dicendo [Domine, qui dixiſti jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve, fac ut iſtud ſic portare valeam, quòd conſequar tuam gratiam. Amen.] Significat autem Caſula charitatem, ſine qua Sacerdos eſt veluti æs ſonans, aut cymbalum timniens; Et ſicut charitas operit multitudinem peccatorum, & continet omnia mandata legis, & Phophetarum, dicente Apoſtolo ad Rom. 13. Plenitudo legis eſt charitas, ſic caſula omnia alia indumenta intra ſe claudit, & cõtinet. Hæc eſt veſtis Nuptialis, de qua Dominus ait in Evangelio. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialẽ; unde Sacerdos numquam debet ad celebrandum accedere ſine hac veſte; quia ſemper permanere debet in vinculo charitatis. Amictus ſuper os Planetæ revolvitur, per quod innuitur, quod opus bonum debet ad charitatem referri: quod verò caſula in anteriorem, & poſteriorem partem dividatur, ſignificat duo charitatis brachia ſcilicet, ad Deum, & proximum, quia in his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ, & charitatis debet haberi in corde, & opere, intus, & foris. Latitudo caſulæ ſignificat latitudinem charitatis, quæ extenditur etiã uſque ad inimicos, juxta illud Pſal. 118. Latum mandatum tuum nimis. Denique caſula repreſentat purpureum veſtimentum, quo milites Jeſum induerunt.

9 Sic indutus ſacris veſtibus Sacerdos procedit ad Altare, & antequã ad illud aſcendat ſe inclinat in gradu Altaris, ſignificans exinanitionem Chriſti, qui inclinavit cœlos, & deſcendit. Et quia ut dicitur Proverb. 18. Juſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui; & per confeſsionem peccatorum ſperat in gratiam Dei remitti. Secundum illud Pſalmi 31: Dixi: confitebor adverſum me injuſtitiam meã Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei, de peccatis ſuis cum adſtantibus generaliter confitetur. Præmittens Pſalmum 23. ex inſtitutione Cæleſtini Papæ I. ad hoc convenientem. Dicens Judica me Deus, &c. ut ſe:

Digitized by Google

ſegregatus à gente non ſancta, & liberatus ab homine iniquo introeat ad Altare dignus. Pſalmo abſoluto incipit confeſſionem dicendo, Confiteor Deo,&c. ut purior, & ſine macula miniſtret tantum ſacrificium. Alii autem Sacerdotes ſic incipiunt: confitemini Domino quoniam bonus, &c. Quia cum in Salamonis Templo dicerent Sacerdotes confitemini, &c. nebula implevit Domum Domini, & obumbravit facies Sacerdotum, ita quod ſe invicem non poterant videre, & tunc ait Salomon 4. Reg. 8. Dixit Dominus; quod habitare in nebula dixit, ideſt in opere demonſtravit; quia in MonteSynai apparuit in nebula, Iſrael in nube proceſſit, & ante Moyſes in caverna poſitum tranſivit in nebulam.

10 Percutit in confeſſione pectus, cum confitetur peccata exemplo Publicani, qui pectus ſuum percutiebat dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori; tria enim ſunt in tunſione pectoris, ictus, ſonus, & tactus, per quæ ſignantur tria, quæ ſunt in vera pænitentia neceſſaria, ſcilicet cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfafactio, & in tribus peccamus ſcilicet corde, ore, & opere.

11 Deinde Sacerdos orat pro circumſtantibus, implorans indulgentiã peccatorum; quia Chriſtus in mundũ veniens pro nobis paſſurus intravit in Hyeruſalem, in Montem Oliveti ſe inclinavit, cauſam ſuam contra hominem doloſum Deo committens, & Patri confeſſionem fecit dicens. Confiteor tibi Pater Cæli, &c. & nobis indulgeas proprio corpore peccata noſtra portavit.

12 His peractis aſcendit Sacerdos ad Altare, & illud oſculatur, præmiſſis illis verbis. [Aufer à nobis Domine cunctas iniquitates noſtras, ut ad Sãcta Sanctorum puris mereamur mentibus introire)Ideo autem Altare oſculatur, ut ſignificetur pacificatio cum Iudeis, & quoque ad ſignificandum, quod Chriſtus ad nos veniens Sanctam Eccleſiam copulavit; ſecundum illud Cantic.19. oſculetur me oſculo oris ſui.Poſtea librum,ſeù miſale aperit, ad ſignificandum id quod in Apocalypſis deſcribitur, quod nemo dignus eſt aperire librum, qui intus erat ſcriptus, & foris ſigillis ſeptem ſignatus,niſi Leo de Tribu Juda radix David,qui librum aperuit, & ſeptem ejus ſignacula ſolvit.

13 Libro aperto incipit Sacerdos Officium,ſeù Introitum Miſſæ; [qui exprimit Vaticinia Prophetarum, & deſiderium Sanctorum Patruum, expectantium Dei Incarnationem; & ex eorum Perſona dicitur introitus, per quos Chriſtus in mundum introivit ſecundum illud Heb.1. Et cum introduxit primogenitum in orbem terræ, & adorent eum omnes Angeli ejus. Ad introitum ſequitur verſus Davidicus,qui dicitur verſus,quia per eum revertimur ad introitum ſignificans opera, & vaticinia. Ad verſum ſequitur Gloria Patri, &c. ex inſtitutione Damaſi Papæ,ut oſtendatur dari Gloriam Patri, Filio, & Spiritui Sancto, ob Adventum Chriſti in ſua Incarnatione, interpoſitio autem gloriæ inter introitum, & ipſius repetitionem deſignat captationem benevolentiæ, ut enim quod Præfetæ expectabant faciliùs obtinerent, ad totam Trinitatem clamabant dicentes:oſtende nobis

bis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis, quorum tandem clamorem Deus exaudiens miſit Filium ſuum in mundum. Deinde repetitur Introitus, ut exprimatur deſiderium iteratum antiquorum Patrum, & multiplicatio ſuſpiriorum. Unde ait Propheta Iſaias c. 28. *Manda remanda, expecta reexpecta; modicum ibi, & modicum ibi, &c.* Item repetitur Introitus in laudē divinæ, & humanæ naturæ, quæ ſunt unitæ in perſona Filii, & ſemel dicitur Gloria ad laudem Incarnationis.

De Kyrie *Eleiſon uſque ad Offertorium.*

14 Finito Introitu ſequitnr Kyrie Eleiſon, ideſt latinè: *Domine miſerere*, quia ante omnem Orationem Sacerdotum neceſſe eſt miſericordiam Domini implorare. Dicitur autem novies Kyrie Eleiſon; Tum ut Eccleſia perveniat ad ſocietatem novem Angelorum ordinum; Tum contra novem peccatorum genera; Peccatum enim, vel eſt originale, vel veniale, vel mortale, vel cogitationis, locutionis, vel operis, vel fragilitatis, ſimplicitatis, & malignitatis. Et dicuntur ter Kyrie ad Patrem, ter Chriſte ad Filium, & ter Kyrie ad Spiritum Sanctum. Ad Patrem, & Spiritum Sanctum ſub uno vocabulo Kyrie, quia Pater, & Spiritus Sanctus ſunt ejuſdem naturæ; ad Filium verò ſub alio vocabulo, ſcilicet Chriſte; quia licèt Filius ſit ejuſdem naturæ, eſt tamen alterius, ſcilicet humanæ. Item dicuntur ter Kyrie ad Patrem, ubi petitur venia Patri propter miſeriam ignorantiæ; Ter Chriſte ad Filium, ubi petitur venia pro miſeria culpæ, & ter Kyrie ad Spiritum Sanctum petendo veniam pro miſeria pœnę. Ubi nota, quòd adeſt magna efficacia in iſtis verbis. Legitur enim, quòd Sanctus Baſilius dum clamaſſet Kyrie Eleyſon dicens, Portæ Ticinæ, ſeù Papienſis Eccleſiæ ſunt apertæ. Et de Beato Geminiano legitur, quòd dum clamaſſet, dicendo: Kyrie Eleyſon, quinque Reges converſi ſunt in fugam. Prius apud Græcos Kyrie alternatim dicebantur à Clero, & à Populo; & poſtea D. Gregorius ſtatuit, ut à ſolo Clero dicerentur, & cantarentur in Miſſa.

15 Dicto Kyrie mox Sacerdos inchoat Gloria in excelſis Deo ex Inſtitututione Theleſphori Papæ, quem Angeli decantaverunt in Chriſti Nativitate, & inchoando ſtat in medio Altaris, ſignificans, quòd dū medium ſilentium tenerent omnia, Ieſus Chriſtus natus eſt in medio, ideſt pro omnibus, & quòd Angelus annuncians Paſtoribus Nativitatem Chriſti, ſtetit in medio eorum, & etiam ad ſignandum, quòd Chriſtus fuit mediator inter Deum, & nos, per cujus mediationem Deo pacificati ſumus. Sequitur (laudamus te) ſcilicet prædicādo inenarrabilia opera ſua; quæ verba, & ſequentia à Beato Hilario appoſita ſunt; alii dicunt additā fuiſſe à Theleſphoro Papa, alii à Simmaco; Verum eſt, quòd Simmachus tam in Dominica die, quàm in Natalitiis Martyrum Gloria in Excelſis cantari præcepit in Miſſa; Cantatur etiam in Feſtis Apoſtolo-

Digitized by Google

rum, & Confeſſorum,in quorum honorem quęcumque Eccleſia eſt dedicata, & generaliter quæ nobis cæleſtem repræſentat ſolemnitatem.

16 Finito Angelico hymno Sacèrdos volvens ſe ad populum, ſalutat illum dicens (Dominus vobiſcũ) quod eſt ſumptum ex lib. Ruth. 11. ubi legitur Booz ſalutaſſe ſuos Meſſores, & Propheta in Paralipomenon Aſſa Regem,& qui cum eo erãt, & Angelus ſalutãs Gedeonem dixit, Dominus tecum. Unde in omnibus orationibus Miſſæ Sacerdos pręmittit hanc ſalutationem, niſi in orationibus, quæ præcedunt Prophetias, & in Orationibus ſuper populum in Quadrageſima, & in Paraſcevia. Septies autem in Miſſa dicitur Dominus vobiſcum propter ſeptiformem gratiam Spiritus Sancti. In diebus verò jejuniorum Sacerdos populum non ſalutat, ſed tantùm dicit Oremus, vel flectamus genua, quia illud tempus repreſentat Dominicæ Paſſionis, in quo Dominus Diſcipulos non ſalutavit,ſed eos ad adorandum pluries invitavit dicens: Vigilate, & orate; & quia illo tempore Chriſtus in oratione genua flectit,ideo Sacerdos ad genua flectendum imitat.Igitur Sacerdos populum ſalutat,dicendo,Dominus vobiſcum, id eſt Dominus in vobis maneat,& præmio vitæ æternæ remuneret,& veſtris petitionibus gratiam ſuam tribuat. Cui Miniſter reſpondet ex perſona populi jam ſalutati,Et cum ſpiritu tuo,quòd ſumptum eſt ex Epiſtola 2. ad Timot ult.ubi dicitur: Dominus Ieſus Chriſtus cum ſpiritu tuo: & per hujuſmòdi mutuæ ſalutationes, quòd Sacerdotis, & populi unus debet eſſe affectus, & una intentio ſignificatur.

17 Et reſponſo, & cum ſpiritu tuo, Sacerdos ad Altare ſe revolvit, & quaſi parum de ſua bonitate confidens, colligit ad ſe univerſam Eccleſiam dicens (oremus) quaſi dicat omnes oremus ſimul, ut quod poſtulamus citiùs impetremus; oratio enim multitudinis impoſſibile eſt non exaudiri. Unde Sacerdos dicendo oremus hortatur alios orare,quia Chriſtus monuit diſcipulos orare, & poſtea ipſe oravit: ſic Sacerdos monet, & poſtea orat. Finita oratione miniſter reſpondet (Amen)quòd eſt verbum Hebraicum, quaſi dicat:Fiat nobis ſicut oraſti.

18 Septies autem in Miſſa populus ſalutatur, ut mox diximus;quatenus excluſis ſeptem vitiis capitalibus ſuſcipiat gratiam ſeptiformem Spiritus Sancti. Sacrificium enim Miſſæ poteſt referri ad ſeptem dona Spiritus Sancti.In prima ſalutatione, quæ fit ante collectam in exordio Miſſę intelligitur Spiritus ſapientiæ, quia ſapientia in hunc mundum intravit, ut nos ſalvaret. In ſecunda ſalutatione, quæ fit ante Evangeliũ ſpiritus intellectus: ideo enim Chriſtus prædicavit, ut doceret nos. In tertia, quæ fit poſt Evangelium ante Offertorium, ſpiritus conſilii; Chriſtus enim ſecreto Dei conſilio ſe paſſioni obtulit, ut nos redimeret. In quarta ſpiritus fortitudinis, (quæ fit in præfatione) quia pendens in cruce, diabolum expugnavit ut redimeret nos. In quinta, quæ fit ante pacis oſculum, cum dicit Sacerdos Pax Domini ſit ſemper vobiſcum ſpiritus ſcientiæ, quia reſurgens ſalutavit

Di-

Diſcipulos dicens eis: Pax vobis, & eis aperuit ſenſum, ut nos erudiant. In ſexta, quæ fit ante primam poſt communionem, ſpiritus pietatis; ſola enim pietate humanam naturam ſuper aſtra levavit, ut nos exaltaret. Et denique in ſeptima, quę fit finita poſt communionem, ſpiritus timoris, quia tremebunt Angeli cum venerit Chriſtus ad judicandum, ut nos glorificet.

19 Poſt ſalutationem, Dominus vobiſcum, & Oremus, ſequitur Oratio, ſeù Collecta. Oratio dicitur ab orando, licèt enim Deus ſciat quibus egemus, tamen debemus orare exẽplo Chriſti Domini, qui erat pernoctans in oratione Dei. Et nota, quòd omnis oratio dirigitur ad Patrem, & Filium, & nulla ad Spiritum Sanctũ, quia Spiritus ſanctus eſt donum, & à dono non petitur donum, ſed potiùs à largitore doni petitur; ergo à Patre, & à Filio, & ad eos ſermo dirigatur tanquam ad donatores. Dicitur etiam Collecta, quia Sacerdos, qui legatione fungitur ad Deum pro populo, in eis petitiones omnium in unum colligit, & concludit; ut ad Deum referat. Propriè tamen dicuntur Collectæ, quia ſuper collectum populum dicuntur, putà in Proceſſionibus, vel dum colligitur populus ad ſtationes, vel in audiendo ſacro, & hoc nomen collecta ſumptum à Levitico, ubi ſcęnophegia, quæ eſt ultimum feſtorum legalium collecta vocatur, quia fiebat in collectione fructuum, & ſignificabat futuram noſtrorum collectionem.

20 Dicendo Sacerdos orationes levat manus, juxta illud Hierem. 12, *Manus remiſſas erigite*, & 3. Reg c. 8. legitur, quòd Salomon ſtetit ante Altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cœlum orãs pro populo. Et Gen, 3 *Levo manum meam ad Dominum*. Iſta autem elevatio repreſẽtat, quòd Chriſtus elevatis manibus ferebatur in cœlum, vel Sacerdos elevat manus ad inſtar Chriſti pendentis in Cruce; unde illud, Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

21 Abſoluta oratione, ſeu collecta dicitur Epiſtola, quæ ſignificat doctrinam Apoſtolorum, & dicitur Epiſtola ab *Epi*, quòd Græcè ſonat ſupra, & *ſtola*, quòd eſt miſſio; unde litteræ de una perſona ad aliam miſſæ dicuntur Epiſtolæ, ſcilicet ſupra miſſæ, quaſi miſſæ ſupra id, ſeù præter id, quòd nuntius refert viva voce; unde Apoſtolus ſupra id, quòd dixerat Corinthis, vel Epheſis mittebat epiſtolas. Præmittitur autem Epiſtola Evangelio, quia Epiſtola ſignificat officium, quòd Ioannes exercuit ante Chriſtum in prædicatione, qui præivit ante faciem Domini parare vias ejus; præmittitur quoque Epiſtola, quia gerit figuram legis, & Prophetiæ, quę precesſerunt adventum Chriſti: lex enim præceſſit Evãgelium ſicut umbra lucem.

22 Poſt lectam Epiſtolam ſequitur Graduale, quod pertinet ad opera vitæ activæ, ut ſignificetur nos operibus reſpondere eis, quæ in lectione audivimus, ſcilicet prædicationem, & dicitur Graduale, ſeù Gradale à gradibus humilitatis, ſcilicet, ſignans noſtros aſcenſus de virtute in virtutem: Unde merito poſt Epi-

Digitized by Google

ſtolam dicitur. Tum quia ſignificat lamentum pœnitentiæ, quæ debet ſequi poſt prędicationem. Tum etiã quia poſt Ioannis prædicationem diſcipuli ſecuti ſunt Chriſtum. Signat quoque graduale laborantes in præſenti vita, & ideo non dicitur in Octavas Paſchæ, & Pentecoſtes, per quas Octavæ noſtræ reſurrectionis ſignantur, quando erimus expertes omnis laboris, ſecũdùm illud Apoc. 21. *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum*.

23 Quia poſt lamentum ſequitur conſolatio, ſecundùm illud: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabũtur*; ideo poſt Graduale dicitur Alleluja, quòd eſt canticum lætitiæ auditum ab Angelis decantari, ut dicitur in Apoc. c. 19. Eſt autem Alleluja nomen Hebraicum, vocabulum plus ſignificans, quàm exprimens gaudiũ Angelorum, & hominum in æterna felicitate lætantium. Variè autem à Doctoribus explicatur hoc vocabulum; nam Innocentius III. dicit, quòd Alleluja interpretatur Laudate Pueri Dominum. Auguſtinus ſic exponit: *Alle*, ideſt me, *lu*, ideſt fac, *ja*, ideſt Domine. Hieronymus ſic: *Alle*, ideſt cantate, *lu*, ideſt laudem, *ja*, ideſt ad Dominum. Gregorius ſic: *Alle*, ideſt Pater, *lu*, ideſt Filius, *ja*, ideſt Spiritus Sanctus; vel *Alle*, ideſt lux, *lu*, ideſt vita, *ja*, ideſt ſalus. Petrus Antiſioderenſis ſic: *Al*, ideſt latiſſimus, *le*, ideſt levatus in Cruce, *lu*, ideſt lugebant Apoſtoli, *ja*, ideſt jam ſurrexit. Petrus Comeſtor ſuper Apoc. & Aug. in gloſſa Pſalterii dicunt, quòd Alleluja eſt verbum modi imdi imperativi, & ſonat *Allelu*, ideſt laudate, *ja*, ideſt univerſalem, vel inviſibilem, ſcilicet Deum, quaſi laus Dei inviſibilis.

24 Et quia Alleluja, quaſi eſt proprium vocabulum futurę beatitudinis; meritò tempore paſchali frequẽtatur, quo Chriſtus reſurgens ejuſdem beatitudinis nobis ſpem tribuit, & promiſſum. Damaſus Papa ſtatuit in miſſa dici Alleluja, & poſtea jam iſta conſuetudo defecerat, & ultimo reſtituta eſt à Gregorio Papa, & hodie dicitur. D. verò Hieronymus ait, conſuetudinem dicendi in Miſſa Alleluja tractam eſſe ab Eccleſia Hieroſolymitana.

Poteſt etiam Alleluja referri ad exultationem eorum, qui gaudebant de miraculis Chriſti laudantes Dominum, & dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie (Lucæ 5. & 18.) & quia Deus viſitavit plebem ſuam; tunc enim Alleluja cantabatur in jubilo, quia omnis plebs, ut vidit dedit laudem Deo, & gaudebant de univerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo, & ideo non dicitur Alleluja à Septuageſima uſque ad Paſcha: tempore enim triſtitiæ non debet dici carmen lætitiæ.

Repetitio autem (Alleluja) deſignat vitę æternæ gaudium, & quod interjecta letitia, ſancti geminam ſtolam glorificationis accipient, ſcilicet animæ, & corporis, & de ſtola animæ dicitur: *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis*; de ſtola corporis dicitur: *Fulgebunt juſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent*.

25 Dicitur autem Tractus loco Alleluja à Saptuageſima uſque ad

Vi-

Digitized by Google

Vigiliā Paſchæ ex inſtitutione Theleſphori Papę; & dicitur Tractus à trahendo, quia tractim dictus denotat miſeriam præſentis incolatus; unde ait David. Pſalm, 129. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt* In tractibus enim repreſentatur longa expectatio Sanctorum Patrum, & mœror Judæorum captivorum, qui tempore captivitatis Babiloniæ cedentes ſuper flumina Babilonis, & flentes in Salicibus ſua organa ſuſpenderunt; & ideo dicitur in dicto tempore, quia tunc magis eſt tempus mœroris, & afflictionis, utpotè ordinatum ad excutiendum jugum captivitatis diabolicæ, per mœrorem contritionis, & humilitatem confeſſionis, & aſperitatem ſatisfactionis, quæ præcipuè in jejunio vigent.

Dicto Alleluja, aliquando dicitur Sequentia, ſeù Proſa, quòd ſimiliter eſt canticum lætitiæ ad ſignificandā geminam ſtolam glorificationis (ut diximus) quam Sancti in cœleſti Patria accipient. Sequentias autem compoſuit Nocherius Abbas Sancti Galli in Theutonia, & Nicolaus Papa ad Miſſas cantari conceſſit. Sequentias autem illas; *Rex omnipotēs*, & *Sancti Spiritus, &c.* *Ave Maria, gratia*, & Antiphona *Alma Redemptoris Mater* compoſuit Hermanus Teutonicus inventor Aſtrolabii. Petrus Compoſtellanus Epiſcopus fecit illam: *Salve Regina, Mater miſericordiæ, vita dulcedo, &c.* Robertus quidam Rex Franciæ compoſuit ſequentiam illam; *Veni Creator Spiritus*, & Hymnum *Chorus novæ Hieruſalem*: D. Thomas Aquinas illam: *Lauda Sion, &c.* Sequentiæ autem ſignificent laudes vitæ ęternę, juxta illud Pſalm. 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula, &c.*

26 His dictis, ſequitur Evangelium: & dicitur Evangelium quaſi bonum nuncium; eſt enim prędicatio Chriſti, & Apoſtolorum, & nunciat vitam poſt mortem, requiē poſt laborem, & poſt ſervitutem Regnū. Et ſicut caput præeminet cæteris membris corporis, & illi cætera mēbra ſerviunt; ſic Evangelium eſt principale omnium, quæ ad officiū Miſſæ dicuntur, & præminet toti officio Miſſæ. Legitur autem ad partem ſiniſtram verſus Aquilonem, ut oſtendatur doctrinam Evangelii dirigi contra illum, qui dixit; *Ponam ſedem meam in Aquilone*: unde legitur Cant. 4. Aquilo ſurgat (ideſt Diabolus fugiat) & Auſter veniat (ideſt Spiritus Sanctus accedat.) Rectè ergo contra Diabolum legitur Evangelium, ut illum ſua virtute expellat: Diabolus enim nihil tantū, quantum Evangelium odit.

27 Salutat autem Sacerdos lecturus Evangelium populum, ut illud audiendum verbum Dei attentum reddat, dicendo (Dominus vobiſcum oſtendens ſe orare, ut Dominus ſit cum populo. Auditur autem Evangelium ſtando, & non ſedendo, ſicut ordinavit Anaſtaſius Papa; ut notetur promptitudo ad prælium pro ſide Chriſti ſervanda, ac etiam nudato capite, ut demonſtretur attentio ad illum audiendum; & etiam ad ſignificandum, quod omnia, quæ ſub velamine in lege; ac Prophetis continebantur ſunt manifeſtata in Evangelio.

De-

Digitized by Google

28 Deponuntur etiam tunc baculi, & arma; Tum ne imitemur Iudæos in conſpectu Crucifixi, arundines, & arma ferendes; Tum ad notandum, quòd Chriſto prædicante omnes legales obſervantiæ, quæ per baculos ſignificantur, ſunt depoſitæ. Tum denique ad denotandam Chriſtianam humilitatem, & perfectioni chriſtianæ eſſe non ſe vindicare de injuriis, ſed Domino reſervare vindictam ſecundum illud: *Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus*, Matth.5. *Qui te percuſſerit in una maxilla, præbe ei alteram.*

29 Poſtquam autem Sacerdos populum ſalutat, & ab eo recipit reſultationem, & cum ſpiritu tuo, proſequitur dicens: Sequentia ſancti Evangelii, &c. & ſignat ſe ſigno Sanctæ Crucis, ut notetur prædicare in Evangelio Chriſtum crucifixum, ſecundum illud 1. *ad Cor.*1. *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, &c.*& ſe ſignat in fronte, in ore, & in pectore, ſeu corde, ne diabolus, qui inſidiatur bonis operibus, tollat ei per erubeſcentiam de corde devotionem, de ore ſermonem, & fronte verecundiam, & pudorem; frons enim eſt locus pudoris, & verecundiæ, unde ex eo, quòd Crucem fronti imprimit, oſtendit ſe non erubeſcere, credere in Crucifixum, cujus liber legit, & eum habere Deum, & Dominum, quòd etiam debet facere populus audiens.

30 Per hoc autem, quòd Miniſter reſpondet, Gloria tibi Domine: denotatur, quòd auditores Evangelii lætanter in laudem ſui Salvatoris clamant, quaſi dicant, gloria tua, quæ nobis in Evangelio prædicatur, nobiſcum ſine fine permaneat, & ſemper creſcat. Et poſt lectum Evangelium oſculat librum [dicendo per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta] ut oſtendat ſe delectari in fide fidelium, quæ eis infuſa eſt, & manifeſtata per prædicationem Evãgelij; quæ prius in lege erat occulta.

31 Lecto Evangelio, mox dicitur Simbolũ fidei, Credo &c. quia enim corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, ut dicitur Rom.10. ideò ut oſtẽdatur, quòd verbum Evangelii fide, & corde recipitur, mox ore Symbolum dicitur. Symbolum autem Græcè ſonat latinè indicium, vel ſignum, vel collatio; Tum quia indicat plenam regulam fidei; tum etiam quia ſimul in unum continet articulos fidei:

32 Triplex autem eſt Symbolũ, ſcilicet Symbolum Apoſtolorum quòd vocatur Symbolum minus Symbolum Athanaſii, & Symbolum Nicenum. Primum fuit compoſitum à Damaſo Papa, & dicitur ad horas in officio, & horis canonicis Et dicitur Symbolum à *Sym*, quòd ſonat *cum*, & *bolum*. quòd ſonat ſententia quia compoſitũ fuit ex diverſis verbis Apoſtolorum. Traditur enim quòd poſtquam Apoſtoli acceperũt Spiritum Sanctum, cum erant profecturi ad prædicandum Evangelium, hoc Symbolum compoſuerunt, & unuſquiſque appoſuit ſuum bolum idest particulam unam. Petrus appoſuit [*Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem Cæli, & terræ*] Andreas appoſuit [*Et in Ieſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominũ*

no-

noſtrum] Iacobus [*Qui conceptus eſt de Spiritu ſanƈto, natus ex Maria Virgine*) Ioannes: (*Paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifiſſus, mortus, & ſepultus*]. Philippus [*Deſcendit ad inferos, tertia die ſurrexit à mortuis* Bartholomeus (*Aſcendit ad Cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis*,] Thomas. (*Inde venturus eſt, judicare vivos, & mortuos*, Matthæus(*Credo in Sipritum ſanƈtum*] Iacobus [*Sanƈtam Eccleſiam Catholicam, Sanƈtorum communionem.*] Simon (*Remiſſionem peccatorum*] Thadæus (*Carnis reſurreƈtionem*) Matthias (*& Vitam æternam*.

33 Secundum Symbolum eſt Athanaſii, ab ipſo compoſitum dum erat Patriarca Alexandrinus in Civitate Treveri, quod incipit: *Quicumque vult ſalvus, &c.*

Tertium eſt Nicænum, & vocatur Symbolum majus, quòd Damaſus Papa ex condiƈto ſynodi univerſalis, apud Conſtantinopolim celebrare inſtituit, & incipit Credo in unum Deum, & dicitur in Miſſa, certis diebus, & adhuc continet duodedecim clauſulas.

De Offertorio uſque ad Canonem.

34. Poſt Symbolum Sacerdos Oremus diƈturus præmittit Dominus vobiſcum; quaſi dicat, niſi Dominus ſit vobiſcum orare nõ poſſumus ad ſalutem noſtram; & ſubjicit Oremus, populum monens orare, ut fidem in ſymbolo recitatam credat, & ſtabilis in ea permaneat.

35. Deinde Sacerdos accedit ad cornu dextrum Altaris, & manus lavat iterum, quamvis prius dum veſtibus ſe ornaret laviſſet, ut magis ac magis mundatus hoſtiã immaculatã offerat. unde ait David. Pſal. 50. Amplius lava me ab iniquitate mea, &c. & lavat ad cornu dexterum Altaris; dextera enim ſignat proſperitatem, ſiniſtra adverſitatem, & quia pluries peccatur in proſperis, quàm in adverſis, juxta illud Pſalm. 90. Cadent à latere tuo [ſcilicet ſiniſtro] mille, & decem millia à dextris tuis, meritò magis lauandum eſt ad dexteram, quàm ad ſiniſtram.

36. His peraƈtis Sacerdos abſque alio adjutorio offert hoſtiam, & calicem cum vino jam poſito, dicens Suſcipe Sanƈte Pater &c. quia Chriſtus ſeipſum Deo Patri obtulit in ara Crucis. Deinde hoſtiam in Altari ſuper corporale diſponit inter Sacerdotem ipſum, & Calicem, ad notandum, quòd Chriſtus eſt mediator Dei, & hominum; poſtea abſcondit patenam ſub corporali ad notandum, quod omnes Apoſtoli in paſſione reliƈto Chriſto, ſe abſconderunt, & ab eo fugerunt, & latuerunt, ſicut Chriſtus prædixerat, omnes vos ſcandalum patiemini in me in hac noƈte ſcriptum eſt enim percutiam Paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Et aliquanta patena non abſconditur, ut ſignificetur, quòd Maria Virgo, & B. Ioannes Evangeliſta, non fugerunt, neque latuerunt. Rurſus patena, quæ ob ſui rotunditatem denotat æternitatem, quæ caret principio, & fine, uſque ad orationem Dominicam abſconſa tenetur, ad ſignan-

gnandum; quòd æternitas abſconſa eſt nobis in hoc mundo, ſed quando in oratione Dominica diciturPanem noſtrum manifeſtatur, ut cognoſcamus, quòd quando ad Panem noſtrum, qui eſt in cœlis pervenimus, tunc æternitas, & divinitas nobis manifeſtabit ſe, & videbimus eum ſicuti eſt.

37. Convertens poſtea ſe ad populum Sacerdos dicit Orate fratres, ut meum &c in quo ſignificatur illud, quod Chriſtus dixit Apoſtolis Luc.22. Orate ne intretis in tentationem; & monet orare, ut ſacrificium fiat Deo acceptabile, & poſtea revoluitur ad altare, & ſecretè orat. Tũ ne vileſcet officiumMiſſæ,tum ut devotius oret; tum ut innuet ſecretas Chriſti præces dicentis:Pater mi ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte, tum ut repræſentet ſilentium, quòd habuit Chriſtus in ſua paſſione, qui tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & dum malè tractaretur nõ aperuit os ſuum. Tum denique quia Iudei poſtLazari reſuſcitationem,volebant occidere Chriſtum, ille vero abſcondit ſe in Civitatem Effren in ſolitudine, & tacuit à predicatione.

38. Facta oratione cum ſilentio, poſtea alta voce dicit: Per omnia ſecula ſeculorum.Ad notandum quod poſt reſurrectionem Chriſtus prædicavit apertè; & tunc deponit manus ſupra Altare ad notandum,quòd omnem deponit cogitatum temporalem;& ſe totallter committit Deo.

39. Vocatur autem hæc oratio Per omnia &c.Præfatio,quia præcedit ſacrificium: eſt enim quaſi prælocutio, ideſt ad miniſterium præparatio;præparat enim mentes fidelium ad conſecrationis futuræ reverentiam. Dicitur etiam Hymnus Angelicus,quia angelicis laudibus eſt plenus.

40. Dicit poſtea Sacerdos populo ſalutato, ſurſum corda, ſcilicet in cæleſtibus, non in terrenis, & miniſter reſpondet;Habemus ad Dominum, ideſt habere debemus. Proſequitur Sacerdos Gratias agamus Domino Deo noſtro;quia pro omnibus beneficiis, quæ nobis Deus contulit gratias ei referre debemus, & miniſter reſpondet Dignum,& juſtum eſt, dignum namque quantum ad Deũ, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter; & Iuſtum quantum ad nos, ſumus enim populus ejus, & oves paſquæ ejus.

41. Subjungit Sacerdos verè dignum, & juſtum eſt æquum, & ſalutare. Et hic incipit præfatio, ideſt prologus, vel prælocutio Canonis ſequentis ſecundum Petrum Antiſſiddoroſeſẽ. Dignum nos mera voluntate creavit juſtum quia pura miſericordia redemit,æquum quia gratuitate juſtificat, ſalutare, ideſt ſalute plenum, quia perpetuo nos glorificat in cœlis.

42. Sequitur Nos tibi ſemper, & ubique grarias agere Domine Sãcte, pater omnipotens æternæ Deus. ubique enim eſt Dominus Sanctus, ubiq;eſtPater omnipotens,& ſemper eſt æternus Deus; ut dicit Pſal.101. In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domno. Sequitur Per Chriſtũ Dñm noſtrũ.Per Chriſtũ enim quaſi per mediatorem offerimus

rimus laudes, & per eum quaſi advocatum gratias exhibemus. Sequitur: Per quem Majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt poteſtates. Majeſtas dicitur quaſi major ſtans, vel major poteſtas; major eſt enim poteſtas Dei, quàm hominũ; & utique illam laudant, adorant, & tremunt Angeli, Dominationes, & Poteſtates, per quem omnia facta ſunt, & per quem ſimul cum Patre, & Spiritu Sancto, omnium ſpirituum Ordines ſunt creati. Chori autem Angelorum nominantur, quia Angeli huic Sacrificio non dubitantur adeſſe. Dicitur etiam laudant Angeli, ut dicitur in Pſalm. 148. *Laudate eum omnes Angeli eius*. Adorant Dominationes, ut dicitur Eſdr. 9. *Exercitus cœli te adorant*. Tremunt Poteſtates, ut dicitur Iob 26. *Columnæ Cœli contremiſcunt, & pavent adventum ejus*. Et tremere dicuntur non metu fortitudinis, ſed adminiſtrationis affectu, vel obedientiæ famulatu, ut dicit Apoſt. ad Hebræos 1. *Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi*. Sequitur Cœli, Cœlorumque Virtutes, Cœli quidem divinæ juſſioni obediunt. Et per Cœlos Throni accipiuntur; unde dicitur Iſaiæ 66. *Cœlum mihi ſedes eſt*. Et dicuntur Cœli laudare Deum, quia laudis materiam præbent; unde ait Pſalm. 148. *Cœli cœlorum, et aquæ omnes, quæ ſuper Cœlos ſunt, laudent nomen Domini*. Sequitur Cherubim quoque, ac Seraphim.

43 Pro intelligentia autem notandum eſt novem eſſe Ordines Angelorum, ſcilicet Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim: Angelorum autem vocabulum, officii nomen eſt non naturæ; ſemper enim ſunt ſpiritus, ſed cum mittuntur, Angeli vocantur. Archangeli ſummi nuncii nuncupantur; qui enim minima nuntiant vocantur Angeli, qui ſumma vocantur Archangeli; hinc ad annuntiandum Incarnationis Myſterium, non quilibet Angelus, ſed Archangelus Gabriel mittitur; quidam autem Archangelorum privatis nominibus nuncupantur, ut per ipſa vocabula deſignetur, quid valeant. Gabriel enim hebraicè, latinè interpetratur Fortitudo Dei, & ubi manifeſtatur fortitudo, & potentia Dei, Gabriel mittitur. Michael interpetratur, quis ut Deus; & quando aliquid miræ virtutis in mundo fit, Michael mittitur, quia nemo poteſt facere, quod poteſt facere Deus. Unde hic miſſus eſt in Ægyptum ad immittendas illas plagas famoſas. Raphael interpetratur medicina Dei; ubicumque enim curandi, vel medicandi opus eſt neceſſarium, hic Archangelus mittitur, unde ad Tobiam eſt miſſus, ut curaret illius cæcitatem. Uriel interpretatur Ignis Dei; legimus enim apparuiſſe ignem in rubo.

44 Throni ſunt agmina Angelorum, qui latinè ſedes interpetrantur, & vocantur Throni, quia illic conditor præſidet, & per eos ſua judicia diſponit. Dominationes ſunt hi, qui in virtutibus, & principatibus præeminent, & pro eo quod ceteris Angelorum dominantur agminibus vocantur Dominationes. Virtutes Angelicæ quædã miniſteria perhibẽt, per quos in mũdo ſigna & miracula fiũt, & ideo dicũtur Virtutes. Principatus ſunt qui agminibus Angelorum præſunt; qui pro eo quod

ſubditos Angelos ad expẽdũ miniſteriũ divinũ diſponũt, & per hoc vocantur Principatus. Poteſtates ſunt quibus virtutes adverſæ ſunt ſubjectæ, & inde poteſtatum nomine nuncupantur, quia maligni ſpiritus coercentur eorũ poteſtatem ne tantum noceant quantũ cupiunt. Cherubin Hebraicè, latinè, interpetrantur ſcientiæ plenitudo; ſunt enim ſublimiora agmina Angelorum, qui pro eò quod vicinius ſunt poſiti; divina ſcientia cæteris amplius ſunt pleni. Seraphim Hebraicè, latinè interpetrantur ardentes, vel incẽdentes, eo quod præcæteris ardent, & accenduntur in charitate, & quia inter eos, & Deum nulli Angeli conſiſtunt.

45 In præfatio de ordinibus Angelorum ſubtrahuntur tres ex unaquãque hyerarchia unum ex ſuprema ſubtrahitur ordo poteſtatum ex media ordo Principatum, et ex infima ordo Archãgelorum, ut innuatur quod omnis Trinitas comparatione æternæ Trinitatis reperitur diminuta: vel etiam dici poteſt, quod Prefatium nominando Virtutes, omnes ordines comprehendit. Trinitas autem Æterna laudatur ab Angelis, adoratur à Dominationibus, & à Poteſtatibus tremitur. Cum quibus, & noſtras voces &c. omnes enim ſupradicti ordines, & humana creatura Dei maieſtatem ſocia exultatione concelebrant, ſupplici cõfeſſione, quaſi non ſuperba præſumptione, ſed humili laude dicẽtes: Sanctus, Sanctus, Sanctus.

46 Præfationes, quæ primum dictavit Gelaſius Papa novem ſunt. Vnam, in ſeptimana Paſchæ, aliam in die Aſcẽſionis, tertiam in die Pentecoſtes, quartam de Sancta Trinitate, quintam de Cruce, ſextam in Natali Domini, ſeptimam in Epiphania, octavã de Apoſtolis & nonam in quadrageſima. Vrbanus Papa addidit decimam de B. Virgine.

47 Ter autem dicitur Sanctus, ut notetur Trinitas Perſonarum, & ſemel dicitur Dominus Deus Sabaoth, ut ſignificetur unitas divinæ eſſentiæ. Dicitur Deus ſanctus, ideſt ſanctificans, nõ ſantificatus. Pater nanque eſt Sanctus dicente filio: Pater ſanctifica eos in veritate, quos dediſti mihi, quia tu ſanctus es. Filius eſt ſanctus, dicente Angelo Lucæ 1. *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Et Spiritus ſanctus dicitur ſanctus, dicente Chriſto Ioann. 20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.*

Dicitur quoque Dominus Deus Sabaoth, ideſt exercituum ſcilicet Angelorum, & hominum; tot enim exercitus habet Deus in Cœlis, quot ordines ſunt in Angelis, & tot in terra, quot ſunt ordines in Eccleſia; & ideò ſubditur: Pleni ſunt Cœli, & terra gloria tua, ut qui in cœlo, & terra ſunt, glorificẽt nomen ejus; cœli autem ſunt pleni gloria in re. terra autem in ſpe; & tunc in re erit cum adimplebitur illud: ***Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra;*** dum verò dicitur: Pleni ſunt Cœli, & terra gloria tua, agimus gratias Creatoris de omnibus beneficiis; cum autem dicitur: Benedictus qui venit in nomine Domini, agimus gratias ſpecialiter de beneficio Redemptionis. Ideo autem cum dicitur Benedictus, &c. ſignamus nos ſigno Crucis; hæc enim verba ſunt de Evangelio, & Chriſtus per Crucem triumphavit, & nos quoque debemus triumphare per Crucem.

Se-

Sequitur Oſanna, quòd eſt verbum Hebræum, & ſignificat Salva, Obſecro; hoc enim verbum eſt compoſitum ex Oſi, quòd eſt Salvifica, & Anna, quòd eſt interjectio deprecantis. Et dicitur bis Oſanna propter duas partes ſalutis, quæ ſunt ſtola animæ, & ſtola corporis, quibus Sancti in gloria beatificantur, ut ſcilicet ſalvati anima, & corpore inter Angelos collocemur in excelſis, ſcilicet in cœlo.

De Canone.

48 Dicitur Canon Græcè, quòd latinè ſonat Regula; Canon enim eſt compoſitus regulis Sanctorum Patrum; Dicitur etiam Canon, quia regulariter in eo repræſentatur Chriſtus verus Sacerdos, ſeu quia per Canonem fit regulariter conſecratio Sacramenti. Incipit autem Canon per literam T, quæ in ſua figura ſignum Crucis repræſentat ad oſtendendum, quòd omnia, quæ in Canone continẽtur, pſſionem Chriſti exprimunt.

Secretò autem dicitur Canon; tum quia Chriſtus venturus ad conſecrationem ſui corporis ſecretè, & ſolus orabat ab hora Cœnæ uſque dum ſuſpenſus eſt in Cruce; tum etiam quia Chriſtus poſtquam magnificatus eſt a turbis cum palmis, & ramis olivarum, dicentibus: Oſanna filio David; abſcondit ſe, quia nondum venerat hora e'us, & illud Chriſti latibulum hoc ſecretum ſilentium repræſentat. Tum quia Anna typum gerens Eccleſiæ nõ clamando, ſed tacita devotione quod petivit impetravit à Domino, de qua legitur in libro Regum primo, quòd loquebatur in corde ſuo, & labia ejus tantùm movebantur, ſed vox penitùs non audiebatur. Sic debet facere Sacerdos dicendo Canonem. Tum etiam quia ut Sacerdos magis devotè oret, debet ſub ſilentio orare; Tum etiam ne vox Sacerdotis nimio clamore deficiat. Tum denique ne verba ſacroſancta Canonis vileſcant; Legitur enim, quòd cum antiquitùs publicè, & alta voce Canon diceretur, omnes penè illum ſciebant, & in plateis, & vicis decantabant; Unde cum Paſtores illum in ſilvis decantarent, & panem ſuper lapidem poſuiſſent, ad verborum ipſorum prolationem: Hoc eſt enim corpus, &c. panis in carnem converſus eſt; ipſi tamen divino judicio igne cælitus miſſo percuſſi ſunt; propter quod Eccleſia ſtatuit, verba Canonis ſub ſilentio dici inhibens ſub anthemate, ne proferendo, niſi à Sacerdotibus ſuper Altare, & in Miſſa cum veſtibus ſacris.

49 Debet autem Canon dici expeditè, non moroſè ne auditoribus tedium generet; unde dicitur Exod. *Fac feſtinanter*, quod de agni immolatione eſt dictum, & etiam dicitur: *Comedetis feſtinanter*, non tamen nimis feſtinanter, quia non debet Sacrificiũ ſine ſale, ideſt diſcretione, & devotione offerri; extrema enim ſemper ſunt vitioſa: debet etiam legi in libro, ne aliquis error contingat. Traditur autem, quod Gelaſius Papa quinquageſimus primus à Beato Petro canonem principaliter ordinavit.

50 Incipit autem Canon: Te igitur, & ſic exponitur. Igitur, ideſt certè tu es ſanctus Deus (continuando ad præcedentia verba Præfatii) clementiſſime Pater, ideſt miſericordioſiſſimè; quæ verba dicendo Sacerdos ſe inclinat an-

te Altare, ſignificans, quòd Petrus inclinavit ſe, dum in monumentum proſpexit, & etiam ſignificans humilitatē Chriſti ad paſſionem, & quod Sacerdos cum reverentia, & humilitate accedit ad myſterium tantùm pertractandum.

51 Sequitur *ſupplices*, ideſt humiles te *rogamus, ac petimus*, & *hic oſculatur Altare in reverētiam Dominicæ paſſionis. Uti accepta habeas, & benedicas; hæc dona, hæc munera, hæc Sancta Sacrificia illibata*; quæ dicendo verba Sacerdos tres cruces facit ſuper oblatum; ad ſignificandum, quòd Chriſtus Dominus in ſua paſſione traditus eſt à tribus ſcilicet à Deo pro nobis, unde ait Apoſtolus Rom. 8. *proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum* A Iuda ut dicitur Matth. 26. *quærebat Iudas opportunitatem ut eum traderet.* Et denique à Iudeis Pilato, ut dicitur Ioan. 18. *Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi*. Prima traditio fuit ex gratia; quia *dilexit nos & tradidit ſeipſum pro nobis*. Secunda ex Avaritia, quia *conſtituerunt ei triginta argenteos*, & tertia fuit ex invidia; *ſciebat enim Pilatus quod per invidiam tradidiſſent eum*; Igitur Deus tradidit ex dono, Iudas pro munere, & Iudæus in ſacrificium illibatum; & ſic Sacerdos illa verba dicens vult dicere: Clementiſſime Pater offerimus tibi hæc dona, hęc munera, hęc ſancta ſacrificia illibata commemorantes illā traditionem, quam Deus fecit ex dono, Iudas pro munere, & Iudęus in ſacrificium illibatum, ſinguli tamen ad mortem crucis.

Item fiunt tres cruces in reverentiā Trinitatis cuius potentia fit converſio Panis, & Vini. Item in figuram triplicis Crucifixionis Chriſti; prima fuit in voluntate perſequentium de qua dicitur Ioan 11. *collegerunt; ergò Pontifices, et Phariſei concilium*. Secunda in voce clamantium de qua dicitur Marc. 15. *At illi magis clamabant crucifige eum*. Et tertia in crucifixione manuum, & pedum de qua dicitur Lucæ 23. *Crucifixerunt eum*. Item in tribus Crucibus induimus tēpus ante legem, quod diſtinguitur tribus intervallis, ſcilicet ab Adam, uſque ad Noe, à Noe uſque ad Abraham, & ab Abraham, uſque ad Moyſen, in quibus tribus tēporibus iuſti præfiguraverant ſuis ſacrificiis Chriſtum, ut Abel in Agno Melchiſedech in pane, & vino; & Abraham in filio.

52. Sequitur *In primis quæ tibi offerimus*, &c. in quibus verbis notatur, quòd ſicut Chriſtus ſedens ad dextram Patris interpellat pro nobis; ſic miniſter Chriſti ſcilicet Sacerdos ſupplicat pro tota Eccleſia, quæ conſiſtit in Prælatis & ſubditis; & licet tantum offerat unus, ſacrificium, tamen dicit offerimus, quia Sacerdos non tantum in ſua perſona, ſed in totius Eccleſiæ ſacrificat.

53. Sacrificium ergo laudis offertur, & generaliter pro cunctis, & ſpecialiter pro quibuſdam, ideſt pro Prælatis, qui ſunt in ſublimitate conſtituti & pro ſubditis, viris, & mulieribus, pro Sacerdotibus, & adſtantibus, pro nobis, & pro noſtris. Pro Prælatis, & ſubditis ibi: *Una cum famulo tuo Papa noſtro, et omnibus orthodoxis*. Pro viris, & mulieribus, ibi: *Memento Do-* [illegible]

Digitized by Google

mine famulorum famularumque tuorum: Pro Sacerdotibus, & adſtantibus ibi: *omnium circumſtantium, et qui ſibi offerunt hoc ſacrificium*. Pro nobis & noſtris, ibi *Pro ſe, ſuiſque omnibus.*

54 Dicitur autem *In primis quę tibi offerimus* ideſt principaliter pro Eccleſia tua Sancta Catholica, ideſt uniuerſali diffuſa toto orbe terrarum, ſed Sacramentis fidei unita *quam* ideſt eam *pacifitare digneris*, ut pacem habeat ab hæreticis, & ſchiſmaticis, *et adunare* quæ eſt diſperſa inter Perfidos, & Paganos; vel pro inimicis, & ad invicem diſcordantibus, quos & cuſtodire digneris à vitiis, & regere in proſperis, et adverſis. Ut omnes ab uno ſicut corpus à capite gubernentur, pro quò ſtatim oratur cum dicitur *Una cum famulo tuo Papa noſtro*; quæ verba addidit Clemẽs Papa extra Romanã Diœceſim additur *Et Antiſtite noſtro N.* Addunt aliqui *Rege noſtro N.* quia ut docet Apoſtolus 1. ad Timot. II. obſecro primo omniũ fieri oratione obſecrationes & poſtulationes, & gratiarũ actiones pro omnibus hominibus pro Regibus, et omnibus qui in ſublimate ſunt conſtituti, ut quietã, & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Et poſt orandum eſt pro omnibus orthodoxis, qui utramque fidem, catholicam videlicet, & apoſtolicam colunt, & venerantur.

55 Sequitur *Memento Domine famulorum famularumque tuarum et c.* In iſtis verbis oſtenditur quàm ſanctũ, & ſalubre ſit miſſarum, intereſſe myſteriis, ſacrificium enim Miſſæ offertur ſpecialiter etiam pro circumſtantibus. *Quorum tibi fides cognita eſt, et nota devotio*, Deus enim ſcrutator eſt cordium & occultorum omnium præſcutatur in cuius conſpectu nulla creatura eſt inviſibilis. *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerãt hoc ſacrificium laudis et c.* Dicitur ſacrificium laudis; Tum quia Chriſtus gratias agẽs illud inſtituit; Tum etiam quia Deum debemus laudare non ſolum quia pro nobis eſt paſſus, ſed etiam quia nobiſcum eſt in hoc Sacramento uſque ad conſummationem ſęculi. *Pro ſe ſuiſque omnibus etc.* ſcilicet conſanguineis, vel affinibus, familiaribus, vel amicis; licet enim debemus ex præcepto inimicos diligere, in diligendo tamen debemus ſervare ordinem charitatis, qui vultprius orare pro ſe, quã pro aliis, pro amicis, quã pro inimicis *Pro redẽptione animarũ ſuarũ*, quaſi non pro lucro tẽporali, ſed pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ, pro ſalute quidem mentis, & corporis incolumitate, utraq: enim ſalus eſt ab illo qui dicit. Salus Populi ego ſum; & ſicut à reatu peccati venit infirmitas; ſic utraque ſanitas venit ex animæ redemptione. *Tibique reddunt vota ſua.* libenter; ergo, & volenter Deo reddimus vota; votum enim eſt voluntaria promiſſio facta Deo, de bono meliori.

56 Sequitur Communicantes, &c. quam partem in Canone addidit Ciritius Papa. Communicamus ergo, & memoriam veneramus (ideſt memoriam honorabiliter colimus) Apoſtolorum, ac Martyrum, & præcipuè glorioſæ Virginis Mariæ Dei Genitricis, ut eorum ſuffragio de fide perducamur ad ſpem, de ſtadio, ad bravium, & de via tranſeamus ad patriam. In primis autem nominatur Nomen Beatæ Virgi-

ginis Mariæ, quia ipſa eum qui oblatus eſt, & qui eſt verè hoſtia genuit, & in Cœlis principatum obtinet; poſtea nominantur duodecim, Apoſtoli, & duodecim Martyres, qui omnes teſtes fuerunt hujus ſacrificii, & paſſionem Chriſti teſtimonio effuſionis ſanguinis probarunt: ſolum autem hic fit mentio de Apoſtolis & Martyribus; non de confeſſoribus; quia cum hoc Sacramẽtum, ſit amoris Sacramentum, in ipſius Sacramenti Miniſterio debet ſolũ memoria fieri de illis, in quibus ſpeciaſius apparuit ſignum veri amoris; apparuit in Apoſtolis per abjectionem tẽporalium, ut dicitur Matth. 19. Ecce nos relinquimus omnia. Et in Martyribus per expoſitionem corporis tormentis. Sapientiæ 3. ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt. Item non fit de confeſſoribus mentio, quia confeſſores non ſunt paſſi ſicut Chriſtus, cujus paſſionis eſt hoc ſacramentum memoriale.

57. Sequitur *Hanc igitur oblationem, etc.* hanc partẽ addidit in canone Leo Papa uſque ad illa verba *Placatus, ac accipias*, et quæ ſeqũutur addidit ſequẽtia verba *Dies quoque noſtros in tua pace diſponas*; ſupple per eum qui pro nobis eſt traditus in manus eorum qui pacem oderunt. *Atque ab æterna damnatione nos eripi*: ſupple per eum qui pro nobis temporali morte damnatus eſt. *Et in electorum tuorum jubeas grege numerari*. Supple per eum qui pro nobis damnatus eſt cum impiis.

58 Sequitur. *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus benedictam, adſcriptam ratam etc.* et hic fiunt tres Cruces ſuper oblatam, et Calicem, et duas cruces imprimũtur ſigillatim, unam ſuper hoſtiam, et alteram ſuper Calicem, cum dicitur. *Ut nobis corpus, et ſanguis fiat etc.* Fiũt autem tres cruces quia Iudas vendidit Chriſtum ad crucifigendum tribus, ſcilicet Sacerdotibus, Scribis, & Phariſeis, et ad notandum tres emptores, facit Sacerdos tres cruces, & ad notandum tradentem, & traditum, facit duas alias cruces. Item tres primę cruces ſignant tres dies quibus Chriſtus prædicavit poſt Dominicam in ramis palmarum, vel triduum quo in ſepulcro quievit, vel tria loca corporis in quibus paſſus eſt, ſcilicet manus, pedes, et latus. Duæ autem ſequentes cruces ſignificant, Divinam, et humanam naturam, vel quod Chriſtus in anima, et corpore eſt paſſus. Et fiunt quinque cruces in figuram, quòd Chriſtus quinque vulnera habuit.

Poſſunt autem verba hujus Canonis ſic exponi. Petimus ut Deus hanc oblationem, faciat benedictam, adſcriptam, et ratam, ideſt ut eam conſecret, approbet, et confirmet in hoſtiam rationabilem, et ſacrificium acceptabile; ita ut nobis ideſt ad ſalutem noſtram, panis, fiat corpus, et vinum ſanguis Dilectiſſimi Filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel ſic. Quæſumus ut tu *Deus* hanc oblationem facere digneris benedictam, ideſt ut à te ſpiritualiter benedicatur; Adſcriptam ideſt talem quæ de tui memoria nulla oblivione poſſit deleri: Ratam ideſt talem quæ de beneplacito tuo nulla oblivione convelli poſſit; rationabilem ideſt talem quæ tuæ Divinæ rationi conveniat.

59 Sequitur *Qui pridiè, quam pateretur, etc.* quæ verba addidit Alexander Papa Primus. Et ſenſus eſt: qui

pri-

Digitized by Google

pridiè ideſt una die ante quam Chriſtus pro nobis eſt paſſus voluit tradere ſuis diſcipulis myſterium Corporis, et ſanguinis ſui; ut et illi nobis traderent. *Accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas.* Primus, ritus hujus ſacrificii legitur celebraſſe Melchiſedech offerens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altiſſimi, ut dicitur Gen. 14. unde David ad Chriſtum dicit. Tu es Sacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech.

Ideo vero Chriſtus Dominus, panẽ & Uinum in ſacrificium corporis, & ſanguinis ſui inſtituit, ut in ſumptione Corporis, & Sanguinis doceamur eſſe refectio perfecta; quia ſicut præ cæteris cibis, & potibus corporalibus. Panis cor hominis confirmat, & vinum cor lætificat: ita corpus, & ſanguis Chriſti præ cæteris cibis, & potibus ſpiritualibus, interiorem hominem ſatiant, & reficiunt; unde teſtatur Chriſtus Ioan. 6. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Panis debet eſſe de frumento, & vinum de vite; & hoc quia Chriſtus comparaũt ſe frumẽto cum dixit. Niſi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; Et Viti cum dixit: Ego ſum vitis vera, & fuit racemus expreſſus in torculari crucis, ut dicitur Eſaiæ 63. Veſtimenta tua ſicut calcãtium in torculari; Non debet autem in pane iſto ſal apponi: & licèt dicatur Levit. 2. *Quid quid obtuleris ſacrificii, ſale condies*; & iterum: *Non auferas ſal fœderis Domini Dei tui de ſacrificio tuo*; & iterum: *In omni oblatione tua offeres ſal*; & in Evangelio: *Omnis victima ſalietur*. Iſta, & omnia alia loca intelliguntur non de ſale materiali, ſed de ſale diſcretionis.

60 Panis autem hic formatur ad modum denarii; Tum quia panis vitæ Chriſtus traditus eſt pro denariis; tum etiam quia in vinea Domini laborantibus, dandus eſt in præmium. Et eſt azimus, non fermentatus apud Latinos, quia cum fermentum ſignificet corruptionem; unde ſecundùm Apoſtolum 1. *ad Cor.* 5. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit*; ut nihil corruptum in hoc Sacramento monſtretur, panem azimum non fermentatum conſecramus, juxta illud Apoſtoli *loc. cit. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur non in fermento veteri, ſed in azimis ſinceritatis, & veritatis.*

61 Sequitur: *Et elevatis oculis in Cœlum, &c.* Per hoc, quòd Chriſtus oculos in Cœlum levavit, inſinuat nobis ſe habere à Patre, quod habet, & quod in principio omnium noſtrorum operum debemus ad Dominum oculos mentis noſtræ elevare, tanquam ad directorem noſtrorum operum; & illum ſupplicare, ut hoc tam magnum Sacramentum per manus noſtras dignetur perficere. Sequitur: *Gratias agens benedixit*, per quę verba colligitur, quòd hoc Sacrificium eſt Sacrificium laudis; & gratias agebat Chriſtus, non pro ſe, ſed pro nobis, ideſt pro futura omnium reparatione. In prolatione autem verbi *Benedixit* fit Crux ſuper panem; ad Chriſti imitationem, qui accipiens tã panem, quàm Calicem, utrumque benedixit. *Fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens. Hoc eſt enim corpus meũ*, quæ verba dicendo convertitur panis in Chriſti corpus.

62 Nota hic, quòd in converſione

panis in Chriſti corpus undecim miracula conſiderantur. Primum eſt, quòd panis tranſubſtantiatur in Chriſti corpus, in qua tranſubſtantiatione poteſt aliqua cōgruētia adduci. Cibus enim & potus naturalis mediātè potētia naturali nutritiva animalis convertūtur in carnē, & ſanguinē ipſius animalis; multò ergo fortiùs Deus immediatè poteſt facere, ut de facto facit, quod panis convertatur in corpus ſuum, & vinum in ſanguinem: Deus enim cum ſit natura naturans fortiùs operatur, quàm natura ipſa.

II. Quod quotidie panis tranſubſtantiatur in corpus, & nullum fit augmentum in Deo. Adeſt etiam in hoc congruentia; quia & ſi ſcio aliquod ſecretum, quod pluribus manifeſto licèt illud omnes ſciant, me revelante, tamen in mea mente nullum fit augmentum.

III. Quotidie ſumitur, & comeditur, nec ejus fit aliqua diminutio. Quia, & ſi de lumine meo mille lumina ſumantur, nil in meo lumine deperit.

IV. Indiviſibile dividitur, & in qualibet parte Euchariſtiæ totus, & integer remanet. In ſpeculo enim, in quo repræſentatur aliquid, & ſi dividatur per partes, in qualibet parte idem repreſentatur.

V. Sumptum hoc Sacramentum ab impuris, & peccatoribus, non tamen coinquinatur. Ratio congruentalis eſt, quia nec Sol tranſiens per fœtida loca coinquinatur.

VI. Corpus Chriſti, quod eſt cibus vitæ, peccatoribus eſt mortale, quia bona cibaria ſunt nociva corpore infirmis.

VII. Sumptum à fidelibus, etiam clauſo ore, rapitur in Cœlum, quia Chriſtus exivit de corpore Virginis incorruptæ, & de monumento ſurrexit, illo clauſo, & in locum, ubi erant Diſcipuli congregati, clauſo oſtio, intravit.

VIII. Cum ſit corpus immenſum, ſtat in tam parva hoſtia. Quia pupilla oculi parva, apprehendit magnum montem.

IX. Idem corpus totum ſimul conſiſtit in diverſis locis, & à diverſis percipitur; Quia & verbum hominis ſemel prolatum, totum ſimul eſt in auribus diverſorum; & Sol, & Luna, & lumen in diverſis locis à diverſis videntur.

X. Pane tranſubſtantiato, remanēt accidentia panis, ideſt tactus, color, & ſapor: & in hoc non adeſt aliqua ſimilitudo, ſed totum ad miraculum recurrendum eſt.

XI. Sub ſpecie panis ſumitur corpus, & ſanguis Chriſti, immò totus Chriſtus: & ſimiliter ſub ſpecie vini, & tamen non eſt ibi ſumptio corporis, & ſanguinis Chriſti. Et ratio congruentalis eſt, quia licèt in uno prandio comedam ante potum, & poſt: non tamen dicor bis prandere. In quibus mirabilibus jam dictis, recolendum eſt, quod ait Leo Papa *de conſec. diſt. 2.* Quid quæris naturæ ordinem in Chriſti corpore, cum præter naturæ ordinem ſit ipſe natus Chriſtus ex Virgine.

63 Quatuor autem de cauſis Chriſtus Dominus Sacramentum corporis, & ſanguinis ſui inſtituit ſumēdum ſub alia ſpecie. Prima eſt, ad augendum meritū, quia aliud ibi videtur, et aliud eſſe creditur, ut fides habeat meritum, cui

cui humana ratio non præbet experimentum. II. eſt quia non poſſet mortalis homo intueri claritatem, quæ eſt in corpore Chriſti, quod experti ſunt diſcipuli in transfiguratione. III. Eſt ne Iudaizare videamur; Iudęi enim offerebant agnum. IV. Ad ſenſum fovendũ, ne aborret animus, quòd cerneret oculus non; enim in uſu eſt comedere carnem crudam; neque humanum ſanguinem bibere.

Unde legitur, quòd quędam matrona ſingulis diebus Dominicis offerebat panes D. Gregorio, qui cum poſt miſſarum ſolemnia offerret illi Chriſti corpus, et diceret ut mos eſt dicere, Corpus Domini Noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te in vitam ęternam; illa ſubridebat; at D. Gregorius mox dexteram ab ejus ore convertens, particulã ſuper altare depoſuit; deinde coram populo interrogavit matronam, ob quam cauſam ridere præſumpſerit; at illa inquit; quia panem quem ego proprijs manibus feceram, tu Corpus *Domini* appellabas; Tunc D. Gregorius ſe in oratione proſtravit, et ſurgens illã particulam panis carnem factam repererit, & ſic matronã ad fidem cõvertit.

64 Sequitur poſt conſecrationem Corpus Chriſti per illa verba. *Hoc eſt enim &c.* elevationem ipſius ad populum, & elevatur multis de cauſis. Primo; ut cuncti aſtantes illud videant; & petant quòd proficit ad ſalutem; ſecundum illud Ioan. 12. Ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſũ. II Ad ſignificandum quòd hoc ſacrificium, ſit ſuper omnes hoſtias. III. Ad notandum Chriſti reſurrectionem. IV. Vt populus cognoſcat Chriſtum ſuper altare veniſſe, & illum reverenter adoret, In elevatione autem tum corporis, tum Sanguinis Chriſti pulſatur campanula; Nam in teſtamento veteri Levitę tempore ſacrificii tubas clangebant argenteas, ut populus earum ſono præmonitus foret ad Dominum adorandum.

65. Sequitur *Simili modo &c* ubi nota quòd utraque ſpecies panis, & vini in altari conſecratur, & neutra ſuperfluit; ut oſtendatur quòd Chriſtus humanam naturam aſſumpſit, ſcilicet corpus, & animam, ut totum hominem redimeret; Panis enim fertur ad carnẽ, & vinum ad animam; quia vinum ſanguinem operatur in quo ſedes eſt animæ. Vnde panis, & vinum in hoc ſacrificio offeruntur, ad tuitionem corporis, & animæ: & quamvis ſub ſpecie panis, ſumatur ſanguis cum corpore, & ſub ſpecie vini ſumatur corpus cum ſanguine, ut docet Innocentius III. nec ſanguis ſub ſpecie panis, nec corpus ſub ſpecie vini bibitur.

66. *Poſtquam cœnatum eſt.* Ideſt quartadecima luna primi menſis ad veſperam, Chriſtus ſecundum legem typicum Paſcha cum Apoſtolis celebravit. *Accipiens et hunc præclarum calicem &c. benedixit.* quia in virtute crucis & verborum fit naturatum tranſubſtantiatio. *Deditque Diſcipulis ſuis dicens. accipite, et bibite ex eo omnes.* Quæ verba jam dicta Sacerdos tenens calicem parum elevatum profert verba conſecretionis calicis; dicens *Hic eſt enim calix etc.* quæ verba explicantur ſupra *dub.*4.§.1. *de materia, et forma hujus Sacramenti.*

67. Prolatis verbis conſecrationis calicis Sacerdos deponit illum ſuper corporale dicens ſecretè: *Hæc quotieſ-*

cunque feceritis, *etc.* & genuflexus adorat ſanguinem, ſurgit, & populo oſtendit, poſtea deponit, cooperit, & iterum adorat.

68. Sequitur *Vnde et memores. etc.* & in hac parte Canonis tria commemoranda proponit Eccleſia, ſcilicet Beatam paſſionem, nec non ab inferis reſurrectionem, ſed & in cœlos glorioſam aſcenſionem. Paſſio excitat charitatem, reſurrectio corroborat fidem, & aſcenſio lætificat ſpem. quid enim in nobis magis charitatem accendit, quam quod filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro omnibus nobis tradidit illum? quid in nobis magis fidem confirmat, quam quod Chriſtus reſurrexit à mortuis? quid magis in nobis ſpem amplificat, quam quod Chriſtus aſcendens in cœlum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus?

69. Sacerdos autem hæc verba dicens manus in modum crucis extendit, ad ſignandum Chriſti manuum extenſionem in cruce. *Et ex tūc* ſtringuntur digiti ſcilicet pollices, & Indices nec diſiunguntur, niſi quando tangitur hoſtia, vel ſigna fiunt, quòd fit ad reverentiam Sacramenti, ne ſcilicet aliquid tangant poſt tactū Chriſti corporis. Et etiā ad oſtendendū, quòd fideles corpus Chriſti devotione tāgēte & fide debent eſſe charitate conjuncti nec non ſtringuntur digiti ne pulvis, vel particula aliqua hoſtiæ illis fortè adhærens, cadat.

Et quia Eccleſia dixit ſe memorē paſſionis Dominicæ; ideò ſtatim recolens ipſā, Sacerdos quinque cruces facit ſuper oblatū, & calicē, & ſignificans quinque Chriſti plagas videlicet duas manuum, totidem pedum, & unam lateris dicendo *Hoſtiam puram*, *hoſtiam ſanctam*, *hoſtiam immaculatam*. *panem ſanctum vitę ęternę*, *et calicem ſalutis perpetuę*. Et dicitur *hoſtiam puram* quia Chriſtus oblatus eſt, ut nos liberaret ab impuritate peccati originalis: *hoſtiam ſanctam*, quia vulneratus eſt ut ex ſuo latere fluerent ſacramenta quibus Eccleſia ſanctificatur: *hoſtiam immaculatam* quia mortuus ut nos à morte æterna liberaret. *Panem ſanctum vitæ eternæ* quia eſt noſtrum viaticū quaſi via. *Et calicem ſalutis perpetuę*, quia eſt refectio angelorum inebrians in Patria.

70 Sequitur. *Supra quę propitio, &c.* In quibus verbis Sacerdos orat pro acceptatione ſacrificii, ut illud ad inſtar antiquorum ſacrificiorum acceptet ſereno vultu ideſt placabili. Ut ſcilicet Deus habeat accepta illa munera ſicuti habuit munera Abel: Hoc autē adverbium *Sicuti* notat ſimilitudinem, non quantitatem, multò quippè acceptius eſt hoc ſacrificium Deo, quamquòd Abel obtulit, vel Abraham, vel Melchiſedech, valet enim amplius veritas quam figura, res quam umbra. nominantur autem iſti tres Patres veteris teſtamenti, quia iſti ſpecialiùs hoc ſacramentum præfiguraverunt. Abel enim offerens de primogenitis gregis Chriſtus primogenitus in multis fratribus exprimitur, qui invide occiſus eſt à Iudeis, ſicuti Abel invidioſè à ſuo fratre Caino. Abraham offerens proprium filium, Deum Patrem deſignat qui proprio filio ſuo nòn pepercit, ſed pro nobis omnibus, tradidit illum. Et Melchiſedech qui primus panem, & vinum obtulit propriè hoc ſacrificium præſignavit. Additur *Sanctum Sacrificiū im-*

Digitized by Google

immaculatam hoſtiam, quæ verba addita ſunt in Canone à Leone Papa primo.

71. *Supplices te rogamus* quæ verba dicendo Sacerdos ſe inclinat, ut notet quod Chriſtus in oratione ſe inclinavit , quando oravit in horto in illa oratione *Pater*) vel ſi fieri poteſt tranſeat à me Calix iſte, ſe inclinat , ut ſignificet Chriſti ſpiritus emiſſionem in Cruce, quando inclinato capite tradidit ſpiritum.dicens autẽ:*Vt quotquot ex hac altaris participatione* Sacerdos oſculatur altare per quod repreſentat oſculum proditoris Judæ poſtquam Chriſtus ſurrexit ex oratione Cancellat autem Sacerdos manus ante pectus in inclinatione ad notandum humilitas orationis, & illa oratio digna eſt exaudiri quæ procedit ex humilitate , & pectore ſcilicet corde & ubi fides juncta eſt cum operibus quæ opera per manus ſignificantur:&item manus cancellat ante pectus quaſi dicat. Obſecro te per Crucem,& paſſionem tuam : ut *jubeas hæc perferri per manus Sancti Angeli tui, &c.*

72 Tres autem cruces facit Sacerdos in hac parte Canonis unam ſuper oblatum dicens *Sacoſanctum filij tui corpus* aliam ſuper Calicem dicens:*Et ſanguinem*:& etiam ſignando ſeipſum dicendo omni benedictione cæleſti,& gratia repleamur. Crux quæ fit ſupra corpus deſignat vincula quibus fuit ligatum corpus Chriſti, illa quæ fit ſuper ſanguinem ſignant quibus alliſus eſt, & ſanguis deductus, et illa quæ fit in facie , recolit illud quod expuebant in faciem eius , & palmas in faciem ejus dabant, & velabant faciem ejus dicebantque; Prophetiza quis eſt qui te percuſſit.

Dicta autem verba ſic exponi poſſunt. Omnipotens Deus iube hæc, ſcilicet panem , & vinum, perferri, ideſt tranſmutari(in ſublime altare ſuũ) ideſt in corpus, & ſanguinem filii tui , Corpus enim Chriſti dicitur Altare juxta illud Exod.20. Altare de terra facietis mihi per manus Angeli tui, ideſt per miniſterium Sacerdotis. Vel exponitur ſic. Iube hæc ideſt corpus Chriſti Myſticum ſcilicet Eccleſiam militantem perferri ideſt aſſociari in ſublime altare tuum ideſt in Eccleſiam triumphantem, quæ dicitur Altare ſecundũ illud Levit.6.Ignis in Altari meo ſemper ardebit, ideſt fervor charitatis in Eccleſia triumphabit ; & hoc per manus Angeli tui,ideſt per Chriſtum qui eſt magni conſilii Angelus

73. *Memento etiam Domine &c.* hæc conjunctio (etiam] reſpicit aliud memento, quòd jam præceſſit in quo Sacerdos rogavit pro vivis; & hic pro defunctis orat: Pia enim mater Eccleſia non ſolum pro vivis, ſed etiam pro defunctis orat certiſſimè credens.quòd ſanguis ille pretioſus qui pro multis effuſus eſt,non ſolum pro vivis valeat, ſed etiam ad abſolutionem fidelium defunctorum ; fideles autem defuncti vocantur dormientes , & quieſcentes in Chriſto ; & hi ſunt qui in charitate mortui ſunt, tamen habent,aliqua purgabilia in Purgatorio , ubi exiſtentes indigent ſuffragio Eccleſiæ militantis, quia in re non habent refrigerium gloriæ, ſed tantum in ſpe infallibili ., Padiſus autem dicitur locus refrigerii propter ardorem ignis purgatorii, per

quem animæ tranſeunt. Iuxta illud Pſal.66.Tranſivimus per ignem & aquam, & deduxiſti nos in refrigerium. Dicitur etiam locus lucis contra tenebras inferni, de quibus dicitur Matth. 23. Mittite eum in tenebras exteriores. & dicitur locus pacis propter tranquillitatem mentis, quæ ibi eſt.

74. Sequitur ultima pars Canonis *Nobis quoque peccatoribus*; quæ verba dicendo ſacerdos voce alta percuſſo pectore, ſilentium interrumpit; & in hoc repræſentatur contritio, & confeſſionem latronis in Dominica paſſione, cum dixit Domine memento mei dum veneris in regnum tuum; Itẽ per exaltationem vocis, & pectoris tũſionem exprimitur illud quòd centurio, & qui cum eo erant, viſis his quæ fiebant timuerunt valdè, dicentes. Verè filius Dei erat iſte, & omnis turba quæ ſimul aderat ad ſpectaculum illud, percutientes pectora ſua revertebantur; Enumerat autem Sacerdos in hac parte Sanctos quorum ſocietatem petit, octo vero viri, & ſeptem mulieres numerantur, quia per hoc ſacrificium, ſeptem chriſmata gratiarum, & octo beatitudines junguntur in nobis.

Sequitur *Per quem hæc omnia &c.* ideo dicit omnia quia per filium omnia creata ſunt, creas ideſt naturam condendo, *ſanctificas* conſecrando materiam, *vivificas* tranſubſtantiando creaturam, *benedicis* accumulando gratiã *Hæc omnia* ſcilicet panem, & vinum, & aquam, *ſemper bona creas* ſecundũ cauſas primarias. *Sanctificas*. ſecundum cauſas ſacramentales: *Vivificas*, ut trãſeant in carnem, & ſanguinem, *benedicis* ut conſervent unitatem, & charitatem.

75. Fiunt autem tres cruces ſuper dictis verbis in quibus repræſentatur Eccleſia primitiva, quæ ſuſcepit fidem Trinitatis; & tunc removetur palla deſuper calicem, quia quando Chriſtus in cruce emiſit ſpiritum, velum templi ſciſſum eſt à ſummo uſque deorſum, & nobis aperta ſunt ea, quæ prius erant in lege obſcura, & clauſa; & poſtea cooperitur Calix, & non hoſtia ad notandum quòd Sanguis Chriſti calice cooperto, repræſentat Corpus Chriſti in ſepulcro clauſo, & ſignato, hoſtia verò Corpus Chriſti extra ſepulcrum. Item tres cruces facit Sacerdos ſuper oblatum, & calicem dum dicit *Sanctificas, Vivificas, benedicis*. ad recolendam crucifixionem factam hora tertia ex linguis Iudeorum ter clamantium crucifige eum; Ad recolendam verò crucifixionem quæ poſt intervallum trium horarum facta eſt manibus Gentilium, cummilites crucifixerunt Ieſũ, iterum Sacerdos facit tres cruces, cum hoſtia ſuper calicem cum dicit illa verba *Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo.* & poſtea ad deſignandum diviſionem carnis & animæ Chriſti morientis facit duas cruces cum ipſa hoſtia in ora calicis dum dicit *eſt tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti.*

Tres autem prædictæ Cruces ita fiunt, & benè. Prima, quæ fit dicendo *Per ipſum*, fit ſupra os Calicis exteriùs, ſignans, quòd Deus eſt extra omnia non excluſus; ſecunda, quæ fit dicendo *& cum ipſo* fit parum inferius ſub prima à labio calicis ad labium, ſignans, quòd Deus eſt ſuper omnia non elatus. Tertia, quæ fit dicendo, *et in ipſo* fit in medio Calicis, ſignans, quòd Deus eſt

in

in medio omnium, non incluſus; Quarta, quæ fit dicendo *eſt tibi Deo Patri omnipotenti* fit à medio oris calicis contra faciem Sacerdotis ſignãs, quòd omnia, quæ aguntur in miniſterio Miſſæ occultè, in fine à nobis videntur. Et quinta, quæ fit dicendo: *In unitate Spiritus Sancti*, fit inter ipſũ calicem, & Sacerdotem, ſignans, quòd Deus eſt ſuper omnia non compreſſus, ſeù proſtratus, cui *omnis honor, et gloria*.

76 Sequitur. *Per omnia ſæcula ſæculorum*. Quia ergo Ieſus clamans voce magna tradidit ſpiritum, ideo Sacerdos dicendo hæc verba exaltat vocem, vel dicitur alta voce, ut populus ſciens finẽ Canonis reſpõdeat *Amen*. Subdit Sacerdos: *Oremus. Præceptis ſalutaribus moniti, etc.* quæ verba appoſuit Beatus Gregorius Papa. Sacerdos ergo oraturus, & oſtenſurus ſe agere cauſam coram Deo, & quæ quotidie petere debemus, monet populum orare dicens: *Pater noſter, etc.* quæ oratio cæteras orationes propter quatuor antecellit, ſcilicet auctoritate Doctoris, quia fuit prolata ore Salvatoris docentis Apoſtolos orare, & ideo dicitur Oratio Dominica; brevitate ſermonis: quia facilè dicitur, & profertur, juxta illud: *Cum oratis nolite multũ loqui*. Matth. 6. ſufficientia petitionũ, quoniam utriuſque vitæ neceſſaria cõtinet, & denique fœcunditate myſteriorum, quia immenſa continet Sacramenta. Ad majorem tamen hujus Orationis explicationem, aliqua hic ſubjiciemus.

De Oratione Dominica, *uſque ad finem Miſſæ*.

77 ORatio Dominica omnes præcellit orationes, & in ea oratur pro bonis æternis, cum dicitur *Adveniat regnum tuum*; pro bonis ſpiritualibus cum dicitur, *fiat voluntas tua*, & pro bonis temporalibus cum dicitur: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Pro malis præteritis, cum dicitur: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut etc.* pro præſentibus, dũ dicitur, *libera nos à malo*. Et pro malis futuris, cum dicitur: *Et ne nos inducas in tentationem*.

Septem autem petitiones in illa cõtinentur. I. eſt, Sanctificetur nomen tuum. II. Adveniat Regnum tuum. III. Fiat voluntas tua. IV. Panem noſtrum quotidianum. V. Et dimitte nobis debita noſtra. VI. Et ne nos inducas in tentationem. VII. denique Libera nos à malo. Tres primæ ſpectant ad vitam æternam, tres ultimę ad vitam pręſentem, & media petitio pertinet ad utramque vitam. Unde ſeptem capitalia vitia per hujuſmodi ſeptem petitiones fugantur, & curantur.

78 Finita Dominica oratione Sacerdos dicit aliam orationem incipientem: *Libera nos quæſumus Domine*, &c. quæ Oratio dicitur Emboliſmus, vel ſuperexcreſcentia, eo quod nihil in ea petitur, quòd in præcedenti petitũ non fuit, non tamen ſuperfluit, quia eſt repetitio, & expoſitio illius orationis: illa enim dicit libera nos à malo; iſta libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis, &c. Et quia nos ſumus indigni promereri veniam de præteritis, & præſentibus, atque futuris, niſi no-

nobis donetur oratione Beatæ Mariæ Virginis, & Beatorum Petri,& Pauli, atque Andreæ, & aliorum Sanctorum: ideò hic eos in noſtrum invocamus patrocinium. Ad impetrandum ergo gratiam pacis imploratur Mater Chriſti, & tres Apoſtoli teſtes pacis, & non plures. Et licèt in ſuperioribus fuerũt annumerati omnes Apoſtoli, hic tamẽ tres tantùm numerantur,qũia hęc oratio ſignat triduum, quo jacuit Dominus in ſepulchro. Specialiter autem iſti tres repetuntur propter aliquas eorum prærogativas, ſcilicet Petrus propter privilegium dignitatis, Paulus propter privilegium prædicationis, & Andreas propter privilegium nimium concupitæ crucifixionis. Et quia in hac oratione intentio Eccleſiæ eſt invocare omnes Sanctos, dum hos tres invocat, omnes invocat. Sancti enim diſtinguntur per triplicem ſtatum: quia vel ſunt in ſtatu conjugali,& ſignificãtur per Petrum, vel in ſtatu continentiæ,vel viduali,& ſignificantur perAndream, qui ſecundum Chriſoſtomum creditur in ſtatu viduali fuiſſe; vel in ſtatu virginali, & ſignificantur per Paulum; & de Beata Virgine fit mentio, quia ipſa eſt mediatrix noſtræ pacis apud Deum.

79 Finita oratione præmiſſa,Sacerdos hoſtiam de Altari levat ſupponẽs illi patenam, & ſuper ora calicis tollens per medium illam frangit, dicens. *Per eundem Dominum noſtrum, &c.* Frangitur autem hoſtia, quia Chriſtus benedixit panem, & fregit,fractumque diſtribuit Diſcipulis, & ut in fractione panis agnoſcamus Dominum, ſicut & illi duo Diſcipuli cognoverunt quibus ipſe euntibus in Emaus apparuit. Frãgitur autem primò per mediũ in duas partes ad ſignificandum duplicem ſtatum prædeſtinatorum, ſcilicet gloriæ æternæ, & temporalis miſeriæ; & una medietas poſtea ſubdividitur in duas partes, quarum una eſt de prædeſtinatis, qui in Purgatorio purgantur, alia de his, qui vivunt in hac vita mortali.

80 Dicendo *Pax Domini*,&c.facit ſignum Crucis ter ſuper Calicem, ad ſignificandum triduum, quo Chriſtus fuit in ſepulchro, vel tres mulieres quærentes Chriſtum crucifixum ad Oſtium monumenti. Particula autem hoſtiæ fractæ immittitur in ſanguinem; primò ad notandum, quòd Chriſti corpus non fuit ſine ſanguine, nec è contrà: ſecundò ad deſignandum, quòd ex ſpeciebus panis, & vini unum Sacramentum conficitur. Fiunt autem ex hoſtia tres partes.primò in memoriam Trinitatis, ſecundò in memoriam triplicis Chriſti ſtatus, ſcilicet in hominibus manens, jacens in ſepulchro mortuus, & immortalis in Cœlo. Tertiò in memoriam, quòd Chriſtus paſſus eſt in triplici parte corporis,ſcilicet manibus, pedibus,& latere. Pars hoſtiæ,quæ mittitur in ſanguinem ſignat vivos, alia pars ſignat illos, qui in Purgatorio ſunt; alia denique ſignat, qui ſunt in ſtatu gloriæ; Eccleſia enim orat pro vivis, ut in bono conſerventur,pro eis qui ſunt in Purgatorio, ut citiùs liberentur, & pro eis, qui ſunt in Cœlo,ut pro nobis orent.

81 Sequitur *Agnus Dei, etc.* quæ verba ſunt appoſita in Miſſa a Sergio Primo Pontifice; & ideo ter dicitur, quia Chriſtus ad tria venit in mundũ. Primò, ut nos liberaret à miſeria culpæ. Secundò,ut nos redimeret à malo pœ-

pœnæ. Et tertiò, ut nobis daret de plenitudine ſuæ gratię; quantùm ad prima duo dicitur bis Miſerere nobis; quantùm ad tertium dicitur: Dona nobis pacem; quæ petitio pacis ſequitur poſtquam Agnus Dei ter eſt dictum, ad notandum, quòd ex benevolentia Trinitatis Agnus Dei miſſus eſt, ut dicitur Eſaiæ 16. *Emitte Agnum Domine, etc.*

82 In Miſſa autem pro Defunctis dicitur bis: *Agnus etc. dona eis requiem*, & ultimò dicitur: *Dona eis requiem ſempiternam.* Circa quod obſerva, quòd pro Fidelibus defunctis triplex requies debet optari; prima, ut auferatur ab eis pœna, in qua eſt eis labor, non requies. Secundò, ut eis conferatur gloria animæ; & tertiò, ut donetur eis gloria corporis, ne illud ulteriùs miſeriis exponatur. Prima nõ eſt requies ſempiterna, quia pœna ſublata adhuc deſiderant gloriam; ſecunda etiam totaliter non eſt gloria ſempiterna: quia ſecundum D. Auguſtinũ ante reſurrectionem corporum ſemper ineſt animabus naturalis appetitus reſumendi corpora; Tertia autem requies eſt verè requies ſempiterna, quia animæ, quæ præſentialiter Deum vident reſumptis corporibus æternaliter, & perfectiſſimè requieſcẽt; & ideò in tertia vice dicere congruit Requiẽ ſempiternam.

83 Sequitur communio Sacerdotis, quæ facta, Sacerdos digitos abluit, ne quid forte incautè adhereat ex contactu Sacramenti; indignum quidem eſt, ut manus, quæ corpus incorruptibile contrectarunt, corpus contingant corruptibile, vel ad res communes tangendas accedant donec laventur. Quibus omnibus peractis ſequitur antiphona, quæ dicitur Poſtcommunio, ſic dicta, quia dicitur poſt expletam communionem: hæc autem antiphona ſignificat gaudium Apoſtolorum de reſurrectione Chriſti, juxta illud Ioan. 20 Gaviſi ſunt diſcipuli, viſo Domino.

84 Deinde Sacerdos oſculatur Altare, ſignificans ſe ſi firmiter credere, quæ circa ſacrificium acta ſunt; & converſus ſalutat populum, & reddit ad dexterum cornu Altaris, ſignificans, quòd in fine mundi poſt Antichriſti mortem, Chriſtus rediturus eſt ad Judæos, quos jam reprobauit. Et elevatis manibus ultimam Orationem, quæ propriè Poſtcommunio vocatur exequitur; in qua rogat, & gratias agit de perceptione Sacramenti; & hæc oratio ſignificat, quòd Apoſtoli poſt reſurrectionem Domini, & ejus aſcenſionem in Cœlum, in oratione perſeverave runt.

Nota tamen hic, quòd Miſſa tribus modis finitur. Primò per *Ite Miſſa eſt*, & eſt ſenſus Ite poſt Chriſtum, & illum ſequimini; non eſt enim ſtandum in hoc mundo, ſed ad Patriam feſtinandum per bona opera, quod facere poteſtis; nam Miſſa eſt hoſtia ad placandum Deum Patrem, per quam nobis reſeratus eſt introitus Paradiſi, & tartara fracta ſunt. Dicto autem: Ite Miſſa eſt, populus gratulando reſpondet: *Deo gratias*, imitans Apoſtolos, qui adorantes ingreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno, & erant in templo laudantes, & benedicentes Deum. Secundo modo Miſſa finitur per *Benedicamus Domino*, & hoc ſumptum eſt de Hymno trium puerorum, ubi dicitur: Benedicamus Patrem, & Filium cum

Digitized by Google

Sancto Spiritu. Tertiò finitur Miſſa per *Requieſcant in pace*, & reſpondetur Amen; optatur enim fidelibus defunctis requies.

Denique omnia ſupra anteacta in Sacrificio MiſſæSacerdos populum benedicit, quia poſtquam Chriſtus in Cruce oravit, & coram diſcipulis mãducavit,& reliquias eis dedit,eis benedixit elevatis manibus; & hæc ultima benedictio ſuper populum ſignat miſſionem Spiritus Sancti,quem Chriſtus aſcendens in Cœlum, de cœlo miſit in Apoſtolos; unde per verbum oris, & ſignum Crucis exprimitur, quia illa miſſio per ſonum aeris, & linguam ignis intonuit, juxta illud: Factus eſt repentè de Cęlo ſonus,&c.& apparuetunt illis diſpergitæ linguæ tanquam ignis. Act. 1.

85 Abſoluta ergo Miſſa,Sacerdos à conſpectu populi recedit,repreſentans quòd Chriſtus evanuit ab oculis Apoſtolorum,& nubes ſuſcepit eum in cęlum, ut dicitur Lucæ ult. ac etiam innuens,quòd Chriſtus ſua legatione peracta in hoc mundo,tandem in gloria Patris aſcendit. His dictis veniamus ad alia, ad quæ Parochus obligatur circa alia Sacramenta;prolixè enim diximus de Sacramento Euchariſtiæ.

DUBIUM. VII.

Quid de Parocho in ordine ad Sacramentum Extremę Unctionis?

1. QUia ſupra diximus quæ nam ſit Parochi obligatio circa Sacramentum Pœnitentiæ, ne dicta inutiliter repetamus; ideo de obligatione Parochi circa Sacramentum Unctionis extremæ debemus hic habere ſermonem. Pro claritate autem dicendorum ultra ſupradicta *lib. 1. dub.* 18.

Suppono I. Quòd Sacramentum Extremæ Unctionis ſic definitur communiter, eſt ſignum rei ſacræ quò aliquæ partes corporis infirmi, unguntur Oleo benedicto; ſub præſcripta forma verborum juxta Chriſti inſtitutionem, ad ſalutem animæ & corporis. Dicitur ſignum rei ſacræ,& ponitur loco generis. Dicitur. Quo aliquæ partes corporis unguntur, ad differentiam aliorum Sacramentorum, & his verbis explicatur ſubjectum hujus Sacramenti. Dicitur ſub præſcripta forma verborum, & explicatur forma. Dicitur Oleo benedicto in quo explicatur materia. Dicitur juxta Chriſti inſtitutionem, quia hòc Sacramentum fuit à Chriſto inſtitutum ut de fide habetur. Denique dicitur ad ſalutem animæ, & corporis, nam anima per gratiam hujus Sacramenti purgatur à venialibus, & roboratur contra tentationes Dœmonum; corpus verò aliquando etiam ſublevatur à corporali ægritudine.

2. Suppono II. quod materia remota hujus Sacramenti eſt Oleum olivarum benedictum ab Epiſcopo; materiã verò proximã eſſe ipſam unctionem. Partes, autem corporis quæ ſunt ungendæ ſunt ſeptem ſcilicet oculi, aures, nares, os, manus, pedes, & renes; quæ omnia ſunt principia ad actum peccati vel dirigentia, ut ſenſus vel imperantia ut renes, vel exequentia ut pedes;mutilati autem inungi debẽt, quanto propinquiùs ad partes illas eſſe poteſt, in quibus unctio fieri debuerat, quia quamvis non habeant membra, habent tamen potentias animæ, quæ illis

illis membris debentur ſaltim in radice, & interius peccare poſſit per ea, quę ad illas partes pertinent, licet non exterius. De præcepto autem ungendæ ſunt ſaltem partes quinque ſenſuum; quia cum nihil ſit in intellectu quin prius non ſit in ſenſu, peccata à ſenſibus originem habent, & ad tollendas reliquias peccatorum, qui eſt effectus hujus Sacramenti, requiritur ut quinque ſenſus neceſſariò ungantur; Vnde omitti poteſt renum, & pedum unctio & in fœminis ob decentiam unctio renum, ſicuti etiam viris qui facilè moveri non poſſunt; Vnctio verò pedum eſt facienda, ubi eſt conſuetudo. In Sacerdotibus autem unctio manuum eſt facienda non in palma, ſeu vola manus, ſed in parte ſuperiori, ſeu exteriori, in vola enim inuncti ſunt, ut Rituale Romanum præcipit.

3. Eſtò autē de neceſſitate Sacramenti in his partibus ungendis nullum requiri ordinem; ſervandus tamen eſt ordo ex conſuetudine; ut prius ungantur ambi oculi, deinde ambæ aures, poſtea nares, deinde os, tum manus, & pedes, & ultimò renes invertere tamē hunc ordinem ex Caſtropalao *t.4. de Extrem.unct.p.3.num.3.* eſt peccatum mortale; Veriùs tamen eſt peccatum tantum veniale, quia non videtur materia gravis præciſo ſcandalo, & contemptu, ut docet Tamb. *l.6.de Sac.extrem.unct.c.1.§.4.n.8.*

4. Suppono III. quod cum verba formæ hujus Sacramenti ſint. Per iſtā ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid per viſum, auditum, &c. deliquiſti in nomine Pātris, & Filii, & Spiritus Sancti, non omnia tamen hæc verba ſunt eſſentialia ly *Sanctam* certum eſt non eſſe de eſſentia, & ly *& ſuam piiſſimam miſericordiam* neque ſunt de eſſentia; quia ſine iſtis verbis ſalvatur ſenſus formæ, ut docent Reg. *tom. 2. l.28.c.9.nu.56.* Suar. *tom.4. diſp.40. ſec.3 num.13,* Caramuel. *in Theol.fundam.num.*2010. Neque ſunt de eſſentia ly *Tibi*, neque ly *In nomine Patris etc.* quia neque in Conciliis, neque in cæremoniali, ea verba reperiuntur. Igitur de eſſentia formæ hujus Sacramenti ſunt hæc verba. *Per iſtam unctionem. indulgeat Deus quidquid deliquiſti.* verum tamen eſt, quòd emittere verba conſueta eſt mortale peccatum. Tum quia circa materias, & formas Sacramentorum non licet extra neceſſitatem, ſequi opinionem probabilem, probabiliori omiſſa; Tum etiam quia ex tali omiſſione redderetur Sacramentum dubium, & ex conſequenti; quia ea omitteret mortaliter peccaret. Vt docet Dian. *p.11.trac.1.reſ.18,* Caramuel *in Theol. fund. num.* 2010. & alii.

5. Suppono IV. quod ſubiectum hujus Sacramenti eſt homo viator, vivus, baptizatus, habens uſum rationis in gratia exiſtens, infirmus, & qui in eodem infirmitatis periculo hoc Sacramentum non ſuſcepit. Dixi homo viator vivus; nam non eſt dandum hoc Sacramentum homini, qui ex vita jam deceſſit; in dubio autem an infirmus ſit vivus, vel mortuus dandum eſt ſub conditione, ſi non es mortuus Indulgeat, &c. Laym. *l.5.trac.8.c.8. n.2.* Fill. *t.1.trac.3.c.5.num.*101. & alii Vnde ſi inter ungendum certificetur de ejus morte, reliquæ unctiones non factæ ſunt omittendæ, ut ait Sylveſt.

Cet. b. ſinc. ext. q. 5. in fin. Dixi *Baptizatus* Infideli enim ſicuti denegantur alia Sacramenta, ſic hoc ſacramentum.

Dixi *Habens uſum rationis*. Perpetuò enim amentes non ſunt huius ſacramenti capaces, ſunt autem capaces ſi habeant aliqua lucida intervalla; & licet detur amentibus baptiſmus, hoc eſt quia per baptiſmum remittitur peccatum originale, quòd quia eſt contractum abſque noſtra voluntate, & cognitione, remittitur abſque ea; per extremam autem unctionem remittitur peccatum actuale, quòd fit cum noſtra voluntate, & cognitione, & ſic ſuſcipiens debet ipſum cognoſcere; quòd non contingit in perpetuò amentibus. ut docet D.Th. *in ſupp. p. 32. a. 3.*

Dixi *in gratia exiſtens*. quia cum hoc ſacramentum ſit vivorum, debet gratiam ſupponere quæ eſt vita animæ; adhibetur enim per modũ cuiuſdã medicationis; ſicut baptiſmus per modum ablutionis, medicina autem datur ad fugandam infirmitatem; unde ſicut corporalis medicatio ſupponit corporalem vitam in medicato ſic ſpiritualis medicatio ſupponit in recipiente vitam ſpiritualem. D.Th. *cit. q. 30. a. 1. in corp.*

Dixi *Infirmus* quia hoc ſacramentum dandum eſt in gravi, & periculoſa infirmitate. Eſt enim ultimum remedium, quòd Eccleſia poteſt conferre, quaſi immediatè diſponens ad gloriam, & ideò illis tantum infirmitatibus debet exhiberi quę ſunt graves, & periculoſæ, & timetur de periculo mortis. D. Th. *cit. q. 32. a. 2.*

Dixi *et qui eodem infirmitatis etc.* quia licet hoc ſacramentum iterari poſſit cum non imprimat characterem; tamen durante eadem infirmitate, & eodem periculo mortis non debet iterari, ut conſtat ex uſu & praxi Eccleſiæ; ceſſante autem eo periculo, & poſtea in eadem infirmitate ſuperveniente poteſt iterari; quia hoc ſacramentum non datur ob infirmitatem, ſed etiam ob ſtatum infirmitatis, ſcilicet quando infirmitas eſt periculoſa, & morti proxima, undè cum quis poſſit in eadem infirmitate pluries eſſe proximus morti, poteſt ei pluries hoc Sacramentum dari. D. Th. *cit. q. 33. a. 2.* his ſuppoſitis.

6. Certum eſt apud omnes Doctores quòd Miniſter ſacramenti Extremæ Unctionis eſt quilibet Sacerdos in neceſſitate etiam ſi ſit excommunicatus, vel interdictus. Extra verò neceſſitatẽ ordinarius Miniſter eſt ſolus Prælatus, vel Parochus habens iuriſdictionem dummodò non ſit excommunicatus neque interdictus.

Simplex autem Sacerdos etiam ſtãtè neceſſitate non tenetur hoc ſacramentum miniſtrare infirmis ex juſtitia, ſed tantum ex charitate in caſu, quo moribundus ſine aliis ſacramentis decederet, qui mortaliter peccaret ſi extra neceſſitatem hoc ſacramentum miniſtraret, ut docet *Laym. l. 5. ſum. trac. 8. c. 6 n. 1.*

Et quamvis aliqui doceant Parochum non teneri (etiam extra neceſſitatem) infirmis miniſtrare, quia ſicuti non tenetur ſuſcipere, ſic Parochi non tenentur miniſtrare; tamen verius dicendum eſt Parochũ teneri hoc ſacramentum miniſtrare infirmis tacitè vel expreſsè petentibus. Parochi enim ex officio tenentur ſuis ovibus miniſtrare, non ſolũ ſacramenta neceſſaria,

ſed etiã ſacramẽta eorum ſalutem maximè adjuvantia; uti eſt hoc ſacramẽtum Extremæ Unctionis, ut docet Coninch. *diſp*. 19. *de Sac. d*. 10. *n*. 31. & alii tacitè autẽ petere eſt infirmũ eſſe in periculo vel articulo mortis, & Parochum non excludere. Ad id quòd dicebatur contraria ſententia facilè dicimus, quòd infirmus poteſt cedere juri ſuo, & ſic non obligatur ſuſcipere hoc ſacramentum, Parochus autem non poteſt iuri alterius cedere, & ſic tenetur ex officio illud miniſtrare.

7. Quia autem laicus non eſt miniſter hujus ſacramenti dicente Apoſtolo. *Inducant Presbyteros Eccleſiæ*, ideo non eſt licitum Parocho mittere oleum Extremæ Unctionis ad infirmos, ut ipſi ungantur eo; neque etiam mitti poteſt Sacerdotibus ut ipſi infirmi eo ungantur; quia ſacramenta quæ uſu perficiuntur, (uti unum eſt hoc ſacramentum) requirunt miniſtrum diverſum à ſuſcipiente, Dian. *par*. 5. *trac*. 3. *reſ*. 94.

8. Tempore peſtis Parochus non tenetur hoc ſacramentum peſte infectis miniſtrare cum periculo vitæ; tenetur autem ſine periculo vitæ, ut ſi ipſe jam peſte laboraverit; in caſu autem quo in infirmo ſit periculum æternæ damnationis (ut ſi infirmus eſt in ſtatu peccati, & non poteſt alia ſacramenta Pœnitentiæ vel Euchariſtiæ ſuſcipere, nec habere contritionem) tunc tenetur Parochus infirmo hoc ſacramentum miniſtrare, etiam cum periculo vitæ; tunc enim præferenda eſt vita ſpiritualis proximi, propriæ vitæ corporali. Filliuc *tom*. 1. *trac*. 3. *c*. 5. *n*. 100. Villalob: *in ſum. tom*. 1. *trac*. 10. *diſ*. 6. *nu*. 7. & alii apud ipſum. Et tunc in iſto caſu poteſt Parochus inungere infirmum virga oblonga, ut ſe à peſte præſervet, dummodo unctione peracta virga purgetur, & in ſimilem uſum ſervetur ſi ſit aurea, vel argentea, & ſi ſit lignea comburatur igne. Dian. *p*. 3. *trac*. 4. *reſ*. 167. & alii apud ipſum.

9 Parochus timens in veſpere, ne noctu vocetur ad dandum infirmo oleum ſacrum, & ob id retineat illud in domo, ut expeditiùs poſſit ire vocatus, peccat venialiter, ut docet Barb. *de Paroch. c*. 22. peccat autem mortaliter ille, qui ſemper oleum ſacrum retinet domi ex eodem Barb. *l. c*.

10 Quia autem miniſter proprius hujus Sacramenti eſt ſolus Paſtor, vel Parochus, ideò ſi extra neceſſitatem illud miniſtrat ſimplex Sacerdos, graviter peccat, licèt ſit validum Sacramentum, Bon. *d*. 9. *num*. 28. Buff. *l*. 6. *tract*. 5. *de ext. unct. c*. 1. *n*. 5. & alii. Religioſi verò incurrunt excommunicationem Papalem ex *clem*. 1. *de privileg*. Poſſunt tamen Regulares hoc Sacramentum (uti & Viaticum) ſuis Regularibus, & familiaribus miniſtrare, & in neceſſitate; ut ſi Paſtor abſit, vel licentiam dare nolit ſine rationabili cauſa, nec Superior poſſit adiri pro licentia petenda, poſſunt Regulares hoc Sacramentum ſecularibus miniſtrare, ex privilegio Sixti IV. conceſſo Carmelitis, & Minoritis, Pelliz. *de Reg. trac*. 8. *c*. 2. *ſect*. 4. *num*. 331. Item dicti Regulares poſſunt miniſtrare hoc Sacramẽtum ſecularibus hoſpitantibus intra Monaſterium, & ibi ad mortem infirmantibus, ut docet idem Pelliz. *n*. 326. ex induko conceſſo Patribus Benedictinis; non tamen poſſunt hoc Sacramentum miniſtrare homini ex cauſa

repentina incurrenti in eorum Monaſterio, ut idem docet Pelliz. *num.* 329. Poſſunt etiam miniſtrare Regulares hoc Sacramentum mercenariis, & operariis ægrotantibus intra eorum Clauſtra ex priuilegio Patribus Theatinis à Pio V. ut refert idem Pelliz. *n.* 332.

DUBIUM VIII.

Quid de Parocho in ordine ad Sacramentum Matrimonij.

1 Quia de hoc Sacramento ſupra *lib.* 1. *dub.* 25. latè diſſeruimus; necnon ipſius impedimenta per totam citatam dubitationem annotavimus; ideò hic tantùm de hoc Sacramento in ordine ad ea, quæ ad Parochum pertinent, pauca adijciemus.

Et quia in matrimonio rato duo debet agere Parochus, primum ſcilicet facere denunciationes in Eccleſia, ad hoc ut detegantur impedimenta, vel dirimentia, vel impedientia; ſecundum ut aſſiſtat matrimonio, nè clandeſtinè celebretur; ideò de utroque munere, & oneri hic eſt dicendum.

2 Peractis igitur his, quæ ad matrimonium ratum requiruntur, ad hoc ut celebretur in faciem Eccleſiæ, debet Parochus facere populo denunciationes, ad hoc ut impedimenta (ſi adſint) revelentur, quæ à proprio Parocho ſunt faciendæ ter, ut definit Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 1. *de reform. matrim.* & olim Conc. Later. in *c. fin. de cland. deſponſ.*

3 Denunciationes autem, quæ debent matrimonium præcedere ſunt ad effectum, ut ſi quis ſciat impedimentū ad matrimonium contrahendum, illud debeat revelare, & hæ denunciationes fuerunt olim præceptæ per Concilium Lateranenſ. in *c. fin. de cland. deſponſ.* & noviſſimè per Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *de reform. matr.* Vnde matrimoniū ſine denunciationibus contractum, validum, quidem eſt, ſed illicitum, & peccat mortaliter Parochus omittens denunciationes, quia eſt materia gravis. ut docent Fill. *tom.* 1. *trac.* 10. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 171. Tamb. *l.* 8. *de matr. tract.* 6. *c.* 3. *§.* 1. *num.* 2. Sanch. *diſp.* 5. *l.* 3. *de matr.* & alii.

4 Tres autem fieri debent denunciationes, & faciendæ à proprio Parocho contrahentium. Proprius autem Parochus dicitur his, in cujus Parochia diutiùs conjuges verſati ſunt, ut definit Conc. Trid. Item debent fieri in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia, & tribus diebus feſtivis continuis immediatè ſibi ſuccedentibus, ut docet Tamb. *l. c. §.* 2. *n.* 5.

5 Si autem ex iſtis tribus ommictatur una, non erit mortale, maximè quandò certum ſit moraliter nullum poſſe inſurgere impedimentum; neque erit mortale, ſi non fiant in Eccleſia, & inter Miſſarum ſolemnia, & in diebus feſtis, dummodò fiant extra Eccleſiam in magno concurſu populi; quia finis Concilii, ut fiant in Eccleſia, & in die feſto, fuit, quia tunc frequenter ſolet adeſſe populus: & ſic non fruſtraretur finis dicti Concilii; obſervanda tamen ſemper eſt conſuetudo loci, & ſecundum hanc Parochus ſe regulare debet.

6 Poteſt autem Epiſcopus Ordinarius loci has denunciationes diſpenſare, & ex juſta cauſa prolongare, vel breviare: & diſpenſato cum uno contra:

trahente ſibi ſubdito, etiam ſi alter cōtrahens ſit alterius Diœceſis intelligitur diſpenſare, quia matrimonium eſt individuum, & cum diſpenſatur cum uno contrahente non poteſt diſpenſari cum alio, ut docent Sanch. *l. 5. de matr. diſp. 7.* Fill. *l. c. n. 175.* Tamb. *tract 6. cit. c. 3. §. 1 n. 6.* & alii. Et cum hæc facultas competat Epiſcopis jure ordinario, poſſunt illam in prædictis denūciationibus delegare.

7 Vicarius Generalis Epiſcopi poteſt etiam in hoc diſpenſare [dummodo Epiſcopus expreſsè non ſibi reſervet hanc facultatem] quia Tridentinū concedit hanc facultatem diſpenſandi Ordinario, & Vicarius etiam eſt Ordinarius loci, Sanch. *l. c. nu. 6.* Parochus autem nullo modo poteſt in his denūciationibus diſpenſare; hic enim non venit nomine Ordinarii, Sanch. *l. c. n. 17.*

8 Sicuti autem in aliis diſpenſationibus, ſic in hac requiritur juſta cauſa. Juſtæ autem cauſæ diſpenſandi in his denunciationibus aſſignantur à Doctoribus. Quarum prima eſt diſparitas contrahentium ut ſi juvenis, ſenem ducat, dives pauperem, & nobilis ignobilem: tunc enim ob ruborem, quo alter contrahentium ſuffunderetur, poſſunt denunciationes omitti. Secunda eſt infamia, ut ſi duo concubinarii exiſtimati conjuges velint contrahere, poſſunt omitti denunciationes, ne publicentur. Tertia eſt dignitas perſonæ, unde in Magnatibus omitti poſſunt, iſtorum enim matrimonia ſunt valdè publica, & ſi adeſſent impedimenta, ab omnibus ſcirentur. Quarta eſt neceſſitas, qualis eſt iſta, quòd ſi denunciationes permittantur, non poſſint poſtea fieri benedictiones ob tempus ſuperveniens interdicens benedictiones. Quinta eſt ad ſcandalum vitandum, ut ſi matrimonium fuit jam contractum, & ob impedimentum dirimens debeat iterum contrahi diſpenſatione obtenta, tunc poteſt contrahi abſque denūciationibus, & Parocho, & teſtibus. Sexta quando timetur parentes, vel tutores injuſtè matrimonium impedituros. Septima eſt periculum animæ, ut ſi duo ſint in concubinatu, & eſt periculum, ſi non ſtatim contrahant voluntatem mutare. Octava denique, ſi concubinarii in articulo mortis contrahere velint ad legitimandam prolē, & inſtet mors. Sanch. *l. cit. diſp. 9. nu. 2.* Fill. *l. c. n. 178.*

9 Iuſta autem cauſa concurrente tenetur diſpenſare Ordinarius, quoties publicum, aut notabile damnum proximè timetur, puta in caſu quo duo concubinarii contrahere volunt, vel vir, qui defloravit mulierem, vult illam ducere, & eſt periculum mortis, vel quod alter mutet voluntatem, quia tunc grave damnum proximè timeretur; Ubi autem non timetur proximè damnum, non tenetur diſpenſare, v. g. in caſu, quo magnates volunt contrahere, vel ſenex vult juvenem ducere, vel nobilis ignobilem; in his enim nullum grave damnum timetur, Sanchez *l. c. diſp. 10. n. 6.* & tunc diſpenſatio facienda eſt gratis, nec aliquid accipere poteſt pro fabrica Eccleſiæ, vel alio opere pio, ut præcipitur in Conc. Trident. *ſeſſ. 25. c. 18.* Et in caſu, quo tenetur Epiſcopus diſpenſare, poteſt appellari (licèt non poſſit in caſu quo non tenetur) Imò ſi inſtet grave periculū, expectando denunciationes, & non poſ-

ſit-

Digitized by Google

ſit haberi Epiſcopus, poſſunt denunciationes omitti, & matrimonium cõtrahi, ut docet Sanch. *l. c. n.* 27. qui hoc extendit in caſu, quò Epiſcopus abſq; cauſa legitima, & injuſtè nollet diſpẽſare. Fill. *cit. n.* 182.

10 Qui autem impedimentum novit inter contrahentes tenetur ſub gravi revelare; quod etiam intellige, ut contrahentes ipſi etiam tenentur revelare eorum impedimentum, etiam ſi impedimentum eſt occultum, & probari non poſſit, etiam ſi quis ſciat ſub ſecreto naturali; & etiam ſi ſciant tantùm de auditu, dummodò à perſonis fide dignis audierint, ut docet Sanch. *cit. n.* 7. Non tenetur tamen ſciens occultum impedimentum revelare, ſi ſciat impetratam eſſe diſpenſationem; neque tenetur revelare, ſi impedimentum tantùm ſit in confeſſione, & neque quando timetur damnum grave ex ea denunciatione, Sanch. *cit. n.* 4.

11. Secundum quod præſtare debet Parochus in matrimonio celebrando eſt illius aſſiſtentia cum aliquot teſtes; ne clandeſtinè celebretur. Unde præcipitur in Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 1. *de ref. mat. Qui aliter quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel ordinarii licentia. et duobus, vel tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujuſmodi contractus irritos, nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, et annullat.*

12. Ad validitatem autem Matrimonii requiritur proprius Parochus contrahentium, ut docet Sanch. *loc. cit. diſp.* 19. & Fill. *tom.* 1. *trac.* 10. *p.* 1. *c.* 6. *n.* 201. ſufficit tamen proprius Parochus alterius contrahentium, quia matrimonium eſt contractus individuus, & cõſequenter Parochus unius contrahentis eſt Parochus alterius Sanch. *c. n.* 4. & Fill. *c.* imo Parochus unius cõtrahentis poteſt matrimonium celebrare in *P*arochia alterius contrahentis ſibi non ſubditi; quià Trid. requirit tantum aſſiſtentia proprii Parochi, ſed proprius Parocus eſt utriuſque contrahentis Parochus: ergo uterque ſufficit etiam ſi in altera Parochia, & non in ſua contrahat matrimonium. & ſic declaravit Sac. Cong. Card. apud Navat. *conſ.* 32. *de ſponſ.* teſte Fill. *c. n.* 202. & ad declarationes in contrarium adductas reſpondet Sanch. in ejs Cardinales locutos fuiſſe de conſilio; non de præcepto; quod etiam tenet Tambur. *l.* 8. *de mat. tr.* 6. *c.* 2. *§.* 2. *n.* 17. & alii. Adde poſſe etiam *P*arochus proprius unius contrahentis celebrare matrimonium extra Diœceſim; quià Parochi aſſiſtentia in matrimonio non eſt actus juriſdictionis contentioſæ, & conſequenter ubique poteſt exerceri. Ita Sanch. *cit. num.* 14. Tamb. *num.* 18. *et* 20. & alii apud ipſum.

13: Is autem dicitur proprius Parochus contrahentium, qui curam habet animarum, & eſt ordinarius eorum, unde Pontifex in toto Orbe, Epiſcopi pro ſuis ovibus, Archiepiſcopi etiã pro ovibus ſui ſuffraganei in actu viſitationis, Capitulum ſede vacante, Legatus a latere in ſua Provincia, Cardinalis in ſuo titulo, Abbates habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, pro ſuis ſubditis, cum ſint ordinarii poſſunt dici Parochi proprii. Vicarius etiã Generalis; (non vero Vicarius foraneus) ex vi ſui officii poſſe quoque aſſiſtere matrimonio & aliis dare licen-

tiam

Digitized by Google

am aſſiſtendi, cum etiam ſit ordinarius. Sanch. *l. c. diſp.29. n.18.* Diana *reſ.36.p.11.trac.3.verſ. an vero?* & alii apud ipſum.

14. Proprius autem Parochus vagorum [qui ſunt illi, qui nullibi habēt domicilium, vel qui priſtinum domicilium deſerentes navigant, vel iter faciunt quærentes ubi ſe collocent] eſſe quemlibet Parochum. Verum tamen eſt non poſſe Parochos aſſiſtere matrimonio vagorum, niſi præmiſſa diligēti inquiſitione, & obtenta licentiâ ordinarii loci, ex Conc. Trid. *ſeſſ.24. de Mat.c.7.* ubi præcipit Parochis ne vagorum matrimoniis interſint, niſi prius diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, ab eo licentiā id faciendi obtinuerint; & aliter facientes peccant mortaliter, licet matrimonia validè contrahant Sanch. *loc. cit. diſp.25 num.16.*

15. Licet autem Parochus qui aſſiſtit matrimonio non neceſſariò debet eſſe Sacerdos; aliùs tamen cui Parochus dat licentiam aſſiſtendi debet neceſſariò eſſe Sacerdos, ut docet Sanch. *loc. cit. diſp.*20. Dian. *p.11. trac.*3. *reſ.*32 Tamb. *trac.*6. *lib.*8. *de matr. c.*2. §.5. *num.*3.

16. Parochus autem licet ſit excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, vel irregularis poteſt adhuc matrimonio aſſiſtere, quia aſſiſtentia Parochi in matrimonio non eſt actus juriſdictionis, ſed aſſiſtit matrimonio Parochus tamquam teſtis tantum. Sanch. *cit. diſp.* 21. *num.*4. Tamb. *l. c. n.*2.

17. Licentia autem quam Parochus dat alicui Sacerdoti ad aſſiſtendum matrimonio debet eſſe expreſſa, & non ſufficit tacita, cum enim poteſtas delegata ſit odioſa, derogat enim poteſtati ordinariæ, non eſt extendenda ad caſum non expreſſum. Sanchez *loc. cit. diſp.*35. *num.*9. 17. 20. Fill. *tom.*1. *trac.*10. *par.*1. *c.*6. *nu.*219. Tamb. *trac.*6. *cit. c.*2. §.5, *num.*5. & alii ab ipſo citati.

18. Si autem detur caſus quòd Parochus poſt datam licentiam Sacerdoti aſſiſtendi, moriatur, vel revocet ipſam licentiam jam datam, & mors, vel revocatio conſtet Sacerdoti; tunc Sacerdos aſſiſtens invalidè aſſiſtit, delegatio enim ad caſum determinatum morte delegantis expirat; ac etiam per licentiam revocatam. Eſt communis.

19. Iſta autem aſſiſtentia Parochi, & teſtium, non dum debet eſſe Phiſica, ſed etiam moralis ſcilicet ut Parochus, & teſtes uſum habeant rationis, & intelligant conſenſum utriuſque conjugis quin Trid. ideò requirit eorum præſētiam ut hei de contractō matrimonio teſtificari poſſint. Et Conc. Trid. præcipit Parochis, ut intellecto conſenſu contrahentium dicant iſta verba: *Ego vos conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* quæ verba licet non ſint de eſſentia; ſunt tamen de præcepto, & Parochus ea non dicendò peccat venialiter, quia materia non eſt gravis. ex Sanch. *loc. cit. diſp.*38. Coninch. & Tamb. *loc. cit.* §.4. *n.*4. & aliis. Mortaliter tamen peccat ſi non interrogat contrahentes de conſenſu, quia materia eſt gravis, niſi aliunde ei conſtet de mutuò conſenſu tunc, & ſi non interroget peccabit venialiter. Sanch. *loc. cit n.*9.

20 Pœna autem Parochi, vel Sacerdotis de ejus licentia aſſiſtentibus in matrimonio ſine teſtibus deſignatis à Tri-

à Tridentino eſt arbitrio Judicis infligenda; & teſtes aſſiſtentes ſine Parocho etiam debent puniri arbitrio Ordinarii; unde ſolent excommunicari, ut docet Sanch. *l. c. diſp. 46. n. 6. & 8.*

DUBIUM IX,

Quid de Parocho in ordine ad ſepulturam Eccleſiaſticam?

1 Hic dicenda maximè juvant ad Parochos dirigendos in ſuis officiis, & obligationibus; ideò breviter, ut mos eſt, nobis hic adiiciemus ea, quæ ſpectant ad Parochum reſpectu ſepulturæ eligendæ, vel electę in ſua Eccleſia, & obiter de ſepultura omnium Eccleſiarum, etiam Regularium. Unde pro claritate dicendorum.

Suppono primò, quòd ſepultura Eccleſiaſtica ſic definitur. Eſt terra ſacra, ſeu religioſa deputata auctoritate Epiſcopi ad uſum ſepeliendi fideles. Dicitur terra ſacra auctoritate Epiſcopi deputata; quia jure canonico terra, ſeu locus non efficitur ſacer, & religioſus, niſi auctoritate Epiſcopi fuerit deputatus ad fidelium ſepulturam. Dicitur ad uſum fidelium, quia ſepultura infidelium non eſt ſacra, neque religioſa.

2 Suppono II. Sepulcrum dupliciter accipi poſſe. Primò formaliter, & actualiter, pro actu, ſeu officio ſepeliendi, pertinens ad charitatem, ſeu pietatem; ſecundò materialiter, & quaſi habitualiter pro loco, in quo quis ſepultus eſt; & communi nomine vocatur ſepulcrum, ſeu ſepultura à ſepeliendo, eo quod cadaver humi, veluti ſæpè circumdetur.

3 Suppono III. quòd ſepultura differt à mortuariis, & funeralibus; Nam ſepultura materialiter ſumpta accipitur pro loco, in quo cadaver permanenter collocatur; mortuaria autem accipiuntur pro officiis mortuorum, quæ etiam abſente cadavere celebrantur, ut ſunt anniverſaria, &c. Funeralia verò dicuntur officia, quæ celebrantur præſente cadavere in actu ſepulturæ, & vocantur funera, à funibus, quibus cadaver ligatur, donec ſepulturæ detur.

4 Suppono IV. quòd omnes Catholici in loco ſacro ſunt ſepeliendi (niſi juſta cauſa id prohibeatur) non autem Pagani, Judei, aliique infideles. Cathecumeni autem etiam in loco ſacro ſunt ſepeliendi, quia licèt non ſint Chriſtiani, ſunt tamen mortui cum voto baptiſmi, ut docet Bonac. *tom. 2. de contr. diſp. 3. q. 21, p. 2. n. 1.* Contrarium docet Laym. *l. 3. tract. 2. c. 12, n. 11.* cujus opinionem probabilem dicit Bon. *l. cit.* Cum autem puer natus, & non baptizatus ſit paganus, non eſt in loco ſacro ſepeliendus, ſecus dic ſi mortuus ſit ſimul cum matre prægnante, & non exivit ab ejus utero, tunc enim cenſetur pars matris, & cum matre eſt ſepeliendus. Et quia puer involutus pelle ſecundina, non verè baptizatur ſecundũ veriorem ſententiam, quia non poteſt ablui, & attingi aqua, pellis enim ſecundina eſt denſa, à natura inſtituta, ut fœtum contineat, ut ſupra *lib. 6. dub. 5. §. unic. num. 20.* diximus: ideò hic non eſt loco ſacro ſepeliendus. Unde Bonacin. *loc. cit. n. 2.* monet obſtetrices, ne fœtum ſecundinis obvolutum baptizent, ſed prius ſecundinis digitis frangant, & poſtea baptizent,

§. I.

Quinam debent privari Eccleſiaſtica ſepultura.

1. Aliqui juſta de cauſa Eccleſiaſtica privãtur ſepultura & hi ſunt hæretici, ut dicitur in *cap. quicunque hæreticos de hæreticis in 6.* ibi quicſique hæreticos, credẽtes, receptatores, defenſores, vel fautores eorumdem, ſcienter præſumpſerint ſepulturæ Eccleſiaſticæ tradere; uſque ad ſatisfactionem idoneam, ſententiæ excommunicationis, ſe noverint ſubjacere, nec abſolutionis beneficium mereantur niſi propriis manibus publicè extumulent, & projiciant hujuſmodi corpora damnatorum; & locus ille perpetua careat ſepultura.

2. Ex quibus habes, I. ſepelientem hæreticum in loco prophano non afficı excommonicatione hujus capitis; quia locus prophanus, non eſt Eccleſiaſticus, & verba pœnalia ſtrictè ſunt interpetranda. Suarez *de cenſ. diſp*, 12. *ſect*. 4. *n*. 13. Bon. *tom*. 3. *de excom. in partic. diſp*. 2. *q*. 2. *p*. 30. *n*. 3. Sayr. *l*. 3. *c*. 35. *n*. 6. qui plures alios Doctores affert in ſuam ſententiam. Contra Alterium *lib*. 1. *diſp*. 14. *c* 2. *col*. 6. & alios.

3. Habes II. quòd ille dicitur ſepelire aliquem, qui propriis manibus illum tumulat; quia ſepelire dicit actionem phiſicam, & poſitivam circa eum qui tumulatur; hinc ille tantum incurrit excommunicationem hujus capitis qui propriis manibus tumulat hæreticum. Bon. *loc. cit. num*. 5. cum Navar. & Henriq. ab illo relati, contra Alter. Sayr. & Ugolin.

4. Habes III. Quòd excommunicatio in hoc capite contenta, contracta ob actionem phiſicam ſepeliendi hæreticum, receptatorem, vel fautorẽ, jurẽ communi poteſt abſolvi à quolibet confeſſario approbato; poſtquam is qui ſepelivit propriis manibus publicè extumulavit, & eijcit cadavera prędictorum; quia non eſt reſervata. Doctores communiter.

5. Habes IV. Quòd non tota Eccleſia ubi hæreticus eſt tumulatus debet carere perpetua ſepultura; ſed tantum tumulum ubi hæreticus eſt ſepultus; verſamur enim in odioſis, in quibus eſt facienda ſtricta interpetratio; & textus non dicit Eccleſia, ſed locus ille perpetua careat ſepultura.

6. II. Privari debent Eccleſiaſtica ſepultura Apoſtatæ à fide [qui illi dicuntur qui totam fidem Catholicam dereliquerunt) hi enim ſubduntur pœnis hæreticorum; Apoſtata enim eſt verus hæreticus Duard *lib*. 2. *q*. 13. Fill. *n*. 28. Bon. *l. c. diſp*. 1. *q*. 2. *p*. 1. *n*. 8. & alii.

7. III. Publicè Excommunicati, ideſt denunciati, aut notorii Clerici, vel Religioſi percuſſores, iſti enim etiam ſunt vitandi, ut habetur in Clement. I. *de. ſepulturis*. ibi Eos. *qui proprie temeritatis audacia. defunctorũ corpora, non ſine contemptu Clavium Eccleſiæ in cæmeteriis, interdicti tempore in caſibus non conceſſis à jure, vel excommunicatos publicè aut nominatim interdictos, vel uſurarios manifeſtos, ſcienter ſepelire præſumunt: decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubjacere; à qua nullatenus abſolvantur, niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi, eis quibus per præmiſſa fuerit injuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem;*

Digitized by Google

tem; nullo eis circa præmiſſa exemptionis, uel quouis Priuilegio, ſub quacunque forma uerborum conceſſio aliqualiter ſuffragante.

8. IV. Perſonaliter & publici interdicti privantur in loco ſacro ſepeliri. ut patet ex allegata Clem.

9. V. Uſurarii manifeſti. (hi tamē illi dicuntur qui ſunt denunciati) & ideo qui ſepelit Uſurarium, qui nondū eſt denunciatus, non incurrit excommunicationem hujus capitis. Suarez *diſp.31.ſect.2.n.10.*Bon.*de cenſ.diſp.2.q.2.p.31.n.7.*& alii.

10. Habes ex antea dictis, quòd comitans cadaver publici excommunicati vel interdicti, vel uſurarii publici ad ſepulturam, aut extruens foveam, aut mandans, vel conſulens ſepeliri; nō incurrit excommunicationem hujus capitis, ſed tantum ille; qui propriis manibus ſepelit, ut ſupra diximus; pœnę enim non ſunt extendendæ.

11. VI. Pugnantes in Duello etiā ante Judicis ſententiam, ſi in Duello moriantur, & ſit notorium ipſos in Duello mortuos fuiſſe. Si autem delictum non ſit notorium, ſed tantum publicè conſtet eos in Duello mortuos fuiſſe, Parochus non debet eos ſepelire, nec denegare ſepulturam Eccleſiaſticā, ſed rem ad Epiſcopum, vel Vicarium referre, ut ipſi ſententiam ferant.

12. Si verò in Duello certans altero die ob vulnus acceptum moriatur etiam cum ſignis pœnitentiæ, & contritionis, & ſuſcepto Viatico; hic etiā debet privari Eccleſiaſtica ſepultura. Tum quia is dicitur mori in Duello. Tum etiam quia privatio ſepulturæ inducta eſt in criminis deteſtationem, ut reliqui videntes tam acriter puniri Duellum, arceantur ab hujuſmodi crimine. Bon.*de cens.in part.diſp.2.qu.3.p.48.n.21.*citans pro ſe Pereg. *q.2.n.4.* Guttier.*l.2.canon.qq.c.3 n.8.*Floron.*c.5.n.20.*& alios.

13. VII. Scienter occidentes ſeipſos, ſivè ferro, ſive veneno, ſivè laqueo aut alia ratione, ut dicitur in *cap. placuit 22.q.5.* Si autem quis inveniatur, vel laqueo ſuſpenſus, vel in puteo mortuus, aut alia ratione occiſus, nec conſtet an ipſe ſe occiderit, iſte eſt in loco ſacro ſepeliendus, ne forſan innocens puniatur, poteſt enim eſſe ut hic non ſit à ſe ipſo occiſus, ſed ab alio; & in dubio minus delictum eſt præſumendum *l.merito, ff. de ſocio.* Et docent Covar.*2.variar.c.1,n.11.* Gratian. *cap.61.n.21.* Lavor.*nu 31.* relati à Bon.*de contrac.diſp.3.q.21.p.2.n.2.*

14. VIII. Affecti extremo ſupplicio pro patratis ſceleribus. Iſti enim debent privari ſepultura Eccleſiaſtica, niſi ſigna pœnitentiæ dederint. *c. placuit.23.q.5.*

15. IX. Meretrices publicæ, quæ in tali ſtatu decedunt; iſtis enim communiter denegatur ſepultura Eccleſiaſtica. Bon.*loc.cit.*

16. Parochi autem ſupradictos ſepelientes, quos Eccleſia privat ſepultura Eccleſiaſtica, mortaliter peccant, & ſi ſepeliant excommunicatos, & interdictos, vel uſurarios notorios ligantur excommunicatione majori; oſſa autem eorum, qui de jure carent ſepultura Eccleſiaſtica, ſunt à loco ſacro extrahenda, ſi poſſunt diſcerni ab oſſibus aliorum. Eſt communis inter Doctores.

§. II.

§. II.

Quis poteſt ſepulturam eligere?

1. Suppono I. quod regulariter loquendo quilibet ſepeliendus eſt in ſua Eccleſia Parochiali, (niſi aliud ferat conſuetudo locorum) jus enim ſepeliendi lege communi Eccleſiæ Parochiali competit; quia ubi recipiuntur Sacramenta ibi etiam recipi debet ſepultura; niſi ſepulturam quis alibi eligerit, ſi enim alibi ſepulturã eligit, ibi eſt ſepeliendus, etiã ſi elegerit in Eccleſia, Clauſtro, Capitulo, vel Sacriſtia Regularium, vel in Eccleſia monialium, non tamen in Clauſtro ipſarum, ut docent communiter Doctores.

2. Suppono II. quòd qui ſepulturam ſemel eligit, & poſtea electionem revocavit, ſepeliendus eſt in ſepulcro ſuorum majorum; vel in Eccleſia Parochiali; hic enim eſt ac ſi prius ſepulturam non elegiſſet, electio enim ſepulturæ poteſt revocari uſque ad mortem. Sepulcrum autem majorum is dicitur ubi ſepultus eſt Avus, vel Pater; licet cæteri majores ſint in alio ſepulcro; verum tamen eſt, quòd ſi in uno ſedelcro non ſint plures majores, ſed in uno Pater, in alio Avus; & in alio Proavus, non ſibi eligens ſepulturam, debet ſepeliri in Eccleſia Parochiali ubi audivit divina, & Sacramẽta percepit. *Donat tom.4. de ſepultura tit.9.q.9.n.2.* Sylv. *verb. ſepultura n.* 8 *Barboſa in col. doct. ad cap. nos 1. de ſepult. n 4. et in trac. de poteſ. Paroch. c. 26. num.* 31.

3. Suppono III. Vagabundum eſſe ſepeliendum in Eccleſia Parochiali in qua decedit; vagus enim fit ſubditus loci, ubi reperitur, & ibi poteſt Sacramenta recipere, cum nullum habeat domicilium alibi: Peregrinus autem extra propriam Parochiam decedens, deferendus eſt ad illam, ſi commodè fieri poteſt, aliter ſepeliri debet in Eccleſia Parochiali ubi decedit, præſertim ſi in illa Sacramenta ſuſcepit; Parocho enim cui competit jus peregrino ſacramenta conferendi, competit etiam jus ſepulturæ erga, illum cui ſacra menta miniſtravit. Bonac. *de contrac. diſp.3. q.21. p.3. n.6.* & alii ab ipſo ibi relati, ubi ab hac regula excipit peregrinos Religioſos decedentes; iſti enim ſunt transferendi in *Monaſterio* proximiori ſui Ordinis, ut dicitur in *c. Religioſi de ſepulturis*

4. Suppono IV. Epiſcopum ſi alibi non elegit ſepulturam eſſe ſepeliendum in propria Cathedrali; ſi verò extra ſuam Diœceſim decedit non electa ſepultura, in Eccleſia Parochiali, ubi decedit eſt ſepeliendus, Cardinales ſi ſine electione ſepulturæ decedunt ſunt ſepeliendi Romæ, vel in Eccleſia Sancti Joannis Lateranẽſis, vel in Eccleſia ſuorum titulorum, hæc enim eſt propria Cardinalium Eccleſia. Pontifex ſi non electa ſepultura decedit Romæ ſepeliendus eſt Eccleſia S. Petri, ſi verò alibi extra Vrbem decedit ſepeliendus eſt ubi Curia exiſtit. Cappellani perpetui abſque electione ſepulturæ morientes, ſunt ſepeliendi in Parochiali, ſeu in Eccleſia ubi habent Cappellanias perpetuas, ſi ibi adeſt ſepulcrum. Vicarii perpetui Eccleſiæ ſunt ſepeliendi in Eccleſia ubi ſunt Vicarii. Religioſi in ſuis Monaſteriis, Moniales in ſuo Monaſterio; ubi autem Moniales ſepeliuntur, non

Digitized by Google

poſſunt laici, etiam mulieres ſepeliri, quia id eſt interdictum à Sac.Congregat. Concil.*ſeſſ.*25.*c.*5. *de Regul.*1. *Martii.*1585. Si verò Monialis moriatur extra Clauſtrum, ut verbi gratia ſi cauſa valetudinis obtinendæ ad balnea acceſſit cum debita licentia], tunc eſt transferenda ad proprium Monaſterium, vel ad aliud ſui Ordinis, ſi commodè fieri poteſt; aliter ſepelienda eſt in Eccleſia Parochiali loci ubi deceſſit, ut communiter docent Doctores. Infantes quorum mater, vel Pater ignoratur in Parochiali ſunt ſepeliendi. Viator ſepelitur in Parochiali ubi deceſſit, ut dictum eſt de Peregrinis, & ſi eſt pauper gratis eſt ſepeliendus à Parocho. Religioſus advena profeſſus in Cathedrali, ſi ibi non adſit Monaſterium ſui ordinis, nec commodè deferri poteſt ad ſuũ Monaſterium proximiorem. Clericus ſimplex ſepelitur in Parochia. Studẽtes qui cauſa ſtudii ad aliquam Civitatem acceſſerunt, ſepeliuntur in Parochia ubi decedunt.

Principes non habentes ſepulturam majorum ſepeliendi ſunt in Cathedrali, Epiſcopus enim eſt eorum Parochus, dummodò ſint peregrini; ſecùs in parochia ſunt ſepeliendi in qua decedunt *cap.ex parte.& in cap.in noſtra de ſepulturis*. Filii legitimi ſunt ſepeliendi in ſepulcro patris, quoque illegitimi naturales cum patre ſunt ſepeliendi, niſi pater ſit in dignitate conſtitutus *l. ex facto, ff. ad trebel.* ſecùs ſi ſint ſpurii; hi enim nec filii ſunt nominandi. *auth. ex complexu cap.de incertis & inutil. nup.* ſed ſunt ſepeliendi in ſepulcro matris, *ff.ad municip.*

Filius exhereditatus, vel qui renunciavit hæreditatem debet ſepeliri in patris ſepulcro, niſi ſepulcrum ſit hæreditarium *l.1.ff.de ſuis*: Si verò pater fuit damnatus de crimine leſæ majeſtatis, jura ſepulcri non tranſeunt ad filios ex Ricc.4.*p.prax.reſol.*293. *nu.*3. Filius habens patrem, & matrem, ſepeliendus eſt in ſepulcro patris, non matris.

Uxor ſi fuerit introducta in Domo mariti ſepeliẽda eſt in mariti ſepulcro; ſecùs ſi fuerit ſeparata à marito per adulterium, & non reconciliata, quia hæc non eſt amplius de domo mariti: ſi verò mulier ſecundo nubat debet ſepeliri in ſepulcro ſecundi mariti non primi, & ſi ſecundo ſit vidua, etiam debet ſepeliri in ſepulcro ſecundi *cap. is qui, §. mulier de ſepulturis in 6.* Si verò uxor ante maritum decedat eſt ſepelienda in ſepulcro ubi maritus pro ſe præparavit; ſi autem maritus careat ſepulcro humanda eſt in Parochiali.

Defuncti quando ſepultura electa eſt interdicta debet ſepeliri in ſepulcro majorum, ſi adſit, vel in parochiali, ſi verò hæc etiam eſt interdicta, in Cathedrali, & ſi omnes ſunt interdictæ, ſepeliri debet in Monaſterio propinquiori, ſervatis ſervandis, Armill.*verbo ſepultura n.*15.Syl.*verb.ſep.q* 8.Donat. *loc.cit,q.*25.*n.*17, his ſuppoſitis.

5. Reſpondeo ad id quòd principaliter quærebatur, quòd quilibet laicus, qui ſit ſui juris poteſt ſibi ſepulturam eligere, tam in Eccleſia ſeculari, quàm Regulari, tam in propinquis, quam in remotis partibus, ut habetur *cap.nos inſtituta* 1.*de ſepulturis.* Unde.

6. Reſolves I. quòd filius familias pubes, ideſt major quatuordecim annis

niſpoteſt eligere ſibi ſepulturam, ſi ſit maſculus, & ſit fœmina major duodecim annis; in hac enim parte non eſt ſubjectus poteſtati patris, & hoc eſt ei à jure permiſſum *cap. licet de ſepult. in 6.*

7. Reſolves II. quòd uxor poteſt ſibi ſepulturam eligere, non obſtante, quod non ſit ſui juris, ſed ſub poteſtate viri; quia electio ſepulturæ pertinet ad eum ſtatum, in quo uxor ſolvitur à lege viri *cap. de uxore 7. de ſepul.*

8. Reſolves III. quòd Clericus poteſt ſibi ſepulturam eligere, quia nō debet eſſe inferioris conditionis quam laicus: & colligitur ex *extravag. deteſtandæ ſævitatis in 6. inter communes in principio §. præfat i namque fideles.*

9. Reſolves IV. quòd ſervus poteſt ſibi ſepulturam eligere; quia Dominus non habet poteſtatem in ſpiritualibus. Syl. *verbo ſepultura n. 6.* Portell. *in dub. uerb ſepultura n. 6.* Donat. *loc. cit. q. 11. n. 5.*

10. Reſolves V. quod ſi pubes decedat non electa ſepultura, nòn poteſt pater ei ſepulturam eligere; ut clarè colligitur *ex cap. licet de ſepulturis in 6.* Ubi pater poteſt eligere ſepulturam filiis cum duplici limitatione, prima eſt, ut ſint impuberes, ſecunda ut adſit conſuetudo; unde hæc poteſtas patris non poteſt extendi ad filios puberes.

Neque dicas, quòd in tali caſu pater, tantum ſupplet, quòd filius omiſit: Non inquam hoc dicas, quia cum filius pubes potuerit eligere ſepulturam, & non eligit, præſumitur velle ſtare diſpoſitioni juris, hoc eſt ſe velle ſepeliri in ſepulcro majorum ſi habet, vel in parochia; pater enim debet ſupplere omiſſionem filiorum, quando non ſupplet jus, & in hoc caſu ſupplet jus; decernendo, quòd quando quis poteſt ſibi ſepulturam eligere, & non eligit, tunc talis eſt ſepeliendus, vel in ſepulcro ſuorum majorum, vel in parochia. Donat. *loc. cit. q. 23.*

§. III.

Quomodo ſepulturæ electio probetur.

1. I. **E**Lectio ſepulturæ probari poteſt per teſtamentum nuncupativum; vel per codicillū etiam invalidum, vel per ſcripturam privatam ſubſcriptam propria manu eligentis, etiam quò ad forum civile, & externū; quia hæ ſcripturæ favore piæ cauſæ probant in utroque foro. ut docent Monoch. *p. 1. conſ. 167. n. 10.* Lavor. *to. 1. uariar. lucubrat. tit. 2. c. 11 num. 18.* Donat. *loc. cit. q. 21. num. 2.*

2. II. Probatur per teſtes, qui ad minus debent eſſe duos; unde ſi tantum unus teſtis teſtatur infirmum dixiſſe, ſe velle ſepeliri in Eccleſia *S.* Dominici, verbi gratia, non probat; quia hic agitur de præjudicio tertii, & dictum unius, eſt dictum nullius: Duo autem teſtes licet ſint ſingulares etiam probant, ut verbi gratia ſi unus dicat in tali loco audiviſſe Petrum elegiſſe ſepulturam in tali Eccleſia, & alter dicat idem ab eodem audiviſſe in alio loco, hi teſtes ſingulares ſunt contextes in ſubſtantia, ſcilicet in electione ſepulturæ in tali Eccleſia; licet ſint diſcordes in loco; & hi verè probant electionem ſepulturæ, ut habet communis. Quando verò teſtes variant quò ad electionem ſepulturæ, tunc ſtandum eſt con-

conjecturis quibus Petrus veriſimiliter moveri poterat. Et in hac re etiam Regulares poſſunt eſſe teſtes de electione ſepulturæ in propria Eccleſia, ut probat *tex.cap.tuis de teſtib.* Et teſtis intereſſatus non repellitur, quando non agitur principaliter de ejus intereſſe. Jaſon. *in l.ſi quis nec cauſam, ff.ſi certum petatur.*

3. III. Per dictum Confeſſarii, quia Confeſſarius in hoc caſu, non ſe habet, ut teſtis, ſed ut executor voluntatis defuncti ſibi commiſſæ, unde cõſtituitur veluti executor eorum quæ pertinent animam, & ſtandum eſt dicto ipſius, Dian. *p.5.trac.3.de caſ.b.occur.temp. mortis.* Lavorius 1. *var. lucub.tit.2.cap.11. n.20 in fin.* Molf. *in ſum.tom 2.trac.13.cap.8.num.32* Genuenſ. *in ſua prax. Archiep. Neap. cap. 76. num.8.* apud Donat. *loc. cit. qu.22. num.1.* Revera tamen in hoc attendi debet conſuetudo legitimè præſcripta; quia adminiſtrator bonorum defuncti, nequit illi ſepulturam eligere, niſi aliter extet conſuetudo, ut optimè docet Donat *loc.cit.*

§. IV.

Quid de Clericis ſecularibus, vel Regularibus inducentibus aliquem ad eligendum ſepulturam in propria Eccleſia?

1. Reſpondeo, quòd Clerici ſeculares, vel Regulares inducentes aliquem ad eligendam ſepulturam in propria Eccleſia ſub voto, juramento, vel pacto ſunt ipſo facto excommunicati. hoc habetur expreſſè in Clement. *Cupientes 3. de pœnis. §. ſanè*, ibi: *Sanè temerarios violatores conſtitutionis illius quæ Religioſis*, & *Clericis ſecularibus; ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interpoſita, ſeù aliàs promittendum, ut ſepulturam apud eorum Eccleſiam eligant, vel jam electam ulterius non immutent.* Ex quibus.

2. Reſolves I. quòd ſi laicus inducat aliquem, ad vovendum ſepulturam in tali Eccleſia, non incurrit excommunicationem hujus capitis; quia dicta conſtitutio, ſolùm loquitur de Clericis, & Religioſis; & verba odioſa ſunt ſtrictè interpetranda. Navar. *in ſumm.cap.27.de conſ.n.103.* & alii.

3. Reſolves II. quòd ſi quis inducit ſimpliciter & bona fide, vel ignorans [probabiliter dictam conſtitutionem, aliquem ad eligendam ſepulturã in ſua Eccleſia, non incurrit hanc excommunicationem; [ſecùs dic ſignorantia ſit affectata) quia prædicta cõſtitutio loquitur de temerariis tranſgreſſoribus, & temeritas inducit ſcientiam.

4. Reſolves III. quòd ſi aliqui inducit aliquem hortando præcibus, ut ad ſuam Eccleſiam ſepulturam eligat, non incurrit hanc excommunicationẽ; dummodò ſepultura electa remaneat variabilis; quia dicta conſtitutio loquitur de, his qui inducunt ad eligendum cum obligatione nõ amplius variandi; Tùm etiam quia finis dictæ conſtitutionis eſt conſervare liberam poteſtatem eligendi ſepulturam, uſque ad finem vitæ, quæ libertas in hoc caſu nõ tollitur. D.Ant. 3.*p. tit.24. c.51.* Rodriq. *tom.3.q.58. a.7 in fin. & in 4.p. ſum.c.30.n.10.cũ ſuo comp. reſol.128. de ſep.n.6.* Portell. *in dub. verbo ſepultura*

Digitized by Google

*iura num.*3. relati à Donat. *l.c.q.*27. *n.* 3. & addit Portell. quòd cum perſuaſione debet concurrere votum, vel juramentum; aliter non incurritur prædicta cenſura.

5. Reſolves IV. quòd qui aliquẽ inducit ad vovendum, vel jurandum electionem ſepulturæ in Eccleſia non ſua ut ſi Dominicanus, verbi gratia, inducat aliquem cum obligatione ad eligendum ſepulturam in Eccleſia D. Frã. ciſci; non incurrit prædictam cenſurã, conſtitutio enim loquitur de inducente &c. in propriis Eccleſiis, & verba odioſa ſunt ſtrictè interpetranda. Doctores ante citati.

6. Reſolves V. quòd ſi Religioſus, vel Clericus aliquem induxit ad eligẽdum tantum ſepulturam in propria Eccleſia, non incurrit hanc cenſuram; *licet* enim Votum, juramentum, vel promiſſio tollant libertatem; non tamen electio nuda; quia quis ſemel electa ſepultura in una Eccleſia, abſque juramento, vel voto, poteſt adhuc, aliam in alia Eccleſia eligere; ſecus dic ubi concurrit juramentum, vel votum, per juramentum enim vel votum, non manet amplius facultas alio eligendi ſepulturam. Donat. *loc. cit. q.*29. *n.*1.

7. Reſolves VI. quòd ſi quis ſpõtè eligat ſepulturam in Eccleſia Parochiali, & poſtea ad ſuggeſtionem alicujus Regularis illam eligat in ſua Eccleſia, vel è contra, cum hæc ſecunda electio non valeat, eſt ſepeliendus in EccleſiaParochiali ubi primò ſpontè legitimò elegit, ſecunda enim electio nulla non tollit priorem electionem validam de jure; utile enim per inutile nõ vitiatur per *Jur. Reg. in* 6. Rodriq. *tom* 3. *q.*58. *a.*7. *§. dubitatur.*2. *cum ſuo comp. reſ.*128. *num.*7. *de ſepul.* Donat. *l. cit. q.*30. *n.*1. *& ſeq.*

8. Reſolves VII. Quòd ſi tantum unus Clericus, vel unus Religioſus aliquem inducat ad ſepulturam eligendam in propria Eccleſia ſub promiſſione, vel voto, vel juramento adhuc electio eſt nulla, quia dicta prohibitio nõ fit communitati, ſed perſonis, & ſic actus perſonales reſpicit, non actus cõmunitatis, & in hac re parum refert ſi inductus fuit ab uno tantum, vel à tota communitate. Neque Eccleſia ratione talis electionis ſic factæ aliquid jus acquiſivit, quia cum talis electio ſit contra Canones non transfert aliquod jus in Eccleſiam; & ſic non læditur in ſuo jure. Donat. *loc. cit. q.*31. *n* 1. *&* 2.

9. Quæres I. An talis cenſura cõtrahatur non ſecuto effectu?

Variant in hoc Doctores. Aliqui tenent, quod etiam non ſecuto effectu electionis ſepulturæ cum voto vel juramento adhuc inducens excommunicationem incurrit. Ratio horum eſt, quia actus inducendi cum voto, juramento, & promiſſione prohibetur in Clem. *cupientes.* Unde prohibitio ſuum effectũ ſortitur eo ipſo quo quis conatur inducere; & ſic habetur id quod intenditur in dicta conſtitutione ſcilicet inductio ad eligendum cum voto &c. ergo eſt conſummatus effectus immediatè à lege prohibitus; licet inductus noluit iurare, nec vovere, nec ſub obligatione promittere; & hoc per accidens ſe habet ad actum prohibitum. Ita *Rodriq. p.*4. *ſum. cap.*130. *nu.*7. *cum ſuo comp. reſol.*128. *n.*27. (licet contrarium docuerit *tom.*3. *q.*58. *a* 7.) & alii quamplures Doctores ipſum ſequuntur.

Alii verò docent, quòd ſi effectus

non

non ſequitur inductionis cũ voto, vel juramẽto &c. ita ut inductus nõ voveat neque jiuret, neque promittat; inducens non incurrit cenſuram. Ratio horum eſt; quia excommunicatio eſt ſtricti juris, & requirit effectum, unde non ſufficit attentatio, ſed effectus conſummatio, ſcilicet actualis electio ſepulturæ cum obligatione non variandi; ut patet de volente, & attentante percutere Clericum, qui non eſt excommunicatus, niſi ſecuto effectu percuſſionis. Ita docent Eminent. Caiet. *in ſum. uerb. excommunicatio c. 49. ubi in §. 3. requiritur*. Navar. *c. 27. man. n.* 103. Angelus *uerbo ſepultura nu.* 37. Suar. *to. 3. de cenſ. diſp. 22. ſect. 4. n.* 26. *Paſq. p. p. deciſ.* 374. *n.* 3.

Hæc ſecunda opinio probabilitate non caret, & ad rationem pro prima ſententia adductam.

Reſpondetur meo videri, quod verum eſt, quod in dicta conſtitutione prohibetur actus inducendi, verum actus completus, & conſummatus, non tantum inchoatus, & incompletus; ille autem actus non poteſt dici conſummatus, cum de facto non ſequatur inductio.

Præterea prohibetur actus relativus, non actus abſolutus, ſumus enim in materia morali, non phiſica; & quia ille actus licet ſit abſolutè completus, non tamen relativè cum effectu inductionis, ideo &c.

Item inductio de ſuo formali conceptu, eſt actio non immanens, quæ eſt in agente, ſed actio tranſiens, quæ utique in paſſo debet recipi, & conſummari; & ſi non recipiatur moraliter cum effectu, non dicitur vera actio, & inductio moralis, licet actio phiſica dici poſſit.

Inſuper inductio non tantum intelligitur inductio originativa, & activa ſed paſſiva, & effectiva ſcilicet cauſantem electionem cum obligatione votiva, vel iurativa, vel poſitiva, à perſona allecta, & perſuaſa.

Et denique ceſſante fine legis, etiam lex ceſſat, & conſequenter ceſſat pœna à lege emanata; ſed ſi non ſequitur effectus inductionis, ut puta quia inductus renuit iurare &c. ceſſit finis legis, ergo ceſſat lex, & pœna lata à lege. Maior eſt manifeſta. Probatur minor; quia finis dictæ conſtitutionis fuit ne tollatur de facto libertas in electione ſepulturæ, & ne fiat tertio præiudicium, & ut tollatur avaritia, & cupiditas auri, vel lucri à perſonis Eccleſiaſticis; quæ omnia ceſſant, ſi non ſequatur effectus inductionis.

Tu autem ex his ſententiis tutiorē elige.

10. Quæres II. Ad quid teneantur Clerici, vel Regulares ſepelientes ſic inductos ad propriam Eccleſiam; vel alios qui alibi elegerunt ſepulturam?

Reſpond. o, quòd tenentur ad reſtitutionem tam corporum ſepultorum [ſi petantur] tam ad omnia, quæ occaſione ſepulturæ eorum pervenerit in illa Eccleſia, & ſi non fecerint, ipſæ Eccleſiæ apud quas ſepulti fuerint ſic inducti, vel alii, qui alibi ſepulturam elegerunt, nec non & cœmeteria tamdiù manent interdicta, donec facta fuerit plenaria reſtitutio omnium prædictorum. Sic decernitur in *cap. Animarũ de ſepulturis in* 6. Vbi notat Gloſſa, quòd etiam tenentur reſtituere oſſa cadaveris ſi fuerint requiſiti, & moniti ab Eccleſia, aliter non; & requiſiti, & moniti non reſtituunt oſſa infra de-

cem

Digitized by Google

cem dies Eccleſia eo ipſo ſupponitur interdicto.

11. Si autem oſſa defuncti manent indebitè ſepulta in aliqua Eccleſia, & partes litigent per annos; tunc cauſa deciſa, debent exhumari, & aliò transferri ubi de jure erant ſepelienda; dummodò oſſa poſſint ſecerni, & diſtingui ab oſſa aliorum ibi ſepultorum, quis poſſunt ſi ſint repoſita in tumba lapidea; vel lignea; aliter ſinantur requieſcere, ubi ſunt. Donat. *loc.cit.q.*32.

12. Clerici verò, vel Religioſi præſumentes ſepelire cadavera ubi de jure non ſint ſepelienda; non ſolum debent reſtituere cadavera, & oſſa, & quidquid receperunt occaſione talis ſepulturæ; ſed etiã ſunt puniendi uti violatores apoſtolicarũ cõſtitutionũ, & juris alieni uſurpatores, ſecùs ſi id fecerint bona fide, vel alia ex cauſa rationabili præsũpta; In hoc enim caſu non debent puniri, ſed tantum oſſa, vel cadavera reſtituere, ac etiam ea quæ intuitu ſepulturæ perceperunt. Donat. *loc.cit. q.* 32. *in fine.*

§. V.

Quid de Parocho in ordine ad prætium ſepulturæ,

1. Ut certa ſeparemus ab incertis. Nota certum eſſe Parochianos nolentes conſuetam ælemoſinam pro exequiis defunctorum ſolvere, eſſe ab Epiſcopo loci compellendos, ut ſolvant: Parochus tamen non poteſt illã petendo exigere, etiam conſuetudinem allegando, ut ait Gloſſa *cap. in Eccleſiæ* 9. *de Simon. in verbo conſuetudine.* ibi. *Dummodò non detur ex pacto, aut exigatur, ſed ſponte & poſt factum offeratur.*

2 Unde ſi Parochus dicit: Peto tantum prætium pro ſepultura, etiam allegando conſuetudines, facit contra cõſtitutionem. *Apoſtolica cap. quæſta eſt* 12.13.*q.*2.& *cap. ſuam nobis* 29. *de ſimon.* & *cap. ad Apoſtolicam* 42. *eodem tit.* & ab Epiſcopo eſt puniendus; ſed dicere debet conſuetudo eſt, ut pro mortuis aliquid detur; nil pro officio, & ſepultura petendo, neque petendo, ut ſervetur conſuetudo; nam hoc eſſet exigere pecuniam; ſed tantùm in memoriam reducendo conſuetudinem, ut Parochiani ſpontè dent æleemoſinam. Panorm. *in cap. abolendæ de ſepult.* Sylv. *verb. ſepultura q.*2, *ver. notat*, Megal. *in p.*2. *inſtit. conſeſſ. lib.*1.*c.*11. *q.*3.*n.*26. relati à Donat. *l.cit.q.*35.

3 Quod autem dico de Parocho intelligitur de omnibus Clericis indiſtinctè, ſive ſint Clerici beneficiati, ſive non, quia indiſtinctè omnes Clericos comprehendit prædictum *cap. ad Apoſtolicam.*

Hoc tamen ſtante, laici etiam in foro conſcientiæ (licèt Parochus petere non poteſt) ſervare tenentur laudabilem conſuetudinem dandi elæemoſinã pro exequiis mortuorum, & pro officio ſepulturæ; & ad hanc conſuetudinem ſervandam poſſunt ab Epiſcopo loci compelli per cenſuras in foro externo, ut dicitur in dicto *cap. ad Apoſtolicam.*

4 Adverte tamen cum Donato *l.c. nu.*7. quòd duplex labor conſideratur circa funeralia. Primus, qui eſt annexus actioni ſpirituali, qualis eſt labor comitandi defunctum, & pſalmos canendi; & pro hoc labore Clerici non poſſunt exigere aliquid pro prætio, ſed tantùm ut ſtipendium, & in ſubſtentationem

vitæ. Secundus non eſt conjunctus actioni ſpirituali, uti eſt labor, quando corpus traditur ſepulturę, accomodare tumulum, deferre feretrum per loca inſolita, accedere ad proceſſionem hora nocturna, &c. pro quibus poteſt dari, & accipi ſtipendium laboris.

Parochi autem non poſſunt plus recipere pro tumulādis cadaveribus extraneorum, quàm civium ex deciſione Sac. Cong. die 17. Maii 1624. & tenentur gratis ſepelire pauperum cadavera ex deciſione Sac. Cong. Epiſcoporum in una Caſſanenſi 5. Maii 1617. Et neque Parochus, neque quivis alius poteſt impedire ſepulturam alicujus, prætextu compoſitionis quartæ, vel ob nō ſolutas decimas, vel alterius obligationis, ex decreto Sac. Cong. ex Donato relato *l. cit. q.* 38. ubi habet, quòd hoc nedum eſt injuſtum, verum etiam barbarum, & inhumanum, cum mors omnia ſolvat, & eſt deciſum à Sac. Cong. Reg. & Epiſc. in una Cotronienſi die 17. Decembris 1617.

6 Pro ſepultura autem, ut accipitur pro materiali, ideſt ratione uſus, & jus ſepeliendi, poteſt aliquid accipi, ut prætium, & in hoc nulla intervenit ſimonia, quia talis uſus eſt prætio extimabilis, & eſt in dominio concedentis. Non tamen poteſt accipi prætium, ut ſepultura accipitur, ut quid ſpirituale eſt ratione benedictionis; ſic enim accipiens ſimoniam committit. Tuſch. *concl.* 192. Molf. 2. *p. tract.* 13. *c.* 8. *num.* 34. & alii.

7 Ius autem dandi facultatem conſtruendi ſepulturam competit Epiſcopo, ut conſtat ex Bulla Pii V. ædita anno 1566. licèt etiam in aliquibus locis talem facultatem det Parochus; cum enim hic habet jus ſepeliendi in ſua Eccleſia, conſequenter & jus concedendi ſepulturas.

8 Item Provincialis Regularis poteſt in ſuis Eccleſiis dare facultatem conſtruendi ſepulturas; hic enim eſt Prælatus, & gaudet juriſdictione quaſi Epiſcopali.

9 Habens autem ſepulturam conceſſam, & jam conſtructam poteſt impedire, ne alter in ea ſepeliatur, quia utitur jure ſuo, ut declaravit Rota in una Calagurritana 12. Decembris 1602. Epiſcopus autem, & Rector Eccleſiæ, [& idem dic de Prælato Regulari] in caſu neceſſitatis poteſt ſepelire aliquē in aliena ſepultura, etiam diſſentiente Patrono, *cap. aurum* 12. *q.* 2. Quia in tali caſu Patronus cenſetur irrationabiliter invitus, ſecùs ſecluſo caſu neceſſitatis; & ſi ſepeliat tenetur is, qui alium ſepelivit in ſepultura alterius cogi, illū auferre, vel loci prętium ſolvere, *l. qui intulit, ff. de relig. & ſumpt. funer.* ut §. ſequenti clariùs dicetur. Lavor. *lib. var. tit.* 2. *c.* 9. *num.* 19. Sylv. *ver. ſepultura q.* 3. & alii.

§. VI.

Quid de Regularibus in ordine ad ſuam, & laicorum ſepulturam.

1 Certum, & exploratiſſimum eſt apud omnes, non poſſe Regulares ſibi ſepulturam eligere, cum velle, & nolle non habeant & decedētes tumulandi ſunt apud ſua Monaſteria, ut habetur in *cap. ſtatutum. c. de ſepult. in* 6. Secùs dic de Regularibus ad Epiſcopatum promoti, vel ad aliam dignitatem ſecularem; hi enim cenſentur

ex-

extracti à ſtatu Monachali, & ſunt effecti de ſtatu Clericorum, & habent velle, & nolle, ut habent communiter Doctores.

2 Certum quoque eſt, quòd Regularis extra Monaſterium decedens in domo alicujus amici, vel conſanguinei poteſt ad ſuum Monaſterium deferri, & tumulari, inrequiſito Parocho, & non ſoluto jure parochiali, ut patet ex declaratione Sac. Congreg. edita die 2. Iulii 1620. qui de hac re conſulta reſpondit Regulares extra clauſtra decedentes poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiam Parochis inconſultis, & ità docent Peyr. *tom. 2. privil. in conſtit. 7. Pii V. §. 10. ſub num. 11*, Barboſ. *de offic. & poteſt. Parochi c. 26. nu. 98.* Lezan. *p. 1. ſumm. cap. 12. num. 12. & p. 4. verb. ſepul. quo ad Reg. nu. 16.* Ceſped. *in tract. de exempt. Reg. quo ad ſepul. c, 12. dub. 219. num. 27.* Quod adeò verum eſt, ut Regularibus id non poſſit prohiberi prætextu quod debeat prius ſolvere jus ſepulturæ, ut mandavit Sac. Cong. Epiſc. & Regularium in una Puteolana 22. Maii 1615. teſtibus Barboſ. & Ceſped. *l. cit.*

3 Idem eſt dicendum de Tertiariis viris, qui collegialiter, & clauſtraliter vivunt; & de Tertiariis mulieribus, quæ virginalem, aut cælibem, vel caſtam vitam ducunt; hi enim cum habeant qualitates in Bulla Leonis X. requiſitas, poſſunt, & debent, etiam Parocho invito ſepeliri in Eccleſiis ſuorū Fratrum; ſecùs ſi prædictas qualitates non habeant, ut fuit reſolutum ab eadem Sac. Cong. in Nepoſina 11. Decembris 1615. ut refert idem Barboſ. *loc. cit.*

4 Idem etiam dic de Novitiis extra ſeptam Monaſterii decedentibus; hi enim in favorabilibus gaudent privilegiis profeſſorum, ut docet Manc. *in brevi tractat. de infirmis in ord. ad ſepult. dub. 9.* Pelliz. *tom. 2. manual. trac. 8. c. 5. ſect. 4. q. 10. num. 137.* quos refert & ſequitur Donat. *loc. cit. tract. 10, q. 9. num. 5.*

5 Regulares autem extra Monaſterium ægrotantes, ſi neceſſe eſt recipere Sacramenta Viatici, & Extremæ Unctionis, regulariter debent recipere de manu Parochi, non de manu ſui Superioris. Ita Bord. *t. 2. reſol. 51. num. 170.* ex declaratione Sac. Cong. facta ſub anno Domini 1620.

Dixi regulariter, quia in aliquibus locis, ut putà Ferrariæ Sacramenta recipiunt de manu ſuorum Superiorum, ut refert Pelliz. *loc. cit.*

6 Non autem poſſunt Regulares cadavera ſuorum Religioſorum intra ſuum Monaſterium decedentium deferre per publicas plateas, & vicos cauſa honoris, Parocho inconſulto; quia non poſſunt proceſſiones facere extra Monaſterium ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi loci; neque poſſunt erigere Crucem extra clauſtra, & ſub Cruce proceſſiones facere, quia hic eſt actus juriſdictionis, qui nequit in alieno territorio exerceri, ut docet Donat. *l. cit. q. 10.* cum aliis ab ipſo relatis; quidquid dicant Bordonius, & Pellizarius oppoſitum ſuſtinentes.

7 Poſſunt tamen Regulares tempore interdicti appoſiti ab Epiſcopo, non autem appoſiti auctoritate Apoſtolica, cum ſolitis ceremoniis, & campanis pulſatis, & omnia facere, ac ſi interdictum appoſitum non eſſet, ſepelire ſuos Fratres decedentes, & tunc interdictū

appoſitum ab Ordinario loci illo die ſuſpenditur, & hoc ex Privilegio Iulii II. conceſſo Minoribus. Ita Caſarubius *in comp.priuil Mend.verb. interdictum num.*13. Rodriq.*tom.2. q.*112. *a.*5.qui addit, quòd ſi Religioſus moriatur hodie, & ad veſperam ſepeliatur, & pro illo fiat officium die ſequenti ſuſpenditur interdictum pro illo veſpere dum ſepelitur, & pro ſequenti die, dum pro defuncto officium recitatur, & cantatur Miſſa.

8 Amplia, ut Regulares poſſint ſepelire tempore dicti interdicti appoſiti ab Epiſcopo oblatos formiter factos, licèt morentur in ſæculo; ac etiam Tertiarios, & Sorores in ſæculo morantes, dummodò habeant qualitates præſcriptas à Leone X.in Conc.Lateran. Ita Donat.*loc.cit.q.*28.

Ut autem ad id, quòd in principio quærebatur ſecundo de Regularibus in ordine ad laicorum ſepulturam ſatisfaciamus.

9 Dico, quòd Regulares liberam habent ſepulturam, quæ libertas conſiſtit in hoc, quòd nullus poſſit impedire quominùs omnes volentes poſſint in eorum Eccleſiis liberè ſepeliri, ſalva tamen juſtitia Eccleſiis Parochialium, ut multi Summi Pontifices conceſſere, præcipuè Ioannes IV. Clemens IV. & Sixtus IV.ut refert Donatus *l.c. q.*12. *num.*1.

10 In tumulandis autem laicorum corporibus hodie Regulares debent omninò ſervare decretum Sac. Cong. die 12. Ianuarii 1604. ubi decretum eſt illis nullo modo licere, etiam prætextu alicujus conſuetudinis intrare Parochias cum Cruce proceſsionaliter, aut aliàs ad efferenda, & levanda defunctorum funera, & illa levare, & efferre, niſi vocato, & expectato proprio Parocho defuncti, eoque ibidem præſente; ſi tamen Parochus aliter fieri non conſentiat, & permittat, vel niſi requiſitus venire expreſsè omninò recuſet.

11 Nec cadaver laici ſepulturam eligentis in Eccleſia Regularium prius eſt deferendus ad Parochialem Eccleſiam, & poſtea ad Regularem, ſed recto tramite ad Eccleſiam Regularem eſt efferēdus; ſic declaravit Sixtus IV. in ſua Conſtitutione ibi: Nec prædicti Fratres (loquens de Fratribus Minoribus,quibus directè conceſſit hoc privilegium; atque adeo illud fruuntur omnes Mendicantes, qui cum eis communicant] nec conſanguinei defunctorū poſſint cogi etiam prætextu conſuetudinis ad deferendum prius hujuſmodi corpora ad Eccleſias Parochiales. Idipſum ſtatuit Pius V. in ſua Conſtitutione incipiente Romanus Pontifex. Nec non & Sac.Cong. ſub die 11. Decembris 1615.declaravit, quòd Cadaver eligens ſepulturam in Eccleſia Regulari, non eſt prius deferendus ad Eccleſiam Parochialem; ſed rectò tramite ad prædictas Fratrum Eccleſias deferri poteſt; debent tamen prius Regulares monere, requirere, & expectare proprium Parochum defuncti, quo requiſito,& expreſsè venire recuſante, licèt Regularibus etiam ipſo invito ſupradictum cadaver ad ſuas Eccleſias transferre. Hæc ibi.

Prædictum autem decretum fuit factum ad inſtantiam Reformatorum Sancti Franciſci, & extenditur ad omnes alio Regulares propter communicationem Privilegiorum, ut advertit

Nal-

Naldus *verbo ſepul. num.*13. & alii apud Donatum *l.c.q.*13.*n.*2.

12 Tenentur tamen Regulares vocati ad aliquod funus accedere ad Parochialem, & poſtea cum Parocho, & Clero ſe ad domum defuncti transferre, etiam ſi funus eſt ſepeliendum in eorum Eccleſijs.ut docent Barb. *de offic. & poteſt.Parochi trac.*26.*n.*34. Ceſped.*in trac.de exemp.Regul.c.* 12. *quò ad ſepultur.dub.*280.*nu.*16.& alii. ducunturque ex declaratione Sac.Cõgreg.quæ de hac re conſulta,reſpondit. Debere ad Parochialem accedere, ubi Clerus congregari conſuevit: hoc etiã decretum eſt in una Viglievaven. 13. Novembris 1606. ubi fuit dictum, quòd Regelares vocati ad funus convenire debent in Parochiali, aut in alia Eccleſia, juxta loci conſuetudinem, & nullo modo expectare per vias, aut ire ad domum defuncti; hoc ipſum etiam declaravit Sac.Cong. Rituum 15. Decembris 1632.

13 Verum tamen eſt, quòd quando cadaver defertur ad Eccleſiam Regularem, proceſſio debet perambulare, & procedere ſub unica Cruce tantùm, quę illius Eccleſiæ debet eſſe,ad quam corpus defuncti defertur, ut eadem Sac. Congreg.declaravit die 21.Novembris 1637. ut refert idem Barb.*l.c.cap.*26. *n.*78. Si autem intervenit Capitulum Eccleſiæ Cathedralis in proceſsione, in tali caſu funus aſſociantes debent ſub illius Cruce procedere: ut ait Barb. citatus, & ad Parochum pertinebit diſponere de via, per quam corpus defuncti ad ſepulturam deferri debeat,ut declaravit Sac.Cong.die 3.Januarii 1593. & 13.Novembris 1620. Quem autem locum debet tenere Parochus in proceſsionibus, & quem Regulares inter ſe dicemus in calce hujus.

14 Non poteſt tamen Parochus plus ab his exigere,qui ſepeliuntur in Eccleſiis Regularium, quàm ab his, qui in Parochiali, & ſi contra facit,non ſolùm mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur, ſed etiam eſt excommunicatus excommunicatione Papali per Clemẽtem VIII. & Urbanum VIII. ut refert Donat.*l.c.q.*14.& docent Portell.*verb. ſepult.in addition. num.*2. Rodriq.in *compend.reſ.*128. *de ſepult. num.*15. Peyr.*tom.*3.*privileg.in addit. ad conſtit.Leonis X.cap.*4.*nu.*8. Pelliz.*to.*2. *man.tract.*8.*cap.*5.*ſect.*4.*q.*19.*n.*173. Lezan.*verb.ſepul.n.*5. & alii.

15 Neque Parochi poſſunt cogere hæredes defuncti ſepulti apud Eccleſiã Regularem ad celebrandas tot Miſſas, vel tot officia apud ipſos, quot celebrãtur apud Eccleſiam Regularem: Regulares enim habent liberam ſepulturã, & libertas læderetur, ſi hæredes defuncti cogi poſſint ad ſupradicta; illa enim coactio faceret, ut laici amplius non eligant ſepulturam in Eccefia Regulari Portel.*in reſpon p.*2.*caſ.*11.& communiter Doctores ex declaratione Sac. Cong. ut refert Donat.*l.c q.*17.*n.*2.

16 Unde etiam ne lederetur libertas ſepulturæ Regularium; non poteſt Epiſcopus loci inhibere,ne aliquis laicus ſuæ Diœceſis poſſit vocare Religioſos ad ſepeliendum defunctum, qui apud illos ſepulturam eligit, niſi prius vocaverit Capitulum pro eodem defuncto aſſociando; unde ait Sylv. verb.immunitas, quod tale ſtatutum eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, & per conſequens injuſtum, & contrarium rationi, & juſtitiæ.

Re-

17 Regulares autem nedum ſuos famulos intra clauſtra decedentes,poſſunt in ſuis Eccleſiis tumulare, ut ex Conc.Trid.*cap.*11.*ſeſſ.*24. *de reform.* ſed etiam poſſunt ſepelire in ſuis Eccleſiis famulos, qui Monaſterio inſerviunt in hortis, villis, & poſſeſſionibus; tum ex privilegio Clementis IV. Minoribus conceſſo. Tum etiam ex indulto Pauli III. conceſſo Societatis Ieſu, ut Donatus refert *ibid.q.*21.*n.*2.

Nec dicas, quòd dicta privilegia fuerunt à Tridentino revocata, & tantùm illa reſtrinxit ad illos ſervitores, qui actu ſerviunt Religioſis, & morantur intra ſepta Conventus.

Non inquam hoc dicas, qui etiam hi actualiter ſerviunt,& in hortis,villis, & poſſeſſionibus ſunt de voluntate ſui Superioris;Regularis enim quando eſt foris de licentia ſui Prælati cenſetur eſſe intra clauſtra,Unde Suarez *tom*.4. *de Relig.trac.*10.*lib.*9.*cap.*4.*n.*10. ait, quòd ſufficit actualiter ſervire;actuale enim ſervitium includit obedientiam, & manſionem intra ſepta; & ſic Superiores Regulares, his poſſunt miniſtrare omnia Sacramenta. Rodriq. *tom.*2. *q.*67.*art.*2. *cum ſuo comp. reſ.*128. *de ſepul.num.*5.Pelliz.*tom.*2.*man. tract.* 8.*cap.*5.*ſect.*4 *q.*2.*nu.*145. relati à Donat.*l.cit.q* 21.*n.*2.

18 Limita tamen in famulis prætio conducti, uti ſunt Muliones,Barbitonſores, Fabricatores, &c. hi enim non vivunt ſub odedientia Prælatorū Regularium, nec ſunt in Monaſterio cauſa diſciplinæ Regularis,ſed cauſa ſtipēdii;nec veſtiunt veſtitu Regulari:unde non deſinunt eſſe Parochiani proprii Parochi, ut eſt communis inter Doctores.

19 Diffidunt tamen Doctores in determinando ſi Regulares poſſunt,inſcio Parocho, ſepelire in ſuis Eccleſiis hoſpites, & peregrinos, ſi caſu decedunt in ſuis Monaſteriis, & intra clauſtra.

Aliqui tenent partem affirmantem; & probant primò ex privilegio conceſſo Benedictinis à Nicolao Franco Nuntio Apoſtolico, & legato à latere Sixti IV. teſte Rod.*tom.*2.*q.*67. *art.*1. cujus verba refert. ibi. Si quis intra ſepta Monaſteriorum infirmatus fuerit extremam unctionem eis dare auctoritate Apoſtolica cujus legationis officio fungimur in hac parte tenore præſentium;plenariam & liberam concedimus facultatem, Parochialis Præsbyteri, vel alterius cujuſcunque Epiſcopi, vel ſuperioris licentia, vel aſſenſu, nullatenus requiſitis: Bulla autem legati à latere, eamdem vim habet, ac ſi eſſet à Papa, & ſicut iſta eſt perpetua, ſi non fuerit abrogata, ita & illa ut dicitur *in cap.fin.de offic.legati*: ubi Gloſſa *in verb.ſtatuta*, & docent communiter Doctores; unde ſi Regulares in vi dictæ Bullæ poſſint hoſpitibus miniſtrare Sacramenta in conſulto Epiſcopo,& Parocho;multo magis poſſunt ſepelire; majus eſt enim ſacramenta miniſtrare, quam ſepulturam dare;& conceſſo majori conceditur minor.

Secundo probant ex *tex. c. placuit.* 1.16.*q.*1.ubi dicitur; mortuum non ſepeliant; niſi monachum in Monaſterio ſecum commorantem; vel ſi fortuitò quemquam advenientium fratrum ibi mori contigerit, ubi Gloſſa per ly quēquam fratrum, intelligit quemlibet Chriſtianum; omnes enim Chriſtiani fratres ſumus ſub uno Patre,. qui nos genuit [ſcilicet Chriſto)in fide. & ſpiritu.

T.2.

Tertio quia neque Epiſcopus ullam habet juriſdictionem in hoſpites qui decedunt extra ſuam Diœceſim, neque Parochus in hoſpites qui decedunt extrà ſuam Parochiam; ſed Monaſteria Regularium exemptorum æquiparantur loci poſitis extra Diœceſim; ſunt enim in Diœceſi, ſed non ſunt de Diœceſi, ergo neque Epiſcopus, neque Parochus poſſunt impedire quin Regulares ſepeliant hoſpites in ſuis Eccleſiis exemptis; ibi enim ſunt veluti mortui extra Diœceſim, & Parochiam. Hanc ſententiam docent Rodriq. *loc. cit.* Peyr. *tom.* 1. *Privil. minim. conſt.* 1. Iulii *II.* §. 37. *n.* 94. Bord. *tom.* 2. *reſol.* 51. *nu.* 168. & alii cum Donat. *loc. cit.*

Alii verò mordicùs defendere conantur, quòd Regulares non poſſunt ſepelire hoſpites decedentes intra eorum Monaſteria, niſi ibi eligant ſepulturam. Et moventur.

I. Quia hoſpites morientes in itinere, de jure communi debent ſepeliri in Parochia; Parochus enim habet intentionem fundatam in jure ſepeliendi omnes decedentes in ſua Parochia; tam cives, quam advenas.

II. Quia Regulares quò ad hoc non habent privilegium, ſed dictam facultatem inferunt, ex Bulla citata legati à latere, & forſan per conſequentiam violentam; aliud eſt enim dictis infirmis poſſe miniſtrare Sacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis, & aliud dare ſepulturam in propria Eccleſia; à diverſis autem non fit illatio, *l. Pompianus.*

III. Nam *tex. cap. placuit* non eſt à Papa, nec ab aliquo Concilio Generali, ſed à Patribus, qui legem univerſalem ferre non poſſunt. Ita Pelliz. *to.* 2 *man. tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 4. *ſub ſect.* 2. *q.* 3.

20. Inclinarem ad hanc ſententiā niſi eſſet ſolitaria, & à ſolo Pelliz. defenſa; & ſi ultimum argumentum primæ ſententiæ affirmativæ ſolveret; quòd argumentum meo videri eſt inſolubile; morientes enim in Monaſterio exempto intelliguntur mori, nòn in Diœceſi neque in propria Parochia, ſed extra, & conſequenter non pertinet ad jura, neque Epiſcopi, neque Parochi.

Ad id quòd primo dicitur à Pellizario Reſpondeo: Verum eſſe Parochum habere intentionem fundatam in jure ſepeliendi omnes decedentes in ſua Parochia; tamen decedentes in Monaſteriis exemptis non dicuntur mori in ſua Parochia, ſed extra Parochiam, & ſic argumentum ſupponit falſum.

Ad ſecundum reſpondeo, quod à diverſis non fit illatio, quando illa non habent connexionem ad invicem ſed ſi ſecùs ut eſt in noſtro caſu, & conceſſo majori ſaltem in eadem linea, & minor intelligitur concedi.

Ad tertium dato, quòd *tex. cap. placuit* ſit à Patribus non à Papa; certum tamen omnes ſimul Patres non poſſe errare in ferendis legibus, neque determinando aliquid de fide; & licèt acta omnium Patrum in Concilio non faciant certam fidem ante Pontificis cōfirmationem, ut ſupra diximus *lib.* 2. *dub.* 6. *n.* 5. debent tamen leges obſervare, antequam non abrogentur à Pontifice, uti ſumus in noſtro caſu.

12. Concedo tamen quòd Parochus debet in hoc requiri, ut ei ſolvatur quarta funerali(ſi à Monaſterio debetur juxta dicenda infra dub ſequen.) quia Regularibus conceditur facultas ſepe-

ſepelire omnibus volentibus in eorum Eccleſia; ſalva tamen juſtitia Eccleſiarum Parochialium, ergo Parochus debet audiri in ſuis juribus: ſi autem moriens ſit pauper nimis, gratis eſt ſepeliendus audito Parocho: Si verò ſit dives portio canonica detrahenda eſt ex bonis defuncti, abſque ulla retardatione ſepulturæ: Monaſterium autem in ullo caſu tenetur ex ſuis bonis ſolvere dictam portionem canonicam. Donat. *loc.cit.q.22.in fine.*

22. Regulares in caſu neceſſitatis extremæ poſſunt ſepelire aliquem in alieno ſepulcro, etiam patrono invito. Si autem ſint omnes de familia extincti, tunc licitè poſſunt, alium extraneū ibi ſepelire. Rodriq. *tom.3.q.58.a.*10. Laym,*lib.4.trac.2.c.*13.*num.*15.Bord. *tom.2.reſ.*51. *num.*72. qui addit quòd ſi aliquis ſepeliatur in ſepulcro alterius (intellige ſecluſo caſu neceſſitatis) illo invito debet exhumari, & ab illo ſepulcro eijci: Eccleſia enim licet ſit Domina Cappellarum quò ad illarum directum dominium; non tamen quò ad uſum alicui alteri immediatè conceſſum: hoc tamen intellige verum, dummodò corpus extranei defuncti, poſſit ab aliis diſcerni, & ſeparari, abſque magno incommodo; aliter ſinendum eſt ibi requieſcere. Donat.*loc. cit. qu.*26. *num.*3.*in fin.*

23. In caſu autem quò aliquis laicus eligit ſepulturam in Eccleſia Regularium, & Parochus contendat illum velle ſepelire in Parochiali Eccleſia; tunc per unum ex Regularibus debet fieri proteſtatio contra dictum Parochum ſaltem oretenùs, (ſed meliùs in ſcriptis] coram duobus ad minus, vel tribus teſtibus, prædictum cadaver ſpectare ad ipſos Regulares, & ad eorum Eccleſiam; & poſtea appellare debent ad ordinarium loci de injuſto gravamine, cum proteſtatione omnium expenſarum, & petant reſtitutionem tam cadaveris, qua aliarum rerum omnium occaſione dicti funeris. Ita conſulit Donat.*loc.cit.q.*33.*num.*2.

24. Prælati autem Regulares non poſſunt abſque licentia Epiſcopi loci exhumare defunctorum cadavera, & jam alium locum transferre, (niſi in caſu neceſſitatis) Dicitur enim *in cap. Sanctorum de conſec.* quòd corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præſumat ſine conſilio Principis, ideſt Papæ, vel Epiſcopi. Et patet ex declaratione Sac.Cong.Epiſc.& Reg.edita die 11. Septembris 1643. quæ ordinavit Epiſcopo Placentino, ut reprehenderet quoſdam Regulares, qui permiſerunt exhumari cadaver unius defuncti, ut recognoſceretur à curia ſeculari ſine conſenſu Epiſcopi. Lezzan *verb.ſepul.n.*21.Dian.*p.*3.*trac.* 2.*de dub.Reg.reſ.*120.Theſaur.*de pœn Eccl.*2.*p.prax.c.*2.*verb.ſep.transferen. de in fin.*Genuenſ. *in prax.c.*91.*n.*12. Ceſp.*de exemp.Reg.quò ad ſepul c.*12. *d.*128.*n.*4.

25. Hoc tamen intellige verum de corporibus perpetuæ ſepulturæ traditis; non depoſitatis in aliqua cappella ad tempus. Rodriq.*in comp.quæſt.Reg reſ.*127.*n.*25.Villalob.*in ſum.to.*2.*trac.* 31.*diff.*6.*n.*4.& alii.

Dixi niſi in caſu neceſſitatis. quia ſtante neceſſitate, ut puta ſi Eccleſia, vel Cappella ſit renovanda, vel ſi ſepulturæ ſint adeo plenæ, ut alios defūctos capere non poſſint in tali caſu poſſunt corpora defunctorum, exhumari,

Digitized by Google

& in alium locum transferri. Lezan. *l.c.*Donat.*l.c.n.3.*

26. Et ſi autem præsbyteri ſeculares non poſſint ſupra cadaveribus tumulandis in Eccleſiis Regularium officia cantare, & ſimilia ad funus pertinentia, ut ſepè Sac. Cong. declaravit, ut refert idem Donat.*l.c. q.3.* Tenetur tamen Parochus proſequi funus uſque ad Eccleſiam Regularium, ubi cadaver eſt ſepeliendus, ut eadem Sac. Cong. declaravit in una Brixienſi 18. Iunii 1591.& in una Hicoterenſi 5. Iunii 1615. In quo caſu poteſt Parochus ingredi Eccleſiam Regularium cum ſtola, ut etiam determinavit Sac.Cong.in una Aſcolana 29. Ianuarii 1629. & ex alia declaratione Sac. Congregat. die ultima Septembris 1628.

27. Nunquam tamen Parochus excludi poteſt ab aſſociando cadavere ſui Parochiani; etiam ſi defunctus jubet tantum in ejus funere vocari Regulares; de jure enim ſemper Parochus vocari debet ad aſſociandum Cadaver, qui de ſua Parochia levatur. Ex declaratione Sac. Cong.in una Montis Piloſi anno 1581. Si verò vocatus renuat venire, poteſt cadaver ſepeliri, abſque ſuo interventu, ſoluto prius Parochiali ſuo jure ex declaratione Sac. Cong. in una Capuana die 22. Decembris 1629. Et in tali caſu defunctus etiã proceſſionaliter deferri poteſt, data enim facultas ſepeliendi, datur & deferendi proceſſionaliter mortuum. Barb.*de off & poteſ. Parochi c.* 29. *n.*76. Mancin. *trac.de infirm.d.*6. Olradus *conſ.*225. *n.*13.& alii.

28. Pro hujus complemento, hic adiicere debemus locum, quem Parochus, & Regulares in proceſſionibus tenere debent.

Circa primum certum eſt apud omnes Clerum ſecularem debere Regulares præcedere, etiam in eorum Eccleſiis. ut etiam habetur ex conſuetudine univerſali, & ſæpiùs Sac. Congr. declaravit; & docent Vulpius *in praxi fori Eccleſ.c.*34.Navarr.*in lucerna Reg.verbo precedentia n.*4.5.Lezzan. *verb.preced.quò ad*Reg.*n.*3.& quoque certum eſt, ut habet omnium conſuetudo Parochum debere præcedere omnem Clerum ſecularem in proceſſionibus.

29 Circa vero Præcedentia *Regularium* inter ipſos poſt conſtitutionem Gregorii XIII (de verbo ad verbũ referta à Lezzana *loc.cit.num.*5.) cum inde multæ ſint exortæ lites, ideò die 26. Auguſti 1593.Sac.Congreg. Epiſc. & Reg. ad tollendas omnes lites ſuper præcedentia in proceſſionibus, & cæteris actibus tum publicis, tum privatis, hoc in futurum cenſuit obſervandum, quòd in Urbe Roma ſervatur.

30 *Præcedentia* autem quæ Romæ obſervatur inter Regulares in proceſſionibus hæc eſt. *Poſt Pueros* litterati, & orphani vocatos incedunt primo Fratres Reformati S.Auguſtini. 2. S. Mariæ dicti de Miracoli 3. Cappuccini. 4.S.Ioannis Collavitæ; ſeù Fratres B. Joannis de Deo. 5. *S.* Adriani Ordinis B.Mariæ de Mercede. 6. Sanctorum Joannis, & *P*auli Ordinis S. Hieronymi. 7.*S.*Honuphrii. 8.S. Hieronymi Congregationis B. *P*etri de *P*iſis 9. Minimi. 10 Minores. 11. Auguſtiniani 12.Carmelitæ. 13.SS.Clementis *P*ancratii, & Ambroſii ad Nemus. 14. Servitæ. 15. *P*rædicatores. 16. Monachi S. Alexij. 17. Canonici Regulares S.Ioannis ad Vincula, & *S.* Laurentij

extra muros. 18. Olivetani. 19. Celeſtini 20. Ciſtercienſes, 21. Vallis Vmbroſani 22. Camaldulenſes S. Gregorii. 23. Caſſienenſes 24. Canonici Regulares S. Mariæ de Pace Congregationis Lateranenſis, & Canonici Regulares S. Salvatoris in lauro. Ita habet Lezan. *loc. cit. num.* 6.

De Præcedentia verò Abbatum, cũ Canonicis, Vicariis Epiſcopis, & aliis Prælatis, ſeu ſecularibus Perſonis, ac inter ipſos vide Tamb. *diſp.* 25 *quæſit.* 2.3.4 5. & 6. & Paſqual. *deciſ.* 405.

DUBIUM. X.

Quid de Parocho in ordine ad quartam funeralem?

1. SUppono quòd quarta funeralis, ſeu portio Canonica eſt duplex una quæ debetur Epiſcopo ab omnibus Eccleſiis ſuæ Diæceſis illi immediatè ſubjectis non de exemptis: Alia quæ debetur Parocho; & eſt de omnibus his quæ proveniũt Regularibus, ex eo quòd aliquis Parochianus ſepelitur in eorum Eccleſia; quæ portio poteſt eſſe; vel medietas, vel tertia, vel quarta pars ſecũdum conſuetudinem loci, ut dicitur *in cap. certificati* 9. *de ſepul.*

2. Hæc autem quarta Parochialis differt in multis à quarta Epiſcopali. Primo quia hãc Epiſcopus non poteſt petere ab hærede defuncti, ſed ab Eccleſia legataria, quæ cum Epiſcopo cõmunicant legatum. *cap Requiſiti illi. de Teſtam.* illã verò Parochus percipit directè ab hærede, ut dicitur in Gloſ. *verbo largiri in Clem. Dudum. de ſepulturis.*

3. Secundo, quia quarta Epiſcopalis non detrahitur ab his quæ ad perpetuũ cultum relinquuntur; Parochialis verò debet ſolvi Eccleſiæ Parochiali de omnibus quæ offeruntur eo tempore quò funus defertur ad ſepulturã, aut defuncti exequiæ celebrantur.

4. Tertio quia Epiſcopalis debetur Epiſcopo à ſolis locis Eccleſiaſticis ipſi ſubjectis, ſive in eis defunctus ſepulturam elegerit, ſive non; Parochialis verò debetur ab omnibus eis & ſolis Eccleſiaſticis locis in quibus defunctus eligit ſepultutam, aut ſepultus eſt, ſive ſint exempti ſivè non, & hoc de jure communi. debetur etiam Parocho quarta propter ſacramenta, quæ miniſtrat ſuis Parochianis, & onus quòd in eorum adminiſtratione ſubiit.

5. Epiſcopus autem poteſt quartam exigere à legatis factis Oratoriis Confratrorũ ſuæ Diæceſis; dummodò talia Oratoria ſint publica, & habeant campanas, ut docent communiter Doctores: ſi autem legatum fiat ipſis Confratribus, & non Oratoriis Epiſcopo non debetur quarta; Tum quia de relictis perſonis non debetur quarta; Tum etiam quia aliud eſt loqui de locis piis, aliud de perſonis quæ conveniunt in loco pio. Megal. *in p.* 2. *part. inſtit.* Peregrin. *l.* 2. *c.* 14. *q.* 4. *n.* 30. Ricc. *p.* 3. *prax reſ.* 338. *n.* 4. & alii ab ipſis relati. Pro claritate autem hujus dubii ſit.

§. I.

Quinam tenentur ad quartam Parochialem ſolvendam? & de quibus rebus eſt ſolvenda?

1. CIrca primum, quòd quæritur. Dicimus quòd ad quartam funeralem ſolvendam tenentur omnes Re-

Digitized by Google

Regulares de jure communi, ut habetur in *Clem. Dudum de ſepulturis*. De jure tamen ſpeciali, & Privilegiato aliqui Religioſi non tenentur; & quia plures Regulares diverſi Ordinis, circa hoc habeant Privilegium; ideo, nec iſti, nec qui cum eis communicant tenentur ad ſolutionem quartæ funeralis.

2. *Primo* ergo hoc privilegium habent Benedictini Congregationis S. Juſtinæ, ex Eugenio IV. ut refert Tamb, *de jure Abbatum tom.* 1. *diſp. q.* 17. *n.* 6. qui ait hoc privilegium etiã communicari Congregationi Vallis Umbroſæ, , & Cæleſtinis.

Secundo habent *Prædicatores* ex Alexandro IV. in ſua Conſtitutione incipiente, *Venerabilibus fratribus Vniverſis*, & in alia incipiente. *Ex parte ueſtra fuit nobis expoſitum*; & ex Benedicto XI. in conſtitutione incipiente; *inter cunctas ſollicitudines*; & ex Sixto IV. in conſtitutione incipiẽte. *Regimini Vniuerſalis Eccleſiæ*; & ex Paulo IV. in conſtitutione incipiẽte. *Ex Apoſtolicæ ſedis prouidentia*.

Tertio habent Minimi ex conceſſione Julii II. in ſua Conſtitutione incipiente *Dudum ad* Sacrũ *Ordinem* ibi: *Decimas aut oblationes aliquas etiam ex noualibus, uel quartam ex funeralibus ſoluere minime teneantur*, nec ad id à quoquam cujuſque nobilitatis, aut dignitatis exiſtat valeant quomodolibet coarctari.

Quarto habent Carmelitæ ex privilegio Nicolai V in ſua conſtitutione incipiente I*nter cætera noſtræ ſollicitudinis ſtudia* relata ad verbũ à Lezan. *uerb. canonica portio n.* 7. & etiam confirmat Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta*.

Quinto habent Patres Diſcalceati per Clementem VIII. in Bulla Incipiente. *Quod ſemel.*

3. Quia autem dicta Privilegia, & ſimilia fuerunt à Concil. Trident. in multis limitata, & moderata; ideò licet hic opponere verba Concilii *ſeſ.* 25. *cap.* 13. ibi: Decernit S. Synodus, ut quibuſcunque in locis, jã ante annos 40. quartę quæ funeralis dicitur Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolvi, ac poſtea fuerit, & quocunque privilegio, aliis Monaſteriis, hoſpitalibus, aut quibuſcunque locis piis conceſſa, eadem poſt hac integro jure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, Cathedrali, ſeu Parochiali Eccleſiæ perſolvatur; non obſtãtibus conceſſionibus, gratiis, privilegiis, etiam mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſcunque.

4. Ex quibus verbis. Inferes I. quod ea Monaſteria quæ 40. annis ante Concilium ſolita erant ſolvere dictam quartam; quoque nunc ad eam teneri, non obſtantibus Privilegijs.

5 Inferes II. Quod illa Monaſteria fundata ante Concilium quæ ſolita nõ erant per 40. annos dictam quartam ſolvere; neque hodie ad illam tenentur.

6 Inferes III. Quod Monaſteria fundata ante Concilium, citra 40. annos, non tenentur ad quartam ſolvendam; quia Concilium loquitur ſolum de Monaſteriis fundatis ante Concilium 40. annos non citra.

7. Inferes IV. Quòd Monaſteria fundata poſt Concilium, vel fundanda, non tenentur ſolvere dictam quartam, quia non comprehenduntur in dicto decreto Concilii; ſolum enim Concilium loquitur de fundatis ante ipſum, & quæ ſolita erant ſolvendi quartam,

non verò de Monaſteriis fundatis, vel fundandis poſt ipſum. Ita communiter Doctores.

8. Quòd autem ite ſit obſervandum etiam patet per Bullam Pii V. incipiente, *& ſi Mendicantium Ordines* edita anno 1567. poſt Concilium annis quatuor; Concilium enim illam ſeſſionem fecit anno 1563. ubi ſic habetur. Quartam autem funeralium de qua *ſeſſ.25.cap.13.* nequaquam ſolvere teneantur Monaſteria, quæ à 40. annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur, tantum de Monaſteriis ante annos 40. fundatis, quæ ipſam quartam ſolvere conſueverunt.

Nec dicas quòd dicta Conſtitutio Pii V. fuit revocata à Gregorio XIIJ. in alia Bulla incipiente. Jn tanta rerum mole, quia Gregorius tantu m revocavit præfatam Conſtitutionem Pii V. in quantum per ipſam conceditur aliquid contrarium Decretis Tridentini; non tamen quatenus in in ipſa declarantur. uti declaravit Sac.Cong.Cardin. teſtibus Rodriq., Serbus, Molf.Tamb.Caraccia, & Lopez., relati à Donato *de quarta funer.tract.11.q.5.n.5.*

*E*t hoc clarè habetur in Deciſione Rotæ Romanæ habita coram *D*omino Decano Litienſi 15.Januarii 1618. referta per extenſum à Donat *loc.cit.n.6* & ad hoc juvat alia conſtitutio *P*auli V. conceſſa Carmelitis quæ incipit, Decet Romanum *P*ontificem, referta etiã à Donato *loc.cit.*

9. Et in dicta conformitate etiam Moniales ſunt exemptæ à quarta funerali. Tum quia Bulla *P*ii V. loquitur generaliter dicens: Monaſteria non teneri ſolvere quartam funeralem juxta diſpoſitionem Conc.lii Tridentini, ſed conventus monialium ſunt verè Monaſteria, ergo &c. Tum etiam quia *P*ius V. in Bulla incipiante. Ad hoc nos Deus expreſsè de monialibus mentionem facit Tum denique quia privilegia favorabilia Mobachorum virorũ extenduntur à moniales ejuſdem ordinis. Portell *in dub. uerb. Canonica portio n.8.* Lezzan. *uerbo quarta funeralis n.8.* *P*elliz. *in trac. de Monialibus c.9.n.17.* Donat. *loc.cit.q.6.*

10. Sunt quoque plurimi caſus aſſignati à Doctoribus in quibus loquẽ. generaliter non debetur à Monaſtiriis dicta quarta Parocho. I. caſus eſt quã. do adeſt conſuetudo illam non ſolvendi juxta ſupradicta. II. quando adeſt *P*rivilegium ut in ſupradictis. III. quãdo aliquid legatur Eccleſiæ Regulari in uſus privilegiatos ſcilicet in ornamentum Eccleſiæ, vel pro fabrica, vel luminaribus, vel anniverſariò, ſeptimo, vigeſimo, vel trigeſimo die. *I*V. quando Eccleſiæ aliquid donatur inter vivos. V. quando legator, factus eſt Religioſus poſt electionem ſepulturæ in illo Monaſterio. V*I*. quando quis legat Eccleſiæ in qua non ſepelitur. V*II*. qnando aliquis ſepelitur in *E*ccleſia *R*egularium contra ipſorum voluntatem. VJII. quando Eccleſia Parochialis eſt interdicta culpa Parochi. IX. quando quis elegit ſepulturam, ſed de facto per aliquem caſum, non ſepelitur in illa Eccleſia. X. quando legatur Eccleſiæ Parochiali, tantum quantum illi debebatur ratione quartæ, & tale legatum a Paracho acceptatur; ſecùs ſi legatum fuit ſimpliciter, & abſolutè. XI. quando fit depoſitio cadaveris in *E*ccleſia Regulari, ſolum ad tempus, & non in

per-

Digitized by Google

perpetuum. XII. Ex legatis particularibus Religioſis, jura enim loquuntur de legatis Eccleſiæ. *Ita* communiter Doctores relati à Lezzan. *verbo quarta funeralis n.* 10.

11. Circa ſecundum quòd inſ. quæritur, ſcilicet de quibus rebus ſolvenda eſt quarta Parocho.

Reſpondetur quòd de jure communi Regulares tenenter ſolvere quartã Parocho de omnibus legatis factis Eccleſiæ in qua quis ſepelitur, ut patet ex *Clem. Dudum*, & ex aliis capitulis tituli de ſepulturis.

12. Hodie tamen Regulares Mendicantes; & qui fruuntur eorum privilegiis non tenentur quartam ſolvere, niſi de his tantum, quæ cum corpore defuncti ſolent deferri, ut declaravit Pius V. in Bulla incipiente. *Et ſi Mendicantium.* ibi. Et ubi ſolvi conſuevit id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur; non autem de Miſſis ſeu legatis, vel aliis, fratribus ipſis; ſeu Monialibus hujuſcemodi relictis, aut quomodolibet donatis ſolvi debet; ſicque intelligi decretum, quò ad quartam hujuſmodi ſolvendam, debere decernimus. Iſta etiam verba habentur in alia Bulla ejuſdem Pii V. incipiente *Ad hoc nos.* Unde

13. Reſolves I. quòd Regulares non tenentur ſolvere quartam de candelis quæ illis dantur ad manus in funeralibus, ut declaravit Benedictus XI in ſua conſtitutione incipiente *inter cunctas.* ibi. De candelis autem quas Fratres portant nulla portio datur; hoc enim habet antiqua conſuetudo, quæ eſt legum interpres: & dictæ dantur perſonis non Eccleſiis; quarta autem detrahenda eſt à legatis Eccleſiis factis non perſonis. *Ita* communiter Doctores.

14. Reſolves *II.* quòd quarta funeralis non eſt detrahenda ex omnibus cereis, ſed tantum de illis, qui circa Crucem, vel cadaver ſolent deferri, maximè in Italia. Barb *de jur. Eccl. l.* 3. *c.* 24. Lezan. *verb. quarta fun. n.* 7.

15. Reſolves III. quòd Regulares Mendicantes non tenentur ſolvere quartam de candelis accẽſis in baldacchino, conſtituto in ſuis Eccleſiis circa cadaver; quia dictæ candelæ; (ut ſuppono) non fuerunt delatæ per viam una cum cadavere, ſed aliàs transmiſſæ; quarta autem debetur de cereis quæ deferuntur tempore quo corpora defunctorum deferuntur ad ſepulturam; non de aliis quomodolibet donatis, ut patet ex Bulla Pii V. & ita in praxi obſervatur, & conſuetudo eſt altera lex. Remigius Scropha *in ſuis moralitat. q.* 13. *in addit. n.* 3. Portell. 2. *p. caſ.* 12. *n.* 12. Donat. *loc. cit. q* 8.

16. Reſolves IV. quòd quarta funeralis non debetur de libris, qui in ſignum Doctoratus ponuntur circa feretrum in quo defunctus jacet; neque de armis quæ circa Militum feretra ponuntur, hæc enim ponuntur nõ ad utilitatem animæ defuncti, nec ut bona à defuncto relicta, ſed ad pompam vivorum, & pro honore familiæ. Idem dic de annulis aureis, monilibus, jocalibus, & veſtibus prætioſis quæ a ſponſo, ſive defunctæ ſponſæ apponi ſolent ad honorem; iſta enim bona non manent apud Eccleſiam, nec manere debent, ſed reſtituenda ſunt hæredibus. Caraccia. *de quarta funer. cap.* 3. §. *adſunt. indumen.*

menta. Bordon. *tom.2.reſ.51.num.21:* Pelliz.*tom.2.man.trac.8.cap.5.ſect.4. ſub num.*126.§.*difficultas eſſe poteſt de libris*. Donat. *loc.cit.queſ.9. num.*1.

17. Reſolves V. quòd qui tenentur ſolvere quartam, tantum, illam ſolvere debentur tempore quo corpora defunctorum ad ſepulturam deferūtur; non verò in Anniverſario, vel aliis diebus in quibus Miſſæ pro defuncto celebrantur ut expreſsè conſtat ex præcitata Bulla Pii V. incipiente *Et ſi mendicātium*, & ex alia *Ad hoc nos Deus*. Si autem parocho data eſt quarta funeralis debita in die funeris, & poſtea ſequenti die ubi ſepultus fuit defunctus ſolemniori pompa, convocato Clero ſeculari, & pro ejus anima Miſſæ celebrantur, & candelæ iterum diſtribuuntur in majori quantitate diei præcedētis; tunc parocho debetur alia quarta; ut patet ex declaratione Sac. Congreg die 3. Auguſti 1621. & notat Remigius Scropha *in ſuis moralitatibus q.13. in addit.* quod pompa exequiarum in ſero, & in mane una cenſetur; & toties fiunt exequiæ quoties Clerus congregatur. Si autem Regulares ſoli ſine cōvocatione cleri ſecularis faciunt exequias in mane in eorum Eccleſiis, non tenentur ad quartam. Donat. *loc. cit. q.*11.

18. Reſolves VI. quòd candelis, ſeu intorſtitiis Confraternitatum funera aſſociantium nulla debetur parocho quarta, ut ex declaratione Sac. Cong. Epiſcop. in una Firmiana die 5. Martii 1615. Mancinus *de quarta funer. dub.* 16.*pag. mihi* 784. Barboſ. *in collectanea ad cap.*13. *Trid. ſeſſ.*25. *de reformat. num.*9.

§. II.

Alia circa quartam funeralem ſtabiliuntur.

1. ETſi Epiſcopi cogentes Regulares ad quartam funeralem ſolvendam, in caſu quò ad illam non tenentur juxta diſpoſitionem decreti Concilii Tridentini ſint interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenſi à Divinis; & Curati ſint excommunicati ipſo facto, ut patet ex privilegio Sixti IV. Prædicatoribus, & Minoribus conceſſo anno 1474. ut refert Rodriq. *tom.1.q.*39.*a.*9. neque tamen Epiſcopi; neque à fortiori parochi in caſu quo Regulares tenētur ad quartā ſolvendā ſecūdū Trid. poſsūt cogere, & cōpellere Regulares ad illam ſolvendam, ſed tales Regulares ſic obligati ad quartam ſolvendam cogendi ſunt ab ipſorum ſuperioribus, vel à Sacra Congregatione, vel à Domino Papa; non verò ab Epiſcopo loci a cujus juriſdictione ſunt exempti.

2. Ratio hujus poteſt eſſe. Tum quia prædicta conceſſio Sixti IV. in nulla parte eſt revocata, nec eſt contraria Tridentini decretis. Tum atiam quia in *cap. dudum de ſepulturis in* 6. re vocantur privilegia in quantum impediunt ſolutionem quartæ; non autem quantūm ad hoc quòd eximunt Mendicantes a juriſdictione Epiſcopi: Tum etiam quia compulſio eſt actus juriſdictionalis qui non poteſt exerceri in exemptos a juriſdictione aliter non dicerentur exempti Mendicantes a juriſdictione Epiſcopi, ſed ſubditi, & ſubjecti. Ita docent Rodriq *loc.cit.cum ſuo comp.reſ.*18.*num.*10 *de Canonica portione*. Miran. *tom.*7.*man queſ.*

*queſ.*48. *art.*14. Ioann. de la Crux *l:*2: *de ſtatu Relig:dub.*5: *concl:*2. Portell: *in dub. verbo Canonica portio num:*11: *R*emigius Scropha *in ſuis moralitat: quæſt:*13, *num.*12. Ceſpedes *de exemp: Regul: quò ad ſepultur, cap.* 12. *d:*219: *num:*21. Sylv: *verbo Portio Canonica in fin:* Donat: *loc: cit: q.*15. *num.*2. & aliis.

3: Advertit autem Donatus, quòd hodie Ordinarius loci ſæpiùs reperitur conſervator, & Iudex omnium Regularium ſuæ Diæceſis, ſi ipſi alium non elegerint in conſervatorem privilegiorum; & ſicuti Delegatus Apoſtolicus poſſet cogere dictos Regulares, non ſolum ad ſolvendam dictam quartam, ſed etiam ad omne aliud juſtè debitū; Unde *R*egulares debent eligere conſervatorem ad preſcriptum conſtitutionis Gregorii XV. de Conſervatoribus; ne ab Epiſcopis ad quartam compellantur.

4: Neque poteſt Epiſcopus prohibere hæredibus defuncti ne ſolvant legata *R*egularibus, antequam dent parocho quartam funeralem; quia hoc præceptum eſſet in uſum, & contra immunitatem Regularium: ex privilehio Nicolai V: pro Carmelitis. Incipiente: *Vobis & dicto Ordini veſtro.* quod privilegium confirmatum eſt a Sixto IV: in Bulla quæ incipit. *Dum attenta* & etiam habetur ex declaratione Sac: Congreg: Epiſc. apud Barboſ: *in collectanea Bullarum* & docet Lezan: *tom:3: verb: can: portio.* & alii: lgitur ſi ex privilegiis dictis *R*egulares non tenentur ex legatis ſibi relictis quartam ſolvere parocho; nullo iure poteſt Epiſcopus prohibere hæredibus defuncti, ne ſolvant *R*egularibus legata; niſi ipſi prius ſolvant Parocho quartam:

5: Si autem Monaſterium exemptum à ſolutione quartæ iuxta decretum Trident: ob incuriam, vel dementiam alicuius particularis ſui Prælati, vel Religioſi, bis aut ter ſolvat quartā funeralem parocho; non ob id præiudicat, & tollit privilegia; & licet talis Regularis ſit puniendus uti ſpretor privilegiorum ſui Ordinis; & violator exemptionis ſuæ Eccleſiæ: tamen eius ſucceſſor, vel alius poteſt non ſolvere dictam quartam non debitam, ad quod facit *Tex.cap:cum acceſſiſſent 8.de conſtit:* ubi dicitur communiter ſtatuiſſe, ac ſtatutum ipſum auctoritate Sedis Apoſtolicæ fuiſſe poſtmodum confirmatum, vos illud faciatis in ſuo robore permanere: & hoc etiam docent communiter Doctores apud Donat: *loc:cit:q.*16.

DUBIUM XI:

De aliis obligationibus Parochorum:

1: PArochi præter alias obligationes iam dictas in ſuperioribus, ad ſanctè ſuum officium miniſtrandum habere debent, & alias, quarum permaxima eſt, ut invigilent ſemper, ut in ſacrario, ſeu tabernaculo clave obſerrato hoſtiæ ſerventur, ſeu particulæ conſecratæ in pixide munda, clauſa ſuo cooperculo, & cooperta, velo aliquo & ne vetuſtate corrumpantur, bis ſaltem in menſe, [& ſi fieri debet ſemel in hebdommada maximè tempore æſtatis] debent veteres, vel diſpenſari, vel ſumi, & aliæ novæ conſecrari, & purificari pixis: ut docet Laym: *l:*5:

ſuæ

cap. poſtulabis. Imo collatio facta excommunicato eſt de jure nulla, ut docet Garz. *de beneſ. Eccl. p. 7. c. 13*. Item peccat ſi ſuſpenſus beneficium aſſequitur, & talis collatio facta ſuſpenſo eſt nulla, *cap. cum dilectus verſ. quia nobis*, & docent Vgolin. *de cenſ. tab. 4. de ſuſp. c. 6. §. 7. num. 4*. Navarr. *in Man. c. 25. n. 233*. Majol. *de irreg. l. 3. c. 19. n. 10*. Azor. *p. 2. inſtit. moral. l. 6. c. 7. qu. 2*. Garz. *loc. cit. c. 14. n. 1*. qui adducit deciſionem Rotæ *in una milit. Abbatiæ 24. Januar.* 1592. & idem fuit reſolutũ in illa *Vigellenſ. Canonicatus. 3. Martii* 1595. & quod diximus de ſuſpenſo etiam extenditur ad interdictum perſonaliter; is enim eſt etiam incapax beneficiorum. *Gloſſ. in c. tanta verſ. irritas de exceſſ. præl.* Vgolin. *de cenſ. tab. 5. c. 3. §. 1. n. 2*. Leſſ. *lib. 2. de iuſt. moral. lib. 6. c. 7. q. 2*. Garz. *loc. cit. c. 14. n. 5*. qui infert ex hoc, quòd collatio beneficii facta concubinariis, ſeu fornicariis notoriis: eſt nulla, quia hi ſuſpenſi ſunt ab officio, & eſt prohibitum audire eorũ officia. *c. nullus; c. præter, & cap. ſi qui ſunt 32. d.* Sic etiam per ſaltum promotis, cum ſint ſuſpenſi, ſunt inhabiles ad beneficia obtinenda, donec diſpenſentur. Barb. *de offic. et poteſt. Epiſc. alleg. 47. num. 4*. item ſunt inhabiles irregulares, & collatio iſtis facta eſt invalida *cap. fin. de Cleric. pugnant. in duello, cap. 2. de Cler. non ordin. miniſt. c. fin.* Felin. *in cap. inquiſitionis nu. 7. de accuſat.* Navarr. *in manual. c. 27. ſub nu. 249 aliàs 251*. Henriq. *in ſum. l. 13. cap. 14. §. 1. et cap. 56. §. 1.* & alii quos refert Garz. *cit. c. 11. num. 1*. Vnde homicida ſi obtineat beneficium peccat in ipſa collatione beneficii, & collatio eſt invalida, quia beneficium datur propter officium. ſed irregularis impeditur ab officio, ergo non poteſt conſequi beneficium. Idem dic de corpore vitiatis, ſcilicet qui corpore inſigniter ſunt deformati: quia ſunt irregulares, & de bigamis, qui etiam ſunt irregulares.

7. Suſcipientes beneficium peccant ſi cognoſcant ſe indignos, ex defectu morum, vel ſcientiæ, quia ex parte ſuſcipientis requiritur tum morum probitas, *cap. cum in cunctis de elect. c. grave nimis de præb. et clem. 1. de ætate*, & qualitate Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. c. 18. de reſ.* Tum etiam ſciẽtia, & litteratura; quia beneficiatus habere debet ſcientiam litterarum pro qualitate & conditione beneficii, ut dicitur *in cap. cum in cunctis cit. & c. venerabilis de præb.* & licet defectus ſcientiæ competentis, reddat collationem injuſtam; non tamen reddit nullã, ut decernitur in Concil. Tridentin. *ſeſſ. 7. de reform. cap. 3. & cap. fin. de ætat. & qualitat.*

8. Qui ſimoniacè obtinent beneficia ſive ſimplicia, ſivè curata non vacant culpa mortali; & inſuper ſunt excommunicati, excommunicatione Papæ reſervata, & eorum collatio eſt nulla ipſo facto, & irrita; ita ut ad ea tur ad reſtitutionem fructuum, ut nullum jus acquirat, & obligandicitur *in extravagan. cum deteſtabile de ſimon. in extrav. comm.* quam Pius V. confirmavit, & inſuper addidit perpetuam inhabilitatem ad ea & quæcunque alia beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.

9. Qui ſubreptitiè, ideſt tacita facti veritate, aut expreſſa falſitate obtinent beneficia curata, vel ſimplicia peccant

in ipſa aſſecutione beneficiorũ,& colla- eſt nulla,*c.cum adeò de re jud.*ſubreptio enimirri tat gratiã ipſo jure *c.ad aures etc.conſtitutus de reſer. cap ſi motu proprio de prǫb.in 6.et clem.*1. *verſ. gratiam hujuſmodi eod.tit.* Garz. *de benef.Eccl.p.*8.*c.*3.*n.*1.& hoc intelligitur de beneficiis ſubreptitiè impetratis à Papa,aut ejus legato,nõ de beneficiis impetratis ab Ordinario,quia in Ordinario,non datur ſubreptito. Vnde Garz *loc.cit.n:*7:*et ſeq.* ait quod quælibet licentia ab ordinario per ſubreptitionem impetrata eſt valida, quamvis obtinẽs decipiebdo peccet. Multa eſſent dicenda de obligatione Parochorum; ac eorum poteſtate; dicta autem ſufficiant, quia ſecundum noſtrum morem conſulimus brevitati; ſi ampliora deſideras conſule auctores qui de hac materia latè ſcripſerunt.

LIBER

Digitized by Google

LIBER VII.

De Confeſſariis, eorum obligationibus, & requiſitis.

COnfeſſarii licet non ſint Prælati, quia tamen præſunt animabus, quibus eorum confeſſiones excipiunt largo modo dici prælati poſſunt, unde ut noſtris ſatisfaciamus promiſſis, aliqua hic de Confeſſariis eſt dicendum, circa eorum poteſtatem, & obligationem ad ſanctè exercendum ſuum officium. *Sit* ergo.

CAP. I.

Quid requiratur in Confeſſario, ad validam, & licitam Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem.

1. AD validam adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ requiritur in Sacerdote poteſtas ordinis, & juriſdictionis, unde Sacerdos ut validè adminiſtret tale ſacramentum, debet per examen, aut alia ratione approbari ab Epiſcopo jam confirmato, & ſubditos habente, vel à Vicario Generali, vel à Capitulo ſede vacante, aut ab alio habente juriſdictionem Epiſcopalem in populo exemptum à juriſdictione ordinaria eſt communis aſſertio Doctorum unde reſolves.

2. I. Validam eſſe confeſſionem factam proprio Parocho ordine ſacerdotali initiato; hic enim habet poteſtatem ordinis & juriſdictionis, quæ illi competit ex officio; ratione beneficii Parochialis. Bonac. *de Sac. pœn. diſp. 5. q. 7. p. 3. §. 1. num.* 4. Nec non validã eſſe confeſſionem factam illi Sacerdoti, qui ab Epiſcopo facultatem obtinuit adminiſtrandi omnia ſacramenta aut curam animarum exercendi. *Bonacin. loc. cit. num.* 4. Reg. *lib. 1. num.* 71.

3. II. Validè adminiſtrare ſacramentum Pœnitentiæ Sacerdotem peccatorem loquendo per ſe; hic enim habet poteſtatem ordinis, & juriſdictionis, quæ per peccatum non amittitur. *Suarez. d. 24. ſec.* 1. Fill. *trac. 7. c. 7. q. 4. n.* 81 Bonac. *loc. cit. num.* 1.

4. III. Non eſſe validam confeſſionem factam coram Sacerdote ab Epiſcopo, vel ab alio facultatem Epiſcopalem non habentem; hic enim caret juriſdictione, extra mortis periculum. Bonac. *loc. cit. num.* 3.

5. IV. Sacerdotem debere approbari ab Epiſcopo ipſius Confeſſarii, non pœnitentis; quia approbatio eſt

actus juriſdictionis quæ in ſubditum exercetur, unde facienda eſt ab Epiſcopo cui ſubditus eſt Confeſſarius qui approbatur. Bonacin. *loc. cit. num.* 15. Suarez *diſp.* 28. *ſect.* 6. *num.* 10. Reg. *l.* 1. *num.* 184. Fill. *trac.* 7. *cap.* 9. *q.* 10. *num.* 260. & alii contra Nugnum *in additionib. q.* 8. *a.* 5.

6. Juriſdictio autem eſt poteſtas, quam quis habet in alios ad eos regendos, & guberbandos, ſeu dirigendos ad Regnum Cœlorum. Et eſt triplex ſcilicet ordinaria, delegata, & ex juris conceſſione. Ille dicitur habere juriſdictionem ordinariam, cui competit ex officio; & ſic Pontifex in tota Eccleſia, & Epiſcopus in ſua Diœceſi, habent juriſdictionem ordinariam, ac etiam Parochus qui proximè habet iuriſdictionem adminiſtrandi pœnitentiæ ſacramentum ſuis ovibus. Ille dicitur habere iuriſdictionem delegatam qui obtinuit facultatem ab habente iurſdictionem ordinariam, qualem habent Sacerdotes deputati ad audiendas confeſſiones, quibus non competit ius audiendi cōfeſſiones ex officio, ſed ex deputatione. Et denique ille dicitur habere iuriſdictionem ex conceſſione iuris, qui abſolvit eum cui à iure, vel ex privilegio conceſſa eſt facultas eligendi confeſſarium. Bonac. *loc. cit. num.* 6. cum aliis ab ipſo relatis.

7. Ad licitam autem adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ requiruntur in confeſſario tres ſaltem conditiones, ſcilicet, pro bitas, ſcientia, & prudentia.

Ratio quare requiritur prima conditio eſt, quia miniſtrare ſacramentum aliquod in lethali culpa, committitur crimen lethale, cum iure naturali præcipiatur ut ſancta, ſanctè tractentur, ut D. Th. docet communiter receptus in 4. *d.* 5. *q.* 2. *a.* 2. *q.* 2. & 3. *p. q.* 64. *a.* 6. Et hoc ita verum eſt, ut confeſſarius audiens confeſſiones in peccato mortali, peccet mortaliter, etiam ſi abſolutionem non impendat; quia cum Sacramentum Pœnitentiæ inchoetur in ipſa confeſſione Pœnitentis Sacerdos debet ad totum illud miniſterium accedere bene diſpoſitus. Suarez *de pœnit. diſp.* 28. *ſect.* 1. *in princip.* Duard. *in c. om. utr. ſex. diſp.* 1. *ſec.* 1. *nu.* 3.

8. Unde ſi Confeſſarius permanens in mortali, & aliqua cenſura ſit alligatus, miniſtrando Sacramentum Pœnitentiæ non ſolum novam culpam contrahit, ſed etiam efficitur irregularis. Palud. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 4. Sayr. *lib.* 7. *Theſ tom.* 1. *c.* 9. *n.* 8. Quia abſolutio pœnitentis in foro conſcientiæ ſicuti & celebratio Miſſæ ſunt actus ordinis Sacerdotalis.

9. Dantur tamen aliqui caſus, in quibus poteſt Confeſſarius excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus citra irregularitatem miniſtrare ſacramētum pœnitentiæ.

I. *Eſt* neceſſitas extrema; ſiquidem in articulo mortis omnes Sacerdotes quoslibet pænitentes, à quibuſvis peccatis, & cenſuris poſſunt abſolvere. Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. *de caſ. reſerv.* Reg. *lib.* 1. *prax. num.* 110. Molfeſ. *p.* 1. *ſum. Theol. tr ac.* 6. *c.* 24. *n.* 9. & alii ab ipſo relati.

II. Eſt Ubi Confeſſarius eſſet occultè alligatus cenſura, & citra ſcandalum aut propriam infamiam non poſſet petenti denegare Sacramenti adminiſtrationem; in hoc enim caſu poteſt ſacramentum adminiſtrare citra irregu-

Digitized by Google

gularitatem: quia licitum eſt agere contra obligationem cenſuræ, ad evitandum ſcandalum, vel propriam infamiam, quando enim concurrunt duo præcepta incompatibilia, tunc ſervandum eſt digniùs, & quòd arctius eſt, *c. Iulianus*, *& c. ſi Dominus* 11. *q.* 3. in caſu autem de quo agitur concurrunt duo præcepta, poſitivum ſcilicet, & humanum quò prohibetur agere contra obligationem cenſuræ; & præceptum naturale & Divinum ſervandi propriã famam, & non ſcandalizandi, quòd eſt majus, igitur debet hoc ſervari, illo poſpoſito. Nav. *in man. c.* 27. *nu.* 239. Suar. 3. *p. t.* 3. *diſp.* 66. *ſect.* 4. *& tom.* 5. *diſp.* 6. *ſect.* 1. Sayr. *lib.* 2. *theſ. c.* 1. *cap.* 3. *num.* 27. *et* 28. & alii. Et hac de cauſa ad ſcandalum vitandum poteſt Sacerdos occultè excommunicatus celebrare, citra irregularitatem, aut aliam cenſuram. ex D.Th. 3. *p. q.* 83. *a.* 9.

III. Eſt. Quando Sacerdos eſt occultè excommunicatus & ex officio tenetur miniſtrare Sacramentum Pœnitentiæ; tunc enim petenti poteſt illud miniſtrare citra irregularitatem, etiam ſi non miniſtrando nullam contraheret infamiam, aut nullum ſcandalum immineret, imò etiam non petenti poteſt illud miniſtrare ſi ſubditum videat hujuſmodi Sacramento indigere: quia de jure Divino tenetur paſcere gregem ſibi commiſſum Ioan. 21. *Paſce oves meas*. & obligatio ſervandi cenſuram eſt tantum de jure humano, & ſic quãdo concurrunt duo iura ſervandum eſt majus. *cap. duo mala*, *et cap. Nerui* 13. Suar. 3. *p. tom.* 5. *diſp.* 11. *ſec.* 4. *nu.* 12. qui etiam extendit ad excommunicatum occultum, qui ex officio non tenetur miniſtrare ſacramenta.

IV. Eſt. Ignorantia probabilis. Vnde ſi quis ignorat probabiliter ſe eſſe excommunicatum miniſtret ſacramentum Pœnitentiæ non efficitur irregularis; quia ad incurrendam irregularitatem ex violatione cenſuræ Eccleſiaſticæ requiritur ut quis ſcienter miniſterium Ordinis exerceat; & ignorantia probabilis excludit omnem ſcientiam; & quæ dicimus de ignorantia probabili, etiam intelligitur de oblivione, & inadvertentia: unde ſi quis non advertens ſe eſſe excommunicatũ miniſtret Sacramentũ Pœnitentiæ non incurrit irregularitatem, ut docet Hugol. *trac. de cenſ. tab.* 1. *c.* 14. *§.* 1. *nu.* 12. Sayr. *lib.* 7. *theſ. c.* 10. *num.* 12. Andr. *trac. de Clavib. a.* 3. *verſ. ſeptima exceptio lib.* 4. Duard. *loc. cit. num.* 14. *et* 15. Ignorantia autem craſſa, & ſupina, & conſequenter improbabilis non excuſat ab irregularitate, quia id dicitur ignorare, quòd ſcire tenebatur, *cap. Apoſtolicæ* & ibi Gloſ. & Doctores *de Cler. excom. celebr.* Panor. *in cap. fin. num.* 5. *de exceſſ. prel.* Sayr. *loc. cit. num.* 22. *tom.* 1. & alii.

V. Eſt. Metus cadens in virum cõſtantem. Sacerdos enim excommunicatus ſi propter vitandum mortis periculum, vel grave damnum, in propria, vel ſuorum perſonis ac bonis miniſtret Sacramentum Pœnitentiæ non incurrit irregularitatem; ad hanc enim incurrendam ex violatione cenſuræ requiritur co[illegible] qui in iſto caſu nõ præſumitur; & lex humana non obligat ad obſervantiam ſui cum tanto periculo. Sayr. *loc. cit.* Duard. *loc. cit. num.* 18. id autem intelligitur de excommunicato, occulto, vel tolerato, non autem de denunciato, vel publico percuſſore

Cleri-

Clerici; hic enim ſicuti non excuſatur à peccato, ſic neque ab irregularitate Suarez *3.p.tom.5.diſp.6.ſect.3.num.3.* Duard. *loc. cit. et in comment. Bulię Cœne c.2.q.2.concl.2.in fine.*

10. Taliter autem in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ requiritur probitas in confeſſario,ut Sacerdos permanens in mortali non poſſit citra novã illud culpã miniſtrare, etiã in caſu neceſſitatis; ius enim naturale, & divinum expoſcunt ut ſancta ſanctè tractentur; & ſic Sacerdos tunc poteſt illud miniſtrare ſine culpa,præmittendo prius contritionem, quam breviſſimo tempore poſſe haberi docet Suarez *de pœnit.diſp.28.ſect.1.in princ.*& in hoc ſufficit ut adhibeat diligentiam ex parte ſua; cum perfecta contritio non poteſt haberi,niſi mediante auxilio Dei. quam ſi non habeat perfectam,ſed imperfectam tantum,quæ eſt attritio novam culpam non contrahit , per hoc enim dicitur ſufficienter averſus à voluntate peccandi in futurum,ac per cõſequens poteſt dici , quòd ſanctè aliquo modo ſanctè tractet . Duard. *loc. cit.num.19.*

11. Toties autem Sacerdos in mortali permanens, peccat mortaliter quoties confeſſiones audit ; peccata enim multiplicantur numero per multiplicationem actus,ergo toties peccabit, quoties actu Pœnitentiæ Sacramentũ exiſtens in mortali miniſtrabit. Silveſ. *in ſumm.verb.confeſſor.3.ſup.7.1.*Megala *p.Inſtit.*Peregrin.*l.1.c.4. num.4.* Molfeſ.*p.1.ſum.trac.7.c.24.n.16.*contra Rodriq.*p.1 ſuæ ſum.c.247.in fin.*

12. Pœnitens autem ,qui ſcienter induxit Sacerdotem ad miniſtrandum hoc ſacramentum etiam mortaliter peccat ; quia tenemur ex charitatis præcepto proximum non inducere ad peccandum . Quod quidem eſt verum ſi Sacerdos non erat paratus ad miniſtrãdum , nec extrema neceſſitas urget ex parte pœnitentis;in extrema enim neceſſitate licitum eſt citra culpam ab iniquo miniſtro ſacramentum petere , & accipere.*Suarez. 3.p.tom.3.diſp.18.ſec.1.verſ.Dixi autem* .Duard *tom.1. §.2. diſp.5.ſect.5.& loc.cit.num.25.*

13. Limita autem primo ea quæ diximus , ut ad dignè miniſtrandum hoc Sacramentum , ſatis ſit contritio, nec oportet præmitti confeſſio ſacramentalis,niſi in ſuſcipiendo Sacramentum Euchariſtiæ. Syl. *verb.confeſſio.1. q.3.*Sot.*ſec.5.de confeſſione.* Ledeſ. *de Sac.in genere p.2.q.1.a.5.*Suar.*tom.3. in 3.p.diſp.16.ſec.1.*& alii . Verum tamen eſt quod cum actus contritionis ſit difficilis , & nemo poteſt cognoſcere an ſit contritus , tunc ſi Sacerdos commodè confiteri poteſt , tenetur ad confeſſionem præmittendã; in dubiis enim tutior pars eſt eligenda, & multò magis ſi cognoſcat non habere contritionem , ſed tantum attritionem. Nav. *cap. Sacerdos num. 21. de pœn.d.6.*Reginal.*lib.1.praxis nu.161.* Molfeſ. *p.1. ſum. trac.7. c.24. num.11.* Duard.*loc.cit.num.27.* ſecundo limita. Ut Sacerdos , quamvis peccet in miniſtrando ſacramentum in mortali; tamen Sacramentum eſt validum , ac ſi fuiſſet miniſtratum à bono miniſtro; Ad valorem enim Sacramenti non requiritur probitas miniſtri niſi defectus eſſet ex parte ſuſcipientis. Eſt communis inter Doctores ut ait Sayr. *lib.2. Theſ.tom.1.c.2.*

14. Id quod ſecundo requiritur i

Con-

Digitized by Google

Confeſſario eſt ſcientia, quæ non debet eſſe eminens; ita ut Confeſſarius habeat peritiam utriuſque juris, & Theologiæ moralis; & licet hæc ſcientia ſit utilis, non eſt tamen ſimpliciter neceſſaria. Unde Eccleſia, hujuſmodi eminentiam ſcientiæ non exigit in Confeſſariis, aliter pauci eſſent in Eccleſia Dei qui hoc munus exerceri poſſint, & innumerabiles ſunt qui hanc ſcientiam Theologiæ moralis, & utriuſque juris non habent, & tamen deputantur ad confeſſiones audiendas, ut habet praxis.

15. Sufficit ergo ut Confeſſarius habeat ſcientiam ſufficientem, qua ſufficienter munus ſuum poſſit exercere; Et ſic debet ſcire quæ neceſſaria ſunt ad materiam & formam ſacramenti; quæ circumſtantiæ ſunt explicandæ; quando confeſſio eſt iteranda; quando ſit facienda reſtitutio, quodnam ſit peccatum mortale, vel veniale; quænam excuſent à mortali; nec non uti Medicus ſpiritualis debet diſcernere inter lepram, & lepram & ſicut in Medico, qui vocatur in gravioribus morbis requiritur major ſcientia, quã in alio qui vocatur in levioribus; ſic Sacerdos qui in Civitate exercet confeſſiones debet inſtructior eſſe eo qui in rure confeſſiones audit ruſticorum, contingunt enim difficultates graviores in Civitate, quam in rure. Et majorem ſcientiam requiri in Confeſſario Clericorum circa Canones continentes irregularitatem, quam in Confeſſario laicorum: unde confeſſarius Clericorum debet ſcire caſus irregularitatis aut de illis dubitare, ut Clericos admoneat qui nam actus ipſis prohibeantur. Navar. *cap.4. num.8.* Vaſquez *q.93. a.3. dub.1. num.3.* Bonacin. *de Sac. Pœn. diſp.5. q.7. p.6. §.2. prop.2. num.9.* & alii.

16. Hinc graviter peccat Sacerdos qui abſque ſufficienti ſcientia exercet munus Confeſſarii extra neceſſitatem, unuſquiſque enim tenetur habere ſcientiam ad ſuum officium ritè ſubeundum, & ad hoc multo magis tenetur Confeſſarius, munus enim ſuum eſt ars artium ut dicitur *in c. cum ſit de æ. tate, & qualit.* Unde ignato Sacerdoti dicitur Oſeæ 4. *Quia tu ſcientiam repuliſti; repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi.* ſi autem Confeſſarius dubitet ſe idoneum eſſe ad confeſſiones audiendas, & fidem præſtet ſuperiori affirmanti ipſum eſſe idoneum, excuſatur à mortali ſi audiat confeſſiones, habet enim ſufficientem rationem deponendi dubia de propria imperitia. Bonacin. *loc. cit. num.6.* Suar. *diſp.28. ſec.2 d.7.* Henriq. *l.6. c.26.* Rod. *c.61.* Navarr. *c.4. nu.9* Vaſq *q.93. a.3. d.1. ad finem* Reg. *lib.1. num.139.* & alii.

17. Pœnitens quoque graviter peccat, ſi ſcienter confitetur ei quem ſcit inſufficientem; & ſuam conſcientiam non poſſe dijudicare, & nulliter Sacramentum ſuſcipi; cum enim ſcienter malè judicari voluit, lethalem culpam contrahit in ipſo actu abſolutionis, & cum obice Sacramentum ſuſcipit: ſecus autem ſi bona fide confiteatur Sacerdoti neſcienti, dummodo cõcurrant alia neceſſaria ad abſolutionẽ, ſcilicet materia, forma, intentio & juriſdictio miniſtri; tunc enim valida eſt abſolutio. licet Confeſſarius iniuſtè abſolvat, aut erret in imponenda pœnitentia ſalutari, & in peccatis diſcernendis ob ſuam imperitiam. Vaſquez. *q.93 a.3.*

Digitized by Google

*a.3.dub.*2.Sot.*lect.*9.*de Confeſſ.*Medin *cap. de conf. iteranda ob defect. conf.* Coninch.*diſp.*6.*d.*5.*n.*18.Nung.*in addit.q.*8.*a.*5.*d*:4 *ad fin*.Suar.*diſp.*23.*ſec.* 6.*num.*4 Reg.*l.*1.*n.*131 & *nu.*161.Bonac.*loc.cit.num.*14.& alii.

18. Excuſatur autem à peccato mortali Confeſſarius inſufficiens, ſi audit confeſſionem viri docti qui ejus ſupplet inſcitiam: docens eum peccata, quæ confitetur, quæ mortalia ſint, & quæ venialia, & quæ materia ſufficiens, ſuper quam poſſit impendere formam. Suarez *de pœn.diſp.*28.*ſec.*1.Navarr.*in man.c.*4.*n.*13.Megal.1.*p.inſtit.*Pereg.*l.*5.*c.*19.*q.*3.*n.*6.*in fine*.Duard.*in cap. omnis utriuſque diſp.*3.*ſec.*1.*concl.*4.*num.*11. Sicuti etiam excuſatur ſi audiat confeſſiones perſonarum ſpiritualium ſolitæ ſepè confiteri, & non habent niſi venialia; dummodò tantum perſonas illas admittat, quas probabiliter ſcit, non habere caſus inſolitos, & inuſitatos; ſed qui frequenter ſolent accidere Navarr.*loc.cit.* Duard.*loc.cit. num.*12. excuſatur denique Confeſſarius inſufficiens, & minus idoneus à mortali, ſi in neceſſitate, & in periculo mortis audit confeſſiones; quando alium idoneum non habetur qui poſſit pœnitentem ſic conſtitutum audire. Navarr.*loc.cit.*Duard.*loc.cit.n.*13.

19. Prudentia tertio requiritur in Confeſſario, & diligentia in præbendis opportunis remediis pœnitenti, & ad omnia præſtanda, quæ ad ſuum officiũ ſpectant; lumen enim naturale dictat Judicem, Medicum ſpiritualem, Paſtorem, & Doctorem debere præſtare ea quæ ad ſuum munus pertinent.

20. Hinc ſequitur Confeſſarium debere impendere pœnitenti abſolutionem poſtquam ſua peccata intellexit, niſi prudentia aliter dictet; aliter imprudenter ageret onerando injuſtè pœnitentem, ut alteri Sacerdoti denuò ſua peccata manifeſtet. Bonac.*loc. cit.prop.*3.*n.*18.Sotus *diſt.*18.*q.*2.*a.*5. Navarr.*de pœn.diſt.*7.*c.ſi quis.nu.*16. Henriq.*l.*6.*c.*27.*n.*5. Suar. *diſp.*32.*ſec.* 2.*n.*3.Reg.*l.*2.*n.*23.

21. Poteſt tamen Confeſſarius pœnitenti abſolutionem dare antequam reſtituat pecuniam, vel damnum alicui illatum, modo tamen pœnitens habeat propoſitum firmum reſtituendi quamprimum poteſt; ſi autem credat non habere firmum propoſitum, debet abſolutionem denegare; in tali enim caſu pœnitens non eſt ſufficiẽter diſpoſitus. quare ſi Confeſſarius advertat multoties pœnitentem promiſiſſe reſtitutionem, & illam non compleſſet, poteſt, & debet ut plurimum abſolutionem denegare; tunc enim habet ſufficientem rationem præſumendi pœnitentem in futurum ſuæ obligationi nõ ſatisfacturum, & propoſitum non eſſe firmum, & efficax. Bonac.*loc.cit.n.*19. Suar.*de pœn.diſp.*3.*ſect* 2.*n.*3.Navarr. *c.*26.*n.*5.Reg.*l.* 8.*n.*16.Caiet.*verb.reſt. c.*6.& alii. Peccat autem contra proprium officium ſi pœnitentem non admonet de obligatione reſtitutionis faciendæ; licet non teneatur ad reſtitutionem. Ita Coninch.*diſp.*8 *d.*17.*num.* 144.Reg.*l.*2.*n.*43.Henriq.*l.*6. *c.*18: *n*: 4.Fill.*trac.*7:*c*:12: *qu*:7: *num*:375. Bonac.*loc*:*cit.n.*22:& alii.

CAP:

Digitized by Google

C A P: II.

Qualis prudentia requiratur Confeſſario, præſertim in audiendis confeſſionibus mulierum.

1. ETſi in miniſtratione Sacramenti Pœnitentiæ requiritur Prudentia, potiori jure hæc debet elucere in audiendis mulierum confeſſionibus mulieres enim [ut interdum cõtingit) ſepè hiſtorias recenſent non neceſſarias,& antequam peccata explicent, culpas aliorum manifeſtant, & maximè eorum qui ſunt complices; ut excuſationem habeant in propriis delictis, & ſic aliquando, ut propriæ impatientiæ habeant excuſationem, culpam tribuunt viris, filiis, vel famulis.

2: Debet ergo Confeſſarius in his caſibus, & perſonis maximè prudentiam exercere;ut ſi pœnitentem videat nominare velle peccati complicem, occurrat ei. docens non eſſe licitum peccata aliorum propalare,ſed tantum propria, & non quaſi hiſtoricè narrare peccata, ſed ſufficit ut ſingula reducat ſub propria ſpecie, v: g: decies juravi, decies fornicavi &c: Narrare enim hiſtoricè peccata non pertinet ad morale iudicium & eſt nocivum, tam pœnitenti, quam Confeſſario, & non efficitur ſimplex, & pura ut debet eſſe confeſſio, ſed admixta ſuperfluis, & inanibus verbis, nec accelerata, ſed ſine ratione prolongata, cum admiratione murmuratione, & ſcandalo adſtantium:

3: Caveant ergo Confeſſarii à pœnitentium mulierum nimia familiaritate, & à blandis verbis, quæ mentem ſauciant, nec multum cum eis immoretur, niſi quantum confeſſionis neceſſitas exigit, nec mulieres niſi in publico audiat; ne ſi contrarium faciat, incidat (quod abſit) in illud ſcelus deteſtabile, enorme, impium, perniciosum,& nefandum; quòd ab illis Confeſſariis committitur qui mulieres ad turpia in actu confeſſionis ſollicitant; & pro pane pœnitenti porrigit aſpidem; & pro medicina venenum, & ex cœleſti medico, efficitur infernalis veneficus, & ex patre ſpirituali, proditor execrabilis animarum:

4: Hinc opere pretium duxi aliqua de Confeſſariis ſollicitantibus mulieres ad turpia in actu confeſſionis edicere; & primo ad quos pertineat Confeſſariorum cognitio pœnitentes mulieres in actu confeſſionis ad turpia ſollicitantium?

Reſpondeo quòd cognitio Confeſſariorum ſollicitantium ad turpia in actu confeſſionis pertinet ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis: quia cum ſollicitatio huiuſmodi inducat contra Confeſſarios ſollicitantes ſuſpicionem hæreſis, & obliget talis ſceleris reos ad abiurationem, & inquiſitores habeant facultatem non ſolum cognoſcendi de hæreticis, ſed etiam de omnibus criminibus.quæ habent ſuſpicionem hæreſis, ſequitur clariſſimè quòd ad inquiſitores hæreticæ pravitatis pertinet cognitio horum perditorum Confeſſorum, & ultra hoc horum cognitio fuit delegata prædictis inquiſitoribus, ut habetur in conſtitutione Pii IV. edita ſub die 16. Aprilis 1561.& ex decreto Sacræ Congregationis lato 15. Decẽbris 1613.& ex Conſtitutione Gregorii XV.lata die 30. Auguſti 1622. ubi hanc cognitionem delegat non ſolum

Digitized by Google

Inquiſitoribus, ſed etiam Ordinariis.

5. Verum tamen eſt, quòd in Regnis Hyſpaniæ ex privilegio Pontificio, non poſſunt Epiſcopi ſeparatim ab Inquiſitoribus cognoſcere cauſas de rebus fidei, & tenentur denunciationes illis factas remittere ad Inquiſitores, & reum non valent carcerare, niſi timeatur de fuga, ſed debent certiores facere Inquiſitores, ut illum capiant; & ideo cum cauſa ſollicitationis ſit cauſa fidei, non poteſt Epiſcopus in dictis Regnis cognoſcere ſeparatim de crimine ſollicitationis, ſed junctim cum Inquiſitoribus.

6. In Regnis autem in quibus non extat Hyſpanica inquiſitio, ſi Confeſſarii ſollicitantes citentur eodem tempore ab Ordinario, & ab Inquiſitore poſſunt comparere coram Epiſcopo tantum, vel coram Inquiſitore tantum, tam enim unus, quam alter eſt delegatus in hoc crimine à Romano Pontifice.

7. Secundo elicere oportet. Quænam probationes ſint ſatis ad puniendum Confeſſarium ad turpia pœnitentes in actu confeſſionis ſollicitantes.

8. Reſpondeo. Ex denunciatione unius fœminæ quantumvis honeſtæ non eſt carcerandus Confeſſarius denunciatus ab ipſa, quia ea ſollicitavit in actu confeſſionis; eſt tamen carcerandus ſi duæ fœminæ vitæ probatæ, & honeſtæ eum denunciaverint, & in hoc caſu Inquiſitores, vel Ordinarii debent prius examinare qualitates, & mores Confeſſarii, & mulierum denunciantium. Sancius *in elect. diſp.* 11. *nu.* 47. Dian. *reſ.* 55 *trac.* 5. *tom.* 4. Duard. *loc. cit. diſp.* 3. *ſec.* 7. *concl.* 1. *&* 2. *n.* 1. *&* 3.

9. Licet autem ſufficiat denunciatio duarum mulierum probatæ vitæ ad carcerandum Confeſſarium denunciatum, non tamen ſufficiunt ad illum condemnandum; quia licet per duos teſtes omni exceptione majores probari poſſint omnia crimina; tamen in caſu noſtro cum admittantur fœminæ, quæ non ſunt legitimæ teſtes regulariter non probant. *l. ob crimen §. ſi teſtes & ibi Gloſ.*

11. Tres autem fœminæ probatæ vitæ Confeſſarium denunciantem ſunt ſatis ad convincendum, & eũ condemnandum pro crimine ſollicitationis in confeſſione in earum perſonas; & licet pro hoc crimine Confeſſarius non poſſit plecti pœna ordinaria; bene tamen extraordinaria; in crimine enim hæreſis licet teſtes ſingulares non ſufficiant ad pœnam ordinariam, bene tamen ad extraordinariam. Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 93. *vol.* 4. Pegna 3. *p. com.* 121. *col.* 9. *verſ. quoties.* Iſta autem pœna non debet eſſe corporalis, ut docet Ricc. *p.* 3. *collect.* 549. *& in prax. fori Ecclеſ. deciſ.* 369. ubi refert teſtimonio plurium fœminarum quæ fuerant ſollicitatæ non fuiſſe convinctum ad pœnam ordinariam Confeſſarium, ſed in tortura negantem fuiſſe per annum ſuſpenſum à cura animarum. Pro elucidatione autem hujus materiæ ſit.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit ſollicitatio pœnitentium ad turpia.

12. Sollicitatio ad turpia eſt provocatio alienæ voluntatis ad inhoneſta. Ita colligitur ex Conſtitutione Gregorii XV. ſub die 30. Auguſti 1622. §. 4.

Du-

Dupliciter autem fieri poteſt ſollicitatio: primò ad inhoneſta perpetranda inter ſollicitantem, & ſollicitatam; ſecundò cum aliis. Et utraque dividitur in inhoneſtam veneream, & non veneream, in tacitam, & expreſſam; & de his omnibus hic breviter agemus.

13 Sollicitatio igitur venerea in actu confeſſionis habita à Confeſſariis in pœnitentes inter ſe perpetranda, comprehenditur ſub pœnis Pontificiarum Conſtitutionum; & cognitio Cōfeſſariorum talium pertinet ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis, ſive ſollicitati ſint fœminæ, ſive maſculi, ut patet ex verbis Bullæ Gregorii, ubi habetur *Perſonas quæcunque illi ſint*, &c. ſive inter ſe inhoneſta, & venerea perpetranda, ſive cum aliis; Unde etiam Cōfeſſarius ſollicitans ad proſtituendam ſibi ejus filiam, vel neptem, vel amicam eſt denunciandus, & incidit in pœnas contentas in Conſtitutionibus Pontificijs contra ſollicitantes; & idem dic ſi confeſſarius ſollicitet penitentē ad patranda inhoneſta cum alio tertio & ſic officium Lenonis agat, ut eſt communis inter Doctores.

14 Comprehenditur etiā ſub dictis pœnis ſollicitatio ad turpia non ſolum verbis expreſſis, & claris, ſed etiam tacitis, & obſcuris ſignis, nutibus, vel tactibus; tacitis enim, & expreſſis eadem eſt virtus. *l. cum quid, ff. ſi cert. petat.* Tacitè autem dicitur Confeſſarius ad turpia pœnitentem in confeſſione ſollicitare, primò ſi eam laudat de pulcritudine, & venuſtate, modo non proferat ea verba alio fine, quàm intentione alliciendi ad actos inhoneſtos; laudare enim mulierem de pulcritudine de ſui natura non eſt actus inhoneſtus, neque peccatum, Dian. *tract. 5. tom. 4. reſ. 25.* & alii. Secundò tacitè Confeſſarius dicitur ſollicitare, ſi audiendo confeſsionem ſuæ concubinæ, commotus ex zelotipia arguat eam, dicendo hæc verba, vel ſimilia: affers occaſionem diſcontinuandi noſtrum affectum, quia cum aliis diſtraheris in ſimilibus laſciviis, Sanch. in *ſelec. diſp. 11. num. 32.* Fag. *de præcep. Eccl. in 2. edit. præc. 2. l. 4. c. 3. num. 63.* & alii. Denique tacitè ſollicitare dicitur Confeſſarius, ſi ſuadet pœnitentem actu ſibi confitenti, ut ipſi in confeſſionario vas naturale, quod ipſe morbo affectum habere dixerat, oſtendat; hujuſmodi enim ſuaſio eſt ad turpia ſollicitatio. Tales igitur Confeſſarii ſunt denunciandi, & pœnis Pontificiis ſubduntur. Sotus *opuſc. de Conf. ſollic. tom. 1. c. 18. num. 14.* Dian. *trac. 5. reſ. 47.* Duard. *l. c. n. 8.*

15 Comprehenditur etiam Confeſſarius, qui non ſolùm in actu Sacramētalis Confeſſionis, verum etiam ante, vel poſt confeſſionem immediatè ſollicitat ad turpia pœnitentem, vel occaſione, & prætextu confeſſionis, vel etiam extra occaſionem confeſsionis, in confeſsionario, aut in quocumque loco, ubi confeſsiones audiuntur, ſeu electo ad confeſsionem audiendam, ſimulando ibidem confeſſionem audire; vel cum pœnitente illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractatus habuerit; hic enim talia agens eſt denunciandus, & ſubjicitur pœnis Pontificiis ſtatutis contra ſollicitantes, ut claris verbis dicitur in Bulla.

16 Comprehenditur quoque ſub dictis pœnis, & eſt denunciandus Cōfeſſarius, qui à pœnitente eſt ſollicitatus, dummodo conſenſiat ſollicitatio-

ni, etiam ſi Confeſſarius conſenſiens ſollicitationi deſiſtat loqui de illa turpi materia, differendo illius complementum ad aliud tempus, & non impendat pœnitenti abſolutionem. Ut enim Confeſſarius dicatur ſollicitator, non eſt opus, ut abſolutionem ſacramentalem impendat, nec de rebus venereis longiùs loquatur cum pœnitente, ſed ſufficit conſentire ſollicitationi pœnitentis, Fag. *de præc: Eccleſ. in 2. edit. præc. 2. l. 4, c. 3. n. 56. & 57.* Dian. *tom. 4 tract. 5. reſol. 42. & in tract. 6. reſ. 4.* Duardus *loc. cit. diſp. 3. ſect. 9. concl. 1. num.* 8. & 9.

17 Non eſt autem Confeſſarius denunciandus in ſequentibus caſibus. I. ſi fœmina dicat Confeſſario ſe velle in craſtinum confiteri, & illi diſſuadeat confeſsionem, & tunc ſollicitet, quia hujuſmodi mulier non dicitur ſollicitata proximè ante confeſſionem, quia tunc non velit confiteri, Sanch. in *ſelect. diſp. 11, n* 49. Caſtropalaus *tom. 1 tract. 4. diſp. 9. p. 8. n. 4.* dummodo ſollicitatio non fiat in confeſsionario, vel in loco electo ad confeſsiones audiendas, juxtà ea, quæ ſupra diximus. II. ſi Confeſſarius conſentiat ſollicitationi ob metum; hic enim non dicitur formaliter ſollicitare, ſed potius pati ſollicitationem. Unde ſi Confeſſarius vocatus ad confeſſionem fœminæ ægrotantis, & ab ipſa ſollicitetur, ſuperaddendo quoque minas ſe exclamaturam ab illo vim ſibi inferri, ad quam infamiam vitandam Confeſſarius conſentiat in actu venereo; tunc quamvis peccet, non tamen ſubditur judicio Inquiſitorum, neque pœnis ſtatutis contra ſollicitantes, Graſ. *conſ. 7. num. 1. de pæn. & remiſſ.* Peyrin. *de privil. mini. tom. 2. conſt. 4.* Seraphinus Freit in *addit. de conf. ſoll. q. 9. num. 9.* Dian. *tom. 4. tract. 5. reſol. 15.* & alii. III. ſi Confeſſarius non ſollicitet ad turpia pœnitentem, ſed in actu confeſsionis, aut antea, vel poſt poculum ei præbeat amatorium, in ſomnum incidat, & ſopitam illam agnoſcat; hic non ſubiicitur judicio Inquiſitorum, quia hujuſmodi fœmina ſomno ſopita non ſentit copulam, & ideo delationi locus eſſe nequit, & Confeſſarius ſeipſum prodere non tenetur. Verum tamen eſt, quod ſi hoc crimen per confeſſionem Confeſſarii probetur, tunc pœnas Pontificiarum Conſtitutionum exolvet, quia maximam irreverentiam intulit Sacramento pœnitentiæ, atque ideo contraxit ſuſpicionem hæreſis; igitur ſubdi debet judicio Inquiſitorum hæreticæ pravitatis. Seraph. Freit *q. 9 n. 10.* relatus à Duard. *l. c. n. 20.*

18 Non ſolùm autem Confeſſarii deputati ad confeſſiones audiendas, verùm etiam Sacerdotes non approbati ab Ordinario, ſi audiant confeſsiones fingentes habere facultatem excipiendi confeſsiones, ſi pœnitentes ſollicitent, ſunt denunciandi, & pœnas contra ſollicitantes ſtatutas luere debent; quia Sacerdos, quamvis careat juriſdictione, abſolutè dicitur Confeſſarius habet enim ordinis poteſtatem, & à peccatis venialibus, & mortalibus aliàs confeſsis poſſit abſolvere, & ab omnibus in articulo mortis, Acugn. *de conf. ſo lic q. 14. num. 4.* Ioan Sanc. in *ſelect. diſp. 11. n.* 39. Dian. *tom. 1. trac. 4. de denunc. reſ. 17. & tom 4. tract. 5. de conf. ſoll. reſ. 8* Palaus *trac. 4. diſput. 9. p. 9. nu. 1.* etiam ſi Sacerdotes non habeant facultatem audiendi confeſsiones,

nes, quia ſunt excommunicati, ſuſpenſi, aut degradati; hi enim non deſinunt eſſent Sacerdotes, Acugn.*l.c.q.*14.*n.*4 Frait. in *add. ad ipſum Acugn. ibi num.*13.

19 Laicus autem, vel Clericus occultè ſe ponens in confeſsionario, & ſimulans eſſe Sacerdotem, & fœminā, vel puerum ad turpia ſollicitet, licèt non comprehendatur ſub conſtitutionibus Pontificiis contra ſollicitantes; tamen si abſolutionem impendat, incidit in diſpoſitionem conſtitutionis Gregorii XIII. æditæ contra non Preſbyteros confeſsiones audientes, & abſolutionem pœnitentibus impendentes, & eſt denunciandus, & judicio Inquiſitorum ſubiicitur. Hi enim non ſolùm cognoſcunt de hæreſi, ſed etiam de quolibet alio crimine, quod probet ſuſpicionem hæreſis cujuſmodi eſt audiri confeſsiones à non Sacerdotibus, Rod.*tom.*2. *qq.*Reg. *q.*28. *a.* 2. *& in ſumm.p.*2.*c.*83.*n.*3. Dian *tom.*1 *tract.* 4.*reſ.*15.*&* 16. Acugn.*de conſ. ſollic. q.*13.*n.*10.*& alii*; & idem dic de laico interprete ſollicitante in confeſsione mulierē, vel puerū, cujus eſt interpres. Hic enim abutitur Sacramento & gravem injuriam illi infert, atque ideò contrahit ſuſpicionem hæreſis. Idem dici debet de mandante Confeſſario, ut pro ſe pœnitentem ſollicitet; hinc enim etiam abutitur Sacramento, & gravem injuriam illi infert. Idem etiam dic de pœnitente ſollicitante Confeſſarium ad turpia in actu confeſſionis ante, vel poſt; Hic enim licèt non cōprehendatur ſub Pontificiis Conſtitutionibus editis contra ſollicitantes, cum loquantur ſolum de Sacerdotibus ſollicitantibus, & cum ſint pœnales nō patiantur extenſionem; tamen ſi pœnitens ſollicitet Confeſſarium, aſſumit confeſſionem pro medio ad eum alliciendum, ac per conſequens contrahit ſuſpicionem hæreſis, & Confeſſarii tenentur mulieres ſollicitātes denunciare; unuſquiſque enim de jure naturali, & Divino tenetur ſub mortali revelare crimina, quæ vergunt in publicum damnum, qualia ſunt, non ſolum hæreſes, ſed etiam quæ ſuſpicionem tribuūt hæreſis; & in hoc Confeſſarius non exponit periculo revelandi confeſſionem denunciando pœnitentem ſollicitantē, quia ſollicitatio non pertinet ad ſigillum confeſſionis, cum mulier ſollicitās non confiteatur peccatum, ſed incitet ad peccandum Confeſſarium, & non dicitur accedere ad Sacramentum pœnitentiæ, ſed fictè accedit, & utitur eo ad alliciendum ad turpia Confeſſarium Duard.*l.c.n.*32.

§. II.

An pœnitens ſollicitatus teneatur ſub mortali Confeſſarium denunciare.

20 ID quod hic quæritur eſt; an pœnitens, ſive muſculus, ſive fœmina ſollicitati in confeſſione, ſive ante, ſive poſt immediatè à Confeſſario, aut occaſione, vel prætextu confeſſionis, vel extra actum confeſſionis, in Confeſſionario, tam ad turpia venerea, tam ad peccata alterius generis, teneatur denunciare ſollicitantem; & ſi non denunciet peccet mortaliter.

Certum eſt ergo, quòd pœnitens ſollicitatus peccat mortaliter non denunciando Inquiſitoribus, vel Ordinariis Confeſſarium ſollicitantem, & incur-

urrunt excommunicationem latam b Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis ſingulis annis per eorum ædicta, in quibus præcipitur ſub excommunicationis pœna denunciari nonnulla crimina, & ſpecialiter crimen hæreſis, vel quod præbeat ſuſpicionem hæreſis; atque adeo certum eſt peccare mortaliter non denunciantes ſollicitantes ad turpia in actu confeſſionis; cum hi cõtrahant hæreſis ſuſpicionem, & excommunicatio non contrahitur, niſi ob peccatum mortale, ut dicitur in *c. nullius* 11. *q* 3. Hanc ſententiam docent Henriq.*l.6.de pœn.c.2.num.6. in fine.* Sanctarell.*de hær.c.46.d.unic.num.*10; Rod.*t.2.qq.Reg*: *q*:27: *a*:1: Acug.*de conf:ſoll,*26:*num*:6: Dian.*tom*:4: *trac.* 5:*reſ*:3: Duard.*l.c.ſec*:10.*n* 2. & alii:

Et cum ſollicitans in confeſsione contrahat ſuſpicionem hæreſis non ſolùm à ſollicitatis, ſed etiam ab omnibus hujuſmodi crimen ſcientibus, debet denunciari; Unde ſi mulier ſollicitata coram multis dicat ſe fuiſſe ſollicitata à tali Confeſſario in confeſsione, & ille mulier ſit fide digna, qui audiunt, tenentur ſub excommunicatione denunciare; ſecus ſi mulier non ſit fide digna, Portell:in *add.ad dub.Reg. verſ.ſollicitare n.*21.Fag.*de* 2. *Eccleſ. præc.l.*4.*c.*3.*n.*31.& alii:

22 Et etiam ſi ſollicitati non poſſint crimen probare, tenentur denunciare ſollicitantem, quia in caſibus ad Sanctum Officium pertinentibus eſt facienda denunciatio, etiam ſi delictũ probari non poteſt; nec denuncians incidit ad pœnam tallionis non probans delictum; quia ſatis eſt ſi dicat, denunciaſſe zelo fidei, vel timore pœnæ ſtatutæ contra non revelantes, Henriq. *lib.6.c.17.num.4.in add.lit.E.*Param. *l.3.de orig.Inquiſ.q.*10. *nu.*4. Seraph. Freit.*q.*10.*n.*14.Farin.*de hæreſ. q.*185. *num.*71.Maſc.*concl.*505. & alii:

23 Adeo autem ſollicitatus debet denunciare ſollicitantem cum primum potuerit, ut non poſſit abſolvi à Confeſſario, cui ſecundò confitetur, niſi denunciet, niſi neceſsitas communionis urgent, & pœnitens ſit timoratæ conſcientiæ, & promittat quantocitiſis denunciare. Zanard. in *dictor.Theol. p.2.præcep.2.c.*11.*in fine*; Rod.*qu*:2. *ſuæ ſumm;c.*34: *num*:6. Et Peyrin:*de privil:Minim:tom*:1: *conſt.* 5: Greg. XV:§.9.*num*.24. docet abſolvendam eſſe pœnitentem, quæ firmiter promittit denunciatura Confeſſarium, qui eam ad turpia ſollicitavit, ſi adſit cauſa, qua prudenti Confeſsario videatur denunciationem eſse differendam, tenetur tamen Confeſsarius pœnitentẽ monere, ut ſollicitantem denunciet, ut patet ex verbis Bullæ Gregor.XV. §.7.ubi dicitur: *Mandantes omnibus Confeſſariis, ut ſuos pœnitentes, quos, noverint fuiſſe ab aliis ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes.*

24 Confeſſarius autem ſollicitans poteſt abſolvi, nulla prævia denunciatione; nemo enim tenetur ſeipſum denunciare, cum ſeipſum nemo teneatur procedere. Rod.*p.*1.*ſuæ ſum. c.*207. *concl.*1.Henriq. *l*:3. *de pœn. c.*10. §.2. *lit:N.* Lucius in *ſum.c.*24. *num.*11. Acug.*de Conf.ſoll.q.*21.*n.*2. Freit.in *add.ad Acug.n.*13.

25 Fœmina autem ſollicitata tenetur denunciare, etiam ſi ſollicitationi conſenſit, & opinio contraria eſt damnata ab Alex.VII.Acug.*l.c.q*:10: *n*.10.

Bon.

Digitized by Google

Bon.*tract.var.diſp*:9.*p*.3.*n*.12.Peyrin. *l.c:tom*.2:*q*:4;*Gregor.XV*: §.3 *nu*.11. Sanct.*l.c.c*.44.*d* 11.*num*.22: Dian.*to*. 1.*t*.4.*reſ*.9. *& tom*.4. *tract*.5. *reſol*.3. qui docent ejuſmodi mulierem non teneri manifeſtare proprium conſenſum, nec poteſt in hoc interrogari ab Inquiſitore, vel Epiſcopo, & in caſu quo mulier vellet conſenſum manifeſtare, non debet ſcribi in actis, tamquam res non pertinens ad Tribunal Inquiſitionis.

26 In nullo ergo caſu ceſſat obligatio denunciandi Confeſſarium ſollicitantem ad turpia in actu confeſſionis; neque ſi ſollicitatus confiteatur cum Confeſſario ſollicitante, qui eum abſolvit abſque onere denunciandi; neque ſi tale facinus non poſſet probari, neque prætextu correctionis faciendę, & emendationis ſequutæ per correctionem; neque imminens periculum mortis, vel infamiæ, vel gravis damni; neque ſi ſollicitatus ſit complex delicti. Sed tantùm ceſſat iſta obligatio denunciandi Confeſſarium ſollicitantem in unico ſolo caſu, & eſt, ſi Confeſſarius, qui ſollicitavit ſpontè denunciet ſeipſum; tunc enim ceſſat finis ulterioris denũciationis ejuſdem delicti; Unde ſi conſtet pœnitenti ſollicitato de ſpontanea denunciatione facta à Confeſſario contra ſeipſum, manet liber ſollicitatus ab obligatione denunciandi; vide Diard.*loc.cit.ſec*.10. qui de hac re longè, & diffusè pertractat.

CAP. III.

Qualiter ſe gerere debet Confeſſarius in examine pœnitentis.

1 ET ſi in omnibus debet Confeſſarius eſse diſcretus, & prudens, maximè in interrogandis, & examinandis ſuis pænitentibus debet præſtare, ut non deſcendat ad particulares circumſtantias quæ neceſſaria non ſũt,& nõ pertinentes ad augendam,vel minuendã peccati malitiam;ne ſeipſum in tentationem inducat, & pænitentes doceat ad inventiones peccatorum, illas ignorantes.

2 Igitur ante confeſsionem debet eos interrogare ſi habeant aliquam excommunicationem,vel aliquod peccatum reſervatum, à quo ipſe non poſſit abſolvere;Si impleverunt pœnitentiam confeſſionis præcedentis; ſi in examine conſcientiæ diligẽtiã præbuerunt; ſi de peccatis commiſſis doleant, ac proponant in poſterum non peccaturos. In confeſsione verò debent eos interrogare de circumſtantiis peccatorum, de numero, & intentione.

3. Numquam tamen debet deſcẽdere ad circumſtantias quæ non ſunt neceſſarias. Unde ſi pœnitens, (preſertim ſi ſit puer aut puella) confiteatur commiſiſſe peccatum luxuriæ, non debet Confeſſor interrogare, an ſe propriis manibus polluerit;hoc enim eſt edoceri pœnitentem peccatum, quòd ignorat, ſed ſuo muneri ſatisfacit interrogando de modo, ſeu cum quibus. Si verò advertit verecundia agitari, & timet eum velle peccatum occultare; tunc aſtutè eum interroget, an propter pudorem in præcedentibus confeſſio-

ſionibus aliquod peccatum omiſerit, & doceat quod nulla eſt confeſſio quando peccatum propter verecundiam omittitur, etiam ſi aliis Confeſſario reſervat confitendum.

4. In examine autem mulierum valdè cautè ſe gerere debet Confeſſarius, præcipuè circa aliqua peccata carnalia. Unde ſi mulier confiteatur habuiſſe copulam extra vas debitum; non debet inquirere in quanam parte corporis, quia ſufficit habere cognitionē, quòd tale peccatum ſit contra naturā. Fag. *pr.2.t.4.c.2.n.*8. & aliquando præſtat Confeſſarium minus intelligere peccatum pęnitentis, quam illi, vel ſibi ſcandalum parere. Homob *p.1.t.*4. *c.12.q.*11. Dian. *p.3.t.4.reſ.*99.

5. Nec Confeſſarius moneat pęnitentem, in aliquo à quo bona fide excuſatur; ut ſi cum aliquo impedimento dirimente ignoranter contraxit in hoc caſu debet ſolum interrogare generaliter, num habeat aliquem ſcrupulum; quia cum pro diſpenſatione Papa adiri debet interim non ſperatur regulariter, niſi inquietitudo, rixæ; ſcādala & incontinentia. Si verò ſperaretur fructus poteſt, & debet admonere. Villalob. *t.1.trac.*9. *diſ.*70. *n.*4. Sanch. *de Mat.t.*1. *l.*2. *diſp.*38. *num.*9. Dian. *p.3.t.4.reſ.*80. *& p.7.t.3.reſ.*19.

6. Circa autem validitatem confeſſionum præteritarum pęnitentes nō perturbet; unde ſi interrogando de numero peccatorum dicant ſe numquam numerum expreſſiſſe, cum id bona fide fecerint, relinquat eos in bona fide, niſi aliquid eſſentiale conſtet omiſiſſe; confeſſiones enim non integras materialiter, ratione bonæ fidei poſſunt eſſe integras formaliter, & ſic ſufficienter. Marchan. *trac.*5. *de pæn.c.*3. *q.*3. Dian. *p.2.trac.*4. *reſ.*89. & alii.

7. Non licet autem Confeſſario interrogare pœnitentem de complice, etiam eo fine ut illum corrigat, unde ſi incidenter pœnitens complicem manifeſtavit, hic verò confitens eidem Confeſſario taceat illud peccatum, Cōfeſſarius poſtquam eum interrogavit in communi, & reſpondit ſe nil aliud habere, tenetur illi impendere abſolutionem; quia pęnitenti pro ſe, & contra ſe eſt credendum. Tol. *l.3. c.*16. *nu.*4. contra Henriq. *l.*1. *c.*20. *n.*6. *par.*5. *t.*11. *reſ.*21. Si verò Confeſſarius certò ſciat quòd pęnitens fecerit tale paccatum, & non ſit confeſſus, & de hoc habeat evidentiam, non debet illum abſolvere; quia non eſt pronuncianda forma Sacramenti, quando certò conſtat ſubjectum eſſe indiſpoſitum; & Confeſſarius non ſolum eſt Judex, ſed etiam Medicus. Sanch. *diſp.8.n.*6. contra Megal. *l.*1. *c.*2. *n.*12. qui dicit debere talem Confeſſarium illum abſolvere, tenetur enim ſibi perſuadere pęnitentem excuſari ab illo peccato dicendo, ut ſepè contingit; & aliàs ſi ritè diſpoſitum non abſolvat gravem injuriam illi irrogat.

8. Quia autem Confeſſarius non debet in confeſſione interrogare omnes de omnibus, ſed unumquemque ſecundum proprium ſtatum, & conditionem, ideo operæ pretium duxi, hic breviter de nonnullis perſonarum generibus, tum Eccleſiaſticarum, tum ſecularium, & eorum actibus qui culpam ſolent habere agere, ut ſic Confeſſarii pro viribus inſtructi ad inſtar periti Medici quale remedium adhibere debeant præ manibus habeant. Unde ſit

CAP.

C A P. IV.

Quomodo debet eſſe prudens Confeſſarius in audienda confeſſione Summi Pontificis, & in quas culpas poteſt Papa incidere?

1. UT à capite incipiamus hic videbimus qualiter Conſſarius in audienda ejuſdem confeſſione debet eſſe diſcretus, & prudens; & licet Summus Pontifex ratione ſui muneris poteſtatis, & dignitatis ſit omnium Sanctiſſimus, & ſuperior cunctis, tamen cum ſit homo poteſt in culpas prolabi; & in ſacramentali foro debet Sacerdoti ſe ſubmittere, & in illo actu non vindicat ſibi locum Summi Sacerdotis, ſed privatæ perſonæ, ut ipſe efficiatur minor, & Sacerdos major; & ſubiicitur ejuſdem Sacerdotis interrogatoriis ac judicio; non ſecus ac alii homines. Ut igitur Sacerdos qui tanti viri confeſſionem excipit promptior reddatur, ac prudens, & cautus, hic adiiciemus in quas culpas poteſt Summus Paſtor ut homo, ratione fragilitatis humanæ incidere.

2. Romanus igitur Pontifex peccat ſi ſit negligens in procuranda, & conſervanda pace inter Chriſtianos Principes; ex eo enim ſe appellat Epiſcopum ideſt ſpeculatorem & ſuper intendentem, quia debet ſpeculare, & proſpicere mores, & vitam populorũ; & debet eſſe ſollicitus in procuranda pace inter Chriſtianos Principes, uti legitur in Bulla Cœnæ, ubi habentur hæc verba. Paſtoralis Romani Pontificis, vigilantia, ac ſollicitudo, cum in omni Chriſtianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro ſui muneris officio aſſiduè verſetur, &c. Unde pro bono pacis poteſt Pontifex Reges, & Principes contemnentes pacẽ ſervare, præmiſſa monitione privare, *cap. novit de judic. c. diſcordes, & cap. placuit.* 90. & à juramento fidelitatis ſubditos Regis abſolvere ubi paciis capitulationi ſtare recuſaret, *arg. tex. in c. gravem de exceſ. Præl.* Poteſt quoque Civitatem, aut Caſtrum uni tollere, & alteri concedere quando paci conſuli aliter non poteſt, ut docet Capyc. *dec. 61. in fin. & dec. 79.* Et pro bono pacis debet fœdere copulare Principes Catholicos in perniciem hoſtium Catholicæ fidei, *tex. in cap. nimium 23. q. 4.*

3. Et cum proprium munus Pontificis ſit fidem propagare, hæreſes evellere, & hæreticos diſſipare, & alios inimicos Chriſtiani nominis; cum cõſtitutus eſt ſuper omnes gentes, & Regna, ut evellat, diſſipet, ædificet, & plantet, ſi in hoc ſit negligens mortaliter peccat, cum faciat contra propriũ munus. Unde ſi Chriſtianus Princeps impugnetur ab inimicis nominis Chriſtiani, & ei non ſuppetant vires ad reſiſtendum, nec ab alio adjuvatur debet à Papa adjuvari, militibus, armis, & pecunia, & ſi in hoc ſit negligens Papa peccat mortaliter; quia non debet permittere gregem ſuum ab aliis opprimi.

4. Mortalem etiam culpam contrahit Papa privilegia concedendo, & diſpẽſãdo in ea, quæ ſunt juris Divini, vel naturalis; diſpenſatio enim juſtã, & rationabilẽ cauſam exigit diſpenſandi; & diſpenſatus non eſt in cõſcientia tutus, & talis diſpenſatio, nõ diſpẽſatio ſed diſſipatio appellatur. Felin. *in cap.*

quæ in Eccleſ. num. 25. *&* 26. *conſtit.* Suar. *p.* 2. *de Relig. trac.* 6. *de irrit. diſpen. voti c.* 17. Sylveſ. *in ſum. verb. Diſpenſatio.* & alii. Unde ſi *P*apa diſpenſat in reſidentia Epiſcoporum, vel Parochorum, quæ non ſolum eſt de *j*ure canonico, ſed etiam Divino, & naturali, citra ullam juſtam, & legitimam cauſam peccat mortaliter, & diſpenſatus non eſt in conſcientia tutus; idem dic de diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum curatorum: ſicus dic ſi diſpenſat ſine cauſa ſuper legem poſitivam humanam, etenim ejus eſt deſtruere cujus eſt legem condere, & Princeps legibus eſt ſolutus *l. digna* C. *de legibus.*

5. Nec à culpa mortali excuſatur Pontifex ſi ſine cauſa indulgentias diſpenſat; *P*apa enim non eſt Dominus Theſauri Eccleſiæ, ſed tantum diſpenſator, & indulgentias concedere ſine cauſa, eſſet diſſipare, non diſpenſare Theſaurum *E*ccleſiæ: & hoc adeò eſt verum, ut ſi Pontifex citra juſtam cauſam concedat Indulgentias, talis conceſſio eſt nullius momenti *tex. in extravag. unigenitus de pœn. et remiſſ.* opus verò pium, quòd ſolet injungi ad lucrandas indulgentias, non eſt abſolutè neceſſarium, ſed ſatis eſt juſta cauſa ex parte concedentis; & ſic citra omnem culpam poteſt Papa concedere indulgentias non injuncto opere pio, quando juſta eſt cauſa; ſolet enim injungi opus, quia talis modus eſt magis ſecurus, ſupplet enim aliquando defectum cauſæ.

6. Et quamvis Pontifex in beneficiis pleniſſimam habeat poteſtatem; quia tamen non eſt Dominus, ſed diſpenſator Beneficiorum; ideo ſi ſine juſta cauſa penſionem in Beneficio reſervat, peccat in foro conſcientiæ, & ſi valet ipſa penſio quò ad forum exterius. Cauſæ autem juſtæ, & rationabiles ad reſervandas penſiones enumerantur à Doctoribus. I. Eſt cum per eam tribuitur adjumentum alicui beneficiato pauperi in exercitio ſui muneris, ut ſi Epiſcopo, vel Cardinali indigentibus pro conſervatione eorũ dignitatum, & pro ſubeundo eorum munere datur penſio ſuper aliquo Epiſcopatu, Abbatia, vel alio beneficio pinquioribus. II. Eſt ad ſubveniendum alicui beneficiato laboranti aliquo morbo perpetuo, aut ſenio confecto, qui diù inſervivit alicui Eccleſiæ, & ad præſens eſt impotens, atque ideo beneficio renunciavit. III. Eſt ſervitium aliquod temporale Eccleſiæ præſtitũ in bellò, aut alibi. IV. Eſt litium ſedatio quæ ſolent oriri in beneficiis. V. Eſt pro adequandis fructibus in permutationibus beneficiorum. VI. Eſt alicujus honeſti Clerici paupertas, qui ſperatur utilis futurus Eccleſiæ; pro educando enim tali Clerico poteſt cõſtitui penſio ſuper aliquo beneficio. Zecch. *p.* 2. *ſue ſum. c.* 94. *ſub num.* 24. & alii apud ipſum.

6. Peccat quoque lethaliter S. P. ſi ad dignitates Eccleſiaſticas, quæ habent annexam curam animarum promovet dignum, omiſſo digniori; (promotio autem, & electio eſt valida); quia facit contra juſtitiam diſtributivam. D. Th. 2. 2. *q.* 63. *a.* 1. *&* 2. *& qu.* 185. *a.* 3. quem ſequuntur Cajet. *loc. cit* Sylv. *verb. Electio q.* 16. Sotus *l.* 3. *de juſt. &* jure *q.* 6. *a.* 2. Tol. *in ſum. l.* 5. *c.* 4. *verſ.* 9. *& c.* 78. Azor. *p.* 2. *Inſt. mor. l.* 6. *c.* 15. *q.* 1. 8. *et* 9. Covarr. *in reg. pec*

cat

cat 2. §. 1 1. *num.* 4. *et* 5. & alii. Talem autem culpam contrahit etiam promovendo perſonam ſibi non notam, licet digniorem etenim perſona ignota non eſt eligenda. ut in *cap. bonę, et in tit. de Cler. Pereg.* & ob id ſervatur in Curia Romana, quòd recipiuntur teſtes ſuper idoneitate perſonæ promovendæ. Et hodie nullus promovetur in Epiſcopum; niſi prævio examine, quò ad ſcientiam; & quò ad vitam cap. ta diligenti informatione; licet promovendus ſatis eſt ſi ſit cognitus, vel per ſe, vel per alios. ut docet Sylv. *in ſum. verb. Electio* 1. *q.* 16. & hæc ſententia locum ſibi vindicet non obſtante ulla in contrarium conſuetudine, quia cum talis promotio ſit contra juſtitiam diſtributivam, & contra jus Divinum, & naturale, ut docet Sot. *loc. cit. ſub concl* 9. non valet juſtificari conſuetudine, quò ad forum interiùs; contra enim jus naturale, & Divinum nulla datur conſuetudo, & idem Sotus, ait quòd quò longior talis abuſus fuerit, eo fit gravius delictum.

7. Verum tamen eſt quòd non peccaret mortaliter Pontifex ſi promoveret ad dignitatem dignum, qui repetitur in ſervitio Eccleſiæ cujus eſt dignitas, etiam ſi extra dictam Eccleſiam reperiretur dignior *cap. nullus* 61. *et in cap. obitum ead. diſt.* Neque peccaret promovendo dignum omiſſo digniori ſi id agat ex juſta cauſa, ſcilicet ſi prævideat digniorem eſſe odioſum Clero illius Eccleſiæ, quia pro bono pacis poteſt Papa tollere jus uni, & alteri dare. Idem dic quãdo inter dignũ, & digniorem non eſt tantus exceſſus meritorum, ut videatur ad rem multum referre, quia exigua merita excuſant à peccato mortali. Sot. *loc. cit. verſ. in primis.*

8. Et quamvis Pontifex habeat pleniſſimam diſpoſitionem Eccleſiaſticorum beneficiorum, peccat tamen mortaliter ſi tollit uni beneficium, & conferat illud alteri citra ullã cauſam; ſive in totum tollat, ſive pro parte. Azor. *p.* 2. *inſt. mor. l.* 6. *c.* 26. *qu.* 1. *ad fin.* Princeps enim licet ſit legibus ſolutus; tamen debet ſecundum leges vivere.

8. Quia autem fructus Eccleſiæ ſunt deſtinati per Sacros Canones, ut de eis fiant quatuor partes, una Epiſcopo, alia fabricæ Eccleſiæ, tertia pauperibus, & quarta Miniſtris; & ſi hoc modo non ſervato Pontifex fructus Eccleſiæ elargiatur culpam contrahit mortalem, & ea recipientes non ſunt in tuta conſcientia, Papa enim non eſt Dominus rerum Eccleſiæ, ſed tantum diſpenſator *c.* 2. *de donat. c. caſellas* 10. *q.* 1. *c. ſi privatum* 12. *q.* 1. *et c. quod autem* 23. *q.* 7.

Verum eſt tamen, quòd Pontifex conjunctis ſibi conſanguinitate, vel affinitate aliquid donare poteſt de bonis Eccleſiæ, ſi ejuſdem Miniſtri præficiantur tamquam digniores; aut ſi ſint pauperes, & egeant pro conſervatione ſtatus, non tamen ut theſaurizent. Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 25. *c.* 1. *de ref.*

9. Et quia S. Pontifex poſt ejus aſſumptionem jurat non alienare, nec infeudare Civitates, & loca S. R. E. juxta conſtitutiones Pii IV. & Pii V. proculdubio peccat mortaliter ſi terras, & loca Eccleſiæ in feudum concederet, vel alienaret, faceret enim contra juramentum. Et hoc intelligitur citra ullam Eccleſiæ neceſſitatem, aut utilitatem; nam ſi urgens neceſſitas, aut e-

Digitized by Google

videns utilitas exiſtat poteſt ea alienare, ac infeudare; nam quando eventus rei, reddit rem iuratam minus bonam, quam oppoſitum, non tenetur iurans ſtare iuramento; iuramentum enim nõ debet eſſe impedituum maioris boni, aliàs reſpectu illius maioris boni haberet rationem mali,& non placeret Deo *tex.in c.pervenit. et ibi Doctor de iurejuran. c. commiſſum. ubi Gloſ. de ſponſ.c.ſcrip.de voto* Sayr. *l.5. Clav. Reg.c.7.ſub n.4. verſ. Prima propoſitio* Sylv.*in ſum.ver. juramentum 4.q.* 20.& alii. Poteſt tamen Papa in Civitatibus, & locis Eccleſiæ Romanæ imponere Gabellas, & eas deinde vendere, cum per dictam impoſitionem, & venditionem non alienat Civitates, & loca. Cauſas autem iuſtas imponendi Gabellas enumerat Azorius *p.3.inſtit. moral.l.5.c.23.* & ſunt pro defenſione Patriæ, pro bello contra infideles, ſcilicet Paganos, Saracenos, Turcas, Hæreticos, & Sciſmaticos. Pro Regis, & principis Redemptione, vel eorum filiorum, qui fuerint in bello capti. Pro adventu Regis in Civitatem. Pro filia Regis, aut Principis collocanda. Pro conſtructione ac refectione viarũ,pontiũ,fontiũ puteorum communium, murorum. Pro cuſtodiendis paſcuis communibus; Pro cuſtodienda Civitate tempore peſtis, famis, aut belli, & aliis huiuſmodi communibus,& publicis utilitatibus.

10. Quamvis autem permiſſio uſurarum eſt prohibita iure canonico, & non poſſint uſuræ permitti neque à Pontifice, neque ab ulla poteſtate;licitè tamen poteſt Papa illas permittere poſita iuſta cauſa, ſcilicet, quando id exigit bonum commune ad vitanda peiora mala,quando namque nemo inveniatur,qui indigentibus, et pauperibus velit mutuare, ſi punirentur mutuantes ſub uſuris, pauperes; & indigentes. vel fame perirent, vel ſe applicarent furtis, & rapinis, vel ſe adiungerent banditis in perniciem Reipublicæ, in tali caſu poteſt licitè Pontifex uſuras permittere,ut docent communiter Doctores. Imò poteſt Pontifex, nec non & magiſtratus ſeculares, ex cauſa urgenti,et ad vitanda maiora mala cogere, et obligare ſubditos ad ſolvendas uſuras promiſſas;et Summi Pontifices Romæ,Anconæ,Avinione, et alibi cogunt Chriſtianos ad ſolvendas Iudeis uſuras promiſſas, et licet Mutuatarii non tenentur ſolvere uſuras tamquam debitas uſurariis, qui injuſtè illas extorquent tamen à Principibus poſſunt cogi ad eas ſolvendas, non ut debitas,ſed ad evitandũ maius malũ,et id non eſt cooperari uſiris & uſurariis,neque ut ipſi diteſcãt,ſed ad vitãda graviora mala Reipublicæ. Nav.*conſ.33.* Campeg *in trac.de dote.q.*49.Duard.*in cap.om utriuſq.diſp.4 ſec.14.num.2.*

11. Et quamvis Pontifex poſſit, (nec non et magiſtratus) permittere uſuras; non poſſunt tamen abſque peccato mortali id facere impoſito ob hãc cauſam uſurariis magno tributo, ut notat de Lugo *de juſt.diſp.25. num.*219. Leſſ.*de iuſt.c.20.n* 279.Laym.*l.3.tract.4.c.16.n.7.* Neque poſſunt permittere uſuras in locis in quibus ſunt erecti Montes Pietatis ad ſuccurrendum indigentiis pauperum, quia ceſſat cauſa permiſſionis; unde ibi cogendi ſunt uſurarii, vel alio abire, vel ſunt puniendi, ſicut legitur feciſſe Carolus V.Imperaror inviĉtiſſimus Neapoli

ex-

Digitized by Google

expellendo Judeos, iam Monte Pietatis erecto.

C A P. V.

Quomodo ſe gerere debet Confeſſarius in audiendis confeſſionibus Cardinalium S.R.E. *et in quas culpas ipſi incidere poſſint.*

1. Quia ab Eminentiſſimis S.R.E. Cardinalibus pendet electio Summi Pontificis; certum eſt ipſos eſſe Eminentiſſimos non ſolũ bonitate, ac ſanctitate vitæ, ſed etiam prudentia et ſcientia, quia tamen ratione infirmitatis humanæ poſſunt in culpas prolabere, ideo Confeſſarius debet eſſe prudens in eorum culpis explorandis, cum de illis in actu confeſſionis iudicium debet ferre, quod ut commodè agat; hic de illorum culpis agemus in quibus incidere poſſunt ut tales ſunt.

2. Eminentiſſimi ergo Cardinales eligentes Summum Paſtorem peccant, omiſſo digniori, vel digniſſimo, eligunt dignum, et multo magis peccant ſi non habeant puram, et rectam intẽtionem eligendi in Summum Pontificem omnium digniſſimum. Et ſi inter Electores, et eligendus aliquæ promiſſiones interceſſerint, certum eſt Electores committere ſimoniam realem, ut docet Zecch. *p.2. ſum. de Simon. c.* 94. *num* 13. Si tamen eligendus in Papam, aut alius eius nomine promittat Electori ſe fore ſibi gratum, vel non fore ingratum, non committitur ſimonia; quia huiuſmodi promiſſio nullam civilem obligationem pretio æſtimabilem parit; nec aliquid aliud promittitur quam id, quod eſt licitum jure naturali. Zecch. *loc. cit. ſub num.* 17.

3. Non excuſantur à culpa; nec ſunt tuti in conſcientia S.R.E. Cardinales, ſi plura beneficia ultra neceſſariam, vel ſaltem commodã alimentationem pro ſe: ac eorum familiam, juxta decentiam ſtatus, ac dignitatis retineant.

4. In illis caſibus in quibus poteſt Pontifex diſpenſare Eccleſiæ fructus; poſſunt quoque S.R.E. Cardinales, ut ſupra diximus *cap.* 4. *num.* 8. & aliter diſpenſantes proculdubio peccant, & ea recipientes non ſunt tuti in conſcientia.

5. Si Eminentiſſimi Domini Cardinales certò ſciant, ſuos familiares eos inſervire ad hoc ut præbendam, vel aliam dignitatem ſpiritualem, & Eccleſiaſticam ab eis accipiant in hoc caſu tam ipſi Caſdinales, quam familiares inſervientes committerent ſimoniam; ſecus ſi inſerviant principaliter ex amore, & benevolentia, & minus principaliter ad aſſequendam præbendam, aut aliam dignitatem ſpiritualem. D. Thom. 2.2. *q.* 100. *a.* 5. & cum eo Suarez *tom.* 1. *de Relig. trac.* 3. *l.* 4. *c.* 39. *n.* 5. Reg. *l.* 23. *ſuæ prax. n.* 138. Molfeſ. *p.* 1. *ſuæ ſum. Theol.* & alii.

6. Cardinales S.R.E. tractatus facientes de infeudandis, & alienandis Civitatibus, & locis S.R.E. peccant contra Conſtitutionem Pii V. & Sixti V., nec non de diſtrahendis decies cẽtenis millibus aureorum in Arce S. Angeli depoſitis, etiam ſub prætextu neceſſitatis; jurant enim ſervare dictas Conſtitutiones, etiam ſi eorum aliquis fuerit in Summum Pontificem electus.

Nec

7. Nec etiam à peccato excuſari poſſunt, ſi frugali non utantur menſa, & non procurent ſuos familiares eſſe bene compoſitos, atque devotos. Concil. Trid. *ſeſſ.* 2. *& ſeſ.* 25. *c.* 1.

8. Cardinales S.R.E. debent liberè conſulere circa ea, quæ pertinent ad adminiſtrationem Eccleſiæ, aliàs mortaliter peccant. Vnde Cardinalis qui ſuum conſilium refert Romano Pontifici contrarium ſuæ conſcientiæ, etiam ſi ſit relator, & taceat eius defectum, mentitur; & qui cauſam damni dat damnum dediſſe videtur, & ſic, ſi ex falſa relatione promoveatur minus idoneus, vel indignus, Eccleſia magnum patitur detrimentum. Et quia Cardinales etiam aliqui ſunt Epiſcopi, & licet Epiſcopi non ſint, nec Præsbyteri, quia tamen habent jus conferendi beneficia, quæ ſunt in eorum Eccleſiis habent dignitatem quaſi Epiſcopalem; ideo reliqua dicemus in dubio ſequenti; ubi de Epiſcopis, & eorum peccatis agemus.

C A P. VI.

De peccatis Epiſcoporum, in quibus Confeſſarius debet eſſe cautus in eis explorandis.

1. SI quis Epiſcopatum deſideret, & appetat ob ſolas opes, & ad finem aſſequendi redditus Eccleſiaſticos, non eſt à culpa immunis; talis enim finis eſt peccatum avaritiæ, & contra finem per quem aliquis vocatur ad Epiſcopatum; idem dic de appetente Epiſcopatum ob ſolius dignitatis culmen; & ut tantum præſit, non ut proſit; quia talis finis eſt ambitione plenus, & in ſe non continet charitatem; & contra finem per quem quis ad Epiſcopatum vocatur: Cæterum ſi quis appetat Epiſcopatum, ut proſit, non ut præſit, & non deſiderat opes, ſed labores, & ſollicitudines, is citra culpam Epiſcopatum appetit. Hic enim bonum opus deſiderat, & meretur ſic appetendo. *cap. non eſt putando* 1. *qu.* 1. *circa finem.*

2. Et quia præcepto Divino mandatum eſt omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt oves ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbique Divini prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum aliorumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera paſtoralia munia incumbere; ideo Epiſcopi Electi peccant in quamplurimum poſſint, non procurent conſecrari: Unde Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de refor. c.* 2. decrevit, ut Epiſcopi electi intra tres menſes ſe faciant conſecrari.

3. In ordinibus autem conferēdis Epiſcopi peccant I. Si ordinant ſibi non ſubditos abſque litteris dimiſſoriis proprii Epiſcopi; & ſunt ſuſpenſi eo ipſo à Pontificalibus, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. II. Si Ordinent Bigamos (vel quoſcunque de iure prohibitos) qui nec ad primam tonſuam promoveri poſſunt. III. Si ordinent non habentes ætatem legitimam iuxta ea, quæ habetur *in cap. indecorum de ætate, & qualit.*, & in Concil Trid. *ſeſſ.* 23. *de refor. c.* 6. *ſeſ.* 24. *c.* 12. *ſeſ.* 25. *de ref. c.* 15. IV. Si ordinent illitteratos, non habentes ſufficientem litteraturā, ut quia ignorant concernentia ad ſuum ordinem. Unde initiandus prima tonſu-

ſura ſatis eſt ſi ſciat legere, & ſcribere ac fidei rudimenta. Promovendi ad ordines minores ad minus debent intelligere linguam latinam; Ad Subdiaconatum, & Diaconatum, præter linguã latinam debent ſcire omnia concernẽtia ad eorum officium. Ordinandi ad præsbyteratum præter ſupradicta debent etiam ſcire myſterium Sacramenti, quòd conficere, percipere, tractare, & adminiſtrare debent, & ſciant taliter legere, ut intelligant idioma in quo Miſſam ſunt celebraturi; ac quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, ut valeant docere populum, quòd ultimum propriè pertinent ad Parochum. Ordinandi in Epiſcopos hodie ſatis eſt ut ſit magiſter; ſeù licentiatus in Theologia, aut Doctor ad minus in jure canonico, vel in eo licentiatus; aut ſaltem publico teſtimonio alicujus Academiæ, ſeù ſtudii æſtimetur idoneus ad docendum alios, Concil. Tridentin. *ſeſſ.22. cap.2.* V. Si ante cœptam ordinationem non inhibuerit, ne quis ad ordinationem accedat non examinatus, nec approbatus ſub pœna excommunicationis. Ex Concil. Triſtentin. *ſeſſ. 23. de ref. c.5.* VI. Si conferant tonſuram conjugato, niſi de conſenſu uxoris Religionem ingrederetur. Suar. *de cenſ. diſp.31. ſec.1. n.54. & ſec.5. n.2.* Molfeſ. *p.1. ſuæ ſum. trat.2. c.16. n.17. & c.13. n.7.* & peccãt etiam ordinantes invitos, & per annum ſunt ſuſpenſi à celebratione Miſſæ, & poſſunt ab officio deponi. Barb. *de off. & pot. Epiſc. alleg.111. num.3.* Molfeſ. *loc. cit. cap.17. n.10.* Poteſt tamen Epiſcopus cogere aliquem habẽtem beneficium, ut illud dimittat, vel ſumat ordinem, quem beneficium expoſtulat. *c.1. de etat. & qualit.* VII. Si una, & eadem die, uni et eidem perſonæ citra diſpenſationem Papæ conferat minores ordines, & Subdiaconatum id enim prohibetur de jure *cap. 2. de eo, qui ord. furtivè ſuſcepit*; imò nec quidem infra annum, cum nonniſi poſt annum à ſuſcepto ultimo minorũ ordinum, poſſit quis ad ſacros promoveri, niſi neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ aliud expoſtulet ex Concil. Trid. *ſeſſ.23. de ref. cap.11.* cujus Concilii decretum remittit arbitrio Epiſcopi facultatem abbreviandi, vel diſpenſandi interſtitia, non autem diſpenſandi ut promoveantur una die ad duos ſacros ordines, vel ad Subdiaconatum cum minoribus; verum tamen eſt quòd Concilium non tollit conſuetudinem ubi eſt dandi ſimul minores cum Subdiaconatu, ut docet Barb. *loc. cit. alleg. 14. n.4. & 5.* conferentes verò duos ſacros ordines una die, uni perſonæ, non ſolum peccant mortaliter, ſed etiam incidunt in ſuſpenſionem. *cap. dilect. de temp. ord.* & Barb. *loc. cit. alleg. 111. num.12.* ſicuti etiam peccant ſi per ſaltum ordines conferant; licet non efficiantur irregulares, ut docet Suar. *loc. cit. diſp.42. ſect.5. num.9.* Molfeſ. *loc. cit. num.18.* contra Imol. VIII. Si ordinẽt in aliena Diæceſi ſine facultate expreſſa Ordinarii loci. Idem dic ſi exercent Pontificalia in aliena Diæceſi. Conc. Tridentin. *ſeſſ.14. de ref. cap.2.* IX. Si ordinent aliquos non habentes beneficia Eccleſiaſtica ad victum neceſſaria, vel abſque titulo patrimonii & inſuper ſuſpenduntur per annum à collatione illorum ordinum quos ipſis perſonis contulerunt. Ex Bulla Pii V. 74. *incip. Romanus Pontifex.* Item ſi ordinent indignos, & minus idoneos in Sacerdo-

Digitized by Google

hodie qui aliquem vult excommunicare debet ferre ſententiam in ſcriptis, & conſcribere expreſsè cauſam excommunicationis; aliàs contrafaciens eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi ſuſpenſus celebraverit divina officia efficitur irregularis, & à ſolo Papa poteſt in hoc diſpenſari, *c. cum medicinalis, de ſent. excomm. in 6.* Ad hanc tamen ſuſpenſionem incurrendã requiritur præſumptio, & ſic poteſt excuſari Epiſcopus ratione ignorantiæ etiam craſſæ, & affectatæ, Duard. in *comm. Bullæ n. l. 2. c. 1. q. 36. 37. & 38.* II. Si in ferendis cenſuris non ſervant ordinem à Conc. Trid. præſcriptum *ſeſſ. 25. c. 3. de ref.* III. Si excommunicationem per viam ſententiæ ferant in die feſto, quia hujuſmodi excommunicatio exigit cognitionem cauſæ quando in die feſto non poteſt fieri, *c. ſacro, & c. nemo 2. q. 1.* IV. Si ferant excommunicationem contra eum, quem noverint non receſſurum à contumacia, quia excommunicatio non eſt purè pœna, ſed pœna medicinalis; & ideò ſi poſt latam cenſuram videant cor excommunicati potiùs indurãdum, quàm à contumacia recedere, debent eum abſolvere ad inſtar periti Medici, qui ſi viderit medicinam non prodeſſe infirmo, eam omnino ſubtrahit. Panor. *in c. ab excommunicato n. 20. de reſervat.* Sayr. *tom. 1. Theſ. l. 1. c. 3. n. 3. in fine.* hoc tamen intellige ubi diſcretè, & citra ſcandalum poteſt fieri; aliàs non eſt abſolvendus, donec à contumacia recedat; quia tunc licet reſpectu talis non habeat rationem medicinæ, habet tamẽ reſpectu aliorum membrorum Eccleſiæ; dum eis exemplo cavent à peccatis, & corriguntur; reſecãdum eſt enim membrum putridum, ne ſuo contagio totum corpus putreſcat. *c. reſecando, & c. corripiantur 24. q. 3.* V. Non abſolventes excommunicatos, qui à contumacia receſſerunt, & parati ſunt obedire, quia excommunicatio eſt medicina. VI. Si abſolvant excommunicatos in caſibus à jure non permiſſis, aut in caſibus permiſsis, non præmiſſa ſatiſfactione, & juramento præſtito de parendo mandatis Eccleſiæ. VII. Si interdictum ferant pro re non multum gravi: & grave in hac materia dicitur non ſolum illud, quod eſt mortale peccatũ; ſed illud, quod pluribus nocet, Sayr. *l. c. l. 5. c. 11. n. 2. 3. et 7.* ubi habet, quòd ad ferendum inter. generale loci, perſonæ, aut multorum, non eſt ſatis culpa unius, quia ob delictum unius non cõvenit totam Civitatem, Populum, Provinciam, aut Regnum interdici, niſi adſit licentia Papæ. VIII. Si non prohibent notoriè criminoſos ſacro Altari miniſtrare, aut adeſſe in Oratoriis privatis Miſſæ Sacrificio incompoſitè, & non devotè toleret. Si non interdicant in Eccleſiis vana, & profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, & clamores. Item ſi permittant Sacerdotes, niſi in debitis horis celebrare. Item non corrigentes ſubditorum exceſſus, & negligenter ſe habentes in omnibus curandis, & quibuſcunque vitiis oviũ ſibi commiſſarum, & præſertim in corrigendis concubinariis, juxta ea, quæ ſtatuta ſunt in Conc. Trid. *ſeſſ. 6. c. 3. de ref. c. 8. et ſeſſ. 25. de ref. c. 14.* IX. ſi ſint negligentes in defenſione Eccleſiaſticæ Immunitatis, cum pro ea tuenda, & pro ſuis ovibus jurent in eorum conſecratione animam ponere. X. Si non ſervãt, vel ſervare faciant Sacros Canones, &

bonis ex fructibus acquiſitis earum Eccleſiarum; tales enim Epiſcopi non eximuntur ab obligatione trium votorum, & ideò non poſſunt habere proprium, & quidquid acquiſierunt, ſuæ Eccleſiæ acquiſierunt cum ſola adminiſtratione, Barb.*de offic. et pot. Epiſc. alleg.*114.*nu.*29.Graſ.*p.*1.*dec.l.*2.*c.*58. *num.*10.11.*et* 12.Azor.*l.c.lib.*12.*c.*10. *q.*6 Nav.*tom.*4. *de Reg. num.*6. & alii plurimi; licèt autem Epiſcopus Religioſus non poſſit in morte diſponere de bonis quocunque titulo acquiſitis, in vita tamen poteſt, ſicut quilibet Epiſcopus ſecularis, Nav. *de red.Eccleſ. q.*1.*num.*81.*in prima edit.monit.*8.*et conſ.*70.*num* 4. *ſub tit.de* Reg. Graſ. *p.*1.Suar.*l.*3.*c.*5. *num.*43. & alii apud Barb.*l.c.n.*21. Poteſt tamen talis Epiſcopus de licentia Pontificis teſtare, & in morte diſponere. Azor.*p.*1.*inſtitut. l.*12.*c.*9 *q.ult.*Sanch.*de præcep.Decal. l.*7.*c.*8 *num* 4 & alii apud Barb. *citat. num.*23.

10 Epiſcopi verò creati ex Clericis ſecularibus de bonis acquiſitis intuitu earum Eccleſiarum non poſſunt citra culpam teſtari abſque Pontificis licentia; & hoc ex diſpoſitione juris canonici, & contraria conſuetudo omninò improbatur, ut patet ex *text.in c.præſenti de offic.ord.in* 6.*de election.in* 6.*cap. quia ſæpe, c.Epiſcopus* 12. *q.*1. *& clemen.ſtatutum,de elect.* Poſſunt tamen teſtare de bonis aliunde acquiſitis, quã intuitu Eccleſiæ, & diſponere tam in vita, quàm in morte, citra licentiam Papæ, quia habent dominium dictorũ bonorum, & nullo jure eis prohibetur diſponere de hujuſmodi bonis;ita communiter Doctores.

11 Quia autem Archiepiſcopi in multis peccare poſſunt, ut tales ſunt; ideò in calce hujus capitis eorum culpas notabo. Archiepiſcopi ergo peccare poſſunt I.ſi matrimonium conjungerent ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, aut licentiam darent illos conjungendi; hanc enim facultatem habent tantùm Ordinarii,& Parochi eorum,& Archiepiſcopi non ſunt ordinarii, nec poteſt fungi officio Parochi in territoriis ſuffraganeorum, ſed tantùm ſunt Iudices in cauſa appellationis, *c.Paſtoralis, de off.ord.* Tempore autem viſitationis Provinciæ poteſt hanc licentiam Archiepiſcopus concedere in terris ſuffraganeorum, Sanch.*l.*3.*de matrim: diſp.* 28.*num.*7.Henriq.*l.*10.*c.*3. *n.*3: Barb. *l.c.alleg* 32.*ſub num.*125. ubi habet, quod ex quo Archiepiſcopus eſt Judex appellationis, caſu quo poſſet Epiſcopus licentiam concedere aliquibus ſuis ſubditis conjungendi in matrimonium, Archiepiſcopus per appellationem ad eundem cauſa devoluta poteſt dictam licentiam concedere. II.ſi ſe intromittunt in prima inſtantia in cauſis ſubditorum ſuffraganeorum; In prima enim inſtantia per modum ſimplicis quærelæ non poteſt adiri Archiepiſcopum,etiam per negligentiam Epiſcopi; & ad eum non fit devolutio cauſarum ex capite negligentiæ, niſi in caſibus expreſſis in jure,cum non proveniat ex natura rei, ſed ex diſpoſitione tantùm juris canonici. III.Si diſpenſant in votis, ac juramentis ſuffraganeorum ſubditorum, cum nec ex vi muneris, nec ſpeciali jure, nec ex conſuetudine in eos habent poteſtatem, niſi in actu viſitationis. IV. Si diſpenſant cum ſubditis ſuffraganeorum, ut matrimonium poſſint contrahere, non præviis denũciа-

ſuſcipere habitum Regularem; id enim ſoli Epiſcopo conceditur; niſi ſit impeditus, vel abſens, quia tunc poterit eam explorare Vicarius, ex Conc Trident. *ſeſſ.* 25. *de Reg. Monial. c.* 17. Nec poteſt aſſenſum præbere, & interponere auctoritatem ædificationi Monaſterii relicti per teſtatorem, ex Calder. *conſ.* 3. *de off. Vicar.* Nec poteſt concedere indulgentias ex Azorio *p.* 2. *inſt. moral. l.* 3. *c.* 45. *q.* 13. Nec cauſas matrimoniales cognoſcere, nec monitiones relaxare, etiam juſta cauſa interveniente. Nec litteras commendatitias, & dimiſſorias concedere Clericis ſuæ Diœceſis ad Ordines ſuſcipiendos, niſi Epiſcopo degente in remotis. Nec Vicarium ſibi ſubſtituere, quamvis poſſit unam, vel plures cauſas delegare; nec Diœceſes viſitare, nec Synodum congregare, citra ſpeciale mandatum; nec exequi pias Defunctorum voluntates; nec decretũ interponere, in alienationibus, ſeu trãſactionibus rerum Eccleſiaſticarum, nec res Eccleſiæ alienare in caſibus, in quibus poſſunt Epiſcopi. Vide Barb. *l. c. alleg.* 54. *à n.* 87. *uſque ad n.* 112.

3. Circa collationem beneficiorũ Vicarii Generales peccare poſſunt. I. Si conferant Beneficia Eccleſiaſtica citra ſpeciale mandatum ſuorum Epiſcoporum. Et data ab Epiſcopo Vicario Generali facultate conferendi beneficia, non comprehenduntur illa quę jure ſpeciali aut Privilegio Epiſcopus poteſt conferre. II. Si admittant reſignationes beneficiorum citra mandatum ſpeciale; id enim eis de jure eſt prohibitum, ut eſt *tex. in cap. quaſitũ de rerum perm.* & data facultate admittendi reſignationes; non intelligitur eis data facultas beneficia reſignata conferendi. III. Si præſentatum à Patrono, citra ſpecialem facultatem, inſtituant; ſi beneficium ſuppriment, ſi beneficia uniunt, vel revocant uniones, vel Eccleſias dividunt, ſi novas erigunt Parochias; ſi penſionem ſupra beneficiis imponunt; ſi Æconomum conſtituunt, ſi deponunt aliquem à ſuo beneficio, vel officio, vel adminiſtratione, vel ordine; ſi aliquem novum beneficium in Eccleſia creant, ſi Eccleſias, vetuſtate collapſas quæ non poſſunt reparari ob inopiam, alias Eccleſias viciniores in matrices inſtituãt, & in ſumma in omnibus in quibus peccant Epiſcopi in beneficiis conferendis peccare poſſunt & Vicarii Generales.

4. In Sacramentis autem conferendis peccare poſſunt Vicarii ſi alicui Epiſcopo committant facultatem exercendi ea quæ ſunt ordinis citra ſpecialem facultatem ſuorum Epiſcoporum; ſi Cappellas, Oratoria, vel Cœmeteria reconciliant, ſi ordines conferunt, ſi Chriſma conficiunt, ſi Oleum infirmorum ſacrant, ſi Sacramentum Confirmationis miniſtrant, ſi ſibi non ſubditos abſque litteris dimiſſoriis proprii Epiſcopi ordinandos committant, ſi ordinari committant, qui de jure prohibentur, ut quia non habent legitimam ætatem, ſunt illitterati. Et in omnibus aliis caſibus in quibus Epiſcopi peccare poſſunt in conferendis Sacramentis.

4. Item peccare poſſunt Vicarii diſpenſantes in caſibus in quibus neque ipſi Epiſcopi diſpenſare valent. Ut ſupra diximus de Epiſcopis.

CAP

C A P. VIII.

De *Canonicorum culpis*, & *quomodo Confeſſarius prudens eas explorare debet.*

1. Canonici non reſidentes in eorum Eccleſijs, non ſolum pœnam contrahunt, ſed etiam culpam, ex decreto Concilii Tridentin. *ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 12. §. *Præterea.* quæ lex non ſolum eſt pœnalis, ſed etiam præceptiva; vel prohibens ſaltem. Idem eſt dicendum de illis, qui in Eccleſiis Cathedralibus, aut collegiatis obtinent dignitates, præbendas, aut portiones. Hi enim etiam obligantur ad reſidentiam ex Concil. Tridentin. citato. Canonici autem & alii obtinentes beneficia non ſolum tenentur aſſiſtere choro ad cantandas, ac recitandas horas Canonicas; ſed etiam tenentur Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere ac inſervire. Vt ex Concil. Tfidentin. citato; & quoque tenetur ire obviam Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam Pontificialiter. ut ex Barb. *alleg.* 53. *n.* 131.

2. Non tenentur tamen Canonici, neque alii ſimilia bancficia obtinentes ad reſidentiam, ſi vacant ſtudiis, Theologiæ & Canonum cum licentia proprii *P*ræla ti per quinquennium; imò hi percipiunt fructus præbendarum. Dummodò in ſtudiis publicis ſcientias prædictas audiant, & litteris ſumma diligentia incumbant non tamen poſſunt lucrari diſtributiones quotidianas, licet abſint de licentia Summi Pontificis. Neque tenentur ſenes, & infirmi qui commodè perſonaliter non poſſunt Choro intereſſe; iſti enim habentur tamquam præſentes, ſi aliàs erant ſoliti intereſſe, & lucrantur quotidianas diſtributiones. Monoch, *de arbitr. caſ.* 60. *num:* 10. Ricc. *reſ.* 389. *n°* 7. Nav. *conſ.* 2. *n.* 3. *de Cler. non. reſid.* Barb. *loc. cit. alleg.* 53. *num.* 164. 166. 167. & 168.

3. Et quamvis Canonici, & alii ſupradicti poſſunt abeſſe ab eorum Eccleſiis quolibet anno per ſpatium trium menſium citra omnem culpam, ſi tamen ultra tres menſes abſint non eſt dubium quod culpam contrahent, quia faciunt contra ſtatutum Concilii Tridentin. *loc. cit.* & ultra culpam variis plecti poſſunt pœnis, quæ videri poſſunt in Concil. cit. *loc. cit.*

4. Canonicis ſi abſit à capitulo, ſeu capitularibus Congregationibus, ut vellt ordinariè abeſſe peccat; quia Canonicus Canonicatum ſuſcipiendo, ſuſcipit cum eo vocalis munus in capitulo; & cum ſuo munere fungi nolit ad quod tenetur ex juſtitia peccat, & de hac re extat declaratio Sac. Congregat. ut refert *Garz. de benef. Eccl. p.* 3. *c.* 2. *n.* 224. ſecùs ſi una vice, aut altera abeſt quando cognoſcit probabiliter nemini detrimentum allaturum; ſi verò probabiliter cognoſcit ſe pro illa vice qua abeſt alicui detrimentum allaturum tunc citra culpam non poteſt etiam pro illa vice abeſſe; & ſi probabiliter dubitet ſe illa vice per ſuam abſentiam alicui, aut communitati damnum proveniendum; neque poteſt ultra culpam ſe abdicare à capitulo, in dubiis enim præſertim facti, & ubi ſumus in odioſis tutior pars eſt eligenda. *cap. ad audientiam*, & *cap. ſignificaſti de homicidio,*

5. Canonici Capitulo intereſſentes

tes multipliciter peccare poſſunt. I. Si fuerunt ſuffraggia pro gravanda Eccleſia ære alieno, citra naceſſitatem, vel evidentem utilitatem, maximè ſi agitur de cenſu perpetuo imponendo ſuper bonis Eccleſiæ *cap. conſtitutus. de Relig. domibus.* II. Si ſuffragia fuerunt pro alienandis Eccleſiæ rebus cōtra formam Paulinæ *Ambitioſæ de rebus Eccl. non alien.* III. Si in capitulo ſuffragia fuerunt contra propriam conſcientiam etiam ſi eligant dignum, & ob id non ſequatur electio indigni; quia agentes contra propriam conſciētiam erroneam committunt peccatum & ſic eligentes Vicarium Sede Vacante ut dignū ſine culpa dicantur eligere debet eligere perſonā qualificatā circū ſpectā, bonæ, & approbatæ vitæ, Deū timentem, veridicam, liberalem, temperatam, fortem, magnanimam manſuetam juſtam, Doctorem, vel ſaltem Clericum qui ſit licentiatus; aut alium idoneum. ex Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. de ref. cap. 16.* IV. Si ferunt ſuffragia pro digno, omiſſo digniori, & multo magis peccant ſi ferunt ſuffragia pro indigno. V. Non ſuffragentes pro præſtando Epiſcopo ſubſidium charitativum, in quibus ad id tenentur. Quia poſſunt Epiſcopi in ſuis Diæceſibus cum rationabili cauſa ſuos ſubditos licitè cogere ad charitativum ſubſidium ſolvendum, quò ſuis conſulant neceſſitatibus; & ob id Clericos excommunicare, quòd fieri non poſſet citra culpam mortalem. *cap. conquerēte in fine de off. ordinar. & cap. Apoſtolus, §. prohibemus de cenſibus.* Hoc charitativum ſubſidium poſſunt petere Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum. Capitulum Sede Vacante, legatum Papæ cui commiſſum eſt officii legationis in ſua Provincia; Coadjutor datus Epiſcopo per Papam. Azo *p. 2. inſt. mor. c. 14. q. 5. verſ. quæres itē verſ. Collegium, & verſ. quid dicendum, & cap. 15. cui de electi. l. 6. & cap. ult. in fin. de ſupp. negl. Prœl.* & denique poſſunt petere Generales Ordinū Regularium à Monaſteriis ſuorum Ordinum, pro ſumptibus neceſſariis ad gubernationem ſi aliundè non habeant bona quæ ſufficiant. Barb. *de off. & poteſtat. Epiſc. alleg. 87 nu. 8.* VI. Si ſollicitant, rogant, promittunt, minant concapitulares, ut adhereant ſuis votis.

De culpis Parochorum vide omnia ea ad quæ obligantur Parochi, ut ſupra tradidimus diffusè.

CAP. IX.

De Sacerdotibus, & eorum culpis in quas poſſunt incidere, à Confeſſario explorandis.

§. I.

An Sacerdos peccet mortaliter celebrando Miſſam ante recitatum Matutinum?

1. IN hac re tam ex parte affirmativa, quam negativa certant auctores magni nominis. Unde hic operæ pretium duxi afferre fundamenta utriuſque ſententiæ.

Prima affirmativa ſententia; fundatur primo ſuper Eccleſiæ, ac Sacerdotum conſuetudine, qui conſueverunt celebrare Miſſam; ſaltem poſt Matutinum, ſed conſuetudo habet vim legis, &

& lex in re gravi obligat ſub mortali, maximè, quando eſt Eccleſiaſtica; ergo qui celebrat Miſſam ante Matinum peccat mortaliter.

2. Secundo probatur ex Breve Pii V. in principio Miſſalis in quo præcipit in virtute Sanctæ obedientiæ celebrari miſſam, iuxta ritum ipſius Miſſalis, & ſubdit ut Sacerdotes prævia confeſſione cum opus fuerit, & ſaltem Matutino, cum laudibus abſolutio orationi aliquantulum vacent priuſquam celebrant Miſſam, ſed præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ obligat ſub mortali; ergo celebrantes ante matutinum perſolutum peccant mortaliter.

3. Tertio. Nam in eodem Miſſali numeratur inter defectus Miſſæ, ſi celebrans non dixit Matutinum, cum laudibus, ſed defectus eſt peccatum; ergo Sacerdos celebrans Miſſam Matutino non perſoluto peccat mortaliter.

4. Alii autem Doctores recenſiores in magno numero tenent partem negativam, & liberant Sacerdotes celebrantes ante dictum Matutinum; non ſolum à peccato mortali, ſed veniali etiam poſita juſta cauſa, & docent illam prioritatem inter Matutinum, & Miſſam, eſſe congruentiam, & decentiam, & ſic eſſe materiam conſilii, non præcepti, cum nullibi inveniatur hoc præceptum in jure, de hac re, & Rubrica Miſſalis eſt tantum directivà, & inſtrictiva, non præceptiva. Unde

5. Ad primũ fundamentum ſententię cõtrariæ dicunt quòd cõſuetudo (ſi extat) non eſt inducta animo obligandi; imò, potiùs eſt in oppoſitum; plures enim celebrant ſine ſcrupulo ante dictũ Matutinum; cum conſuetudo (dato, quòd detur) non eſt obligatoria, ſed majoris devotionis. Nec conſtat talem conſuetudinem à Pontifice fuiſſe approbatam; illa enim conſuetudo obligat ad peccatum, quando ad illud per approbationem intendit Princeps eam approbans obligare, & quando ſubditi exiſtimant ſe peccare mortaliter eam non ſervantes.

Adde, quòd præcitatio Matutini non eſt diſpoſitio, nec aliquem ordinem dicit ad Miſſam, veteres enim qui hunc ordinem ſervarunt, non intenderunt ſtatuere aliquam prioritatem inter Matutinum, & Miſſam, ſed ſolum quamdam congruentiam.

6. Ad ſecundum dicunt quòd ex dicto Breve Pii V. non colligitur aliquod præceptum, licet enim ibi præcipiat in virtute Sanctæ Obedientiæ celebrari Miſſam juxta ritum ipſius Miſſalis, non tamen præcipit recitationem Matutini ante Miſſam, unde illa verba præmittendi Matutinum ante Miſſam ſunt de conſilio, non de præcepto, aliàs etiam eſſet peccatum mortale poſt Matutinum, & laudes non vacare aliquantulum orationi, quòd nullus dicit.

7. Ad tertium dicunt, quòd licet inter defectus Miſſæ numeretur celebratio Miſſæ ante Matutinum, tamen, eſt defectus levis, atque adeo nonniſi veniale ad ſummum, abſque cauſa. Eo maximè, quia mutatio Matutini, ut dicatur poſt Miſſam, non eſt defectus gravior, quam dicere omnes horas, ante præces Matutinas; & tamen ſi id fieret aliquis citra cauſam, non peccaret niſi venialiter, ergo dic idem in caſu noſtro.

Re-

Digitized by Google

Reſtat ergo quòd dicere Miſſam ante Matutinum ad ſummum erit peccatum veniale, & ſi cum cauſa fiat nullum erit peccatum.

Hæc ultima ſententia negans licet ſit benignior, & in praxi amplectenda, oppoſita tamen eſt tutior; illa enim affirmans præbet occaſionem Sacerdotibus recitandi ſerò officium Diviniũ, & aliquando recitandi poſt cœnam ſomnolenter tepidè, & indevotè, & aliquando tædio affectos illud non recitare non ſine gravi peccato, & ideo moneo Sacerdotes non celebrare Miſſam, niſi Matutino abſoluto, & laudibus, niſi in cauſa neceſſitatis; eo maximè quia ſententia prima affirmans habet pro ſe Doctores magni põderis, atque ideo citra formidinem non eſt ab ea recedendum, magis devota, & conformis devotioni, decentiæ, & congruentiæ.

§. II.

Peccat ne Sacerdos non celebrando Miſſam cum poſſit, vel celebrando certis diebus, vel pluries?

1. Quamvis Sacerdos non peccet celebrare omittens quotidie, ut eſt communis ſententia; quia in hac re nullum adeſt præceptum, nec Canon, nec Conſuetudo, tamen quia ex venerabili Beda: *Sacerdos non legitimè impeditus celebrare omittens, quantùm in eo eſt priuat Sanctiſſimã Trinitatẽ laude, & gloria, Angelos lætitia, peccatores venia, juſtos ſubſidio, & gratia, in Purgatorio exiſtentes venia, Eccleſiam ſpeciali Chriſti beneficio, & ſeipsum medicina, ac remedio*; proculdubio adeſt in Sacerdote non impedito, non celebrante aliqua culpa venialis, quia licèt non faciat contra divinam legem; tamen facit præter legem.

2 Si verò Sacerdos non celebrat, ſaltem aliquoties in anno, etiam ſecluſo ſcandalo, & contemptu peccat mortaliter, ut docet D. Thomas *3. p. q. 82. a. 10. & in 4. dist. 13. q. 1. a. 2. quæst. 1. ad 2.* & multi cum eo, quia Sacerdotes ex præcepto Divino facto à Chriſto à eorum promotione ad ſacerdotiũ debent celebrare, illis dicendo: *Hoc facite in meam commemorationem*, ut docet Trid. *ſeſſ. 22. c. 1. & ſeſſ. 23. & can. de Sacr. Ord. et eadem ſeſſ. de ref. c. 14.* præcipit Epiſcopis, ut curẽt, quòd Sacerdotes ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus Miſſas celebrent. Unde Concilium circa Miſſarum celebrationem non præcipit, quia ſupponit præceptum eſſe Divinum, ſed tantùm monet Epiſcopos, ut curẽt, quòd Sacerdotes impleant eorum obligationem; non conſtabat enim, quoties, vel quibus diebus Sacerdotes tenebantur ſacrificare ex Divini præcepti, & ideò præcipit, ut ſalutem celebrent Dominicis diebus, & feſtis ſolemnialibus. Et in *cap. dolentes de celeb. miſſ.* inter alia peccata aliquorum Sacerdotum, quæ ibi recenſentur, unum eſt, quod vix quater in anno celebrabant; ergo non ſolùm peccat Sacerdos nunquam celebrando, ſed etiam peccat ter, aut quater in anno tantùm celebrando.

3 Curam autem habentes animarũ, licèt non peccent mortaliter ſi quotidie non celebrant; tamen debent frequentiùs celebrare, quàm ſimplices Sacerdotes, ut ſuo muneri ſatisfaciant

*na ſumm.tract.*3.*c.*17.*n.*22.23.24. *et* 44. Secus dic de die Paraſceves ſ, quia tunc Miſſa non eſt de precepto, cum non celebretur:tenentur tamen fideles, qui poſſunt, audire illam Miſſam ſub una ſpecie, & quantum poſſunt ſatiſfacere in ſententia tutiori, ut ait Molſ. *loc.cit.*

8 Licèt autem regulariter loquendo, non poſſit Sacerdos, niſi unam Miſſam in die celebrare, aliàs mortaliter peccabit plures celebrando, ut ex *text.in c.ſufficit de conſ.diſt.*1. tamen in multis caſibus poteſt plures Miſſas celebrare; & ſic in die Natalis Domini licitum eſt ter celebrare, vel ſi urgeat neceſſitas in feſto admodum ſolemni dicendi Miſſam pro defunctis præſentibus, & una tantùm Miſſa ſit in illa Eccleſia, vel ubi Parochus habet plures Parochias; tunc enim non ſolum duas, ſed etiam tres Miſſas, ſi opus fuerit, poterit celebrare, quia ad hoc cenſetur tacitè diſpenſatus à Papa; dummodò alios Sacerdotes non habeat, & jejunus celebret, non ſumpta purificatione. Et extra hos caſus pluries celebrantes, nõ ſolùm peccant, ſed etiam ſunt puniendi, ut docet Molſ. *loc.cit. c.*10. *nu.*44. 45.46.

§. III.

An Sacerdos peccet, ſi Miſſam ſine miniſtro, vel fœmina miniſtrante celebret?

1. QVando gravis & juſta cauſa concurrit poteſt Sacerdos Miſſã ſine miniſtro celebrare. Gravis autẽ cauſa, & juſta celebrandi ſine miniſtro eſt Azor.*to.*1.*inſt.mor.l.*10.*c.*29.*q.*3.*æſtimatur*, ſi dies feſtus accidit, & Sacerdos Miſſam audire nequit, nec miniſtrũ habeat qui ſuam reſpondeat, tamen inquit fictius ſibi videri eo caſu non celebrare niſi forte magnus ſit dies feſtus. Fag.*de præc.Eccl.præc.*1 *l.*3.*c.*2 *nu.*21. putat cauſam gravem, & juſtam eſſe, ſi in Sacrario nulla eſſet particula, & opus eſſet infirmo Viaticum ſumere. Cauſam juſtam dicit Duard. *in c.om. utriuſque diſp.*12.*ſect.*6. *num.*3. habere Eremitã Sacerdotem in Eremo à nive, aut à pluvia obſeſſum, ita ut inde exire nequeat citra mortis periculum, aut detrimenti notabilis, aut mortem qualitercunque probabiliter metuentem. Tunc poteſt ſolus abſque miniſtro celebrare. Non poteſt autem Eremita ſolus celebrare abſque Romani Pontificis licentia extra gravem neceſſitatem, & cauſam juſtam.

2. Numquam autem licitum eſt, fœminas in Miſſa immediatè miniſtrare etiam ſi urgeat neceſſitas, & decentius eſt Sacerdotem ſe ſolo celebrare, quam fœminam adhibere. Sot.*in* 4. *diſt.*13.*q.* 2.*a.*5.Azor.*loc.cit.cap.*29.*q.*2.Henriq. *l.*9.*de Miſſa c.*26.*n.*4.*& c.*30.*in princ.* Fag.*loc.cit.num.*2.& alii.

Poteſt tamen ex Privilegio Papæ mulier immediatè miniſtrare Sacerdoti celebranti; quia cum hæc prohibitio ſit tantum humana, & Papa eſt ſuper omnes leges humanas, & Canones poteſt diſpenſare. Unde Sylveſ. *in verſ. Miſſa* 1.§.2.*verſ.ſecundo.*& Tab. *eo dẽ verb.*§.8.Fag. *loc. cit. c.*21. *num.*3. dicunt. Pontificem aliquando concedere privilegium, ut Moniales per feneſtrellam Altari propinquam neceſſitate urgente miniſtrent.

Digitized by Google

§. IV.

An Sacerdos peccet celebrando pro defunctis damnatis in Inferno, uel pro excommunicatis, uel pro hæreticis, Apoſtatis, & Schiſmaticis, vel pro Iudeis, & Paganis, vel pro Cathecumenis?

1. SAcerdos celebrans pro damnatis in inferno peccat mortaliter hi enim exiſtunt in formali, & poſitivo odio Dei; unde ſacrificia, & præces ipſis non proſun t, nec ad tollendas, nec ad alleviandas eorum pœnas, quia pœna illorum eſt irremiſſibilis, ut probat D.Th.*3.p.q.52.a.6.*, & cum ipſo Doctores communiter.

2. Sacerdos etiam culpam mortalem contrahit celebrando pro excommunicato nominatim denunciato; peccat enim contra obedientiam Eccleſiæ, per quam excommunicatus privatur omnibus ſuffragiis. D.Thom.*in 4.diſt. 39.q.unic.a.1.ad.5.& diſt.18.q.2. a.1. & 2.*& alii communiter. Poteſt tamen licitè Sacerdos celebrare, & orare pro excommunicato tolerato;quia cum tali excommunicato non prohibetur cõmunio. Ut habet Sotus *in 4. diſtin. 1. quæſt. 5. art. 6.* Suarez. *de cenſ. diſp 11. ſec. 4. num.5.*Sanch.*l.7. de mat.diſp.9.num.*8. & alii apud Fag. *loc.cit.cap.12.n.1.*

Pro interdictis verò, ſuſpenſis, & irregularibus poteſt Sacerdos ſine culpa celebrare, & præces offerre; quia interdictum, ſuſpenſio, & irregularitas non privant ſuffragiis Eccleſiæ, idem dic deSacerdote celebrante pro peccatore etiam enormi dum vivit. Henriq. *l.9.de Miſſa c.15.num.2.*Covarr. *in c. Alma mater p.1.§.6.num.3.concl.4.&* 8.Fagund.*loc.cit c.12.n.14.*

4. Peccat quoque Sacerdos celebrando pro hæretico, quando hæreticus eſt nominatim declaratus excommunicatus, ſecùs ſi non ſit nominatim declaratus, ac denunciatus, vel hæreticus occultus. idem proportionaliter dic de Schiſmaticis, & recedentibus ab obedientia Romani Pontificis.Hi enim ſunt ipſo facto excommunicati an Bulla Cœnæ ſicuti hæretici; ſicuti etiam Apoſtatæ à fide. Hi enim ſunt pluſquã hæretici; quia hæretici in parte à fide recedunt, Apoſtatæ verò in totum, & Schiſmatici differunt ab hæreticis, & Apoſtatis; tamen rarò datur Schiſmaticus quin etiam ſit hæreticus, ut patet de Schiſmaticis orientalibus.

5. Quia autem Eccleſia non ſolet directe offerre ſacrificium niſi pro fidelibus; ideo peccat Sacerdos Miſſam offerendo pro infidelibus; unde ait D. Auguſ.*l.1.de orig. animæ cap.9. Quis offerat Corpus Chriſti,niſi pro iis, qui ſunt membra Chriſti?* Et quia Judei, & Pagani non ſunt membra Chriſti, peccatSacerdos pro eis offerendo Miſſam; & Canon Miſſæ non orat, niſi pro fidelibus vivis, & defunctis, & pro omnibus Orthodoxis, Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus. Et D.Th. *3 p.q 79.a.7.ad 2.*ait Corpus Chriſti. non offerri; niſi pro iis, qui ſunt membra Chriſti. Vide ad *num.*8.

6. Quia autem Chathecumeni ſunt in duplici differentia, alii enim dicuntur incompetentes, alii competentes, primi ſunt illi, qui conciones audiunt, & volunt fieri Chriſtiani, ſed nondum Baptiſmum petierunt, & ex mera eorum

rum

Digitized by Google

culpa illum non petunt. Secundi ſunt illi,qui petunt Baptiſmum, & dant nomen ſuum Eccleſiæ,ut baptizentur, & ex eo tempore recipiuntur ab Eccleſia ut inſtruantur, & præparantur ad baptiſmum.

7. Sacerdos ergo peccat offerendo Miſſam pro animabus Cathecumenorum incompetentium, qui ex ſua mera negligentia, & gravi culpa non petierunt baptiſmum, & in tali ſtatu mortui ſunt, quia hujuſmodi Cathecumeni deceſſerunt in culpa mortali,ut ſupponitur, & pro his qui in mortali decedunt Eccleſia prohibet Miſſas offerri; ſicut prohibet offerri pro Chriſtianis, qui tranſeunt ex hac vita in publico,& notorio concubinatu, ſi ſigna pœnitētiæ non dederunt. Si verò Sacerdos offerat ſacrificium Miſſæ pro animabus cathecumenorum competentium, non peccat. Tum quia hujuſmodi Cathecumenis Defunctis applicantur Indulgentiæ ex Rodriq.*in man. in explicat. Cruciatæ* §.14 *num.*6.ergo pro eis applicari poſt Miſſa cum effectus Miſſæ, & indulgentiarum ſint ex opere operato. Tum etiam quia Chatechumeni competentes ſunt formaliter fideles, cum credant id,quod credunt baptizati, & ut ſupponitur mortui ſunt contriti; maxime ſi ſigna contritionis oſtenderunt morientes. Ita Henriq. *lib.* 9.*de Miſſa c.*15. *num.*5.*lit.H. et* l. Fagund.*loc.cit.c.*12.*num.*29.*&* 30. & alii ab ipſis relati.

8. Quamvis autem, ut ſupra diximus *num.*5.non poteſt offerri miſſa pro Iudeis, & Paganis directe; quo ad participationem totius fructus: & ut Miſſa eſt ſacrificium ſatisfactorium ad remittendas pœnas peccatorum; poteſt tamen offerri pro eorum converſione; ſicuti etiam poteſt pro converſione hæreticorum. Vnde S. Mater Eccleſia in die Paraſceves orat pro eis. Bellar. *l.*2.*de Miſſa cap.*6.§.*ſed queret aliquis* Fag.*de præc ep.Ecc.præcep.*1. *l.*3.*c.*12. *num.*23. & alii.

Dixi (directe quia directè nō cōvenit offerre ſacrificiū Miſſæ pro Iudeis,&Paganis, ſed tantū indirecte,ſcilicet ut directe intendatur offerri ſacrificium pro augumento unitate, & pace totius Eccleſiæ, & pro ampliatione ipſius in toto mundo; & ſic indirecte pro converſione omnium infidelium miſſa offertur. Vide præcitatos ante Docteres,& præcipue Fagund. *loc. cit. num.*25. *et.*26. qui hanc rem recte, & diffuse declarat.

§. V.

Quando licitum eſt Sacerdoti miſſam interrumpere?

MVlta de hac materia brevi methodo diximus ſupra *lib.*6.*dub.* 6.§.5.ut perfectius tamen noſtro muneri,& oneri ſatisfaciamus aliqua hic adjicimus. Vnde.

Nota Sacerdotem jure divino teneri ad perficiendum ſacrificium jam cæptum, & etiam ad continuandum illud quadam mortali continuatione, ſine magna interruptione; Vnde ſi Sacerdos ſine gravi, & rationabili cauſa interrumpit ſacrificium peccat mortaliter; tamen Sacerdos excuſari poteſt à culpa interrumpendo ſacrificium miſſæ in multis caſibus.

1. Ob prædicationem Divini Verbi, ſive ante, ſive poſt ſymbolum dictum,

vel cantatum, ut patet ex communi conſuetudine Eccleſiæ. II. Ad ordines conferendos, ut etiam conſtat ex Eccleſiæ conſuetudine. III. ob miniſtrandam populis Sanctiſſimam Euchariſtiã. IV. propter baptiſmum alicujus pueri, quem caſu mulier moribundum in Eccleſia peperit. V. Si Sacerdos cogatur aliqua gravi corporis infirmitate; & in hoc caſu ſi facta ſit conſecratio, debet alius Sacerdos perficere, ſi prior nõ poteſt ſacrificium perficere, ut ſupra dictum eſt. VI. Si ante conſecrationem Sacerdos recordetur ſe non eſſe jejunũ, aut eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, vel irregularem, tunc enim tutius eſt ut à miſſa abſtineat, ſi ſine ſcandalo poteſt ſecus ſi poſt conſecrationem, tunc debet òmni modo ſacrificium perficere. Ex D. Th. *3. p. q. 83. a. 6. ad 2.* Si verò recordetur ſe non eſſe ritè ordinatum; & per conſequens non eſſe Sacerdotem, tunc ſive ante, ſi poſt conſecrationem tenetur dimittere Miſſam. Ex Fag. *loc. cit. c. 18. num. 7.* & aliis. VII. Si advertat in Miſſæ ſacrificio adeſſe aliquem excommunicatum non toleratum, & nequeat expelli; tunc ſi canon non eſt inceptus debet à ſacrificio deſiſtere; ſi verò eſt inceptus debet continuare. Henriq. *l. 9. de Miſſa c. 30. n. 5.* Nav *in man. c. 27. num. 33.* Covar. *in c. Alma p. 1. §. 6. num. 8. & 9.* Sylv. *verb. Miſſa num. 3. verſ. 4.* Laym. *t. 1. ſug ſum. Theol. trac. 5. p. 2. c. 2. num. 6.* Fag. *loc. cit. c. 18, num. 6.* & alii. VIII. ob timorem hoſtium maximè infidelium; tunc enim ſi ante conſecrationem talis timor eveniat, non debet conſecrare, ſi verò poſt conſecrationem talis timor ſuperveniat, non debet effugere periculum mortis imperfectè ſacrificio relicto, ſed potiùs debet mori, ne vileſcat fides Sacramenti; verum tamen eſt, quòd poteſt licitè accelerare ſumptionem Sacramenti, relictis orationibus, & aliis præcibus intermediis. Suar. *tom. 3. in 3. p. diſp. 85. ſect. 1. §. quarto accidere poteſt.* IX. Si videat ſpecies panis, vel vini conſecratas eſſe venenatas, non debeat eas ſumere, & in hoc caſu quid debeat agere vide ſupra *l. 6. dub. 6. §. 4. num. 9.*

§. VI.

De aliis culpis Sacerdotum.

1. SAcerdos peccat ſi cauſa rationabili non ſubſiſtente excipit partem hoſtiæ ab eo conſecratæ, & aliquem communicet. Secùs ubi ſubſiſtit rationabilis cauſa, quæ eſſe poteſt, vel ut communicet aliquem infirmum, vel devotio alicujus communicantis; vel ſi Sacerdos ex lapſu mentis diſtintam formulam non appoſuit, vel quia illã non habuit, & in loco de facili non reperiebatur. Fagund. *loc. cit. lib. 3. cap. 20. num. 8.*

2. Si vero celebrat in hoſtia non omnino integrè rotunda, vel quadrata, vel aliquantulum fracta, cum poſſet commodè haberi alia hoſtia ſine iſtis defectibus ſaltem venialiter peccat, quia negligenter, & parum ſtudioſè ſe habuit, ac devote in tanto ſacrificio celebrando; ſi autem commode hoſtiam habere non poteſt ſine his defectibus; tunc celebrare poteſt citra omnem culpam; quia fractio, quadratura, vel rotunditas hoſtiæ non tollunt ſubſtantiam panis, nec ex eo quod ſit fracta tollitur unitas hoſtiæ; quia intentio

Sa-

Digitized by Google

Sacerdotis eſt totam hoſtiam conſecrare. Fag. *loc. cit. num.* 7.

3. Nullam autem culpam contrahit Sacerdos ſtipendium petens pro Miſſa celebranda, dummodo ſtipendiū intendat non in prætium Miſſæ, ſed in ſui ſubſtētationē, & ſtipendiū ſit juſtū, juſtum autem eſt, quòd vel ex, vel cō ſuetudo loci taxatam eſt. D. Th. 2. 2. *q.* 100. *a.* 3. & communiter Doctores.

4. Peccat Sacerdos contra fidelitatem qui alicui promittit ſacrificium Miſſæ applicare liberaliter nullo accepto ſtipendio, & poſtea non applicat, unuſquiſque enim tenetur implere, quòd promittit; dummodo intendat totam Miſſam illi, cui promittit applicare. D. Th. 2. 2. *q.* 11 7. *a.* 3. *ad.* 5. & *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 2. *a.* 1. *ad* 2. Sicuti etiam peccat ſi promittit applicare miſſam pro uno ab eo accipiens ſtipendium minus juſto, ſi deinde applicet eamdem miſſam pro alio, à quo accepit complemētum ſtipendii. Quod etiam accidit, quādo accipit ſtipendium duplicatum pro eadem miſſa. Et hoc ex Decreto Urbani VIII. ex cujus etiam Decreto non poteſt Sacerdos miſſam ſibi datam ſatisfacere per alium, collato illi minori ſtipendio; alia parte ſtipendii ſibi retēta; & eſt contra juſtitiam accipere ſtipendium pro pluribus miſſis, & unum offerre; ſicuti eſt contra fidelitatem ſi promittit etiam juramento, quòd pro nullo alio offerat, & poſtea offerat pro alio.

5. Quia autem Superior Regularis poteſt Sacerdotibus ſibi ſubditis præcipere ut applicent miſſas ſecundū intentionem ipſius ſuperioris, quia habet juriſditionem ſpiritualem, quæ ſatis eſt ad ſubſtantiam præcepti etiam quò ad ſpiritualia. Ideo peccat Sacerdos Religioſus qui contra voluntatem, & intentionem ſui ſuperioris applicavit miſſam uni, dum ſuperior applicaverit alteri, facit enim contra obedientiæ votum; unde irrita eſt applicatio facta ipſius Sacerdotis, & valida applicatio ſuperioris, & miſſa illi prodeſt cui ſuperior applicavit. Cord. *l.* 1. *q.* 3. *not.* 5. Ledeſm. 2. 2. *q.* 10. *a.* 14. Rodriq. *in ſumm. p.* 1. *c.* 251. *concluſ.* 10. Barb. *de off. & pot. Ep. alleg* 24: *ſub n.* 28. Laym. *l.* 1. *ſuæ ſum. trac.* 4. *c.* 4. *ſub n.* 13. Alph. de Leone *de off. Cappel. l.* 1. *ſec.* 4. *ſub n.* 41. & alii.

6. Scio tamen, hanc ſententiam eſſe contra Henriq. *l.* 9. *de miſſa c.* 21. *num.* 6. Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 79. *ſec.* 9 Gab. *lect.* 25. *in can. & lect.* 26. Sylv. *verb. miſſa.* 1. *num.* 12. & alios, qui docēt Religioſos peccare mortaliter contra votum; ſi de facto contra præceptum ſuperioris applicent miſſam, hujuſmodi tamen applicationem eſſe validam. Ratio horum eſt, quia ſicut Sacerdos liber eſt in ſacrificando; ſic eſt liber in applicando; unde licet illicite, valide tamen applicat. Et licet Prælati Regulares habent juriſdictionem in ſuos ſubditos, etiam ſpiritualem; non tamen habent voluntatem ſudditorum circa actus internos. Tu autem ex his ſententiis accipe *tutiorem*.

7 Licet autem ſacrificii miſſæ ſiant tres partes, quarum una pars eſt totius Eccleſiæ à qua non poteſt Sacerdos aliquem excludere, altera pars eſt ejus, qui ſtipendium tribuit, vel cui ſuperior Sacerdotis præceperit applicari, & tertia eſt ipſius ſacerdotis; tamen Sacerdos non poteſt applicare partem ſuam uni, & ſecundam partem alteri acci-

non adimplendo promiſſa. Imo Sacerdos obligatus celebrare in tali loco, ſi celebret in alio, tenetur ad reſtitutionē accepti ſtipendii, niſi compulſus juſto impedimento in alio loco celebret, & maximè ſi eſſet Cappellanus; inſtitutor enim Cappellæ cenſetur velle, ut locus à ſe deſignatus magis frequentetur, & coleretur, Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. l.* 10. *c.* 24. *q.* 7. *ad finem*. Nav. *in man. c,* 25. *num.* 135. *&* *de horis can. c.* 5. *nu.* 3. *&* 12. Henriq. *tom.* 2. *l.* 9. *de Miſsa nu.* 45. Fag. *l. c. c.* 9. *ſub n.* 2. & alii.

CAP. X.

De Confeſſariis, ac eorum culpis, à prudente Confeſſario explorandis.

CONfeſſarius in audiendis confeſſionibus, non ſolùm eſt Iudex, ſed etiam Medicus; & quia ex Evangelio intellexi: Medice cura teipsũ, quia & ſi aliis applicat medicamenta, debet ab aliis ſua medicamenta quærere; maximè quia eſt compertum experientia, nonnullos Confeſſarios adeò eſſe imperitos, ut prudentis Confeſſarii auxilio, & doctrina indigeant in eorũ culpis inveſtigandis, & explorandis; ideò hic de eorum culpis agendum eſt, ut Confeſſarii ſint, ut ſi ſeipſos curare neſciunt, ſaltem ab aliis peritis curentur.

Multis ergo in caſibus Confeſſarii peccant. I. Si ad confeſſiones audiendas ſe exponunt cum non ſint idonei, vide quæ ſupra dixi in hoc *lib. cap.* 1. *nu.* 14. *&* 15. II. Si exiſtentes in peccato mortali audiunt confeſſiones, ut ſupra dictum III. Si principaliter audiunt confeſſiones propter lucrum, & aliqua bona temporalia, & hi ſunt ſimoniaci. IV. Si pœnitentes excitant, ut ad ſe veniant ad confitendum, ſi in hoc ſcandalum intercedat. V. Si habeant irrationabiliter perſonarum acceptionem, dimittentes pauperes propter divites. VI. Si impendant abſolutionem ignorãtibus rudimenta Fidei, & quæ tenentur credere explicitè. VII. Si abſolvunt pœnitẽtem advertentes non adhibuiſſe debitã diligentiam in peccatis memorandis, niſi pœnitens ſit adeò rudis, ut ſe ſolo ſit inſufficiens ſuam conſcientitm diſcutere; tunc enim tenetur Confeſſarius juvare debitis interrogationibus, vel quando pœnitens eſt in mortis articulo, vel ad ſcandalum vitandum, vel ſi pœnitens paucis diebus antea acceſſerat ad Confeſſionem, vel ubi pœnitens non ſolitus incidere in culpas mortales, ſed tantum veniales, vel quando pœnitens eſſet magnus peccator præſertim ſi per plures annos ſteterit quòminus ad Confeſſionem acceſſerit. In his enim caſibus eſt audiendus pœnitens, etiam ſi diligentiam non adhibuit in memorandis peccatis, ut docent communiter Doctores. VIII. ſi abſoluãt pœnitens non præmiſſa reſtitutione, ut ſupra latè diximus. IX. Si indiſcretè immoratur in audiendis Confeſſionibus, maximè mulierum, plusquam exigat neceſſitas, pręſertim cum ſcandalo. X. Si ſollicitant mulieres, vel pueros ad turpia in actu confeſſionis, ut ſupra cumulavimus. XI. Si audientes confeſſiones mulierum, vel puerorum, dicentiũ fuiſſe ſollicitatas, vel ſollicitatos ad turpia à Confeſsario, & eos non monent, & obligant ad denunciandum talem Confeſsarium, ut ſupra dictum eſt.

§. UNICUS

De aliis præcipuis culpis Confeſſariorum, ut Confeſſarii ſunt.

1 Sunt & alii caſus, in quibus poſſunt Confeſſarii, ut tales ſunt, culpam contrahere. I. Si mulierum, rudium, & puerorum confeſsiones audiant, & eos non diſponunt ad dignè abſolutionem ſuſcipiendam per actum contritionis. II. Si in confeſſione interrogent de his, quæ ad illum non pertinent ex delectatione, vel curioſitate. III. Si ut citiùs ſe expediant ab audiendis confeſsionibus negligunt interrogare pœnitentes de numero peccatorum. IV. Si pœnitentes excommunicatos prius abſolvant à peccatis, quàm ab excommunicatione, cum excommunicatus etiam minori excommunicatione ſit ipſo facto privatus Sacramentorum uſu. V. Si fidelium confeſsiones audiant cum non ſint ab Ordinario approbati, nec ſpecialem facultatem habeant à Pontifice. VI. Si irrationabiliter abſolutionem denegant pœnitentibus; & maximè ſi eorum culpa aliquis moriatur abſque confeſsione; denegare autem irrationabiliter abſolutionem eſt quando ex parte pœnitentis omnia requiſita concurrunt, & ex parte confeſſarii non deſit poteſtas; Item ſi ſine juſta cauſa, ac rationabili abſolutionem differant; vera autem, & rationabilis cauſa differendi eſt ſi pluries promiſit proximam occaſionem peccãdi vitare, & non vitavit; vel ſi in aliquo peccato eſset recidivus, & frequens, vel ſi pluries injunctam pœnitentiam non adimplevit. VII. Si non præcipiant pœnitentibus dimittere proximam occaſionem peccandi.

2 Circa quod nota ex Nav. *in man. c.3.n.14.* quòd ſæpè contingit aliquos eſſe in proxima occaſione peccandi, quia habitant in eadem domo; & tamẽ Confeſſarius poteſt eos abſolvere, non præmiſſa ſeparatione, concurrentibus quatuor copulativè; Primò, ut iſti tales habeant præteritorum peccatorum deteſtationem. Secundò, ut verè proponant de cætero non peccare cum ſe in tali occaſione invenerint. Tertiò quòd credant adiuvante gratia Dei poſitos in dicta occaſione non peccaturos. Et quarto quod adſit aliqua rationabilis cauſa, non ſe ſeparandi à tali occaſione, ut quia non poſſit ſine infamia, aut magnum incomodum ſeparari. Si autem pœnitens poteſt & non vult omittere occaſionem proximam non eſt abſolvendus.

3 Adoleſcentes autem qui verſantur inter mulieres emẽdo, vendendo, choreas ducendo, & ſimul non habitant, licet aliquando peccent voluntate, verbis, tactibus impudicis; ac etiam copula poſſunt abſolvi, etiam ſi non promittant occaſionem relinquere; quia talis occaſio non eſt proxima, ſecùs ſi ſæpè, aut ſemper poſiti in illa occaſione experti ſunt peccare; tunc enim talis occaſio eſt illis proxima. Lopez *p.1.c.20.* Rod. *p.1. ſuæ ſum. c.49.* Nav. *l.c.*

4 VIII. Peccant Confeſſarii ſi non intellectis peccatis pœnitentis, vel ex imperitia linguæ, vel dormitione, aut diſtractione mentis impendant abſolutionem; debet enim Confeſſarius cognoſcere quidquid debet judicare. IX. Si poſt datam abſolutionem advertant eos erraſſe ex defectu poteſtatis, vel alterius rei, & pœnitentes non advertant, ſi citra ſcandalum fieri poſſit.

X. Re-

Digitized by Google

X. Revelantes confeſſionem pœnitentis, & violantes ſigillum ſacramentale, & ultra culpam plecti debet graviſſimis pœnis. XI. Confeſſarii Monialium peccant, ſi ſine gravi neceſſitate eorum Monaſteria ingrediant.

5 Multipliciter quoque peccare poſſunt Confeſſarii in impendenda abſolutionis forma, & I. ſi abſolvant uſurarios, incendiarios, & raptores publicos, non prius præmiſſa ſatisfactione, & cautione in futurum. II. Abſolventes ſacrilegos, qui de loco ſacro aliquid abſtulerunt, aut Eccleſiaſticis injurias intulerunt, niſi prius moniti ſatisfecerint. ex *text. in c. ſi inventus* 17. *q.* 4. III. Abſolventes excommunicatos non prævia ſatisfactione, & cautione cum juramento de parendo mandatis Eccleſiæ, cum propoſito non contraveniendi in futurum, nec ſimilia committendi. IV. Abſolventes à cenſuris in Bulla Cœnæ cõtentis in articulo mortis, non præmiſſa facultate à Pontifice, & inſuper ſunt excommunicati, niſi metu mortis, vel bona fide id fecerint. Item abſolventes ab omnibus aliis caſibus, & cenſuris, à quibus non habent poteſtatem abſolvendi, & abſolutio eſt nulla; non tamẽ ſunt excommunicati; cum in jure talis excommunicatio non ſit expreſſa.

CAP. XI.

De peccatis Diaconorum, Subdiaconorum, & Clericorum.

1 Quia Tridentinum Conciliũ præcipit *ſeſſ.* 23. *de ref. c.* 12. ut nullus promoveatur ad Diaconatum ante vigeſimũ tertium annum; ideo peccat Diaconus ſi ante dictum annum ſuſcipit Ordinem Diaconatus; & multo magis peccabit ſi eodem die ſuſceperit Subdiaconatus Ordinem, vel Presbyteratus, & Epiſcopus ſuſpenditur à collatione collati Ordinis in *c. litteras de temp. ord.* & ordinatus ab executione ſuſcepti Ordinis; & idem dic de ſuſcipientibus talem Ordinem furtivè, & cum ſine Epiſcopi voluntate ſe ingerant cum ordinandis, & efficiuntur irregulares, & eamdem culpam, & irregularitatem ſuſcipientes Diaconatum in loco interdicto, aut tempore interdicti contrahunt, ex Hugol. *tab.* 5. *c.* 11. §. 1. *num.* 1. Covar. *in c. alma p.* 2. §. 3. *num.* 4. Sayr. *de cenſ. l.* 5. *cap.* 14. *num.* 24. Peccant quoque ſi ordinem Diaconatus, aut Presbyteratus ſuſcipiant ab Epiſcopo ſuſpenſo, vel excommunicato, vel irregulari, & ſi iterant Sacramentum Ordinis.

2 Neque Diaconus eſt à culpa mortali immunis, ſi non præmiſſa ſaltim contritione exercet actus ſui Ordinis in mortali, ut habetur ex D. Thom. *in add. ad* 3. *p. q.* 36. *a.* 3. *in corp.* & multò magis ſi exerceat actum ſui Ordinis dum eſt ſuſpenſus, vel excommunicatus, aut interdictus, & inſuper irregularis efficitur, ex D. Ant. 3. *p. tit.* 29. *de irregul. c.* 1. §. 1. Nav. *in man. cap.* 27. *num.* 16. Maiol. *l.* 3. *de irreg. cap.* 21. *num.* 5. Hugol. *tab.* 1. *cap.* 14. §. 1. *num.* 6. Sayr. *de cenſ. l.* 7. *cap.* 9. *num.* 7. quod tamen intellige quando cantat Evangelium cum veſtibus ſacris, ſcilicet cũ ſtola appenſa humero ſiniſtro, quæ eſt veſtis propria Diaconi, D. Thom. *l. c. q.* 40. *a.* 7.

3 Graviter quoque Diaconus peccat, ſi abſque commiſſione Sacerdotis

diſpenſet Euchariſtiam. Quando autem ex tali commiſſione miniſtrant Euchariſtiam debet eſſe in ſtatu gratiæ, vel per confeſſionem, vel per contritionẽ; aliter peccat mortaliter, quia in hoc caſu eſt miniſter Sacramenti, & ſancta ſanctè tractari debent, & eſt communis *D*octorum ſententia.

4 Subdiaconi autem peccare poſſunt I. Si ſuſcipiant Ordinem Subdiaconatus, non habentes bonum teſtimonium, non probati in Ordinibus minoribus, & inſtructi in literis, & in ea, quæ pertinent ad ſuum Ordinem exercendum, ut ex Conc.Trid.*ſeſſ.*23. *de ref.c.*13. II. ſi Ordinem Subdiaconatus ſuſcipiant ante vigeſimum ſecundũ ætatis annum: III. ſi talem Ordinem ſuſcipiant furtivè, & in hoc caſu efficiuntur irregulares, ſicuti etiam ſuſcipientes in loco interdicto, aut tempore interdicti: IV. ſi talem Ordinem ſuſcipiant ſine ſufficienti titulo patrimonii, vel beneficii.

5 Clerici autem non deferentes habitum, & tonſuram congruentem Ordini Clericatus ſecundùm Panorm. in *c.ſi quis de vit.& boneſt.cler.* peccant mortaliter; alii verò aſſerunt peccare tantùm venialiter, ſecluſo contemptu, quia Conc.Trident.non præcipit Clericis deferre habitum, & tonſuram, ſed in pœnam vult non gaudere privilegio fori, *ſeſſ.*23.*de ref.c.*6.

6 Non ſolùm autem Clericis in Sacris conſtituti eſt prohibita venatio de jure, ſed etiam in minoribus, & ſic peccant Clerici venantes, & pœna arbitraria puniri poſſunt; piſcatio autem non eſt illis interdicta, Conc. Trident. *ſeſſ.*24.*de ref.c.*12. Item peccant arma deferentes; eſt enim de jure Canonico Clericis prohibita dilatio armorum ſub pœna excommunicationis, ut in *c.*2.*de vit.& boneſt.cler.*

7 Per ſacros Canones etiam Clerici negotiari prohibentur, & ſic peccant Clerici negotiatores; item exercentes alia officia, vel commercia ſæcularia, maximè inhoneſta, ut ſi fungantur macellarii, aut tabernarii miniſterio, vel Mimis, Joculariis, & Hiſtrionibus intendant, vel aleis, aut taxillis ludant, vel ſi pannis rubeis, vel viridis induãt. Quæ omnia locum habent in Clericis beneficiariis, vel in Ordinibus ſacris conſtituti; & ſic Clerici non habentes ſacros Ordines, nec beneficia, ſed tantum primam tonſuram, aut etiam ad minores Ordines promoti, poſſunt arma portare, negotiari, & omnia facere, quæ poteſt laicus in civilibus, Navarr. poſt alios *in man.c.*25.*n.*110.*verſ.trigeſimo tertio peccant.*

8 Si autem laicis ſunt damnabiles commeſſationes immoderatæ, & ebrietates, multò magis Clericis, & Sacerdotibus, juxta ea, quæ habentur in *cap. fin.§.ſic ergo diſt.*44. & conſequenter incumbentes commeſſationibus immoderatis, & ebrietatibus non ſunt immunes à culpa mortali; hoc tamen intelligẽ non qui ſemel, ſed qui frequenter id agit.

9 Clerici in Minoribus conſtituti peccant recedentes à Clericatu, & contrahentes matrimonium abſque juſta, & rationabili cauſa; & ultra culpam, ſi ſunt beneficiati, ſtatim contracto matrimonio perdunt beneficia, Cajet.2.2. *q.*12.*a.*1. contrahunt quoque culpam in minoribus conſtituti, vel prima tonſura initiati, ſi impetrant beneficia ante legitimam ætatem, quæ legitima ætas

eſt

eſt quatuordecim annorum ſaltem inchoata; & idem dic ſi beneficia impetrent cognoſcentes ſe indignos non ſolum ex defectu morum,ſed etiam ſcientiæ.

10 Clerici beneficiati, vel penſionarii peccant,illi, ſi Divinum officium nõ recitent, iſti, ſi non dicant officium B. Virginis, & privantur fructibus, eoſque in fabricas Eccleſiarum,vel in pauperes tenentur erogare.

12 Et denique peccant Clerici ſi conſenſiant conveniri coram Judice laico; Clericus autem non poteſt renunciare privilegio clericali, etiam de conſenſu Epiſcopi, ut in *c.ſi diligenti.*

CAP. XII.

Quando Religioſi peccant contra votum obedientiæ.

1 Diſſeruimus ſupra de peccatis Eccleſiaſticorum, qui ſunt ſeculares, reſtat modo differere de culpis Regularium, ut Regulares ſunt; & per Religioſos intelligimus omnes Regulares utriuſque ſexus, qui tria vota profeſſi ſunt in aliqua Religione approbata, ſive vota ſolemnia emitttunt,ſive ſimplicià; tria enim vota, ſcilicet caſtitatis, paupertatis,& obedientiæ, etiam ſimplicia ſunt verè ſubſtantialia Religionis.

2 Pro claritate tamen dicendorum eſt notandum, quod quædam à Superioribus præcipiuntur, quæ ſunt ſecundum regulam, quædam contra regulã, quædam ſupra regulam, quædam infra regulam, & denique quædam præter regulam. His notatis.

3 Reſolves I. quòd Religioſus non obediens ſuo Superiori in his,quæ ſunt ſecundum Regulam peccat ſive contineantur in Regula explicitè, ſive implicitè. Taciti enim,& expreſſi eadem eſt virtus, *l.cum quid, ff.ſi cert. petat.* Hinc ſequitur, quòd ſi Prælatus præcipiat Religioſo, ut ex duabus feneſtris, quæ ſunt in ſua cella teneat unam clauſam, quia illa videt fori ipſi Religioſo cauſam ſcandali, vel periculi violandi votum caſtitatis; tunc tenetur Religioſus obedire, quia eſt implicitè in Regula, & conducit ad conſervationem Regulæ.

4 Reſolves ſecundò, quòd Religioſus non obediens ſuo Prælato in his, quæ ſunt contra Regulam non peccat. Vnde ſi jejunium Feria ſexta præcipiatur à Regula ſub peccato mortali, & Prælatus præciperet Religioſo, ut tali die non jejunet, ſubditus non debet obedire; & multò magis non tenetur obedire, ſi præceptum ſit contra Dei legem; tenetur tamen obedire ſi quando præcipit Prælatus diſpenſet ex juſta, & legitima cauſa, quia tunc opus illud non eſt contra Regulam,ut docet Pellegr.*in comm.ad.conſt. Cler. Reg. c.1. de ſ.obedientia* §.2. Si autem id, quòd præcipit Prælatus dubitatur an ſit contra Regulam ſi vel ne; tunc ſubditus tenetur etiam obedire, ut docent Pelleg.*l.c.*§.1.& Sanch. in *decal.lib.6. tom.2.c.3.num.3.*

5 Reſolves tertiò, quòd Religioſus non obediens ſuo Prælato in his, quæ ſunt ſupra Regulam non peccat, quia Religioſus non poteſt obligari ad aſperitates, ad quas nec expreſsè, nec tacitè extenditur regula, niſi præcipiat in pœnam culpæ à ſubdito patratæ, quia tunc tenetur obedire, quia id non eſt ſu-

ſupra Regulam, ſed ſecundum Regulā, Suar. *de ſtat. Relig. tom. 3. l.* 10. *de vot. obed. c.* 8. Unde Religioſus condemnatus ad carceres legitimè, & ibi incluſus, non poteſt ſine culpà aufugere, & ſi fugiat tenetur in conſcientia redire, ex Rodriq. *tom.* 1. *qq. reg. q.* 23. *a.* 6. dummodò non ſit incluſus in fœtido, ac tenebroſo carcere, aut valdè humido, non ſine vitæ periculo, vel neceſſaria ad victum non miniſtrentur; tunc enim ſine culpa poteſt aufugere.

Reſolves quartò, quòd Religioſus non obediens ſuo Prælato in his quæ ſunt infra Regulam peccat. Vnde ſi Prælatus præcipiat ut omnes ſubditi veniant ad comedendum in prima menſa, ſi Religioſi, vel aliquis eorum non obtemperaverit tali præcepto peccant, quia tale præceptum juvat ad obſervantiam Regulæ quò ad ſilentium, ſobrietatem &c. Si autem Religioſus ſit certus, talem refectionem forè ipſi noxiam hic & nunc corpori, vel animæ, non tenetur obedire, Sylveſt. *verbo Religio* 6. *q.* 6. & alii.

Reſolves quintò, quòd Religioſus non obediens ſuo Superiori in his, quæ ſunt præter Regulam non peccat. Hinc ſequitur, quòd ſi Prælatus præcipiat ſubdito dicere aliquas orationes, quæ non ſunt in Regula, neque expreſsè, neque tacitè, nec ſunt neceſſaria, nec convenientia ad obſervantiam Regulæ; nec dantur in aliquam pœnam, ſi ſubditus illas non dicat, non peccat, Sylv. *loc. cit.*

CAP. XIII.

Quando peccant Religioſi contra votum caſtitatis, & paupertatis.

PEccant Religioſi contra votum caſtitatis in omnibus caſibus, in quibus peccant ſeculares; graviùs tamen cum circumſtantiam ſacrilegii adjiciant; & inſuper augetur peccatum Religioſi ſupra peccatum ſæcularis, ceteris paribus, non ſolum ratione voti, ſed etiam ratione ſcandali, cum ad vitam Religioſi plures reſpiciant, & ratione contempti, quia Religioſus peccans ex contemptu eſt ingratior Deo, à quo plura beneficia accepit, quàm ſecularis. Ceſſantibus tamen prædictis circumſtantiis, peccatum ſecularis graviùs eſt, quàm Religioſi, quia peccatum Religioſi abſorbetur multis bonis, ſi leve eſt, ſi verò eſt mortale, faciliùs ſurgit Religioſus, quàm ſecularis, & de facili reparatur, & propter ſcientiam, quam habet peccatum corrigendi, & quia à ſociis Religioſis juvatur, D. Thom. 2. 2. *q.* 136. Sylveſt. *in ſumm. ver. ſacrilegium q.* 14. & alii.

Contra autem votum paupertatis peccant Religioſi ſi habent tanquam propria bona mobilia, vel ſtabilia, etiam quò ad uſumfructum, uſum, vel adminiſtrationem, & eis ſolùm conceditur res mobiles poſſidere ad nutum Superioris amovibiles, ut ſtatuitur in Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Reg. & Mon. c.* 2.

Quænam autem quantitas pecuniæ à Religioſo poſſeſſa requiratur ad contrahendam culpam mortalem contra votum paupertatis, variant Doctores. Alii dicunt proprietatem etiam minimæ rei contra votum paupertati eſſe

mor-

mortalem culpam, & in hac re non dari culpam levem, niſi ob imperfectionem actus. D. Ant. 3. *p. ſua ſumm. tit.* 16. *c.* 1: §. 11. *Gerſ. alphab.* 34. *lit. S. dub.* 3. Alii tenent, quod unius caroleni proprietas ſit ſatis ad culpam mortalem. Nav. in *cap. fin* 14. *q.* 6. *num.* 11. *&* 12. *&* *l.* 3. *conſ. tit. de* Reg. *conſ.* 65. *num.* 18. *&* 19. Alii affirmant, quòd nec quatuor regalium numerus eſt materia peccati mortalis. Sotus *l.* 5. *de juſt. & jur. q.* 3 *a.* 1. *ad* 3. Alii denique diſtinguunt, quòd aut agitur de Monaſteriis adeò pauperibus, ut in eis rigoroſè ſervetur paupertas; aut agitur de Monaſteriis divitibus, ac opulentis; proprietatem duorum carolenorum in Monaſteriis primi generis volunt eſſe culpam mortalem. In Monaſteriis ſecundi generis proprietatem quatuor, aut quinque carolenorum ſatis non eſſe ad peccatum mortale. Sayr. *lib.* 9. *clav. reg. c.* 13. *num.* 14. Molfeſ. *p.* 1. *ſuæ ſum. tract.* 7. *c.* 20. *num.* 87. *&* 88. & alii.

C A P. XIV.

Quando peccant Prælati Religionum, ut tales ſunt.

BReviter in hac re expediemus, remittendo Lectores ad ea, quę in ſuperioribus diximus de Prælatis Regularibus. Unde I. peccant Prælati Regulares ſi acceptent prælaturā dum ſunt idiotæ, & minus ſe cognoſcant idoneos ad illam exercendam, quia nō minus detrimentum inferunt Eccleſiæ Dei Prælati imperiti, quàm mali. *II.* Si non ſint vigiles ſuper ſubditos, ſunt enim Paſtores, qui niſi ſuper oves invigileut, venit lupus, & eas rapit. III. Si bona Monaſterii irrationabiliter donant; quia ſunt tantum diſpenſatores, non Domini. IV. Gravantes eorum domos ære alieno. V. Si eligunt quos eligi non deceat in Confeſſarios, vel in Magiſtros Novitiorum, vel in Procuratores. VI. Si in rebus gravioribus non conſulant Patres vocales, & de conſilio. VII. ſi ad externam gubernationem utantur notitia quam de peccatis ſubditorum habent in confeſſione. Ut ex decreto Clementis VIII. VIII. Si irritent vota ſuorum ſubditorum in caſibus non permiſſis, ut vota eorum qui voverunt tranſire ad ſtrictiorem Religionem; & multò minus poſſunt irritare vota Novitiorum, qui ante profeſſionem, vel in ſecuto voverunt ingredi arctiorem; item non poſſunt irritare vota quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, ut ſunt vota de ſervandis præceptis, & aliis hujuſmodi. IX. Si admittant Novitios ante legitimam ætatem, vel ante probationis annum, & profeſſio eſt nulla. Ex Conc. Trident. *ſeſs.* 25. *de Reg. c.* 15. X. Si concedant eorum ſubditis uſum bonorum mobilium ſuperfluum. Cum id expreſsè prohibetur ex Concil. Tridentin. *loc. cit. cap.* 2.

C A P. XV.

De culpis Prædicatorum, in prædicando.

1. PRædicatores, prædicantes abſque eo quòd mittantur peccāt, unde Regulares non poſſunt prædicare, nec etiam in propria Eccleſia ſine ſuorum ſuperiorum licentia, & Epiſcopi Diæceſani benedictione; & contra-

di-

dicente Epiſcopo nullus poteſt etiam in ſuorum ordinum Eccleſiis prædicare, ut ſtatuit Concil. Tridentin. *ſeſs.5. de ref. cap.2.* Si autem Prædicator fuerit præſentatus ordinario, & ſit idoneus ad tale officium obeundum; non eſt ei ab ordinario deneganda licentia. Nav. *l.4. tit. 30. l.3. de Prædicat. num.8. & 9* Barb. *de pot. Ep. alleg.75. num.21.*

2. Si Prædicatores ex eorum prædicatione per ſe primo intendunt lucrum, & non ſalutem animarum peccant; licet poſſit Prædicator pro ſola obligatione concionandi, & quia dignus eſt operarii ſua mercede prætium exigere locando libertatem. Vt ait Tol. *l.5. c. ſuæ ſum. c.88. num.6.* Vgolin *de Simon. tab.1. c.9. §.1. num.6. & §.2. num.3. & cap.44. §.2. num.19. in fine.* Barb. *loc. cit. nu.10.* Vnde Prædicator, non ſolum poteſt licitè ſtipendium, & expenſas recipere, ſed etiam petere. Sicuti etiam peccant prædicantes propter inanem gloriam, & non docentes auditores, quæ ſunt ad eorum ſpiritualem utilitatem. Vt habetur in *tex. in. c. diſpenſatio.*

3. Quia autem Prædicator Verbi Dei, non ſolum debet eſſe vitæ irreprehenſibilis, ſed etiam non ignarus Sacræ Scripturæ, ſed doctus, & eruditus, ut poſſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere; ideò peccant ſuſcipientes hoc munus, ſi ſint repræhenſibilis vitæ, & ignari, ut docet *tex. in c.2. §. Ecce 36.*

4. Neqùe à culpa vacant illi Prædicatores qui falſa miracula, vel mendacia prædicant, etiam ſi id faciant ad excitandam devotionem in populos; quia hujuſmodi mendacia evacuant auctoritatem Eccleſiæ, & fidem Chriſti; niſi fortè mendacium eſſet de re levi, ut docet Reg. *l.18. ſuæ prax. ſub nu 130. §. Tertium peccatum eſt.*

5. Et denique non ſunt à culpa immunes illi Prædicatores, qui metu perſecutionis à munere prædicandi deſiſtunt. Hos enim D. Greg. *in c. ſi rector 43.* mercenarios, & canes mutos appellat, & per Prophetã Dominus increpat dicens. *Canes muti, non valentes latrare.*

CAP. XVI.

De Monialibus, Prioriſſis, Abbatiſſis, & earum culpis.

1 MOniales peccare poſſunt contra tria vota ſubſtantialia Religionis, ſcilicet Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis, de quibus ſupra egimus agentes de Regularibus viris, quibus adde, quod Regulares tam virorum, quam mulierum, non debent gloriari de nobilitate, inaniter enim gloriatur quis de eo quod non habet, & quia Religioſus, & Religioſa per ingreſſum Religionis deſinit eſſe nobilis, ut per Glos. *in c. 1. verſ. Ingenuis de purgat. Can.* ideo &c. unde ſtudere debent Regulares pervenire ad ſummam nobilitatem, quæ conſiſtit in virtute, & perfectione.

5 Peccant quoque Moniales egredientes poſt profeſſionem à Monaſterio citra legitimam cauſam approbatã ab Epiſcopo; quia id interdicitur eis à Con. Trid. *ſeſſ.25. de Reg. c.5.* etiam per breve tempus. Verum tamen eſt quod ſi Monaſterium minaretur ruinam, aut incenderetur, & periculum eſſet in mora, & tam citò non poſſit adiri Epiſcopũ tum

tunc citra culpam, etiam non obtenta licentia, licitum eſt Monialibus egredi monaſterium, & idem dic ad effugiendū incurſus hoſtium, quia lex humana, imo, & Divina poſitiva, non obligat cum vitæ periculo.

Neque à culpa vacabunt moniales, ſi permittant ingredi earum Monaſteria aliquem, ſive vir, ſive mulier, ſive licentia in ſcriptis obtenta; quia ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ omnibus eſt interdictus ingreſſus per Concil. Tridentin. *c.5. de Reg. ſeſ.25.* hanc etiam confirmat conſtitutio Greg. XIII. 28. quæ incipit *Ubi gratia* & Paul. V. conſtitutione 74.

4. Eamdem culpam mortalem contrahunt Moniales loquentes cum Regularibus ſine licentia Pontificis, & cum peccent mortaliter Regulares ex decreto Sac. Cong. lato *ſub die* 1. *Iulii* 1606. peccant quoque Moniales conſentientes, & hoc ſi Regulares loquantur, ſivè per ſe, ſive per interpoſitam perſonam, ſeu interpetrem, quia etiam hoc modo dicitur loqui cum Monialibus.

5. Quoque lethalem culpam contrahunt Moniales, ſi ex pacto ſtatoro dāt pro Religionis ingreſſu, vel recipiunt iocalia co nvivia, aut alia hujuſmodi; & inſuper ſi recipientes ſint ſingulares perſonæ incurrunt excommunicationem. Si autem conventus, vel capitulum ſuſpēſionem ipſo facto. Ut eſt *extrauag.* 1. *de ſimon.* Dixi *ex pacto*; quia ſi ſpontè, & liberè recipiunt, vel dant, neque peccāt, neque aliquā pœnā incurrunt. Ut idem tex ſubdit. Hodie autem ex declaratione Sac. Cong. ... ita die 6. Menſis Septembris 1604. omnes Moniales, tam ſupranumerariæ duplicatam ælemoſynam afferant.

6. Item peccant Moniales reſiſtentes reformationibus faciendis per Superiores, maximè circa tollendam proprietatem, & alios abuſus, & impedientes ipſarum viſitationem; & ſi monitæ non reſipiſcant, incurrunt excommunicationem ipſo facto. *ex Clem. attendentes*, §. *fin. de ſtat. monac.*

7. Abatiſſæ verò, & Prioriſſæ peccant. I. Si concedant Monialibus ſubditis uſum rerum mobilium excedentem ſtatum paupertatis, ſicut, & rerum immobilium. quia id prohibetur expreſſè ex Con. Trid. *ſeſ.25. de Regal.* & contravenientes uti propietariæ ſunt in ſtatu dānationis. II. Si permittant, & dent licentiam ſuis ſubditis faciendi munera immoderata. III. Si concedant, ſeu promittant loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, alicui puellæ ad habitum Religionis recipiendæ, niſi ſecuta illorum vera, & reali vacatione. Id enim eis interdicitur ex Decreto Sac. Congreg. lato ſub *die* 6. *menſis Septembris* 1604. IV. Si ante menſem, quam Novitia profeſſionem emittat certiorem non faciant Epiſcopum ad eam explorandam. Ex Concil. Tridentin. *ſeſſ.25. de Reg. c.7.* ubi etiam ab officio ſuſpenduntur. V. Si recipient aliquam ad habitum, vel profeſſionem, non ſponte, & libere volentem ingredi, & inſuper incurrunt excommunicationem. Ex Concil. Tridentin. *loc. cit. num.* 18. VI. Si ſcienter admittunt puellas ad habitum ante duodecim annos, & ante ſextumdecimum ad profeſſionem, aut quas poſt ſuſceptum habitum per annum in probationem non ſteterit, ad profeſſionem admittant, & profeſſio eſt nulla. Ex Concil Tridentin. *cit. c.* 15. VII. Si non ſint vigilantes, ac diſcretæ in præficiendis Monialibus anſianis, velutis, & bonæ

vitæ, quæ curam habeant portæ monaſterii, & aſſiſtant Monialibus in Cratis, ſeu Rotis: & in corrigendis Monialibus ſint negligentes ob gratiam humanam. hæ enim non ſunt Paſtores, ſed mercenarii, & canes muti nolentes latrare. VII. Si electæ in Abatiſſas ultra triennium duraverint.

C A P. XVII.

De culpis Novitiorum Regularium.

1. SI Novitius, ſivè vir, ſive mulier ingrediens laſſiorem Religionem, cum voverat ingredi ſtrictiorem peccat, & tenetur ad obſervantiã ſimplicis voti; quia illud non implevit per ingreſſum laxioris; ſi autem in laſſiori emittat profeſſionem, profeſſio tenet, & pro voto ſimplici nõ impleto, illi eſt imponenda pœnitentia. Ut in *cap. penult. de Reg. in 6.*

2. Quoque peccabunt Novitii Religionem ingredientes, ſi parentes habeant conſtitutos in neceſſitate, qui ipſi indigeant, Etiam ſi neceſſitas non ſit extrema. *Graf. 3. deciſ. cap. 5. num. 37. p. 1.* Item peccant Novitii ſi ingredientes Religionem debita, quæ in ſæculo contraxerint, aut crimina quæ commiſerint occultant. Sixtus enim V. Statuit anno 1587. contra criminoſos, & eos, qui debita contraxerunt, ut ad Religionem non recipiantur, & recepti irrita eſt eorum profeſſio.

3. Neque à culpa vacant Novitii ſi ingredientes Religionem occultant ſe fuiſſe bigamos, conditionis ſervilis, implicatos Curiæ, aut rerum publicarum nexibus, aut notatos aliqua publica pœnitentia, aut infirmos infirmitate incurabili, aut vitiatos in corpore; hi enim omnes prohibentur Religionem ingredi, ut *in c. priſcis. d. 55. cap. fin. d. 77.* & item ingredientes per ſimoniam Religionem, & incidunt in excommunicationem Papalem, ut in *extravag. 1. de ſimon.* & inſuper poteſt hic cogi per Prælatum ad ingreſſum alterius ſtrictionis Religionis ex Graf. *p. 1. dec. l. 3. c. 5. n. 12. & 152.*

4. Inſuper peccant ſi ante legitimã ætatem, vel infra probationis annum ſcienter ad profeſſionem ſe faciant admitti, & profeſſio eſt nulla ipſo jure. Ex Concil Tridentin. *de Reg. ſeſſ. 25: c. 15.*

C A P. XVIII.

De peccatis Dominorum temporalium

QUia hucuſque tractavimus de peccatis Eccleſiaſticorum, tum ſecularium, tum Regularium, reſtat modò tractare de peccatis laicorum, incipientes ab Imperatoribus, Regibus, & aliis abſolutis Principibus; Unde

1. Nota quòd hoc nomen (Dominus) plura docet, quæ facere oporteat Dominus. Dicitur enim Dominus quaſi Dominus propter parcitatem, qua uti debet erga ſuam domum, ne propter prodigalitatem fiat raptor alienæ ſubſtãtiæ; & ideo mores ſuos ita debent componere, ut reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ continentiæ, ac humilitatis exempla petere poſſint, tales enim ſubditi eſſe ſtudent, quales ſunt Principes, à Bove enim maiori, arare diſcit minor. Unde cæteris paribus longè graviora ſunt Principum peccata, quam ſubditorum, nam quo gradus eſt altior, eo caſus gravior. ut dicitur. *cap. Principum, de pæn. d 2. c. homo 40. & cap. nulli faſ. 25. q. 1.* & id

& id ratione ſcandali. Item dicitur Dominus quaſi dominas propter ſeveritatem erga malos ſubditos, delicta enim puniri debent, ut pœna unius ſit exemplum aliorum, ut in *l. ita uulneratus, ff. ad l. aquil.* Item dicitur Dominus, quaſi do manus, propter pietatem in pauperes. Et denique dicitur Dominus ideſt do munus, quia debet remunerare dignos & omnibus tribuere quæ ſuum eſt, & juſtitiam diligere. ut admonet Sap. *cap.* 1. Diligite juſtitiam qui judicatis terram.

2. Et ſic majori culpa afficiuntur Domini temporales, quam privati, ſi ſint ultores injuriarum, & malum pro malo reddant; quia Princeps debet eſſe facilis ad ignoſcendum, ut ſic fiat & dignus Dei miniſter, & filius; & ſi efficiatur immemor injuriæ eos facilè ad ſe trahet, ex D. Anton. *p.* 3. *tit.* 3. *c.* 1. §. 6.

3. Si temporales Domini injuſtè Dominum, Principatum, vel Regnum poſſident, ut ſi per electionem eorū, ad quos de jure non ſpectat electio, vel non per legitimam ſucceſſionem, vel alio non juſto titulo, peccant, & Principatum tenentur reſignare; ſi citra notabile periculum, animarum, corporum, aut rerum fieri poteſt. *cap. ſi. reſ.* 14. *q.* 6. *& c. falſas de pœn. d.* 5. & tenentur ad reſtitutionem omnium reddituum, damnorum, & intereſſe, & ſi aliquos per ſe, vel ſuos officiales ad mortem damnaverint, etiam juſtè propter commiſſa ſcelera; peccant peccato homicidii. Ut in *cap. ſi non licet* 23 *q.* 5. Et ſubditi non tenentur ad obedientiam, ſi citra ſcandalum fieri poſſit. *cap. Iulian.* 11. *q.* 3. & Doctores communiter.

4. Non poſſunt autem ſine culpa prædicti Domini injuſtè bellum inferre, quod ſi inferunt tenentur ad omnia damna, expenſas, & intereſſe illata per ſe & ſuos milites, etiam ſuis ſubditis ab adverſario datis. D. Th. 22. *q.* 66. *a.* 8. Silv. *in ſum. uerſ. bellum* 1. *q.* 10. Tab. *uerſ. bellū n.* 13. Say. *lib.* 7. *clau. reg. c.* 13. *n.* 3. Molf. *p.* 2. *ſuæ ſum. trac.* 12. *c.* 3. *à n.* 159. *uſq. ad n.* 163. ubi declarat quando bellum dicatur juſtum, vel injuſtum. Zecch. *tom.* 1. *ſuæ ſum. de bello c.* 18. *ſub. num.* 10. & alii. Si autem bellum juſtum inferant, debent moveri ex recta intentione, & ex bono communi, non nocendi cupiditate, neque ulciſcendi crudelitate, aut libidine dominandi, ut in *c. quid culpatur* 23. *q.* 1. vel bellum juſtum inferant, his, qui ſunt parati ſatisfacere, & damna reficere. alias bellum redderetur injuſtum, & eſſent obligati ad reſtitutionem. Mol. *trac.* 2. *de iuſt. & jur diſp.* 103. Zecch. *loc. cit. c.* 18. *ſub num.* 9. nec debent bellum indicere, ſi dubitent eſſe juſtum, quia bellum non eſt indicendum niſi prius juſtitia cauſæ diligenter diſcutatur. ut docent Doctores citati.

6. Cum autem prohibeatur Dominis temporalibus confederationem facere cum paganis, & Saracenis per Clem. 1. §. *Porrò de jureiur.* ideo non vacant à culpa, ſi hanc faciunt; & multo magis ſi advocent Infideles contra Principes fideles, etiam pro ſuorum Regnorum juſtam defenſionem; niſi quinque copulativè concurrant primum ut juſtum bellum gerant, ſecundum quòd advocationis tempore non adſit bellum inter chriſtianos, & alios infideles; Tertium ut principes avocātes non poſſint ſe, & ſua aliter tueri. Quartum quòd advocatio fiat citra ſcandalum, & fidei periculum. Quintum, ut bello completo Principes avocantes curent auferre ab ipſis Infidelibus arma, & alia belica inſtrumenta eis tradita. Adde ſextum, ut tales avocatio-

nes numquam fieri debere, niſi conſulto Romano Pontifice, ad quem judicare pertinet, an id expediat ſi, vel ne?

6. Si autem dicti Domini temporales bellum ſindicunt Romano Pontifici, & Eccleſiæ, nedum peccant, ſed etiam in hoc non ſunt à ſubditis obediendi, & perdunt privilegium bellum indicendi, cum illo abutentur *cap. Priuilegium* 11 *q*.3.

7. Quoque in culpam incidunt Domini temporales ſi caſtra, ſeù propugnacula faciant, cum injuria, & emulatione alterius, & ſi id agant pro conſervatione patrimonii, à culpa excuſantur, etiam ſi alteri damnum, aut timorem inferant. *tex. in l. in meo, ff. de aqua plu.*

8. Si vero etiam in bello juſto capiant bona Clericorum, vel Eccleſiarū tenentur ea reſtituere, & idem dic de bonis peregrinorum exiſtentium in terra illius contra quem geritur bellum. Tab. *in ſum. uerſ. bellum* 1. *q*. 16. *&* 17. *nu*. 19. *&* 20. Sil. *in ſum. uer. bellum* 1. *q*. 9. §. *Tertiò habes*.

9. Sicuti autem peccant Domini temporales bellum indicentes injuſtum; ſic quoque à culpa non ſunt immunes, ſi bellum non indicunt cum id Reipublicæ intereſſe noverint, & adſit certa ſpes victoriæ; ad Principem enim ſpectat Rempublicam tuere, & finis belli eſt pax Reipublicæ, & obſervantia Principis *l*. 1. *c. Iuſtiniani Cod. confir.* Idem dic de Domino temporali, qui habens juſtum bellum negligens eſt ad ſuos defendādos, hic enim ultra lethalem culpam tenetur ad refectionem damnorum, ob id enim à ſubditis tribuitur Domino cenſus. Sil. *in ſum. uerſ. bellum*. 1. *q*. 19. Tab. *uerſ. bellum*, *q*. 9. *num*. 12.

10 Si autem Domini temporales præcipiant interfici in bello, etiam juſto innocentes, etiam ſi ſint infideles, peccant licitum enim non eſt etiam in bello contra Turcas infantes, & mulieres, quæ ad bellum non cooperantur occidere, nec mercatores, & peragrinos, qui ibi ſunt trāſeunter, & multo minus Clericos, & Religioſos, Agrigolas in bello autem contra hereticos licitum eſt etiam mulieres adultas occidere, ſi ſint hæreticæ, vel Apoſtatæ. Covar. *in regula peccatum* 2. *p*. §. 3. *num*. 4. Molin. *de juſt. & jur. trac*. 2. *diſp*. 119. Zecch. *tom* 1. *ſuæ ſum. de bello. c*. 18. *num*. 12. *uerſ. Quinto tamen ſi*. & alii. Per accidens autem poſſunt, & licet occidere innocentes cum nocentibus mixtis, ut cum expugnatur Civitas, Caſtrū, navis, aut galea in quibus adſunt fideles, cum infidelibus admixti innocentes cum nocentibus, aliàs extingueretur juſtitia contra nocentes. ut ait Zecch. *loc. cit.*

11. Sicuti etiam in culpam incidunt Domini temporales ſi citra neceſſitatem tradunt Civitates maximè Chriſtianorum diripiendas militibus; quia ex hoc provenit cædes innocentium, ſtupra, profanationes templorum, & alia mala ſi autem hoc judicent neceſſarium in juſto bello ad milites animandos, & hoſtes terrendos, id ſine culpa poteſt fieri, & tunc Duces debent prohibere cædes infantiū, mulierum, Clericorum, & Religioſorū, violationes templorum, ſtupra, & adulteria, & alia ſæva; & quantum fieri poteſt ea impedire. Mol. *loc. cit diſp*. 122. *in princip*. Zecch. *loc. cit. cap*. 18. *ſub n*. 12. & alii.

12. Debent quoque Domini Temporales ſervare promiſſiones in bello factas & reſtituere ablata, ac damna, fides enim ſub peccato hoſtibus etiam eſt ſervanda, *l. conuentionum, ff. de pact*. Mol-

ſeſ.

ſeſ.p.1.ſuæ ſum.trac.8.c.13.n.99.Zecch. loc.cit.ſub num.12.verſ.ſexto in bello.

13. Quoque à culpa non vacabunt Domini temporales, ſi *Duella* in ſuis terris permittunt, & incidunt in excommunicationem. Ut in Extravag. Pii V. quæ incipit *Eaquæ* & in Concil.Tridentin.*ſeſſ.25. de ref. cap.*19.Item peccant fieri facientes ludos, ſpectacula vana, ac periculoſa, aut turpes repreſentationes cum ſcandalo populorum; & ſi cum agitatione Taurorum contrahunt excommunicationem, ut habetur in bulla Pii V. 48. quæ incipit *De ſalute*. Item publicos uſurarios in eorum Terris, propter lucrum tolerantes, & læſis tenentur ſatisfacere; Item permittentes Iudæos in eorum terris habere publica officia, aut novas ſynagogas erigere, id enim ipſis prohibetur per Paulum IV. Item ſi permittunt commorari in eorum Terris hæreticos; item ſi non obtemperant Pontifici Romano, & ſi ab ejus obedientia recedunt incidunt in excommunicationem, & ſi à præceptis, & ordinationibus Papæ appellent ad futurum concilium contrahunt excommunicationem. Item ſi prohibeant Epiſcopos, aut inquiſitores habere familiam armatam; & ſi impediant eos quominùs ſua juriſdictione utantur.

14. In culpam etiam incidunt mortalem Domini temporales, ſi ſubditos nõ ſecundum allegata, & probata occidunt aut mandant interfici, aut quocunque modo ferant ſententiam per privatam ſcientiam, etiam ſi certò ſciant eſſe reos; quia de jure naturæ, ac divino eſt, ne quis non auditus, nec citatus condemnetur, & occidatur, aut puniatur, ſupra quod jus non eſt Princeps etiam ſupremus. *cap.Deus c.primo ſemper* 2.q.1. & Doctores communiter ubi tamen reus capi non poteſt, aut ſi futurum damnum, ſcandalum, infamia immineret Reipublicæ, vel Principi, vel alteri innocenti, tunc etiam non citatus, nec convictus legitimis probationibus poteſt occidi per ſupremum Principem, in hoc enim caſu Princeps uteretur jure defendendi innocentes, non poteſtate vindicativa Iudicis.

15 Peccant etiam Domini temporales ſi non judicent ſecundum leges à ſe, vel majoribus ſuis æditas, cum ratio naturalis dictet, ut patiatur quiſque legem, quam tulit, D.Thom.2.2. *q.60. a.5.* & alii. Item ſi ſint negligentes in purgandis eorum terris, ac territoriis malis hominibus, in puniendis delictis, quia publicè intereſt, ut puniantur delicta, *l.ita vulneratus, ff.ad l.Aquil.* & tenentur ad damna, quæ ſubditis, & communitatibus inferuntur ratione talis negligentiæ; ob id enim illis tributa præſtantur, ſcilicet ut populi ab ipſis protegantur, & à malis defendantur. Item ſi præficiant in Iudices, indignos, malos, ac indoctos, & tenentur reficere omnia damna, quæ ſubditis ob eorum cauſam proveniunt. Item ſi factiones excitent, ſi non ferant iuſtas, & neceſſarias leges, vel non conſulant periculis Reipublicæ, ſi Civitatis annonæ non provideant, D.Thom. *de Reg. Princ.l.1.c.15. & l.2.c.5.& 6.* Item peccant non ſolum ſi leges injuſtas ferunt, ſed etiam ſi latas non abrogent; ſi ſuos ſubditos gravent in taleis, & exactionibus, ſi non defendant viduas, pupillos, ac alias perſonas miſerabiles, ſi inutiles expenſas faciunt, ſi vanitatibus vacent. vide *Moll.p.1.ſuæ ſum.tract.8.c.13.*

16 Neque à culpa vacant Domini temporales, ſi ſibi uſurpent bona com-

mu-

Digitized by Google

munitatis, ſcilicet ſylvas, campos, paſcua, nemora, &c. & rapinam committunt, & tenentur ad reſtitutionem una cum fructibus perceptis, *cap.ſi res* 14.*q.*6. Item ſi à vaſſallis exigant ſervitia indebita, & ſine congrua mercede faciant vaſſallos in ſuis terris laborare, ligna deferre, & alia ſimilia. Item ſi non permittant ſuos ſubditos diſponere in morte ad ſui libitum: & ſi in ſuis terris permittant pondera injuſta, ſi ſubditos cogant matrimonium contrahere, aut prohibeant, vel cum alia, quam velint, aut aliis modis, D.Ant.3.*p.tit.*3.*c.*4.§.5. vel ſi bona vaſſallorum confiſcant volentes aliò ire, & rapinam committunt, niſi tale onus in inveſtitura feudi fuerit vaxallis injunctum. D.Ant.*l.c.*§.3.

17 Etiam peccant ſi venationem, aut aucupationem ſubditis interdicant; Principes enim, licèt ſupremi ſint, non poſſunt venationem, aut aucupationem prohibere, *l.*1.& 2.*ff.de acquir. rer. domin.* & §.*feræ in inſt. de rer. diviſ.* Venatio enim, & aucupatio, ac piſcatio cum ſint de jure naturali ſecundariò, Principes non poſſunt contra illud ſtatuere, niſi ex juſta, & rationabili cauſa, ſcilicet ex cauſa publicæ utilitatis prohibeatur venatio, vel piſcatio certis temporibus, in quibus animalia ſolent eſſe gravida, aut ſi venatio eſſet ita magna, ut aliquod genus animalium extingueretur, Marta *de juriſd.p.*4.*caſ.*57.Gramm.*deciſ.*67. Sayr. *l.*11.Clav.Reg.*c.*9.*n.*8. ubi addit, quòd Princeps ſupremus reſervare poteſt aliqua loca, quæ ad ſuum dominium, & proprietatem pertinent ad ſui honeſtam recreationem; & ſi de locis communibus aliqua ſibi reſervat, tenetur compenſationem facere, non ſolum privatis hominibus ibi prædia habentibus, juxta damnum ibi proventurum, ſed etiam populis, quorum illa loca erant communia, quod præſtare poteſt remittendo illis tributa, quæ juſtè ab illis exigit, vide Molf.*p.*1.*ſuæ ſum.tract.*8.*à n.*109. *uſque ad n.*134.

18 Uſque huc diximus de Dominis temporalibus, qui Superiorem non recognoſcunt in ſuis Regnis, & ditionibus, modo aliqua dicemus de Dominis temporalibus, qui ſuperiorem cognoſcunt, uti ſunt Duces, Marchiones, Baroni, &c.

19 Hi ergo ſi bellum inferant ſine licentia ſuorum Principum ſupremorum, peccant, quia tales non poſſunt uti bello aggreſſivo, licèt habeant juſtam cauſam bellandi ſine licentia, ſed tantùm uti poſſunt bello defenſivo; & multò magis licitum eſt gerere bellum contra proprium ſuperiorem, ſed ſi habeant cauſam, debet ad Pontificem recurrere, Sylv.*in ſumm. verſ.bellum* 1.*q.*4.

20 Neque poſſunt imponere nova pedagia, & novas gabellas ſine licentia ſuorum Superiorum; hoc enim eſt effectus ſupremæ juriſdictionis, *l.*3.C.*de nov.veſtig.c.innovamus de cenſibus*, *cap.ſuper quibuſdam.* Nova ergo tributa, & novas gabellas illi tantùm imponere poſſunt, qui in temporalibus non habent ſuperiorem, quales ſunt Papa, Imperatores, Reges, Concilium generale, Civitates liberæ habentes merum, & mixtum Imperium, ut ſunt Veneti, Genuenſes, &c. Magnus Dux Florentiæ, Dux Sabaudiæ, & alii ſimiles non recognoſcentes ſuperiorem.

21 Neque ſine licentia ſupremi Principis, conſenſu populorum, ſine legitima, aut præſcripta conſuetudine, vel legitimo, ac valido contractu, poſſunt in ſuis terris prohibere venationem, aucupatio-

nem

Digitized by Google

nem, vel piſcationem, ut ſupra diximus de Dominis non cognoſcentibus ſuperiorem:

22 In multis etiam aliis caſibus poſſunt tam Domini ſupremi, quàm ſuperiores recognoſcentes contrahere cenſuras, & pœnas. I. Si appellant à præceptis, & ordinationibus Romani Pontificis ad futurum Concilium generale, aut ad id auxilium præſtent, & in hoc caſu, ultra culpam, incidunt in excommunicationē Bullæ Cœnæ. II. Si receptant, favent, aut defendunt Piratas, Curſarios, ac Latrunculos marinos, & ſi hæc agant ad diſcurrendum mare Pontificium, à monte Argentario uſque ad Terracinam, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ. III. Si Naufragorum bona auferant, incidunt ipſo facto in excommunicationem Bullæ Cœnæ, non obſtante quacunque conſuetudine, ac privilegiis. IV. Si mittant arma, equos, & alia notata in *c.7.* Bullæ Cœnæ, ad Saracenos, Turcas, Hereticos, & alios Catholici, aut Chriſtiani nominis inimicos, & eoſdem certiores faciunt de rebus concernentibus ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ in perniciem Chriſtianorum, & damnum. V. Si invadant, impediunt, vel perturbant neceſſaria ad uſum Romanæ Curiæ deferentes, ne adducantur, vel afferantur, ex *cap* 8. *Bullæ Cœnæ*. VI. Si offendant accedentes ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, ex *cap* 9. *dictæ Bullæ*. VII. Si eiiciunt, aut eiici mandant à ſuis Terris, & Territoriis, vel Dominiis S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos Sedis Apoſtolicę, aut eos hoſtiliter inſequuntur, vulnerant, capiunt, vel interficiunt, ex *c.11. dicta Bullæ*. VIII. Si in ſuis Terris nolunt Clericos, qui beneficium à Sancta Sede Apoſtolica obtinuerunt, eorum poſſeſſionem adipiſci ſine eorum beneplacito, ex *c.13. dictæ Bullæ*. IX. Si aliquid ſtatuunt contra libertatem Eccleſiaſticam, & trahentes ad eorum Tribunalia Eccleſiaſticas perſonas ex *c.15. ejuſdem Bullæ*. X. Si auctoritativè, & quaſi proprio jure uſurpāt ſibi, juriſdictiones, fructus, redditus, ac proventus Eccleſiaſticos, & ſine licentia expreſſa ſequeſtrant, ex *cap.17. ejuſdem Bullæ*. XI. Si imponant collectas, & alia onera Clericis, & eorum Eccleſiis ex *c.18. dictæ Bullæ*. XII. Si ſe interponunt in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum, abſque ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ; & in hoc caſu licèt peccent contra immunitatem, non tamen incidunt in excommunicationem, quia non exprimuntur in *c.19. dictæ Bullæ*. Sicuti exprimuntur Magiſtratus, Iudices, Notarii, Scribæ, Executores, Conſiliarii, Senatores, Præſidentes, Cancellarii, & Vicecancellarii, & de Dominis nulla fit mentio. XIII. Si per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè, invadunt, deſtruunt, occupant, & detinent Provincias, Civitates, Terras, loca, & jura pertinentes, & pertinentia ad Romanam Eccleſiam ex *c.20. dictæ Bullæ*. XIV. Si ſibi uſurpant juspatronatus alicujus Eccleſiæ, ex Concil. Trid. *ſeſſ.22. de ref. c.11.* XV. Si gabellas exigunt à perſonis Eccleſiaſticis pro ſuis rebus, quas deferunt. XVI. Si per vim aliquem delinquentem extrahi faciant ab Eccleſiis.

CAP.

omnibus damnis datis in tali bello, & tenentur inſolidum ad damna reficienda, quando ita juvant in bello injuſto, quòd ſine illis bellum non fieret, vel ſimul conveniunt ad faciendum inſultum, aut rapinã, quia in hoc caſu omnes ſunt principales; ſecus ſi abſque eis bellum adhuc fieret; tunc enim non tenentur, niſi de damno, quod inferunt verbo, aut opere. Sylv. *in ſum. verſ. bellum* 1. *q*. 10.

2 Item à culpa non vacant ſi ad bellum etiam juſtum accedant, non tamen moti zelo juſtitiæ, ſed cupiditate nocendi, ulciſcendi crudelitate, aviditate rapiendi, aut gratia inanis gloriæ. Idem dic de milite ſtipendiario, qui non attendit ad juſtitiam, vel injuſtitiam belli, ſed tantùm ad ſtipendium: is enim eſt in malo ſtatu, nec debet abſolvi, niſi renunciet arti, vel ſit paratus non eſſe in bello, niſi juſto, vel quod juſtum probabiliter noverit, Sylv. *ver. bellum* 1. *q*. 9. *in fine*.

3 Nunquam autem licet militi ex propoſito innocentes occidere, etiam in bello juſto, & per ſe primo, etiam ſi ſint infideles; ſed tantùm id licebit per accidẽs, & præter intentionem, ſcilicet quando hoſtes aliter expugnari non poſſunt, niſi cum nocentibus innocentes occidantur. Sayr. *l*. 7. *Clav. Reg. c*. 13. *n*. 9. & 10. Sylv. *l. c. q*. 10. Zacch. *par*. 1. *ſuæ ſumm. de bello c*. 18 *ſub n*. 12. *verſ. quinto tametſi*: & alii. Et multò minus illis licet occidere tempore belli Presbyteros, Monachos, Converſos, Peregrinos, Mercatores, ruſticos euntes, vel redeuntes, aut exiſtentes in agri cultura, ut in *cap. innovamus, de treg. & pace*.

4 Incidunt quoque in culpam, & tenentur ad reſtitutionem pro damnis, & devaſtationibus factis in bello etiam juſto, ſi aliàs ſibi potuiſſent conſulere. Item domos incendiantes, agros, & victualia hoſtium ſine juſſu Superioris. Item ſi Clerici accedant ad bellum peccant; Iſtis enim prohibetur arma deferre, niſi juſſu Papæ fiant milites. Item ſi circa militiam non ſe exercent, ut ſciant eorum exercere officium; ſi enim ſinguli ſcire tenentur omnia ad eorum munus pertinentia, multò magis ea ſcire debent milites, qui aſcribuntur militiæ, ut deſerviant publicæ utilitati.

5 Debent quoque milites ſub gravi culpa fidem hoſtibus ſervare, quouſque ipſi hoſtes non recedunt à promiſſis, alias licitum eſt, ut frangenti fidem, fides frangatur eidem, *l. cum proponas*, *C. de pactis*; & quoque debent contenti eſſe propriis ſtipendiis, & non plus exigere cum aliorum injuria, violentia, ac detrimento; ſi autem miles in gravi reperiatur neceſſitate, licitum eſt illi aliquid deprædari ad comparandum cibaria, & veſtes, ex Ang. *in l*. 2. *§. cum in eadem* per illum *text. ff. ad l. Rhod. de jactu*. & Rovit. *in pragm*. 4. *de milit*.

6 Militum autem Duces, & Capitanei defraudantes militum ſtipendia peccant, & tenentur ad reſtitutionem in quadruplum, *l*. 2. *verſ. num ſi uſurpaverint*, *C. de offic. Præfect. Prætor*. in foro autem conſcientię, ultra culpam tantùm tenentur ad damnum illatum, ex Molf. *p*. 1 *ſuæ ſumm. tract*. 8 *c*. 3. *num*. 110. Item peccant ſi plures milites in rollo ponunt, quam veritas ſe habeat, & tenentur ad reſtitutionem, ultra pœnas in foro exteriori, Molf. *loc. cit. num*. 12: Rod. *in ſum. p*. 2. *c*. 127. quoque ad reſtitutionem tenentur pro damnis, concuſſionibus, ac delictis per ſuos milites ex eorum incuria, ac negligentia commiſſis, quia ex officio tenentur curare, ne quenquam of-

fendant in perſona, vel bonis, Molf. *l. c. num.* 104. *in fin.* & *num.* 113. ad quem te remitto à *num.* 114. *uſque in fin.*

CAP. XXI.

De Doctorum, ſeu Magiſtrorum, & Scholarium culpis.

1 DOctores, ſeu Magiſtri ſi gradum Doctoratus aſſumunt, cum non ſint idonei ad talem gradum, & ad eorum munus exercendum, proculdubio à culpa non excuſantur, & multò magis ſi cum non ſint idonei faciunt ſe promoveri per munera, ex D. Ant. *p.* 3. *tit.* 5. *cap.* 2. §. 10.

2 Et ſi ad pompam tantùm legant in ſcholis, & non ad Scholarium profectũ, & à culpa non ſunt immunes, & poſſunt reprobari, *text. in l. grammaticos*. Item peccant ſi legant artem magicam, aſtrologiam judiciariam, & alias ſcientias falſas, ac damnatas, & inutiles; hi enim in deſtructionem, non in ædificationem dirigunt labores; & ſi habent libros talia docentes non ſunt abſolvendi, niſi eis ad Inquiſitorem delatis.

3 Et ſi in docendis Scholaribus non adhibeant diligentiam, ut aliis vacent negotiis, non ſolum culpam contrahunt, ſed etiam tenentur ad recepti ſalarii reſtitutionem, juxta negligentiam, & detrimentum Scholarium; & ſi cathedram appetunt, & principaliter legant gratia ambitionis, vel inanis gloriæ, aut propter alium pravum finem, aut etiam propter lucrum, principaliter peccant proculdubio; finis enim Doctoris debet eſſe commune bonum, & profectus Scholarium. D. Ant. *p.* 2. *tit.* 3. *c.* 5. §. 6. & *p.* 3. *t.* 5. *c.* 2. §. 10. *in fine*; venialiter tamen peccat, qui legit propter inanem gloriam ex Nav. *in man. c.* 25. *n.* 56. *in fine.* Et ſi habent ſtipendium de publico, aut beneficium ad id collatum, & ultra à Scholaribus aliquid accipiunt peccant, ſecus ſi non habeant, *text. in cap. pænale* 14. *q.* 5. vel ſi ſtipendium non ſufficiat, quia Magiſtri neceſſitas eſt ſublevanda *d. c. quia*, Sylv. *ver. Doctor q.* 10.

4 Si quoque Doctores modum excedant in Scholaribus corrigendis, quia Præceptoris nimia ſævitia aſſignatur culpæ, *l. Præceptoris. ff. ad l. Aquil. cap. presbyterum, de homic.*

5 Item peccant Doctores, & Magiſtri, qui beneficium habent, cui eſt annexum onus legendi ſacram Scripturam, non legunt per ſe, ſed per ſubſtitutum, ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 5. *c.* 1. *de ref.* relato à Navar. *in man. c.* 27. *ſub n.* 58.

6 Peccant quoque Doctores, & Magiſtri Legum, aut Medicinæ admittentes ad eorum lectiones Religioſum, Presbyterum, aut Clericum aliqua dignitate Eccleſiaſtica præditum, & ultra culpam mortalem, excommunicationem incurrunt, *c.* 2. *ne Cler. vel Monac. l.* 6. vel admittentes Scholares pravos, & malè morigeratos, & multò magis excommunicatos, ſi ſuper ſcholares habet juriſdictionem, aliter tenetur præcepto correctionis fraternæ, quò ad malè morigeratos. D. Ant. 3. *p. tit.* 5. *c.* 2. §. 10.

7 Et denique peccant Magiſtri, & Doctores, ſi laureant indignum, & dignũ reprobent, & tenentur ultra culpam ad refectionem damnorum. Nav. *l. c. cap.* 25. *num.* 57.

8 Scholares autem peccant. I. Si non obtemperant ſuis Magiſtris, ac Doctoribus; quilibet enim tenetur obedire ſuo Superiori ſecundum rationem ſuperiori-

ta-

Digitized by Google

tatis. II. Si dirigunt eorum ſtudia ad ambitionem, inanem gloriam, aut lucrum principaliter captandum, quia ſtudendũ principaliter ad cognoſcendum Deum, & ad cognoſcendum ſeipſum, unde dicebat Auguſtinus: *Deus ſemper idem; noverim te, noverim me*. III. Si ſtudio non vacant, vel illis ſcientiis, quas melius eſt neſcire, quàm ſcire, uti ſunt ſciẽtiæ prohibitæ. IV. Si in diſputationibus pertinaciter contendunt contra veritatem cognitam ſuperbientes de ſuo ingenio. V. Si alios turbent. Graſ. *p.1. deciſ. l.3. c.12. n.3.* & alii.

CAP. XXII.

De culpis Parentum, ac liberorum.

1 NOmine Parentum hic intelligimus Patrem, & Matrem, Avũ, & Aviam; & omnes aſcendentes uſque ad Adam; & nomine liberorum intelligimus non ſolùm filios, & filias, ſed etiã nepotes, & omnes deſcendentes uſque in infinitum.

2 Parentes ergo peccant ſi in educãdis filiis ſint negligentes; debent enim Parentes, ut filii Dei, & Eccleſiæ præcepta ſervent, curare, & diligentiam habere, ut virtutem amplectantur, vitia fugiant, abſtineant ab omni culpa, & inſtruantur ſecundum timorem Dei. Et ſi filii ſint diſcoli tenentur ſub gravi culpa eos corrigere, moderatè verberare, & etiam alimenta denegare, ſi probabiliter credant eos poſſe emendare, *argumen. tex. in cap. non omnis 9. q.6.* D. Thom. 2.2. *q.65. a.2.* quia parentes filios diſculos non corrigentes cenſentur eorum approbare delicta, ut in *cap. error 83.*

3 Parentes quoque conſenſientes ſuas filias habere amatores, & ut fucis utantur, ut adamentur, à culpa non ſunt immunes, ſi id faciant ad malum finem, ſecus ſi ad bonum, ſcilicet ut appetantur à juvenibus in uxores, quia tunc non peccant, niſi venialiter, ſicut & ipſe filiæ. Nav. *in man. cap.14 num.18.* Graff. *p.1. deciſ. l.2. cap.59. num.26.* Sayr. *lib.7. Clav. Reg. cap.7. num.4.* Item peccant ſi filias deſponſatas de futuro per verba de præſenti permittant uti impudicis actibus cum ſponſis; poſſunt tamen inter oſcula permittere, & amplexus etiam delectationis gratia, tanquam principia matrimonii futuri, ex D. Thom. 2.2. *qu. 154. a.4.* Caje. cum eo, Nav. *l.c. verſ. vigeſimo tertio*. Non tamen debent permittere ſponſum, & ſponſam ſolos ſecretè permanere ob periculum peccati.

4. Si autem parentes negligentes ſint in edocendis, vel edocere faciendis eorum liberis fidei articulos, præcepta Dei, & Eccleſiæ, & alia pertinentia ad ſalutem, procul dubio à peccato non ſunt immunes; Unde tenentur docere filios ſignum Crucis, orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum, ac decem legis præcepta, & ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria neceſſitate medii: & in defectũ parentum tenentur parentes ſpirituales, & maximè Patrini. Molfeſ. *p.1. ſuæ ſum. trac.11. c.18. num.82 & 96.* Sylv. *in ſum verſ. ſcientia num.2.*

5 Si verò cauſa avaritiæ, aut impietatis proprios filios ad Hoſpitalia deferunt eos exponentes ante januam Tẽpli, aut in alio loco, peccant contra paternam pietatem, & tenentur ad reſtitutionem, quia Hoſpitalia inſtituta ſunt ad ſolos pauperes alendos. Graſ. *loc. cit. l.2. cap.59. num.18.* Sayr. *loc. cit. c.7. n.5.* & alii

Digitized by Google

parentes ſi alienis relinquunt eorum divitias contemptis liberis, poſſunt tamen aliquam portionem relinquere pro ſuis animabus; Deus enim non vult bona aliorum in præjudicium ſuccedentium ab inteſtato. Molfeſ.*to.1.ad conſuet Neap. p.5.q.8.ſub n.3*. & peccant parentes tacientes inofficioſas donationes filiis, in præjudicium aliorum filiorum; & tales donationes poſſunt revocari uſque ad legitimam *l.ſi liqueat, C. de inoff.donat.* Graff.*par.1.deciſ l.2.c.59.num.21.*

11 Non ſolum autem parẽtes tenẽtur dare filiis alimenta corporalia, ſed multò magis alimenta ſpiritualia; & ſic debent curare, ut filii frequentent ſacramenta, & præcepta Eccleſiæ ſervare in omnibus, quod ſi in hoc negligentes inveniantur à culpa non ſunt liberi. Doctores communiter.

12. Tunc autem tenentur parentes alimenta liberis præſtare, quando non habent, ut aliundè ſe alant; ſi autem ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, vel adventitiis, vel ſi artem habeant, tunc non tenetur pater filios alere. *Sylv.in ſumm.ver.alimenta q.1.* Tabien.*verb.alimenta §.2.n.3*, Graf.*loc.cit. c.59.ſub n.2.* Et tenentur filias dotare ſi commode fieri poteſt, ut ſoluta dote non egeant *l.fin.ver.Idoneam, C.de dot.promiſ.* nec tenentur alere filios, qui eos in judicio accuſaverũt, aut cõmiſerũt ali d vitiũ ingratitudinis, & in omnibus caſibus, in quibus poſſunt filii exheredari, poſſũt etiã alimenta denegare. Gloſ.*in l. ſi quis à liberis, §.Idem iudex, ff. de lib. agnoſc., & in c.quintavall.s de jur.iur.* Bart *in l.fin.C.de alen.liber.*

13. A peccato quoque non ſunt immunes parentes ingredientes Religionẽ, filiis relictis pauperibus, & indigentibus victu, veſtitu, & educatione, id enim eſſet contra officium pietatis. Et quoque peccant qui vi, vel metu, aut dolo, revocant filios ingreſſos Religionem, vel ſi filios conſulant, vel cogunt ad matrimonium contrahendum poſt votum emiſſum continentiæ, & caſtitatis. argum. *tex.in c.1.de off.deleg.*Nav.*in man.c.14 ſub num.17.verſ.Decimonono.*

14. Hinc parentes qui vota filiorũ, peregrinationis, abſtinentiæ &c. emiſſa cum eorum conſenſu, ſine rationabili cauſa revocant, à culpa non ſunt liberi. Nav.*loc.cit.verſ.Decimonono*, & filii nõ ſervantes vota ut ſupra revocata non peccant; ſecus ſi non ſint revocata; Unde ſi major ſeptemnio judicio pollens faciat votum non veſci carnibus feria quarta; ſi veſcatur carnibus antequam à patre, vel matre, vel tutore fuerit irritatum peccat mortaliter, ad voti enim obſervantiam tenetur, donec irritum votum reddatur. Molfeſ. *loc.cit. c.15. nu. 56.*& alii.

15. Si verò parentes citra cauſam rationabilem cogunt minis, aut pœnis ſuos filios aut filias contrahere matrimonium, quia his quos, vel quas ipſi præſcripſerint, non ſolum peccant, ſed etiã incurrunt in excommunicationem. Ut ex Concil.Tridentin.*de ref mat.ſeſſ.24. cap.9.* per hæc verba *Præcipit Sancta Synodus omnibus cuiuſcunque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant, &c.* ubi ut vides in Concilio comprehendũtur non ſolum Domini temporales, magiſtratus & Judices, ſed etiam parentes, & quæcunque perſonæ impedientes matrimonium, ut tenet Lopez *p.1. inſtru.c.44.§.ſi aliquis*, Alb.*tr.l.4.de artie contract.1*: & alii. Contra aliquos, qui volunt excommunicationem illam

tantum comprehendere, Dominos temporales, Magiſtratus, & alios habentes juriſdictionem in foro contentioſo. Et item peccant parentes, & excommunicationem contrahunt ſi cogunt filias Monaſterium ingredi, vel ſi impediunt Religionem intrare, aut profeſſionem emittere ſine cauſa, & idem dic de omnibus cogentibus, conſilium, auxilium, aut favorem, vel auth. nita ē præſtantibus. Ex Concil. Tridentin. *de Reg. cap.* 18. Poſſunt tamen parentes filios, ac filias cogere ingredi Religionem, donec ad pubertatem pervenerint, & poſtea tempore debito ſtat in eorum poteſtate, an velint in Religione perſiſtere, vel non *cap. additiſtis* 20. *q.*1. *& cap.*1. 20. *q.*2. Sanchez *l.*4. *Decal. c.*18 *num.*8.

16. Parentes qui vel metu reverentiali, vel fraude, vel dolo inducunt ſuos liberos ad renunciationem legitimæ, aut patrimonio cum juramento, vel contractu, peccant; Imo ſi liberi, abſque metu, vel fraude interveniant tali renunciationi, cum maxima eorum leſione, licet tenentur ſtare juramento, tamen in foro externo talis renunciatio revocari poteſt, quia ſtante enormiſſima leſione præſumitur dolus, vel fraus. Navarr. *in Man. c. cap.* 17. *num.* 52. & alii. Sicuti etiam peccant ſibi accipiendo aliquid notabile à filio familias ex bonis caſtrenſibus, aut fructibus eorum, & tenentur ad reſtitutionem, argum. *tex. in c. qui abſtulerit* 12. *q.*2. quia de peculio caſtrenſi, et ejus fructibus nil acquiritur Patri, & propterea tenetur reſtituere filio, vel fratres ejus poſt obitum Patris cum bona inter ſe diviſerint teneantur reſarcire. Navarr. *in man. c.*27. *num* 151 *verſ. quadrageſimo octavo.* Salyc. *in l. filiæ cujus in fin. c. famil. ercisc.* & alii.

17. Et denique à culpa non vacant parentes, ſi excedunt modum in corrigendis filiis, & provocantes eos ad iram, quamvis non peccent mortaliter ſi filios maledicant, ſine deſiderio maledicendi, ſed ſine corrigendi, licet hujuſmodi corruptela ſit peſſima, & propria hominum parvi ponderis. Ut ait Sot. *l.*5. *de juſ. & jur. q.*12. *a.*1. & Sylv. *in ſum. verſ. contumelia c.*59. *n.*24.

18. Reſtat hic agere de liberorum culpis in parentes. Unde iſti peccant ſi honorem debitum parentibus non deferunt; qui non ſolum conſiſtit in exterioribus ſignis, & ſervitiis honeſtis faciendis; ſed multò magis in ſubminiſtrandis illis neceſſaria pro alimentis, honorare enim idem eſt quod liberalitate proſequi juxta illud Proverb. Honora Dominum de tua ſubſtantia.

19. Et multò magis peccant ſi parentes injuriis afficiant, ſi in eos manus impias injiciant, ſi vitæ inſidientur, vel eos abſentes detrahant, quæ peccata ſunt graviſſima, & vocantur peccata impietatis ex Cajet. *in ſum. verb. Filii peccata.* etiam ſi levis ſit percuſſio, aut manus elevatio ad percutiendum. Nav. *loc. cit. c.*14. *ſub n.*12. *verſ. quinto peccat filius.* Sayr. *l.*7. *Clau. Reg. c.*45. *n.*2. ubi probat quod hujuſmodi crimen eſt graviſſimum non ſolum jure Divino, ſed etiam naturali. Unde ob ſolas injurias graves poteſt pater filio donationem revocare, ut declarat Gloſ. *in l. fin. C. de revoc. donat.* & quandoque etiam eum exhæredare, ut *in § aliud quoque capitulum in Authent. cum de appell. cogn.* idem dic de filio Parentes accuſante de crimine etiam vero, excepto crimine hæreſis, & leſæ majeſtatis, quia tunc tenetur filius bonum commune Reipubl-

Digitized by Google

ex præferre bono privato parentum. Navarr. *loc. cit. c.* 14. *n.* 12. *verſ. ſeptimo.* Tol. *lib.* 5. *ſuæ ſumm. c.* 1. Rod. *par.* 1. *ſuæ ſum c.* 14. *concl.* 5. Graſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 56. *n.* 7. *&* 8. Sayr. *loc. cit. num.* 5. & alii.

20 Præterea peccant filii contra præceptum Divinum habendi in honore parentes, etiam ſi corde diligant, tamen amoris ſigna illis non oſtendunt, & multo magis ſi illos intueantur torvo oculo, vel aſperè alloquantur; quia tenemur parentes amare, non ſolùm corde, ſed etiam ſignis. Ac etiam peccant ſi dedecori tribuunt haberi pro illorum filiis, quòd eſt verum ubi intervenit parentum contemptus, ſecùs ſi ſecus, ſcilicet ſi id agant ad evitandum aliquod incommodum ſiniſtræ opinionis, aut ob aliam juſtam cauſam, Nav. *l. c. verſ. octavo filius.* Sayr. *l. c. c.* 5. *num.* 4. & alii. Et contra eundem præceptum filii peccant, ſi parentes maledicant ex animo, ſecùs ſi ore tantùm; tunc enim venialiter peccabunt. Navarr. *l. cit. verſ. ſexto filius.* Alex. 3. *p. de* 4. *præcept.* Et contra eundem peccant, ſi Parentibus alimentis indigentibus, neceſſaria non ſubminiſtrant ſecundùm propriam poſſibilitatem. Idem dic quò ad omnes corporales neceſſitates, ut ſi ſint infirmi non intendant eorum curationi, ſi mentecapti eos non cuſtodiant, ſi in carcere poſiti, aut in captivitate poſiti non procurent eorum liberationem, vel redemptionem, D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *a.* 2. Ricc 3. *p. d.* 37. *p.* 3. *a.* 1. D. Anton. *p.* 4. *tit.* 5 *c.* 9. §. 1. Rod. *p.* 1. *ſuæ ſumm. c.* 14. *concl.* 6. Tolet. *lib.* 5. *ſuæ ſum. c.* 1. Graſ. *p.* 1. *deciſ. lib.* 2. *c. p.* 56. *num.* 22. Sayr. *l.* 7. *Clav. Reg. c.* 5. *nu.* 15. Molſ. *p.* 1 *ſuæ ſum. tract.* 1. *cap.* 8. *nu.* 63. & alii. Et quæ diximus de alimentis corporalibus, multò magis dicenda ſunt de ſpiritualibus; Unde ſi videant Parentes graviter ægrotare, debent ſub culpa eis procurare Sacramenta neceſſaria ad ſalutem animæ, ac utilia; & non ſolùm vivis, ſed etiam defunctis Parentibus debent filii juxta decentiam ſui ſtatus exequias facere, eleemoſynam largiri, & anniverſaria celebrari, ex Sayr *l. c. num.* 14. *&* 17. *verſ. denique.*

21 Quia autem filii eſt conſulere matri pudicitiæ, ideò tenentur dotare matrem juvenem dote carentem, ſi tranſire ſe velit ad ſecundas nuptias, ut tenent Boer. *deciſ.* 129 *in fin.* Menoch. *conſ.* 1078 *num.* 9. *& ſeq. vol.* 11. Molſ *p.* 2. *ſuæ ſum. tract.* 12. 16. *num.* 36.

22 Parentibus conſtitutis in extrema neceſſitate, quibus alio modo ſuccurri non poteſt, niſi per filiorum permanentiam in ſæculo; filii intrantes Religionẽ peccant contra pietatem, & contra jus naturale; quibus obligamus alere parentes. Idem dic de habentibus ſorores pauperes; frater enim tenetur ſororem pauperem dotare, & ei alimenta miniſtrare, ſi aliunde dotem, aut alimenta non habeat, ut per Gloſ. *in l. cum plures. §. cum tutor, ff. de adminiſtrat. tutor.*

23 Quoque in culpam incidunt filii, ſi citra conſenſum, ac voluntatem Parentum ducunt uxorem indignam nobiliter eorum conditionis, ac ſtatus, imò ob hanc rem poſſunt à patre exhæredari, §. *ita quoque capitulum in Auth. ut cũ de ap. e. . . . gu.* Si autem dignam ducunt, ſed ob id ceſſat parentibus magnum cõmodum, ex eo, quòd filius non duxit puellam à patre deſignatam, & ceſſavit patri liberatio à magno ære alieno, quo gravabatur, in culpam incidit filius; tenetur enim ex virtute pietatis conſulere parentum neceſſitati; atque ideo dum parentes indigent tali matrimonio, filius te-

tenetur parentum voluntati obtemperare, Cald. *in c.1. de deſponſat. impub.* Sanch. *lib.4. de matr. diſp.23. n.4.* & alii.

24 Efficiuntur obnoxii reſtitutioni, & in culpam incidunt filii, ſi habentes bona à parentibus ad certos uſus, & illa expendunt ad alios uſus vanos, ſcilicet in ludos, ad convivandum, & ad meretrices, niſi ſit aliquid modicum, quia pater non præſumendus eſt ita auſterus, ut modicum à filio donatum, nolit ratum habere, Lopez *p.2. inſt. mor. conſc. c.23.* Sayr. *l.9. clav. Reg. c.16. n.13.*

25 Quia autem filius ſubiicitur imperio Patris in his, quæ pertinent ad bonum regimen domus, vel familiæ, & adminiſtrationem rei familiaris, & ad bonos mores, & animę ſalutem, & in vitandis amicitiis pernicioſis; ideò peccat filius, in his Patri non obtemperans; verum tamen eſt, quòd ſi materia præcepti Patris gravis eſt, graviter peccat, ſi levis leviter, Sayr. *l.7. Clav. R. g. c.5. n 9. & 10.* Molf. *p.1. ſuæ ſum. tract.11. c.18. num.56. & 94.* & alii. Debent quoque liberi Patres ſuos malis moribus affectos prudenter, & reverenter corrigere, ſi ex tali correctione probabiliter ſperent eorum emendationem, & eos adjuvare orationibus, & optimum conſilium eſt in hoc caſu Confeſſarium eorum adire, ut ad viam ſalutis reducat, Reg. *lib.20. ſuæ prax. n.9.* Mol. *loc. c. num.55.*

6 Denique in culpam incidunt filii, & hæredes uſurariorum, ſi uſuras per parentes extortas, aut res alias injuſtè acquiſitas non reſtituant; Actiones enim tranſeunt ad hæredes, & contra hæredes, & hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum creditoribus defuncti, *§. unico in Inſtit. de oblig.* Non tamen tenentur reſtituere ultra vires hæreditarias, *cap. tua nos*, *cap. Michael de uſuris.* Et ſi propter negligentiam, aut avaritiam differant ſolvere debita parentum defunctorum, & eorum legata adimplere, proculdubio peccabunt; hæres enim adeundo hæreditatem, cenſetur quaſi contrahere cum creditoribus, quod verum eſt, ſi per multum tempus, & diu differant abſque cauſa; ſecus ſi ſecus, vide Sayr. *loc. cit. c.5. ſub num 14. verſ. tertiò peccant.*

CAP. XXIII.

De Fratrum, & Sororum peccatis.

1 FRatres malè tractantes ſorores ſub eorum cura remāſas mortuo patre, non ſolum peccant peccato impietatis contra fraternam charitatem, ſed etiam contra quartum Decalogi pręceptum, quo præcipimur honora parentes, & ſororibus pluſquam fratribus eſt indulgendum, ac miſerendum, & ratione ſexus cujus gratia ſunt magis miſeratione dignæ; & ratione qua ſunt orbatæ patre, & fratres ſuccedunt in locum patris defuncti, *l. nec in ea, ff. ad leg. Iul. de Adul.*

2. Quoque in culpam incidunt fratres ſi non miniſtrent alimenta fratribus, ac ſororibus pauperibus, quia ad ea tenentur, ut per Gloſ. *in l. parentum*. etiā ſi ſua culpa fratres, & ſorores pauperes effecti ſint; & hoc locum ſibi vendicat non ſolum in fratribus legitimis, ac naturalibus, ſimul, ſed etiam in naturalibus tantum *ex tex. in auth. licet, C. de natura liberorum.* & obligantur fratres dotare ſorores inopes ſecundum ſtatus decentiam, cum tenentur eiſdem alimēta præſtare, & dos ſuccedat loco alimento-

torum, & cui competit onus, alimentandi, competit onus dotandi: dummodo tamen ipſe frater tribuendo alimenta, aut dotando ſororem, non egeat pro ſe, & ſuis filiis, quia omnia ordinaria charitas à ſe ipſo incipit: *l.præſes*, & ibi Gloſ. *C. de ſervit. et aqua.* & dummodo ſorores contra fratrem vitium ingratitudinis non commiſerint.

3. A culpa quoque fratres non vacant ſi Religionem ingrediant, & fratres, & ſorores habeant conſtitutos in gravi neceſſitate, id enim eſt contra charitatẽ fraternam, & quæ dicimus de fratribus quoad ſorores, quoq; dicimus de ſororibus; erga fratres *tex. in l. illud, ff. ad leg. Aquil.* ſecus dic ſi neceſſitas nõ eſt gravis. Azor. *p.2. inſt. moral. l.2. c. ult.* Reginal. *l.20. ſuæ prax. num.*50. Molfeſ. *loc. cit. c.*18. *n.*88.

4. Cum ergo fratres poſſunt ſorores nubere tempore ætatis nubilis, debent eas nubere; aliàs ſi in honeſtate patiantur naufragium eis imputatur, quamvis ipſæ ſorores peccent; nec ob hanc cauſam poteſt frater alimenta ſorori denegare, & dotem, ſicuti nec pater ſi poſt nubilem ætatem, ſcilicet poſt 25. annum eam non tradat nuptui, ſi filia in corpus ſuum peccaverit. Ut *in §. aliud quoque capitulum in auth. ut cum de appellat. cognoſc.*

C A P. XXIV.

De peccatis conjugum.

1. SI conjuges contrahant Matrimonium, in gradu prohibito, & peccant, & matrimonium nullum eſt, niſi ignoranter id agerint, qui nam autem ſint gradus prohibiti ſupra latè agimus; ac etiam ſi contrahunt clandeſtinè. ibi te remitto ne dicta inuliliter repetamus.

2. Certum autem eſt quoque conjuges peccare, ſi ſcientes habere impotentiam coeundi, contrahant nuptias, id enim repugnat traditioni mutuæ corporum; & intelligitur de incontinentia coeundi perpetua, non ad tempus per aliquod accidens, vel ex ætatis defectu. Verum eſt tamen quod ſi impotentia ſubſequatur matrimonium, ſivè ratum, ſive conſummatum, contrahentes ſi velint poſſunt ſimul habitare non ut vir, & uxor, ſed ſicut frater, & ſoror, ſivè impotentia ſit ex parte unius, ſivè ex parte utriuſque, quia talis habitatio eis conceditur de jure, ut eſt *tex. in cap. conſultationi de frigid. et malefic.* non tamen dormire poſſunt in eodem lecto, maximè ſi alter ſit potens, cum ad tactus impudicos de facili provocatur, ex declaratione Sixti V. in quodam motu proprio edito anno 1587. non poſſunt tamen ab Epiſcopo ad ſeparationem compelli, niſi convincantur habitare non ut fratres. & ſorores.

3. Si conjuges ad hoc ut Matrimonium contrahant affirmant eſſe divites Nobiles, Virgines cum non ſint, peccant, & ſi per hoc non dirimatur matrimonium; quia eſt deceptio tãtum in qualitatibus; ſecus ſi ſit deceptio, vel error in perſona, hic enim error irritat matrimonium, ut ſi quis nubat franciſcæ, putans eſſe Paulam, aut Paula nubat Didaco, exiſtimans eſſe Petrum. Ex Navar. *in man. c.*22. *n.*31.

4. Servus contrahendo matrimoniũ cum libera tacita ipſius ſervi conditione peccat, & è contra ſerva contrahendo cum libero ignorante eſſe ſervam, &

matrimonium eſt irritum cum error ſit in conditione, ut in *cap.ad noſtram de conjug.ſervor. cap.ſi quis ingenuus* 29. *q*.2.Sanch. *l.7.de mat.diſp.19.n.2.et* 3. Si autem liber cognita ſervitute alterius conjugis, rem habeat cum ſerva, quam duxit, tunc matrimonium eſt validum, quia cenſetur conſentire matrimonio cum ſerva inito.D.Th.*in* 4.*diſt.* 36.*q.unic.a*.1.& alii.

5. Conjuges matrimonium contrahentes poſt emiſſum votum caſtitatis,ſive ſimplex, ſive ſolemne peccant, & irritum facit Matrimonium,qui contrahit poſt votum ſolemne,etiam ſi ſit ex parte unius conjugis tantum, & id jure Eccleſiaſtico,& Divino; & contra ſentientes ſunt excommunicati,ex Conc.Tridentin.*ſeſſ*.24.*c.9. de matrim*. Votum autem ſimplex tantum impedit, non dirimit matrimonium ; ſecus dic de voto ſimplici Religionis Societatis Jeſu,emiſſo poſt biennium tyrocinii, nam hoc votum impedit, & dirimit matrimonium, ut ex Bulla Gregor. XIII. edita anno 1584.

6. Et ſi conjuges poſt matrimoniū ratum cum aliis contractum denuò matrimonium contrahunt,inter ſe peccant: matrimonium enim ratum impedit ne quis cum alia poſſit contrahere, & dirimit contractum, etiam copula ſecuta ; atque ideo ſic contrahens tenetur ad priorem redire ; niſi primum fuerit clādeſtinum, quia hæc ſunt irrita, ex Concil.Tridentin.*de refor.mat.ſeſ*.24.*c*.1. & declarat Tolet.*lib.7.ſua ſum.c*.14.

7. Fidelis autem contrahens cum infideli etiam ſi infidelis ſit Cathecumenus peccat,& matrimonium eſt irritum, diſparitas enim cultus, non tantum impedit, ſed dirimit matrimonium *in cave* 28.*q*.1.ſecus dic de contrahente cum hæretico, vel hæretica ; quia matrimonium validum eſt, licet contrahēs peccet mortaliter, per Gloſ.*in cap. non oportet, ead.cauſa,et q.*

8. Vir ducendo uxorem vi, ac metu, & è contra peccat, & matrimonium eſt invalidum, metus tamen debet eſſe juſtus, & cadens in conſtantem virum, qualis eſt metus mortis, verberum,captivitatis. amiſſionis bonorum, infamiæ, &c. ut dicitur in *l.metum,ff. quod met. cauſa*.Si autem poſt vim,aut metum incuſſum, is cui metus fuit illatus conſentit expreſsè, vel tacitè matrimonio, aut ſi poſt metum, vel vim intercesserit ſpontanea copula, in foro exteriori compelluntur contrahere, in foro verò interiori non contrahunt, niſi maritalis concurrat conſenſus.

9 Peccant quoque conjuges, & matrimonium dirimitur, ſi poſt commiſſū homicidium, vel adulterium, vel ſimul utrumque in perſona priorum conjugum,ſub ſpe futuri matrimonii contrahant nuptias: reprobatur enim id à jure in quatuor caſibus. I.eſt cum unus conjugum convenit cum altero, ut occidat alterius conjugem,ut poſtea poſſint inter ſe matrimonium contrahere; tunc ſi ſequatur homicidium, hujuſmodi crimen impedit, & dirimit matrimonium, *cap.laudabilē, de converſ.infidel.*II.eſt, ubi unus conjugum alterum interficit per ſe, vel per alium, & cum adultera contrahat, quamvis adultera non ſit cōcors, & è contra. III.eſt, ubi unus conjugum adulterium commmittit, & mediante fide, vel juramento, promittit ſe matrimonium cum adultera contracturum poſt obitum conjugis ; nam ſi poſt obitum nuptiæ contrahuntur, dirimuntur,

tur, *cap. ſignificaſti* 2. dummodò adulterium ſit verum, conſummatum, quòd vivat legitima ſponſa, & quòd promiſſio fiat ſigno exteriori. IV. eſt, cum unus conjugum, qui per verba de præſenti contraxerunt, matrimonium cum alio contrahit de præſenti, & habet copulam, iſto caſu mortuo priori conjuge, iſti non poſſunt contrahere, dummodò copula intercedat cum ſecunda; & quod uterque ſit conſcius criminis, Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.78. n.12. & diſp. 79. num.31.* Molſ. *p.1. ſuæ ſumm. tract. 4. c.10. num.48.* & alii.

10 Si tempore raptus matrimonii contrahatur peccant contrahentes; Raptus enim impedit, & dirimit matrimonium ex Conc Trid. *ſeſſ.24. de ref. matrim. c.6.* Et quamvis matrimonium ſit validum, quando aliquis contrahit matrimonium cum una per verba de præſenti, poſt contracta ſponſalia cum alia per verba de futuro, tamen mortaliter peccat, quia ſponſalia valida tenetur fidem ſervare, niſi juſta cauſa intercedat illa non ſervare, ut habet Molfeſ. *p.1. ſuæ ſumm. tract.4. cap.15. num.8.* poſt alios. Sicuti etiam eſt validum matrimonium contractum ſtante prohibitione Epiſcopi, vel Vicarii, vel Iudicis de non contrahendo, donec examinetur aliqua cauſa, vel impedimentum; tamen peccat ſic contrahens. Idē dic de excommunicato contrahente, *cap.1.2. & 3. de mat. contrah. cont. interdic.*

11 Si conjuges ante contractū matrimonium per verba de præſenti utantur amplexibus, & oſculis cum pollutionis periculo, vel tactibus impudicis lethalem culpam contrahunt. Si autem oſcula fiant ſine periculo pollutionis, ſed tantum ad fovendum, & conciliandum amorem inter eos in ordine ad matrimonium contrahendum, ſunt licita, ut docent Sanch. *lib.9. de matrim. diſp.46. & 47.* Molſ. *l.c. num.10.* poſt alios, qui addit, quod ſi citra dictum periculum ſponſi utantur oſculis, vel amplexibus, tantùm venialiter peccant. Eſt tamen verum, quòd peccant mortaliter ſi ante contractum matrimonii per verba de præſenti percipiant delectationem in cogitando copulam de futuro quia talis actus appetitus ſenſitivi fertur ex ſe in copulam de præſenti, ut præſens eſt. Sicuti etiam peccat vidua habens delectationem veneream ortam ex cogitatione copulæ habitæ tempore matrimonii, quia delectatio eſt de præſenti, Nav. in *man. c.16. n.10.* Sanch. *l.c. diſp.47. à num.4. uſque ad 9.* Molſ. *l.c. n.14.* cum aliis ab ipſo relatis, ubi *n.15.* limitat id, ubi delectatio non eſt circa copulam, ſed tantùm circa oſcula, amplexus, & tactus.

12. Quia autem nullum ſacramentum ſine culpa ſuſcipitur ab homine in mortali peccato; ideo peccant conjuges, ſi conſcientiam habent mortalis peccati, & ante confeſsionem matrimonium conſumant.

13. Licet ante matrimonium conſummatum etiam altero conjuge invito poſſit conjux alter Religionem ingredere, & emittere in illa profeſſionem; tamen poſt conſummationem matrimonii, quamvis altero conjuge invito non poteſt conjux alter Religionem ingredere, altero nolente; Matrimonii enim ratum, & non conſummatum per ſolemnem profeſſionem alterius conjugis dirimitur, & conjux in ſæculo manens eſt abſolutus à vinculo, & liberè po-

Digitized by Google

poteſt ad aliàs nuptias tranſire. Ut probat Sanch.*lib.2.de Matrim.diſp.*18.Nō eſt autem licitus ingreſſus Religionis poſt conſummatum matrimonium, ex ſola licentia conjugis in ſeculo manentis, ſed remanens in ſeculo debent caſtitatis votum emittere, ſi ſenex eſt; ſi verò eſt iuvenis oportet, ut ipſe quoque Religionem ingrediatur, ut eſt *tex. in cap. cum ſis de converſ. coniug.* & hæc omnia debent fieri ex Epiſcopi diæceſani conſenſu, ex Gloſ.*in d. cap.* 1. *verſ.*Revocari, & Sanch.*de Matrimon. lib.7.diſp.32.num.3.* ubi *num.*12. probat quod ſi coniux ſenex remanſus in ſeculo cum voto continentiæ vivat incontinenter debet compelli Religionē ingredere, non tamen profiteri. Ex *tex. in cap.ſignificavit de converſ. coniug.* Si autem coniux Religionem ingreſſus de licentia alterius exeat è Religione, ante profeſsionem, cogendus eſt redire ad coniugem in ſeculo manentem, etiā ſi is votum caſtitatis emiſit; licentia enim intelligitur data ad ingreſſum cum effectu mediante profeſsione; & ſic nō ſecuta profeſſione, ceſſat votum, niſi aliter conſtet de vovente. Sanch. *lib.7. de Mat.diſp.32.n.*13.

14. Non poteſt coniux tranſire ad alias nuptias; niſi illi legitimè conſtet de morte alterius coniugis; & tranſiens peccat mortaliter: legitimè dicitur conſtare, quando conſtat per librum Parochi in quo ſolent deſcribi cadavera fidelium, in ſua Eccleſia ſepulta, vel ex teſtium depoſitione deponentium de viſu, vel ſaltem adſit unus teſtis de viſu, & duo de fama, *cap. in præſentia, de ſponſ.& matrim.*in caſu autem, quod teſtes falſum depoſuerunt, & coniux de facto vivit, & reddit; quamvis mulier ſecundo nupta non dicatur adultera; tamen tenetur redire ad primum ſponſū; quia primum eſt verum matrimonium, & ſecundum putativum tantum. *cap. ſi virgo 34.q.*1.Reg.*lib.*31.*ſua prax. nu.*69.Ricc.*in prax.matr.deciſ.*265.& alii.

15. Si coniuges debitum coniugale ad invicem non reddunt, peccant, ſive petatur expreſsè, ſive tacitè, & eſt peccatum contra iuſtitiam, quia viri corpus eſt uxoris, & è contra, & eſt cōtra iuſtitiam non reddere alicui, quod ſuum eſt. D.Th.*in 4.diſt.32.q. unic. a.2.quærtiunc.*1. quem ſequuntur communiter Doctores. Hoc ita verum eſt, ut etiam aliquando etiam non petenti, ubi ex ſignis advertitur in altero coniuge periculum incontinentiæ teneatur alteræ reddere. Sicuti medicus infirmo tenetur medicinam adhibere, quam ei ſalubrem ſperet fore, quamvis infirmus non petat, ut docet D.Th. *loc.cit.*

16. Non reddens autem debitum petenti, non excuſatur à peccato, etiam ſi reddatur impotens ex culpa ſua, & mediis illicitis, quia ſcilicet, vel crebrò ſe polluat, vel ad alias mulieres accedat. & ſic ſi vir advertat ſe polluendo, vel ad ulterium committendo, inde ſe reddi impotentem ad ſatisfaciendum moderatè uxori, ultra culpam pollutionis, ſeù adulterii, peculiare peccatum committit contra iuſtitiam, qua tenetur ſe aptum perſeverare in debito coniugali reddendo, ex Roſell.*in ſua ſum. verb.debitum num* 2.Sylv.*verb. debitū q.*1.*verſ.prima eſt*. Sanch. *l.9. de mat diſp.3.n.2.&* 3. qui *num.*4. ait id verū eſſe etiam ſi ſe reddat impotentem mediis licitis ſcienter, puta propter ieiunia immoderata, vel vigilias, vel diſciplinas; coniugi enim cum prohibeatur nega-

gatio debiti, eidem hæc omnia cenſentur interdicta. Unde infert virum citra conſenſum uxoris, non poſſe vovere abſtinentias, vigilias in præjudicio debiti conjugalis, & è contra. Vota tamen ſunt valida antequam per conjugem revocentur ex Caje. 2.2.q.88.a.8. Tab. *verſ. matrimonium* 1.q.1.§.4. Navarr. in *man*, c.12.*n*.61. Sanch. *loc. cit. diſp*.2. *num*.9.

17 Excuſatur etiam à jejunio Eccleſiæ conjux, qui jejunando non poteſt alteri conjugi debitum reddere; jejuniū enim non impedit opera neceſſitatis; & ideo non obligat eum, qui cum jejunio non poteſt opus reddendi debitum ſolvere, & ubi concurrunt duo præcepta incompatibilia, alterum jejunii, quod eſt humanum, & alterum reddendi debitum conjugale, quod eſt naturale Divinum, iſtud præferendum eſt illo, Caje. *in ſumm. verſ. jejunium cap*.4. §. *excuſantur infirmi*. Nav. *in man. cap*.21 *num*.17. Valen. 2.2. *diſp*.9. *quaſ*.2. *pun*. 5.§. *neceſſitas excuſans*. Sanch. *lib*.9. *de matr. diſp*.2. *n*.10. qui *num*.11. & 12. infert uxorem excuſari à jejunio, ut placeat viro, & ejus amorem erga ipſum conſervet, & ne deſpiciatur ſi propter ieiunium appareat pallida, vel deformis; amor enim mutuus coniugum eſt valdè neceſſarius ad traducendam quietem maritalem. Idem dicit de fœmina nubere volenti; hæc enim ſi ob ieiunium videatur deformis, ut cum difficultate virum amatorem inveniat, excuſabitur à jeiunio; nemo enim tenetur cum notabili ſui detrimento ſervare humanam legem.

18 Imo ſi vir præcipiat uxori frangere ieiunium ſine cauſa legitima, & uxor non obediendo amitteret viri gratiam, & inter eos oriantur rixæ, & ſcandala, tunc licitum eſt uxori ieiunium ſolvere, quia præponendus eſt amor mutuus coniugum ieiunio Eccleſiaſtico; lex enim poſitiva, ut talis non obligat cum ſcandalo, *cap. nihil cum ſcandalo, de præſcript*. Nav. *in man. cap*.21 *nu*.19. quod intellige, niſi id fieri à viro in contemptum præcepti Eccleſiaſtici; tūc enim uxor non tenetur obedire, Philiar. *de off. Sacerdotis tom*.1. *p*.2. *lib*.3. *cap*. 25.§. *quod jeiunio*, Sanch. *loc. cit. diſp*.2. *num*.13.

19. Quia autem debitum coniugale debetur ex juſtitia, ideo etiam in magnis ſolemnitatibus, ſcilicet Nativitatis Domini, in Paſcha, Pentecoſtes, in feſto Corporis Chriſti, in die communionis, &c. coniux tenetur reddere; & quāvis ſpecialiter in die communionis ſit decens ſi abſtineant à copula coniugis, ut cum omni puritate Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumant, & contravenientes ob ſolam delectationē venialiter peccent; tamen ſi copulam habeant ad evitandum periculum incōtinentiæ, vel ut debitum alter alteri reddat, nullam culpam contrahunt, Reg. *lib*.31. *ſuæ praxis num*.345. Sanch. *lib*. 9. *de matrim. diſp*. 21. Moiſ. *par*.1. *ſuæ ſum. tract*.4. *c*.13. *n*.86.

21 Excuſatur tamen coniux alteri coniugi petenti debitum denegando in his caſibus. 1. cum detrimento propriæ ſalutis, vel ſi laboret febri [ſecus ſi tantùm capite doleat abſque febri, vel ſi doleat dente molari] vel è vena ſanguinem extrahit, vel dum ſtatim exit à balneo; quia ordo charitatis, & naturæ non obligat ad conſulendum magis alteri, quàm ſibi ipſi. Obligatio ergo ad reddendum debitum, intelligitur ſalva in-

incolumitate perſonæ, Eman.Sà *verbo debitum coniugale q.8.num.19.* Sanch. *lib.9.diſp.24 num.2.* Perez *de redditione debiti fol.*261. Henriq. *lib.*11.*c.*15. *num.*7.& alii.

II. Excuſatur coniux à redditione debiti ſtatim poſt prandium, quia tunc temporis copula ex dictis Medicorum ſolet eſſe gravis detrimenti ad ſalutem.

III. Excuſatur fœmina, quæ timet periculum mortis in partu, ſi conciperet ex copula. Bon.*de imp.matr.qu.4. p.2. prop.unic.n.7.*

IV. Coniux ſanus non tenetur reddere debitum coniugi leproſo, vel morbo gallico laborantem, niſi fortè ante matrimonium ſciverit coniugem eſſe infectum illo morbo; tunc enim tenetur reddere, quia per contractum matrimonii ſcienter ad hoc ſe obligavit, Ledeſ. *q.*64 *a.*1.Sanch.*l.*9.*diſp.*14. *n.*18. & 22. Rod *c.*243 *n.*2. ſublato tamen periculo infectionis lepræ, vel morbi gallici tenetur reddere, licet ſit periculum infectionis in prole naſcitura, cum melius ſit naſci prolem cum tali infectione, quàm nullo modo naſci. Rebel. *lib.2. q.* 16.*n.*4.Sanch *l.c.n.*25. Fill.*num.*34. & alii.

V. Qui rarò negat debitum, excuſatur à mortali, quia non videtur facere gravẽ iniuriam alteri ob materiæ parvitatem, vel qui petitus non ſtatim reddit, ſed differt per aliquod breve ſpatium, vel qui negat petenti frequentiùs, quàm par ſit; nam in omnibus ſervandus eſt modus. (Intellige tamen hæc, niſi ſit periculum incontinentiæ ob denegatum ſibi debitum) vel quando alter remiſsè, & frigidè petit, aut rogatus facilè acquieſcit; tunc enim petens non videtur obligare alterum coniugem ſub mortali.

VI. Excuſatur à peccato mulier non reddendo debitum viro petenti, quando experta eſt, ſe non poſſe filios vivos parere, quia coniux non tenetur reddere debitum cum vitæ periculo, uxor magnum periculum ſubit ex morte fœtus in ventre. Poteſt tamen petere cum dicto periculo ad vitandum grave periculum incontinentiæ; eligit enim minus malum ad vitandum maius, Sanch.*lib.7 diſp.*102 *num.*9. Rod *c.*235.*n.*6.Ledeſ. *q.*58.*a.*1.*ad fin.* Reg. *lib.*21. *num.*287. & 288.

VII. Excuſatur mulier à mortali negans debitum ne filii multiplicentur, quando coniuges ſunt pauperes, nec habent facultates ſufficientes ad alendos filios, modo non ſit periculum incontinentiæ. Si autem ſint divites, & habeant facultates ad alendos filios quamdiu uterque coniux, vel alter eorum vixerit, licèt poſt eorum mortem filiis non ſuperſit quo ſe alant, non excuſantur à mortali, Bon.*l.c.n.*23. & alii apud ipſum.

VIII. Excuſatur mulier, quæ ſobolem lactat negando debitum viro petenti, ſi advertat lac futurum valdè pernicioſum proli, aut ubera exſiccari, tunc enim grave damnum prolis, æquiparatur gravi damno proprio, cum cuius periculo, non tenetur coniux reddere debitum; dummodo coniunges ſint pauperes, itaut non poſſint aliis tradere prolem lactandam. Bon.*l.cit.n.*11.Ledeſ.*q.*64.*a.*1 *dub.*4 Sanch *lib.9diſp.*22.*n.*15.

IX. Excuſatur quoque uxor negando debitum viro petenti tempore furoris, vel ebrietatis, quia hic non petit humano modo, per accidens tamen fieri poteſt, ut uxor teneatur reddere, ut ſi vir ebrius aliter ſit expleturus libidinē

mo-

modo illicito. Ledeſ. *q.58.a.3.* Coninc. *diſp.34.dub.9.n.70.* & 80. *Reg. lib.31. n.347.* Sà *verbo debitum coniugale q.8 n.16.* Henriq. *lib.11.cap.15. num.*20. Fill. *tract.10.c.9.q.10. n.338.* Addit Ledeſ. peccare virum reddendo debitum uxori amenti dum adeſt periculum abortus ſi concipiat; ſi verò vir ſit amens uxor debet reddere debitum viro etiam amẽti, tunc enim periculum prolis non adeſt.

X Excuſatur ab obligatione reddendi debitum coniux altero coniuge petenti in loco ſacro, niſi fortè adſit magna neceſſitas. Bon. *l.c.p.3. prop.2. n.6.*

XI. Excuſatur quoque à tali obligatione, quando alter coniux petit modo indebito quò ad ſitum, niſi adſit iuſta cauſa ſic petendi; iuſta autem cauſa eſt, quando vir retrò accedens cognoſcit uxorem in vaſe naturali ordinario, eo quod ſit periculum fœtus, ſi ordinario ſitu congrediatur, & idem dic quando vir eſt nimis pinguis, Armill. *verbo debitum n.6.* & debet reddere etiam ſi petit indebito ſitu, ne oriantur lites, & diſcordiæ inter coniuges, & ne diſpliceat petenti. Bon. *l.c.n.10.*

XII. Excuſatur item uxor à redditione debiti, quando petitur à viro tẽpore menſtrui; quia non tenetur reddere quando adeſt turpitudo ſe tenens ex parte actus; niſi tamen adſit iuſta cauſa tunc temporis reddendi, Bon. *loc.cit.p.6.prop.2.num.10.* Sylv. *verb. debitum, n.12.* Rebell. *lib.3.q.19* Henriq. *lib.11. cap.15, n.71.* Fill. *tract.10.cap.9. qu.10. n.336.* contra Sanch. & Coninch.

XII. Excuſatur etiam uxor à redditione debiti, ſi petens debitum, commiſerit adulterium, dummodò id certò conſtet uxori; per adulteriũ enim amittitur omne ius coniugale ex D. Thoma *in 4 diſt.35.q.1.a.3.in corp.* verum eſt tamen, quòd ſi ex negatione debiti immineret ſcandalum, debet uxor reddere viro petenti etiam adultero, donec per ſententiam Iudicis fiat inter eos divortium, quò facto non amplius tenetur reddere debitum.

XIII. Excuſatur quoque uxor cum vir petit debitum in vaſe non naturali, quia coniuges habent poteſtatem in corpora alterutrum tantùm quoad naturale vas, & ideo omnis effuſio ſeminis extra vas naturale eſt peccatum mortale, & coniux ita petenti non tenetur reddere; talis enim copula eſt intrinſecè mala. Unde hoc peccatum eſt gravis adulterio, cum ultra peccatum contra naturam committatur adulterium, tum ex parte viri, tum ex parte uxoris; & ideò tam vir, quàm uxor tenetur hanc circumſtantiam aperire in confeſſione; nec eſt ſatis ſi uxor dicat fuiſſe cognita ſodomiticè, tacita circumſtantia viri, & è contra vir commiſiſſe ſodomiam, tacita circumſtantia uxoris.

Vir accedens ad uxorem tantùm delectationis cauſa, & non ob finem honeſtum, ſcilicet cauſa procreandi filios, vel ob fugam incontinentiæ, peccat ratione mali finis, non autem mortaliter, ſed venialiter, Nav. *c.16. nu.23.* Sanch. *lib.9.diſp.11.n.4.* Sà *verbo debitum ad finem*, Coninch. *diſp.34 dub.1.* Reg. *l.31.num.340.* Bon. *de mat.q.3.p.6. prop.2.n.7.* contraria opinio eſt damnata ab Innocentio XI. in ordine 1x.

22. Licet expediat utrumque coniugem ſimul ſeminare in actu matrimonii, eo quia ſemen fœminæ ſaltem iuvat ad formandum formoſiorem fœtũ, unde fœmina tardior ad ſeminandũ poteſt.

Digitized by Google

teſt ſe licitè tactibus præparare ad copulam, ut ſimul cum viro ſeminare poſſit; & vir poteſt poſtquam ſeminavit copulam continuare, ut fœmina ſeminet ſi non ſeminavit, quia hoc pertinet ad completam copulam, ut docet Caiet. 2. 2. *q*. 15. *a*. 11. Henriq. *lib*. 11. *c*. 16. *num*. 7. tamen non eſt neceſſe, ut coniuges ſimul ſeminent, ſemen enim fœminæ, nec activè, nec paſſivè concurrit ad generationem ſecundum aliquorum ſententiam.

23. Ex quo deducitur, quod ſi vir poſtquam ſeminavit ſe retrahat ante uxoris ſeminationem, abſque culpa poteſt fœmina tactibus ſe excitare donec ſeminet, ne remaneat libidine excitata cum afflictione, & deſiderio, & illi tactus ordinantur ad actum coniugalem completum, qui conſiſtit in ſeminatione utriuſque; & licet ſemen fœminæ non ſit ad generationem neceſſarium, eſt tamen valdè utile, ad fœtũ pulcriorem formandum. Secùs dic de viro ſe polluente, poſtquam uxor ſe retraxit; prodigeret enim ſemen à natura inſtitutum ad generationem. Sanchez *lib*. 9. *diſp*. 17. *num*. 10. Bonac. *loc. cit. num*. 15.

24. Peccat autem mortaliter vir, qui copula incepta deſiſtit à ſeminando, quando uxor iam ſeminavit; hoc enim eſt contra finem generationis; & in hoc caſu prodigeretur ſemen fœminæ, ac fruſtraretur. Sanch. *lib* 9. *diſp*. 19. *num*. 4. Henriq. *loc. cit*. Bonacin. *loc. cit. n*. 16.

25. Quia autem illa ſola copula permiſſa eſt inter coniuges qua ſemen effunditur intra vas naturale uxoris; ideo copula maritalis non eſt licita ſeni, qui dum congreditur cum uxore effundit ſemen extra vas; & hic certò hoc ſciens, non poteſt uti copula; quia ſemen voluntariè prodigit. Si verò ſenex habeat ſpem probabilem ſeminandi intra vas, poteſt copula uti, dat enim operam rei licitæ ſibi permiſſæ; quamvis fortaſſe ſemen extra vas effudatur, præter intentionem. Sicuti etiam licita eſt copula uxori, quæ poſt coitum non poteſt ſemen retinere intra vas, quia iſta ſeminis expulſio eſt per accidens; & ſæpè retinebit ſemen neceſſarium ad generationem expulſo ſuperfluo. Secus dic de fœmina quæ poſt copulam ſtatim mingit, vel aliud facit, ut data opera ſemen effundat hæc enim peccat mortaliter, facit enim contra finem ad quem ſemen eſt à natura inſtitutum. Sanch. *lib*. 9. *diſp*. 20. *n*. 3. Rebell. *lib*. 3. *q*. 16. *n*. 15. Henriq. *loc. cit. c*. 16. *n*. 8. Reg. *lib*. 31. *num*. 334. *ad fin*. Bon. *loc. cit. n*. 18.

26. Peccant quoque coniugati utentes tactibus & oſculis, vel amplexibus, ſi in his adeſt periculum effuſionis ſeminis extra vas; ſecùs etiam ſi capiantur ob delectationem, abſque intentione copulæ, & ad fovendum mutuum effectum. Sanch. *lib*. 9. *diſp*. 46. *n*. 7. Azor. 3. *p. lib*. 3. *c*. 25. *q*. 2. Leſſ. *lib*. 4. *c*. 3. *dub*. 15. *n*. 121. & alii. Sicuti etiam peccat maritus, qui jam copulam incepit cum uxore, & ab illa deſiſtit antequam ſeminet contra uxores voluntatem, nam faceret illi iniuriam, quæ habet ius petendi copulam completam, ſecus ſi ſe retrahat de conſenſu uxoris, licet ipſa non ſeminaverit, dummodo non ſit periculum pollutionis extra copulam; ſcienti enim, & volenti nulla fit iniuria; Si autem uxor ſeminavit, non poteſt maritus, abſque peccato

ſe

ſe retrahere à copula, niſi adſit juſta cauſa; ſi enim maritus deſiſteret ſemen fœminæ prodigeretur. Bon. *loc.cit.p.*10 *prop.*4.*n.*16.

27. Dixi niſi adſit iuſta cauſa; quia poteſt maritus ſe retrahere, & copulam imperfectam relinquere, etiam ſi fœmina ſeminavit ſi ſuperveniat grave periculum vitæ; vel aliqui advenerint ad illum actum, etiam ſi ſecutura ſit pollutio extra vas, quia hæc eſt per accidens, & præter intentum. Sanch. *loc.cit.n.*6. Specul, 3.*p.*1.15.*concl.*5. Sà *verbo Debitum coniugale*, & alii.

28. Si autem vir, ut ſe excitet incipit cognoſcere uxorem actu præpoſtero, licet actum perficiat, & ſeminet in vaſu naturali, peccat mortaliter, quia utitur vaſe indebito, à quo natura ipſe abhorret, & etiam quia coniuges alia via poſſunt minus turpe ſe ad copulam excitare. Sanch. *lib.*9.*de Matrim. diſp.*17.*num.*4. Bonac. *loc.cit.p.*11.*propoſ.*2.*num.*12. Duard. *in cap. omn. diſput.*12. *ſect.*3. *num.*69. & alii contra Nav. *lib.*5 *conſ.de pæ nit.& rem.conſ.* 7. & Ang. *verb. debitum. num.*25. Si autem vir ſuccumbit uxori, peccat mortaliter, quando intervenit tanta inordinatio, ut generatio impediatur; quia tamen in hoc caſu rarò impeditur generatio, rarò etiam contingit peccatum mortale, niſi adſit aliqua prava intentio, vel aliqua circumſtantia addens moralem malitiam; tamen ordinariè eſt peccatum veniale, niſi excuſet neceſſitas, ut quando vir propter pinguedinem non poteſt congredi cū fœmina niſi vel ſuccumbat, vel retro accedet, aut quando uxor eſt gravida, & non aliter poteſt cognoſci niſi ſic. Ita Reg. *lib.*31. *n.*335. Coninch. *diſp.* 34.*dub.*9.*num.*80. Bonac. *loc.cit.punt.* 13 *prop.*2.*n.*2. Henriq. *lib.*11.*c.*16.*n.*6. Sanch. *lib.*9.*diſp.*16.*n.*3.& alii.

29. Quia autem matrimonium initur ad prolem ſuſcipiendam principaliter, ac etiam ad vitandam incontinentiam; ſequitur, quod uxor debet ſequi virum, nullo pacto in contrariū obſtante, *cap unaquæque* 13. *q.*2. quod non intelligitur, quando uxor non poteſt virum ſequi, abſque gravi damno animæ, & corporis, aut quando habet juſtā cauſam faciēdi divortiū, quò ad torum, & habitationem; vel quando timet infectionē lepræ; vel alterius morbi contagioſi; tunc enim & ſi non tenetur virum ſequi; non debet tamen ab illo longè recedere, ut alia obſequia illi præſtet. Reg. *lib.*31.*num.*303. San *lib.*9.*diſput.*24.*num.*29. Bonac. *loc.cit. n.*21.

30. Tenetur quoque vir præſtare alimenta uxori, non ob id accipit dotem; & uxor tenetur viro, ſi aliunde nō habeat unde vivat, & illud ita verum eſt, etiam ſi uxorem indotatam ſuſceperit, quia id ſibi imputari debet, & pro dote voluit perſonam accipere; ac etiam ſi dos illi ſit confiſcata propter hæreſim, vel aliud crimen, quia in defectu dotis obligatur vir debito cōiugali alere uxorem. Sanch. *lib.* 9. *de Mat.diſp.*5.*ſub num.*10.& alii.

31. Peccat autē uxor faciēs æleemoſinas, de bonis viri, ultra quam par ſit, citra viri licentiam expreſſam, vel tacitam, illa enim non habet dominium nec bonorum mariti, nec dotis propriæ marito vivente. Si autem uxor habeat bona propria, non peccat illa elargiendo; quia illorum eſt domina; poteſt tamen etiam ſine licentia viri, uxor ſubve-

alteri pio loco arbitrio Epiſcopi; in prima monitione; in ſecunda vero ſi non paruerint, debent ſuſpendi ab adminiſtratione beneficii. Ultra privationem fructuum ſuorum beneficiorum; & ſi in tertia monitione non reſipuerint, & concubinam non expellant, debent privari beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus Eccleſiaſticis quibuſcunque perpetuò, & inhabiles reddi, ac indigni quibuſcumque honoribus dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum, & præter dictas pœnas excommunicationis gladio plecti debent.

4. Clerici verò non habentes beneficia, aut penſiones juxta delicti, & contumaciæ perſeverantiam, & qualitatem, debent ab Epiſcopo carceri mācipari, ſuſpendi ab ordine, & ad beneficia obtinenda inhabilitari.

5. Si verò Epiſcopi in hujuſmodi crimen, [quod abſit] inciderint & à ſynodo provinciali admoniti non ſe emendaverint, ipſo facto ſunt ſuſpenſi, & ſi perſeveraverint in ſuo delicto poſſunt privari de Eccleſia. Concil. Tridentin. *d. ſeſſ.* 25 *cap.* 14.

CAP: XXVI:

De culpis Medicorum, Aromatariorum, & infirmorum:

1: Medici, ſive Phyſici, ſive Chirurgi ſint, ſi idoneos non ſe cognoſcant lauream ſuſcipiāt à culpa non vacant, oportet enim medicos habere ſcientiam ſufficientem, & artem ad morbos curandos, alias infirmos exponunt periculo manifeſto vitæ; ut docet Sylv: *in ſumm. ver. medicus q:*1: & alii: Et non ſolum peccant ex capite ignorantiæ; ſed etiam negligentiæ, eo quia non vacant ſtudio mor bi qualitatē ut diſcāt eſt enim obligatio communis omnibus aliquod officium exercentibus, ut illud exerceant cum debita diligentia; & maximè ubi agitur de vita proximi: Panor: *in cap. ad aures n:*3:4: *et* 6: *de ætate, et qualitate* Salon: 2: 2. *q:* 7 *a:* 2: Sayr. *lib:* 12: *Clav. reg. c:* 22: *ſeo n:* 11: & alii: Et ſi ex medicorum ignorantia, vel negligentia ſequatur infirmis mors, efficiuntur irregulares, etiam ſi eorum non intendant mortem, ex D: Anton: 3: *p: tit:* 7: *cap:* 2:

2: Si autem medici ultra tertiam diem infirmos viſitent, non procurando, ut præmittant confeſſionem ſacramentalem, & alia ſpiritualia medicamenta, antequam deveniant ad applicationem corporalium medicamentorum, peccant, ut ex Bulla Pii V. quæ incidit *ſuper gregem*. Verum tamen eſt Bullam dictam obligare in gravi morbo, vel quando judicatur in principio eſſe periculum mortale. Ex Navarr. *in Man: c.* 25. Suar. *d. pænit. diſp.* 35. *ſec.* 3, *n.* 4. qui addunt, quod ſi medici moneant infirmos, & illi non pareant, & recuſent confiteri; non debent infirmos deſerere, ſi probabile periculum vitæ advertant, id enim eſſet contra charitatem, & ita in praxi ſervatur,

3. Si vero conveniant cum Aromatariis, ut per aliquod lucrum præbeant infirmis res exinanitas, vel medicamenta vetera, & nullius valoris non ſolum peccant; verum ſi per hoc aliquod detrimentum ſuccedit infirmis, obligantur ad omnia damna; & expē

tus. Ex D. Anton. 3. *p. tit.* 7. *c.* 2. Molſ. *par.* 1. *ſuæ ſum. trac.* 8. *c.* 13. *n*: 47: Sylv: *in ſumm: ver: Medicus*, ubi habet, quod medicus non debet confidere Aromatario, in medicamentis componendis; niſi ſciat illum eſſe bonæ conſcientiæ practicum, & peritum; ſed compoſitio medicinæ debet fieri ſub ſuis oculis.

4. Quoque in culpam medici incidunt ſi lucri gratia prolongant morbos infirmorum; & tunc ultra culpam tenentur ad omnia damna, & intereſſe ex Molſ: *cit*: *num*: 4: vel ſi tribuant infirmis aliquam rem, quam certò ſciunt eſſe nocivam, ob ſolam miſericordiam, & ut eis placeant: ex Panorm: *in cap: tua nec de homicid*: vel ſi in medendo non vtantur traditionibus artis, ſed medentur juxta ſuum caput; vel tribuant infirmis medicamenta dubia; quia in dubiis tutior pars eſt eligenda, & minus malum eſt relinquere infirmos naturæ, aut Deo curandos, quàm exponere medicinæ cujus virtus ignoratur: Sylv: *loc: cit: queſ*: 4:

5: Et quia maximum damnum inferũt medici infirmo, tam quò ad animam, quam quò ad diſpoſitionem rerum temporalium, ſi mortem ipſi non pronuncient, quando viderint ſecundum artem, eum certò moriturum, ideò à culpa non excuſantur ſi mortem tali infirmo non pronunciãt: ita D: Anton: 3: *p: tit*: 7: *c*: 2: §: 4: *verſ*: *utrum autem Medicus* Tab: *in ſum*: *verſ*: *medicina num*: 15: §; *Quartodecimo* & alii.

6 In culpam quoque Medici incidunt, ſi recuſent curare infirmos, & illos derelinquunt (præcipuè pauperes) ob quod mors, aut prolongatio morbi proveniat, & tenentur ad damna; tenentur enim Medici pauperibus infirmis gratis medere; imò & pro eis ſolvere medicinas, ſi poſſint, & infirmi facultatem non habeant, ex Gloſ. *in ſum.* 83. D. Anton. 3. *par. tit.* 7. *c.* 2. § 3. Tab. *loc. cit.* §. *quinto num.* 6. Nav. *in man. c.* 25. *ſub n.* 64. *verſ. ſeptimò peccat*, & ex D. Thom. 2. 2: *q.* 71, *a.* 11.

7 Item peccant Medici, ſi in medẽdo ſuperſtitiones immiſceant, vanas obſervationes, vel ligaturas quaſdam, quæ naturaliter non deſerviunt ad curationem morbi, ut docẽt Molſ. *loc. cit. n.* 45. Nav. *loc. cit. ſub n.* 60. & alii.

8 Et quia eorum ſcientiam, ac lauream eſt illi à Deo tributa in ædificationem, non in deſtructionem; ideò à culpa non vacant, ſi præcipiant infirmis violare præcepta Eccleſiæ ſine neceſſitate, ut ſi præcipiant veſci carnibus diebus ab Eccleſia prohibitis, violare jejunia, in die feſto non audire Miſſam, quæ ab infirmo ſervari poſſunt abſque detrimento corporalis ſalutis, ut patet *argum. text. in cap. noli putare* 1. *diſt.* Et ſi fidẽm faciunt, aliquẽ eſſe infirmum, cum revera non ſit, ultra culpam, poſſunt puniri in foro externo uti falſarii, Molſ. *loc. cit. n.* 48.

9 Item in culpam incidunt Medici, ſi in detrimentum animæ præcipiant medicamenta pro ſalute corporis; anima enim corpori eſt præferenda, & in hoc caſu incurrunt excommunicationem, ut in *cap. cum infirmitas in fine.* Unde inferes, quod Medicus non poteſt præcipere infirmo fornicationem, aut pollutionem, quia licẽt ſit licitum, manum, pedem, teſticulos ſibi amputari ad vitam tuendam, non tamen eſt licitum fornicari, aut procurare pollutionem, quia hæc ſunt intrinſecè, & ex obje-

objecto malæ, atque adeò nunquam eligibiles, pro quocunque bono corporali, Sylv. *in ſum. ver. Medicus q.* 4. *verſ. quartum*, D.Ant. *loc.cit.* §. 1, Sãch. *lib.* 9. *de matr. diſp.* 17. *num.* 16. & eſt communis.

10 Si Medici potiones dant mulieribus, vel pharmaca ſterilitatis, aut illas conſulunt, non ſolùm peccant, verùm incidunt in cẽſuras, & pœnas contentas in Conſtit. Sixti V. quæ incipit: *Effrenatam perditiſſimorum hominũ*, edita anno 1588. 4. Kal, Novembris; Pharmaca enim ſterilitatis tribuentes ſunt homicidæ; & idem dic de dantibus potiones ſterilitatis viris, ne poſſint generare, ut in *cap. ſi aliquis, de homicidio*. Et multò magis peccant, & in cenſuras, & pœnas dictæ Conſtitutionis Sixti V. incidunt dantes prægnantibus Pharmacum, ut abortum faciant; hoc enim caſu homicidium committunt fœtum interficendo, quãdo fœtus eſt animatus, vel dubitatur an ſit, vel non ſit animatus, quia in dubio fœtus præſumi debet animatus. Eſt verum tamen, quod quando nulla ſpes adeſt, ut fœtus vivus edatur, & ex alia parte ſperatur ſanitas matris, tunc poteſt dari remedium, quod per ſe nõ tendat ad abortum, ſed ad ſanitatem; & mater poteſt uti tali remedio, cum utatur ſuo jure; nec tenetur mater vitam exponere, ubi non extat ſpes ſalutis ſpiritualis proximi, Leſſ. *lib.* 2. *de juſt. & jur. c.* 9. *dub.* 7. *num*, 64. Sanch, *lib.* 9. *de matrimon. diſp.* 20: *num.* 18. Sayr. *lib.* 7. *Clav. Reg. cap.* 12 *ſub num.* 72. Bon. *de reſt. diſp.* 2. *q. ult. ſect.* 1. *pun.* 7. *ſub n.* 3. *verſ, addo tamen*, & alii.

11 Item à culpa non vacant Medici, ſi ab infirmis ultra quam par eſt ſtipendium, petant, & exigant, & tenentur ad reſtitutionem; Et ſi in medendo ſocios ſibi adhibent Judæos, quia id expreſsè prohibetur per Extrav. Pauli IV. quæ incipit: *Cum nimis*. Et ſi ſtatuta Medicorum non ſervent, quæ maximè juraverint ſervare. Et ſi in viſitando mulieres infirmas non ſe honeſtè habuerint in eis tangendis; Et ſi cauſa emulationis aliis Medicis detraxerint, & aliquod damnum eis intulerint, & ultra culpam in hoc caſu tenẽtur ad reſtitutionem; Et ſi cognoſcentes per principia artis alicujus infirmitatem eſſe incurabilem, dolo, aut avaritiæ cauſa non aperiunt veritatem infirmo; Et ſi cum infirmo conveniunt certo promiſſo prætio, ſi eum ab infirmitate liberent, iſque mox liberatus incidit in eamdem infirmitatem, nec eum curare iterum velint, niſi novum ſolvatur ſtipendium; & cum Clerici, vel Monachi ſint, Phyſici vel Chirurgi munus exercent quò ad inciſionem, vel aduſtionem. Et ſi denique qui cũ non ſint legitimi exercent munus Medici, non prius obtenta diſpenſatione; de jure enim Medici non debent ad practicam admitti, niſi ſint ex legitimo matrimonio nati.

12 Debent autem Medici poſt receptam Doctoratus lauream jurare primò non dare alicui perſonæ venenum, ſecundò non dare medicamentũ abortivum, tertiò vocare ſocium in rebus dubiis; & quartò pauperibus mederi gratis, & amore Dei, Molſ. *loc. cit. ſub n.* 45. Tab. *in ſumm. verbo medicina* §. 17. Sylv. *in ſum; ver: Medicus q:* 2: *in fine*, D. Anton. 3. *p: tit:* 7: §. 5. & alii.

13 Aromatarii peccant I. ex capite igno-

Digitized by Google

ignorantiæ, vel negligentiæ; Ignorantia enim horum multum infirmis nocet, ſicuti, & negligentia; omnibus enim aliquod munus exercentibus adeſt obligatio, ut illud diligenter exerceant; & tenentur ex iſtis duobus capitibus ad omnia damna ſequuta. II. Vendentes res vetuſtas pro novis; mixtas pro puris, viles pro prætioſis, vel non apponentes in medicinis, ea quæ à Medicis præcipiuntur, aut unam rem pro alia, & quid pro quo dantes (ut dicitur) ut ſi pro aqua deſtillata dent puram, pro cinamomo dent piper &c. & ultra culpam, tenentur ad damna, & ad intereſſe reficiendum, *Reg. lib.2.ſuæ prax.ſub n.*38. Molſ.*part.*1. *ſuæ ſum.tract.*8.*cap.*13.*num.*50. Antonuc. *in Cath.*Neap: *lib.*2. *cap.*35. Graf.*p.*1.*decif.lib.*3.*c.*15.et alii. III:Si cum Medicis conveniant gratia lucri, ut multa remedia ordinent infirmis, quæ neceſſaria non ſunt, et tenentur ad damna, expenſas, et intereſſe. IV.Si vendant venena perſonis, quas ſuſpicant eis malè uſuras, vel ſi ſcienter hoc agant, aut vendant pocula ad abortum procurandum, aut ad impediendum conceptum fœtum. V.Si in diebus feſtis ſine neceſſitate conficiant medicinas, vel alias res vendant, quia id de jure non licet, licet hoc non ſit uſu receptum, ut ait Molſ.*l.c.n.*56.

14 Infirmi autem peccant I. Si totã eorum ſpem ad ſalutem conſequendã ponunt in induſtria Medicorum, et non principaliter in Deo. II.Si cum poſſint in eorum infirmitatibus Medicos non vocant, ob avaritiam, vel deſperationem, ut citiùs moriantur, aut vocatos eorum præcepta non ſervent, ac nociva eorum ſaluti ſumant. III.Si in notabili quantitate aquam bibant, et alia nociva ſumant contra prohibitionem Medici, ſi inde credunt ipſis proventurum grave nocumentum, et tũc peccant mortaliter, ſecus ſi leve, quia tũc venialem culpam contrahunt. IV.Si ad eorum infirmitates curandas vocant Iudæos; id enim Chriſtianis prohibetur expreſsè per *text.in cap.nullus* 28 *q.*1. Si autem neceſſitas urget, et alium Medicum habere non poſſunt, niſi Iudæum, tunc licitè ab illo curari poſſunt, ut docet Sylv.*in ſum.ver.Medicus q.*2.et alii, dummodò non ſit periculum ſubverſionis à fide. quia ſi adeſt hoc periculum, non debent vocari Iudæi; ſalus enim animæ valetudini corpori eſt præferenda. V.Infirmi Religioſi peccant facientes expenſas, ultra quam par eſt, in Medicis advocandis, et in adhibendis medicamentis prætioſis contra votum paupertatis.

Longum, et prolixum eſſet tractare minutim, ac individualiter de ſingulis perſonarum peccatis, ac culpis, nec brevitati conſulerem, ut in principio operis promiſi, à ſupradictis accipe regulam pro omnibus, et in caſibus particularibus te regula. Solum hic (ut præ oculis habeas) adjiciam caſus in Bulla Cœnæ contentos, nec non propoſitiones à diverſis Pontificibus damnatas, nec non alia, quæ à prudenti Confeſſario ſunt præ manibus habenda, ut ſanctè, et prudenter ſuum exerceat officium; prius tamen in hoc capite alia dicam, quæ neceſſariò à Cõfeſſario ſcienda. Unde ſit

CAP

CAP. XXVII.

Aliqua neceſſariò ſcienda à Confeſſariis.

1 QUæres I. *Quid teneatur præſtare Confeſſor erga pœnitentem, cujus delictum aliundè novit, ſed pœnitens illud confiteri renuit?*

Reſpondetur, quòd ſi confeſſarius certò ſcit peccatum pœnitentis extra confeſsionem, et pœnitens rogatus renuit peccatum confiteri, tunc debet illum repellere, quia indignè petit abſolutionem; antequam autem illum dimittat, dicat aliquam orationem ne adſtantes veniant in cognitionem denegatæ abſolutionis: Si verò Confeſſarius non eſt certus de peccato pœnitentis, aut illud audivit in confeſſione a complice, debet interrogari in genere, an habeat aliud peccatum, aut etiam petere in particulari, dum modò complicem non manifeſtet, nec ſit periculum, ut pœnitens ſuſpicetur complicem hoc ipſum crimen in confeſſione manifeſtaſſe; et hac præmiſſa interrogatione, ſi pœnitens adhuc non fateatur peccatum, tunc tenetur ipſum abſolvere, quia non poteſt uti ſcientia confeſſionis; et debet exiſtimare pœnitentem reticere peccatum de cauſa rationabili, vel complicem fuiſſe deceptum, Henriq. *lib.6. cap.*20. Delrius *to.* 3.*diſquiſ.magic.lib.*6.*cap.*1.*ſec.*2. Lazarius *canon. queſ. in tract. de monit. ſect.*2.*q.*19.*n.*8. Bon. *de Sac. pœn. diſp.* 5.*q.*6 *punct.*4.*prop.*4.*n.*33. et alii.

2 *Quæres II. Ad quid teneatur Confeſſarius, qui malè abſolvit pœnitentem à peccatis?*

Reſp. Confeſſarium, qui à cenſuris malè abſolvit pœnitentem, quem defectu juriſdictionis non poterat abſolvere, obtenta facultate abſolvendi, debet etiam abſentem abſolvere; abſolutio enim cenſurarum poteſt ferri in abſentem, et ignorantem, et exiſtentem in peccato mortali, ita Suar. *diſp.*32. *ſect.*6.*num.*3. Nav. *cap.*26.*n.*14. Vaſq. *queſ.*93.*a.*3.*dub.*8.*n.*6, Coninch. *diſp.* 8.*dub.*17.*num.*541. Fill. *tract.*7.*c.*12. *q.*6.*d.*370. Bon. *l.c.q.*5 *punt.*6. *num.*1. et alii.

Si verò malè abſolvit à peccatis, nõ poteſt pœnitentem abſentem iterum abſolvere, abſolutio enim ſacramentalis non poteſt dari abſenti. Si autem pœnitens non ſit abſens poteſt confeſſarius abſolutionem impendere, obtẽta facultate, vel ſi dubitet illum non abſolviſſe, dummodo pœnitens non receſſerit à conſpectu confeſſarii, & non ſit ita remotus, ut confeſſarius dubitet de ipſius præſentia. Ita Bonac. *loc. cit. num.*2, Reg. *lib.*8.*num.*30.

Si verò pœnitens receſſit à conſpectu confeſſarii; tunc confeſſarius debet pœnitentem admonere, vel ſaltim curare, ut iterum ſibi confiteatur peccata, quæ commiſit ab ultima confeſſione ſibi facta, & ſe accuſet de peccatis aliàs confeſſis. Ita Suar. *diſp.*32.*ſec.*6. Coninch. *loc. cit. num.*143. Onuphrius *de ſigillo ſ. ct.*4.*q.*5.*verſ. ſecundo ſequitur* Bonac. *loc. cit. num.*3. & alii:

3. *Quæres III. quid de obligatione confeſſarii circa pœnitentiam injungendam, vel commutandam?*

Reſpondetur quod per ſe loquendo confeſſarius tenetur pœnitentiam, pœnitenti injungere; quia curare debet, ut ſacramentum ſit integrum, & ſatis-

factto

factio pertinet ad integritatem ſacramenti pœnitentiæ, ita communiter Doctores; imo Sanchez *diſp.38.ſec.2.* & alii aſſerunt teneri confeſſarium ſub mortali injungere pœnitentiam per ſe loquendo, aliter peccaret contra proprium officium in re gravi.

Dixi (per ſe loquendo,) quia dantur aliqui caſus, in quibus confeſſarius excuſatur ab injungenda pœnitentia: Quorum I: eſt quando pœnitens ita eſt proximus morti, ut nihil percipiat: II: eſt quando ſcrupuloſus intra eamdem horam frequenter accedit ad confeſſarium, aliquid novi ſemper confitens, in quo caſu poteſt confeſſarius injungere pœnitentiam aliàs injunctam: III. eſt, quando confeſſarius cognoſcit ex ſignis pœnitentem ad ſacramentum pœnitentiæ accedere cum tanto dolore, ut credat ipſum integrè ſatisfaciſſe; in praxi tamen ſemper eſt huic pœnitentia injungenda, cum difficilè ſit cognoſcere pœnitentem integrè ſatisfeciſſe.

4. Opus autem quod in pœnitentiam injungitur debet eſſe opus bonũ pœnale; opera autem bona pœnalia ſunt orationes, ad quas reducuntur bona opera interna, ſcilicet contritio, & gratiarum actio. Iejunia ad quæ reducuntur quælibet carnis maceratio, ut verbera cilicium, &c. Et eleemoſynæ ad quam reducuntur alia opera miſericordiæ in proximum; Hæc autem tria poſſunt injungi, quia pœnitentia debet reſpondere peccatis: omne autem peccatum, vel committitur in Deum, & contra hoc datur oratio; vel contra ſeipſum, & huic reſpondet jejunium; vel contra proximum, & hoc imponitur eleemoſyna, *D.Thom. in add. ad 3.p.q.15.a.1.& 3.*

5 Opus autem injunctum debet correſpondere gravitate peccatorum, & qualitate pœnitentis ſecundum prudentiam Confeſſarii: Et ſic Confeſſarius poteſt magis contrito leviorem pœnitentiam injungere; & homini fragili, ac delicato juxta ipſius fragilitatem, & conditionem, & tempore Iubilei, aut Indulgentiarum poteſt mitiorem pœnitentiam præſcribere. Caveat tamen Confeſſarius, ne pro graviſſimis culpis injungat leviſſimas pœnitentias ne præbeat pœnitenti occaſionem relabendi; Confeſſarius verò, qui ob peccata mortalia injungit lævẽ pœnitentiã, debet facere certiorẽ pœnitẽtẽ ſe propter ipſius fragilitatẽ levem pœnitentiam injungere, quàm ipſius peccata mereantur, & illam pœnitentiam non eſſe ſufficientem, ad hoc, ut pœnitens cognita lævitate pœnitẽtiæ, præſtet alias ſatisfactiones, Bon.*l.cit. num.17.*

6 Circa commutationem pœnitentiæ poteſt Confeſſarius ex juſta, & rationabili cauſa diminuere, vel commutare pœnitentiam à ſe, vel ab alio Confeſſario injunctam, abſque verò cauſa rationabili non poteſt Confeſſarius pœnitentiam minuere, vel commutare; juſta autem cauſa pœnitentiæ commutandæ eſt, vel neceſſitas, vel notabilis utilitas, vel difficultas pœnitentis in præſtanda pœnitentia, vel oblivio pœnitentiæ aliàs injunctæ.

7 Hinc ſequitur poſſe Confeſſarium pœnitentiam commutare ab alio Confeſſario æquali impoſitam, quia Confeſſarius çqualis habet eamdem facultatẽ, quam qui abſolvit; igitur ſi qui abſolvit poteſt mitigare, vel commutare, etiam poterit æqualis, Bon.*loc.cit.diſp.5.q.5.*

5.q.5.ſect.3.p.3.*prop.unic. num*.3. & alii, qui etiam *n*.4. ait etiam Confeſſarium poſſe minuere, vel commutare pœnitentiam impoſitam à Superiore, quia poteſt quòd eſt expediens pœnitenti ſibi ſubjecto, & cum aliquando expediat commutare pœnitentiam, ideò,&c. etiam illam impoſitam pro reſervatis, cum Confeſſarius non exerceat juriſdictionem ſupra ſuperiorem, ſed ſupra pœnitentem ſibi ſubjectum amplius non habentem caſus reſervatos; & Superior præſumitur velle quidquid expedit ſaluti pœnitenti juxta ſuam naturam fragilem, ut docet Bon. *cit.num*.6.

8 Confeſſarius autem non poteſt pœnitentiam commutare extra confeſſionem, quia in foro pœnitentiali eadē eſt poteſtas ligandi, & ſolvendi; & ſicut Confeſſor non poteſt ligare, ſeù pœnitentiam imponere extra confeſſionem, ita nec commutare, vel relaxare, ita Vaſq.*q*.94.*a*.2.*dub*.3.*n*.7. *Sylv. verb.confeſſio q*.27. Coninch.*diſp*.12. *de ſatiſf. dub*.12. Nugnus *de part.pœnit.q*.13.*a*.2.*d*.3. Henriq.*lib*.5.*cap*.22. *n*.1. Reg.*lib*.7.*n*.42.& 93 Suar.*diſput*. 37.*ſect*.10.*n*.4. Beja.3.*p.caſ*.1. *verſ.hæc tamen opinio*, Fill.*tract*.8. *c*.2. *nu*.40. Bon.*loc.cit.n*.7.contra Nav.*c*.26.*n*.22. *ad fin*.Valen.*tom* 4.*diſp*.7.*q*.14.*p*.4.*ad fin*.Sà *verb.ſatiſfactio num*.5. Rod.*p*. 1.*c*.36.*n*.8.& alios.

9 Facta autem commutatione ſtat pœnitenti quam pœnitentiam velit adimplere primam, aut ſecundam, quia commutatio fit in favorem ſui, & pœnitens poteſt cedere juri,& favori ſuo, Suar.*de pœn.diſp*.38.*ſec*.10.*n*.7.*ad fin*. Reg.*lib*.7.*n*.89.*ad fin*. Bon.*l.c.n*.13.

10 Pœnitens autem tenetur pœnitentiam tolerabilem acceptare, & acceptatam adimplere. Tum quia Confeſſarius, & pœnitens ſe habent relativè in foro pœnitentiali; ergo ſicut Cōfeſſarius tenetur injungere pœnitentiam, ſic pœnitens acceptare,& adimplere. Tum etiam quia pœnitens tenetur obedire judici rectè judicanti; ergo tenetur acceptare pœnitentiam, & adimplere.

11 **Verum eſt tamen, quòd pœnitens**, cui nimia videtur pœnitentia, poteſt rogare Confeſſarium, ut eam mitiget, & Confeſſarius debet annuere quantum poteſt, ut ſuaviùs efficiatur confeſſionis jugum. Ita Nav. *c*.26. *n*.20.Henriq.*c*.10.*n*.5. Reg.*lib*.7.*nu*. 37.& alii.

12 Adimplere autem debet pœnitentiam pœnitens quamprimùm commodè poteſt (ſi Confeſſarius non præfixit terminum] quia hæc cenſetur voluntas Sacerdotis, ut pœnitens quamprimùm ſatisfaciat: Unde ſi pœnitens valdè diu differat adimplere pœnitentiam gràvem, peccat graviter cum faciat contra voluntatem Confeſſarii, & finem Sacramenti in re gravi. Secus ſi non multum differat, vel pœnitentia nō ſit gravis. Ita Reg.*lib*.7 *n*.79.Coninc. *diſp*.10.*dub*.9.*n*.84.Suar.*diſp*.38.*ſec*.7 *num*.6. Sayr. *de Sacram.pœn. cap*.36. *num*.8. Molf.*trac*.7. *cap*.25. *num*.66. Bon.*l.c.p*.4.*prop*.2.*n*.6.& alii.

13 Quamvis autem pœnitens ſatiſfaciet obligationi adimplendo pœnitētiam injunctam in ſtatu peccati mortalis; tamen peccat; nam ex una parte facit id, quod ſibi præceptum eſt; ergo ſatisfacit obligationi: ex alia parte peccat, quia ponit obicem effectui ſatisfactionis, quæ eſt pars Sacramenti pœniten-

Digitized by Google

tentiæ, & illam indignè tractat. Non eſt tamen reus peccati mortalis, quia nullus ferè conſuevit ſe accuſare de hoc peccato in confeſsione, Suar.*diſp.* 38.*ſect.*8.*n.*7.Nug.*in addit.q.*14.*art.*2 *verſ.nihilominus*, Reg.*lib.*7. *nu.*84. Vivaldus *de ſatisfact. n.*12. Henriq. *cap.*8.*n.*3.& *cap.*20.*n.*7.Fill.*num.*57. & alii.

14 Pœnitentia autem facta in ſtatu peccati mortalis, licèt non prodeſt ad remittendam pœnam durāte ſtatu peccati mortalis, prodeſt tamen ſublato obice; & hinc patet differentia inter pœnitentiam ſacramentalem,& reliqua opera bona facta in ſtatu peccati mortalis; opera enim bona facta in ſtatu peccati mortalis ſunt mortua, & non reviviſcunt; pœnitentia verò cum ſit ex ſe opus ſacramentale, eſt opus ex ſe vivum, licèt aliquo modo mortificatum ob ſtatum peccatoris, quæ reviviſcit gratia adveniente, & obice ſublato, Vaſq.*queſ.*94.*a.*1.*d.*4.*n.*10. Reg. *lib.*7.*n.*84.Bon.*loc.cit.* *n.*18. & alii.

15 *Quæres IV. Quomodò tenetur Confeſſarius ad ſigillum confeſſionis, & quæ cadunt ſub ſigillo?*

Confeſſarius ne dum jure naturali, & Divino tenetur ad ſigillum confeſſionis, verum etiam jure Eccleſiaſtico; quod tenetur jure naturæ patet, quia jure naturæ tenemur cavere infamiam proximi; ergo tenemur jure naturæ reticere audita in confeſſione, cum ex manifeſtatione illorum poſsit exoriri infamia pœnitenti; quòd teneatur jure Divino, etiam patet, quia Confeſſarius gerit vices Dei in terris; ergo ſicut Deus ita peccata remittit, ut quoque ea tegat, & eorum obliviſcatur, unde dicitur Pſalm.31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*; & Ezech.18.*Omniũ iniquitatum ejus non recordabor*. Ita Confeſſarius tenetur audita in confeſſione peccata tegere, & celare: quod teneatur jure Eccleſiaſtico, etiam patet, ut colligitur ex *cap.omnis utriuſque ſexus, de pœnit.& remiſſ.* ſub pœna depoſitionis, & perpetuæ pœnitentiæ faciendæ in arcto Monaſterio.

16 Frangens ergo ſigillum confeſſionis, ultra pœnam quoque duo peccata incurrit, primò peccat contra juſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem damni ſecuti; ſecundò peccat contra Religionem peccato ſacrilegii; facit enim injuriam Sacramento pœnitentiæ, quod inſtitutum eſt à Deo cum obligatione ſigilli; & in hac re non datur parvitas materiæ excuſans à peccato mortali, cum ex manifeſtatione etiam rei venialis auditæ in confeſſione poſſint ſequi gravia incommoda, & reddi poteſt confeſſio odioſa, ut cõmuniter docetur à Doctoribus. Cognitio autem fractionis ſigilli pertinet ad Iudicem ordinarium Confeſſarii frangentis, dummodò hujuſmodi crimen non ſit cum hæreſi coniunctum, quia tunc eſſet cognoſcendum in Tribunali S.Inquiſitionis.

17 Cadunt autem ſub ſigillo confeſſionis omnia ea, quæ ſunt manifeſtata Sacerdoti in ordine ad confeſſionẽ ſacramentalem factam animo ſe accuſandi; Unde qui manifeſtavit ſua peccata laico, vel clerico ſcienter, illa peccata non cadunt ſub ſigillo; hic enim non dicitur manifeſtare ſua peccata in ordine ad confeſſionem ſacramentalẽ. Si autem quis ſe finxit Sacerdotem, & ob talem fictionem fuit cauſa ut pœni-

nitens manifeſtet ſua peccata, tenetur ad ſigillum.

18. Non autem tenetur ad ſigillũ confeſſionis, qui aliquid ſcit ab alio, qui non habebat intentionem confiten di, quia effectus ſigilli provenit à confeſſione facta animo ſe accuſandi per ordinem ad confeſſionem ſacramentalem; & hoc ita eſt verum etiam ſi manifeſtans dixerit ſe illud manifeſtare ſub ſigillo, vel flexis genibus, vel præmittendo *Confiteor Deo, & tibi*, hæc enim proteſtatio non facit confeſſionẽ ſacramentalem, tenetur tamen ad ſigillum naturale ille, cui hoc pacto fuit aliquod ſecretum manifeſtatum. ita communiter *Doctores* apud Bonac. *loc. cit. diſp. 5. q. 6. ſec. 5. p. 2. num. 3.*

19. Neque tenetur confeſſarius ex vi ſigilli confeſſionis reticere bona, virtutes, pœnitentias pœnitentis; ſed tantum tenetur ex vi ſecreti naturalis ſecundum intentionem pœnitentis; quia huiuſmodi, non dicuntur à pœnitente animo ſe excuſandi, & ex manifeſtatione ipſorum confeſſio non efficitur odioſa: Sà *verb. confeſſio n. 32.* Navar. *c. Sacerdos de pœn. diſt. 6. n. 51.* Henriq. *lib. 6. c. 19. n. 5.* Bonac. *loc. cit. n. 11.*

20. Tenentur autem ad ſigillum confeſſionis I. Confeſſarii ſub pœnis, jam ſupradictis. II. Superiores, quibus confeſſarius aliquid in confeſſione auditum aperuit, ut obtineret poteſtatẽ abſolvendi à reſervatis. III. illi quibus confeſſarii gratia conſilii aliquid imprudenter manifeſtantes, aperierunt perſonam ipſius pœnitentis. IV. Interpetres, quibus pœnitens utitur in confeſſione. V. qui ex malitia, vel caſu peccata pœnitentis audierunt, ut ſi aliquid à confeſſario, vel à pœnitente alta voce loquentibus audierunt, vel dũ ſtarent propè confeſſionalia; vel in periculo naufragii. VI. qui invenit chartam in qua ſcripta erant alicuius peccata per ordinem ad confeſſionem; & hic tenetur ad ſecretum naturale, qui autem chartam invenit ubi ſcripta erãt alicuius peccata, peccat graviter ſi aliquid ex ea legat, poſtquam cognovit peccata in ea contineri; quia gravem infert iniuriam pœnitente invito, ſicuti etiam gravem injuriam facit, qui confeſſionem alterius, audit ipſo neſciente. Ita Bonac. *loc. cit. p. 3. num. 1. & ſeqq.* cum aliis ab ipſo relatis.

21. Non frangit autem ſigillum confeſſionis Sacerdos loquens de auditis in confeſſione, non manifeſtans perſonam, & ſine periculo, ut audientes non veniant in cognitionem perſonæ, quia ex tali locutione non revelatur peccator, nec ulli fit iniuria; ſecus ſi perſonam manifeſtet, vel ſit periculum. Confeſſarius autem loquens de auditis in confeſſione, debet eſſe prudens ne ſuſpicionem ingeret perſonæ particularis de aliquo gravi peccato; nec debet loqui de auditis in confeſſione coram multis præſertim in eadẽ Civitate, vel ſubitò poſt confeſſionẽ. Bonac. *loc. cit. p. 4. n. 2.*

22. Neque frangitur ſigillum ſi dicat confeſſarius in tali civitate adeſſe multos malos homines, vel talia crimina perpetrari; nulli enim fit iniuria, neque adſit periculum, ut auctor peccatorum cognoſcatur: ſecus ſi loquatur de aliquo parvo oppido, aut ſi dicat de aliquo monaſterio gravia peccata in eo committi; hic enim adeſt periculum, ut concipiatur aliquod crimen de aliquo particulari, ex ſufficienti di-

viſione, ut aliqui iacturam famæ patiātur. Bonac.*loc.cit.n.3.*cum multis aliis ab ipſo citatis.

23. Neque ſigillum frangitur, ſi confeſſor dicat in genere, Titium conſeſſum eſſe venialia, aut eſſe innocentem modo ex circumſtantiis non colligatur, alios eſſe nocentes, vel confeſſos eſſe mortalia. Neque ſi dicat Pauli confeſsionem accepiſſe, & ſi aliquādo hoc ſit periculoſum, ut quando Paulus clam acceſſit, ne videatur ab aliis confiteri confeſſario extraordinario; ne alii venirēt in cognitionem gravioris criminis, ut docent Reg. Nav. & alii apud Dian.*p.5.t.11.reſ.*47. Neque ſigillum frangitur, ſi confeſſor utatur notitia extra confeſſionem acquiſita, & ſi peccatum quod aliundè illi innotuit aperiat; modo nullam circumſtantiam ex confeſſione notam dicat; in quo caſu tutiſſimum eſt ſilere, ut docet Laym.*c.*14.*n.*16.

23. Frangitur autem ſigillum ſi, cum pœnitente extra confeſſionem, (ſine ejus venia) agat confeſſarius de auditis in confeſſione; poteſt tamen de licentia pœnitentis liberè obtenta extra confeſſionem, uti ſcientia confeſſionis, ut communiter docent Doctores. Unde ſi confeſſarius poſt mortem pœnitentis admoneat hæredes de reliqua reſtituenda juxta præſcriptum pœnitentis pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, non frangit ſigillum; quia utitur ſcientia confeſſionis de licentia pęnitentis. Nav. Graf. Onuph. cit. à Bonac.*loc.cit.n.*12.

24. Hinc habes non licere confeſſario ob peccatum cognitum in confeſſione, privare pęnitentem officio, licet hoc ſit ad nutum amovibile, ut docet Suar*ſec.5.n.2.*Sanch.*lib.3.de mat. diſp.16.num.*4.Reg.*lib.3.nu.*16.Nug. *in add.ad 3.p.q.11.a.1.*Onuph. *de Sacro ſig.ſect.2.q.2.d.2.*Coninch. *diſp.9. dub.4.num.*51. & 60. Contra Medin. *q.45.verſ.ſupereſt.*Guttier.*de mat.cap.* 61:*num.*10. Vaſq.*dub.*8.*n.*5. aliter ſentientes quando officium eſt amovibile ad nutum.

25. Neque poteſt confeſſarius qui ex confeſſione novit ſuum famulum eſſe furem, illum dimittere, ex ſola ſcientia confeſſionis, inde enim ſequitur pudor, & damnum pænitenti; ſecus ſi aliundè hoc novit; Neque poſſe confeſſarium denegare ſuffragium pœnitēti, quem ex ſola confeſſione novit improbum. Ita Sanch. & Suar.*loc.cit.* ſicuti neque Epiſcopum poſſe clericum ob peccatum in confeſſione auditum repellere ab ordinibus ſuſcipiendis; quia inde ſequeretur pudor, & confuſio pænitenti, & confeſſio redderetur odioſa. Ita quamplures Doctores apud Bonac.*loc.cit.num.*17. Et neque Parochus poteſt à matrimonio pęnitentem repellere ob impedimentum in confeſſione auditum; licet teneatur in confeſſione illum admonere, ut tali matrimonio deſiderat. Bonacin.*loc cit.*cum aliis.

27. Confeſſarius autem qui novit in cōfeſſione alicui mortem parari; aut Civitati imminere proditionem, non poteſt mortem, vel proditionem revelare, ubi eſt periculum, ut auctor cognoſcatur; tamen ſublato tali periculo, in genere admonendus eſt is cui periculum mortis imminet, ut ſibi conſulat. Reg.*lib.3.num.*9.12.14.18.& 19. Graf.*p.p.deciſ.lib.1.cap.23.num.*5. Navarr.*cap.* Sacerdos *num.*124. Onuph.

de

de Sig.ſec.2. q.2. dub.2. verſ.ſequitur quarto. Zerola *de pœn.c.20. q.9.* Delrius *lib.6.diſquiſ.mag.c.1.ſec.3.* Sayr. *de pœn.cap.33.num.2. de ſigillo verſ. alii ergo omnes.* Suar. *in trac. de fidei defenſ.lib.6.cap.3.num.11.* & alii communiter.

28. Ex quibus intellige differentiam, quæ eſt inter ſecretum naturale, & inter ſigillum, ſeu ſecretum confeſſionis, hoc enim numquam licitè violari poteſt. etiamſi Papa præciperet revelari confeſſionem, etiam ſi confeſſarius cogeretur metu mortis ſigillum revelare, fractio enim ſigilli eſt intrinſecè mala, nec ulla de cauſa poteſt cohoneſtari, ex D. Th. *in additionibus queſ.11.a.1.* Illud verò poteſt licitè aliquando violari, ut propter mortis periculum: Ita Nugn: *in add.diff.1. verſ. ad ſecundam partem.* Vaſq. *q.93. a.4. dub.9.num.7.& dub.10.num.7.& dub. 12.ad fin.* Reg: *lib.3:num.19.* & alii:

29: Ex ſcientia autem habita in confeſſione, non poteſt confeſſarius admonere Epiſcopum, vel Prælatum Regularem, qui peccata impedit; ſi adeſt periculum, ut delinquens cognoſcatur aliter confeſſio redderetur odioſa, & à confeſſione ſubditi retraherentur: Bonac: *loc.cit.* cum aliis ab ipſo citatis: Et qui per confeſſionem noitv Eccleſiam eſſe pollutam, non poteſt hoc detegere, ut reconcilietur Sylveſ. *verb.confeſſio 3.q.41.* Onuph: *ſec.4.q. 7.dub.4.* & alii:

30:. Neque poteſt Confeſſarius ob peccata in confeſſione ſcita vultum auſteriorem præbere pœnitenti, quam ante ſoleret, quia ſequeretur inde confuſio pœnitenti, ut habet Graff: *p.1.deciſ. lib.1.cap.23.num.26.* cum aliis:

31:. Sacerdos autem qui novit in confeſſione vinum paratum adMiſsam eſſe veneno infectum, poteſt Miſſam prætermittere, aliunde occaſione accepta ut docet Syl: *loc.cit.q.28.* & alii:

Nunquam me expedirem benignè lector, ſi minutim omnes caſus vellem hic recenſere; nec ut promiſi brevitati conſulerem; ſi ampliora cupis remitto te ad auctores; interim hæc dicta retine, & in particularibus caſibus te regula ex generalibus enim doctrinis, facilè ad particulares occurrit decurſus. Omnia autem quæ dixi ſint dicta ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis, & Sanctorum in Eccleſia Triumphante gaudentium; nec non omnia ſubmitto, omni qua decet reverentia, & humilitate iudicio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & correctioni.

CASU

Digitized by Google

CASUS
IN BULLA COENÆ DOMINI.

I. EXcommunicantur Hæretici, & Apoſtatæ à Fide,credentes, receptatores,fautores,& eorum defenſores. Item legentes,ſcienter retinentes, imprimentes, ac quomodolibet defendentes libros Hæreticorum, continentes hæreſim, aut tranctantes de Religione.

II. Appellantes à Pontifice ad futurum univerſale Concilium; nec non ii, quorum auxilio, conſilio, vel favore appellatum fuerit.

III. Piratæ diſcurrentes mare Eccleſiaſticum, eorumque fautores, receptatores, & defenſores.

IV. Surripientes naufragantium Chriſtianorum bona cujuſcumque generis in navibus, ſive in mari, vel in littoribus inventa, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, aut conſuetudine, ac prætextu.

V. Imponentes in ſuis terris nova pedagia,ſeu gabellas, vel augentes, vel exigentes, præterquam in caſibus ſibi jure,ſeu ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia præmiſſis.

VI. Falſificantes Literas Apoſtolicas,aut ſupplicationes à quocunque auctoritatem habente ſignatas, & falsò fabricantes, aut ſignantes.

VII. Tranſmittentes, ſeu deferentes equos, arma, ferrum, ſtamnum, chalybem, aliaque metalla, ac bellica inſtrumenta, lignamina, funes ex quacunque materia, ſeu ipſam materiam uſui bellico idoneam, ad Turcas, Hæreticos, & alios Chriſtiani nominis inimicos; Nec non certiores facientes, per ſe, vel per alios, de iis,quæ ad Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum pertinent in Chriſtianorum perniciem,& damnum Catholicæ Religionis, & conſilium,auxilium, vel favorem ad id eis præſtantes: non obſtantibus quibuslibet privilegiis.

VIII. Impedientes, ſeu invadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad uſum Romanæ Curiæ neceſſaria Romam convehunt. Atque etiam prohibentes, impedientes, turbantes, ne adducantur,ſeu defendentes per ſe,ſeu per alios, qui hæc faciunt, cujuſcunque gradus, & conditionis fuerint.

IX. Qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel ab ea recedentes, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent. Nec non qui juriſdictionem ſibi temerè vindicantes, contra morantes in Curia, ſimilia audent perpetrare.

X. Qui Romipetas,ac Peregrinos etiam in Urbe morantes, vel abeuntes lædunt,vel ſpoliant, & in his dantes conſilium, auxilium, vel favorem.

XI. Qui lædunt, capiunt, detinent,vel hoſtiliter inſequuntur S.R.E.Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos,Sediſque Apoſtolicę Legatos, vel Nuntios, aut eos ejiciunt à ſuis Diœceſibus,territoriis,& dominiis, necnon ea mandant, vel rata habent, ſeu ad id præſtant auxilium,conſilium,vel favorē.

XII. Qui

XII. Qui ad Romanam Curiam in ſuis negotiis recurrentes, per ſe, velper alios lędunt, ac illos in eadem Curia proſequentes, negotiorumque geſtores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, ſeu etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotiis, directè, vel indirectè deputatos occaſione cauſarum, & negotiorum ejuſmodi occidunt, percutiunt, ſpoliant, ſive iiſdemconſilium, vel favorem præſtant.

XIII. Qui appellant à gravamine, vel futura exequtione quarumcumque Litterarum Apoſtolicarum, citationum ſequeſtrorum, monitoriorum, & aliorum decretorum à Sancta Sede, ſeu Legatis, Nuntiis, & aliis Iudicibus ordinariis, aut Delegatis Apoſtolicis emanatorum ad laicam poteſtatem, & faciunt eam appellationem admitti, ejuſque literas, citationes, ſequeſtra capi, & executioni mandari, & qui impediunt ne Notarii inſtrumenta, & acta conficiant, prohibentque dari parti, & ejus conſanguineos, familiares, Notarios, Tabelliones lędunt, perterrefaciunt, ſpoliant, eiiciunt è terris ſuis, per ſe, vel per alios occultè, vel publicè, & prohibent ne recurſus habeatur ad S. Sedem, aut ne litteras impetrent, impetratiſve utantur.

XIV. Qui per ſe, vel per alios auctoritate propria, & de facto prætextu exceptionum, & aliarum literarum Apoſtolicarum cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas ab Eccleſiaſticis Iudicibus avocant, eorumque curſum, audientiam, ac perſonas, cauſas proſequi volentes, impediunt, & ſe tanquam Iudices interponunt, & executionem litterarum Apoſtolicarum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id conſilium, auxilium, vel favorem præſtant, vel qui ad gratias impetrandas accedentes prohibent, cujuſcunque conditionis ſint.

XV. Iudices ſæculares: qui ex prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis præter juris canonici depoſitionem Eccleſiaſticas perſonas trahunt, vel trahere procurant, directè, vel indirectè ad ſua tribunalia, quique Eccleſiaſticam libertatem tollunt, imminuunt, & in aliquo illi præjudicant.

XVI. Impedientes Prælatos, vel Iudices Eccleſiaſticos, directè, vel indirectè moleſtando eorum Agentes, Procuratores, Conſanguineos, ne ſua juriſdictione utantur contra quoſcumque, & qui illorum, vel delegatorum judicia eludētes, ad cancellarias, & curias ſeculares recurrunt, aut contra illos decernunt, & exequuntur, ſeu in eiſdem dant auxilium, conſilium, patrocinium, & favorem.

XVII. Uſurpantes Sedis Apoſtolicæ, & quarumcumque Eccleſiarum juriſdictiones, vel fructus, & proventus, vel eoſdem, ſine legitima facultate ſequeſtrantes.

XVIII. Imponentes decimas, taleas, pręſtantias, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiis, Monaſteriis, & Beneficiis, illorumque bonis, fructibus, & proventibus, ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Summi Pontificis, diverſiſque modis exigentes, aut ſpontè dantibus recipientes; Et qui directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare ſtudent, & iiſdem auxilium, conſilium, vel favorem pręſtant cujuſcunque ſint dignitatis, & ordinis.

XIX. Iudices ſæculares, qui ſe interponunt in cauſis criminalibus contra

Ec-

Eccleſiaſticas perſonas ſine Sedis Apoſtolicæ licentia eas proceſſando, capiendo, ſententias proferendo, & exequendo, ejuſdemque licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendentes, vel alias illa perperam abutuntur.

XX. Præſumentes invadere, occupare, deſtruere, detinere, ſive per ſe, ſive per alios directè, vel indirectè ſub quovis titulo, bona, & terras Eccleſiæ Romanę mediatè, vel immediatè ſubjectas, nec non ſupremam juriſdictionem in illis uſurpantes, aut perturbantes; & ad id conſilium, auxilium, vel favorem quomodolibet impertientes.

Abſolutio horum caſuum ſoli Summo Pontifici reſervatur, & pręſumentes abſolvere excommunicantur, ut extat ſubſequens Decretum.

Summa Decretorum Sac. Cong. ſuper reſervatione, & abſolutione Caſuum Reſervatorum.

SAcra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, de mandato ſpeciali Clementis Papæ VIII. jubet, & pręcipit Sacerdotibus omnibus, tam ſęcularibus, quàm Regularibus, ne quis eorum, pretextu privilegiorum quomodolibet conceſſorum, ab ullo ex caſibus in prędicta Bulla contentis, vel aliàs à Sede Apoſtolica, vel per Ordinarios reſervatis, aut reſervandis abſolvere pręſumat, ſub pœna excommunicationis, &c. ipſo facto, abſque ulla declaratione incurrenda, &c.

Cum autem dubia quędam circa intelligentiam huius decreti orta eſſent, eadem Sac. Congregat. de mandato eiuſdem Sanctiſſimi declaravit, pręter caſus in Bulla Cœnę, & per Ordinarios locorum reſervatos, comprehendi ſub eadem prohibitione, & pœna violationem immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Cōſtitutionis Gregorii XIII. incipiente: *Cum alias*. Violationem clauſurę Monialium ad malum finem. Provocantes, ac pugnantes in Duello, iuxta decretum Trident. & Conſt. Gregorii XIII. incip. *Ad tollendam*. Iniicientes manus violentas in Clericos, iuxta Canonem *Si quis ſuadente*. Simoniam realem ſcienter contractam, atque etiam confidentiam beneficialem.

Quod decretum, & eius declarationem confirmat, atque innovat Paulus V. & ab omnibus Sacerdotibus tam ſęcularibus, quàm Regularibus mandat obſervari inviolabiliter, non obſtantibus privilegiis.

PROPO-

PROPOSITIONES
DAMNATÆ.

Ab Alexandro VII. & VIII. & ab Innocentio XI.

ALexander VII. in Cong. habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis die 24. Septembris 1665. damnavit quadraginta quinque propoſitiones, tamquam ſcandaloſas;& qui deinceps illas conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem; à qua non poſſit ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, præterquam in articulo mortis, abſolvi; & prohibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Iudicii omnibus Chriſti fidelibus, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum, ad praxim deducant. Quarum.

I. Eſt. Homo nullo umquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei, & charitatis, ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.

II. Vir equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

III. Sententia aſſerens Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt,& non derogare facultati Tridentini in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629.19.Iulii in Conciſtorio Sacræ Congregationis Emin.Card.viſa, & tolerata eſt.

IV. Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcunque ſeculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

V. Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.

VI. Confeſſarius qui in ſacramentali confeſſione tribuit pœnitenti chartam; poſtea legendam, in qua venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in confeſſione, ac proinde non eſt denunciandus.

VII. Modus evadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt. Si ſollicitatus confiteatur, cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſolvere, abſque onere denunciandi.

VIII. Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt Decretum Urbani VIII.

IX. Poſt Decretum Urbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ tradiītur, per alium ſatisfacere collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendii ſibi retenta.

X. Non eſt contra juſtitiam pro pluribus ſacrificiis ſtipendium accipere, & ſacrificium unum offerre. Neque eſt contra fidelitatem, etiam ſi promittam promiſſione, etiam juramento firmatam, danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram.

XI. Peccata in confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.

XII. Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

XIII. Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis qui confitetur Regulari; Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato.

XIV. Qui facit confeſſionem voluntariè nullam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

XV. Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat.

XVI. Qui Beneficium curatum habent poſſunt ſibi eligere confeſſarium ſimplicem Sacerdotem; non approbatum ab Ordinario.

XVII. Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publicè, & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.

XVIIJ. Licet interficere Accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare.

XIX. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate, uxorem in adulterio deprehenſam.

XX. Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiariis, non recitantibus, non debetur in conſcientia, ante ſententiam declaratoriam Judicis, eo quod ſit pœna.

XXI. Habens cappellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudium litterarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet.

XXIJ. Non eſt contra juſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica pæcunia interveniente, non exigit, illam pro collatione Beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod ſibi conferre non tenebatur.

XXJJI. Frangens jejunium Eccleſiæ, ad quod tenetur non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, & inobedientia hoc faciat; puta quia non vult ſe ſubiicere præcepto.

XXJV. Mollities, ſodomia, & Beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ, ideoque ſufficit dicere in confeſſione ſe procuraſſe pollutionem.

XXV. Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit confeſſionis præcepto dicens: commiſi, cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam.

Quan-

XXVI. Quando litigantes habent pro ſe opiniones æque probabiles poteſt Judex pecaniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.

XXVII. Si liber ſit alicujus junioris, & moderni debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtat rejectam eſſe à Sede Apoſtolica, tamquam improbabilem.

XXVIII. Populus non peccat etiam, ſi abſque ulla cauſa non recipiat legē à Principe promulgatam.

Idem Alexander VII. poſt latum Decretum *die* 24. *Martii* 1665. *aliud edidit die* 18. *Martii* 1666. *ubi alias decem & ſeptem propoſitiones damnat. & ſunt ſequentes.*

I. EST. In die Jejunii qui ſepius modicum, quid comedit, & ſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

II. Omnes officiales qui pro Republica corporaliter laborant ſunt excuſati ab obligatione *jejunii*; nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

III. Excuſantur abſolutè à præcepto jejunii omnes illi qui iter agunt equitando, utrumque iter agant, etiam ſi iter neceſſarium non ſit, & etiam ſi iter unius diei conficiant.

IV. Non eſt evidens, quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadrageſima obliget.

V. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum, ſuppleri poteſt per quaſcunque æleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructibus ſui beneficii fecerit.

VI. In die Palmarum, recitans Officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.

VII. Unico officio poteſt quis ſatisfacere duplci præcepto pro die præſenti, & craſtino.

VIII. Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum.

IX. Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie ſunt revalidatæ.

X. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate, cum peccato mortali confitendi quam primum, eſt conſilium, non præceptum.

XI. Illa particula *quam primùm*, intelligitur cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

XII. Eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

XIII. Non eſt obligandus concubinarius ad eiiciendam concubinam, ſi hæc nimis ultimis utilis eſſet, ob oblectamentum concubinarii; vulgo *regalo* dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ culpæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

 Li-

Digitized by Google

caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.

XIV. Timor gehennę non eſt ſupernaturalis.

XV. Attritio, quę gehennę, & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione, & benevolentia Dei, propter ſe non eſt bonus motus, ac ſupernaturalis.

XVI. Ordinem prę mittendi ſatisfactionem abſolutioni, induxit non politia, aut inſtitutio Eccleſiæ, ſed ipſa Chriſti lex, & prę ſcriptio naturæ rei, id ipſum quodammodo dictante.

XVII. Per illam praxim abſolvendi ordo pœnitentiæ eſt inverſus.

XVIII. Conſuetudo moderna quo ad adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiam ſi eam plurimorum hominum ſubſtentat auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed abuſu.

XIX. Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato originali.

XX. Confeſſiones apud Religioſos factę plereque, vel ſacrilegę ſunt, vel invalidę.

XXI. Parochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui eleemoſynis cõmunibus vivunt de imponenda minus levi, & incongrua pœnitentia, ſeu ſatiſfactione ob quęſtum, ſeu lucrum temporalis ſubſidii.

XXII. Sacrilegi ſunt judicandi, qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis ſuis pœnitentiam egerint.

XXIII. Similiter arcendi ſunt à Sacra Communione, quibus nondum ineſt amor Dei puriſſimus, & omnis mixtionis expers.

XXIV. Oblatio in Templo, quæ fiebat à Beata Virgine Maria in die Purificationis ſuæ per duos pullos Columbarum, unum in holocauſtum, & alterum pro peccatis, ſufficienter teſtantur, quod indiguerit purificatione, & quod filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus eſſet, ſecũdum verba legis.

XXV. Dei Patris ſimulacrum nefas eſt Chriſtiano in Templo collocare.

XXVI. Laus, quæ defertur Mariæ ut Mariæ vana eſt.

XXVII. Valuit aliquando Baptiſmus ſub hac forma collatus, *In nomine Patris, &c.* prætermiſſis illis; *Ego te baptizo*.

XXVIII. Valet Baptiſmus collatus a miniſtro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi obſervat, intus verò in corde ſuo apud ſe reſolvit, non intendo quod facit Eccleſia.

XXIX. Futilis, & toties convulſa eſt aſſertio de Pontificis Romani ſupra Concilium Æcumenicum auctoritate, atque in fide quæſtionibus decernendis infallibilitate.

XXX. Ubique quis doctrinam in Auguſtino clarè fundatam illam abſolutè poteſt tenere, & docere, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

XXXI. Bulla Urbani VIII. *In eminenti* eſt ſubreptitia.

Alia

Digitized by Google

I. BOnitas obiectiva conſiſtit in convenientia obiecti. Formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpetrativè. Nunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decurſu vitæ ſuæ moralis.

II. Peccatum philoſophicum, ſeu morale eſt actus humanus diſconveniens, naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & morale eſt tranſgreſſio libera divinę legis, Philoſophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, eſt grave peccatum; ſed non eſt offenſa Dei, neque peccatum mortale diſſolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Propoſitiones damnatæ ab Innocentio XI.

SAnctiſſimus Dominus noſter Innocentius XI. plurimas propoſitiones numero 65. damnavit tanquam ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas in ſuo decreto ſub die 2. Martii 1679. Quarum

I. eſt. Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantùm utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.

II. Probabiliter exiſtimo, Judicem poſſe judicare juxta opinionem, etiam minus probabilem.

III. Generatim dum probabilitate ſive intrinſeca, ſive extrinſeca quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.

IV. Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.

V. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei ſemel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

V*I*. Probabile eſt, nè ſingulis quidem rigorosè quinquenniis per ſe obligare præceptum charitatis erga Deum.

V*II*. Tunc ſolùm obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſumus.

V*III*. Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modò non obſit valetudini, quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

IX. Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum, omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

X. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

XI. Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

Vi

Digitized by Google

X I I. Vix in Secularibus invenies, & in Regibus ſuperfluum ſtatui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tãtum ex ſuperfluo ſtatui.

X I I I. Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare, non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquid temporale emolumentum.

X I V. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis; quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.

XV. Licitum eſt filio gaudere de patricidio Parentis à ſe in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate conſecutas.

XV I. Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundum ſe.

XV I I. Satis eſt actum fidei ſemel in vita elicere.

XV I I I. Si à poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Dei, & fidei glorioſum conſulo, tacere ut peccaminoſum per ſe non damno.

X IX. Voluntas non poteſt efficere, ut aſſenſus fidei in ſeipſo ſit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad aſſenſus impellentium.

XX. Hinc poteſt quis prudenter repudiare aſſenſum, quem habebat ſupernaturalem.

XX I. Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolum probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne ſit locutus Deus.

XX I I. Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii; non autem explicita Remuneratoris.

XX I I I. Fides latè dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimilive motivo ad juſtificationem ſufficit.

XXIV. Vocare Deum in teſtem mendacii levis non eſt tanta irreverentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

XXV. Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.

XXIV. Si quis vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſpontè, ſive recreationis cauſa, ſive quocunque alio fine juret, ſe non feciſſe aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec eſt perjurus.

XXVII. Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quotiès id neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; itaut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.

XXVIII. Qui mediante commendatione, vel munere ad Magiſtratum, vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali præſtare juramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpe-

ctu

ctu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

XXIX. Urgens metus gravis eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

XXX. Fas eſt viro honorato occidere invaſorē, qui nititur calumniā inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequi; tidem quoque dicendum, ſi quis impingeat alapam, vel fuſte percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.

XXXI. Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

XXXII, Non ſolùm licitum eſt defendere, defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

XXXIII. Licitum eſt tam hæredi, quàm legatario contra injuſtè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere; ſicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum poſſeſsionem injuſtè impedientem.

XXXIV. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.

XXXV: Videtur probabile omnem fœtum quamdiù in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primum incipere eamdem habere, cum paritur, ac conſequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

XXXVI. Permiſſum eſt furari, non ſolum in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.

XXXVII. Famuli, & famulæ domeſticæ, poſſunt occultè heris ſuis ſubripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.

XXXVIII. Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt per pauca furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis.

XXXIX. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem illius damni illati.

XXXX. Contractus Mohatra licitus eſt, etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævié inito, cum intentione lucri.

XLI. Cum numerata pecunia prætioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram, poteſt creditor aliquid ultra ſortem, à mutuatario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari.

XLIJ. Uſura non eſt dum ultra ſortem aliquid exigitur, tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolum ſi exigatur tamquam ex juſtitia debitum.

XLIIJ. Quidni non niſi veniale ſit detrahentis auctoritatem magnam, ſibi noxiam falſo crimine elidere?

XLIV. Probabile eſt non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam iuſtitiam, & honorem defendat. Et ſi hoc non ſit probabile vix ulla erit opinio probabilis in Theologia:

XLV: Dare temporale pro ſpirituali, non eſt ſimonia, quando temporale non

non datur tamquam pretium, ſed dumtaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam, quando temporale ſit ſolum gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contra.

XLVI. Et id quoque locum habet, etiam ſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale; immò etiam ſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris æſtimetur, quam res ſpiritualis.

XLVII. Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortali er peccare, qui niſi quod digniores, & Eccleſiæ magis utiles, ipſi iudicaverint ad Eccleſias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc digniores non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparativo, pro poſitivo; vel ſecundo locutione minus propria, ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertio quando fit concurſus.

XLVIII. Tam clarum videtur fornicationem ſecundum ſe nullam involuere malitiam, & ſolum eſſe malum, quia interdicta, ut contrarium omninò ratione diſſonum videatur.

XLIX. Mollities *jure* naturæ prohibita non eſt, unde ſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpè eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.

L. Copula cum conjugata, conſentiente marito, non eſt adulterium; adeoque ſufficit in confeſſione dicere ſe eſſe fornicatum.

LI. Famulus qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandum virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, putaſne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.

LII. Præceptum ſervandi feſta non obligat ſub mortali ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemptus.

LIII. *S*atisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas *e*jus partes, immò quatuor ſimul à diverſis celebrantibus audit.

LIV. Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.

LV. Præcepto communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.

LVI. Frequens confeſſio, & communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.

LVII. Probabile eſt ſufficere attritionem naturalem modo honeſtam.

LVIII. Non tenetur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.

LIX, Licet ſacramentaliter abſolvere dimidiatè tantum confeſſos ratione magni concurſus Pœnitentium, qualis v.g. poteſt contingere in die magnæ alicujus feſtivitatis, aut indulgentiæ.

Digitized by Google

LX. Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ, & ſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio: dummodo ore proferat, ſe dolere, & proponere emendationem.

LXI. Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt, & non vult omittere, quinimmò directè, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

LXII. Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit.

LXIII. Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi, pro bono ſpirituali noſtro, vel proximi.

LXIV. Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia myſteriorum fidei, & etiam ſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

LXV. Sufficit illa myſteria ſemel crediddiſſe.

Excommunicationes reſervatæ Papæ extra Bullam Cœnæ eas incurrunt.

I. Ommittentes ſimoniam realem in ordine, vel Beneficio.

II. Committentes ſimoniam confidentialem.

III. Violantes immunitatem Eccleſiaſticam.

IV. Pugnantes in duello, vel ad id cooperantes, ſuadendo, &c.

V. Percuſſores Clericorum, ſi percuſſio erit gravis, vel enormis.

VI. Violantes Clauſuram Monialium.

VII. Mulieres ingredientes Monaſteria Regularium.

VIII. Damnantes peccati mortalis, vel hæreſis eos, qui alterutram opinionem de conceptione B. Mariæ V. retinent.

IX. Docentes poſſe fieri confeſſionem in abſentia.

X. Edentes, retinenntes, vel publicantes libellos famoſos, cantilenas, vel rithmos contra Ordinem Fratrum Prædicatorum, vel Minorum.

XI. Incendiarii, poſtquam fuerint excommunicati ab Epiſcopo.

XII. Effringentes, vel ſpoliantes Eccleſias.

XIII. Impedientes executionem litterarum Majoris Pœnitentiarii.

XIV. Participantes in crimine criminoſo, cum excommunicati nominatim à Papa.

XV. Abſoluti ob aliquod legitimum impedimentum ab Excommunicatione Papæ reſervata, ſi poſtquam fuerint liberi tali impedimento negligant, ſe præſentare Summo Pontifici.

XVI. Habentes litteras Apoſtolicas falſas, & non deſtruentes.

XVII. Dantes, vel aliquid recipientes, aut promittentes pro juſtitia, vel gratia apud Sedem Apoſtolicam.

XVIII. Qui propoſitiones damnatas ut ſupra ab Alexandro VII. & VIII. & Innocentio XI. conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit,

aut

aut de eis etiam diſputativè, ſive publicè, ſive privatim tractaverit, niſi impugnando.

Excommunicationes Summo Pontifici reſervatæ contra Clericos, & Religioſos.

I. CLerici participantes in Divinis cum Excommunicatis à Papa.

II. Prædicatores ſeculares, vel Regulares interpetrantes Sacram Scripturam contra ipſius ſenſum, aut interpetrationem Doctorum, vel prædicantes tempus Antechriſti, vel extremi judicii, vel alia futura mala, etiam ſi ea illis revelata eſſe affirment.

III. Clerici, vel Religioſi inducentes aliquem ad vovendum, jurandum, vel promittendum, ut ſepulturam, apud eorum Eccleſiam eligant, vel ut electam non immutent.

IV. Religioſi tranſeuntes ad alium ordinem præter Carthuſiam.

V. Dantes, vel recipientes aliquid ex pacto, pro ingreſſu in Religionem.

VI. Religioſi adminiſtrantes ſine ſpeciali licentia Parochi Sacramenta Euchariſtiæ, vel Extremæ Unctionis, aut celebrantes ſolemniter Matrimoniũ.

Alias excommunicationes vide apud auctores.

Digitized by Google

CATALOGUS
OMNIUM SUMMORUM PONTIFICUM

A B.Petro, uſque ad annum præſentem: nec non narratio rerum memorabilium, ab eis factarum.

DIſtuli in hunc locum apponere Catalogum Summorum Pontificum; cum revera deberem apponere in primo hujus Operis libro, ut de auctoritate Pontificis dicebam; quia tamen hic dicendi modus potius ad hiſtoriam, quàm ad moralitatem doctrinæ pertinet, hunc etiam locum ſibi vindicat. Unde curioſitatis gratia hic appono.

Primus ergo Pontifex ordinatus immediatè à Chriſto Salvatore noſtro fuit B.Petrus Apoſtolus, Galileus filius Jonæ, & frater Andreæ Apoſtoli, anno à creatione mundi 5232. à Redemptione verò anno 33. Sedit Romæ annos 24. menſes quinque, & dies undecim. Martyr occubuit ſub Nerone anno 68. & ſepultus eſt in Vaticano. Ordinavit duos Epiſcopos Linum, & Cletum, inſtituit *jejunium* quadrageſimale. Anno 44. poſt Chriſtum ſuperavit Simonem Magum; & tunc ex Franciſco Petrarca in vitis Pontificum in fine vitæ S.Petri apparuit in Ægipto Phœnix caudæ rubeæ, dorſi purpurei coloris, colli aurei, magnitudinis Aquilæ.

II. Papa fuit S.Linus Toſcanus, filius Erculani, cujus Pontificatus incepit anno Redemptionis 69. die trigeſima Junii, ſedit annos undecim, menſes duos, & dies 23. Martyr occubuit anno 79. in menſe Septembris die 23. ſub Imperio Veſpaſiani, & ſepultus eſt in Vaticano. Ordinavit mulieres non ingredi Eccleſias, niſi honeſtè, & cum velo in capite. Non vacavit ſedes.

III. Pontifex fuit S.Cletus Romanus filius Æmiliani, creatus anno 79. die 24. Septembris. Vixit in Pontificatu annos duodecim, menſes ſeptem, & dies duos. Martyr occubuit ſub Domitiano anno 93. die 26. Aprilis. Vacavit Sedes per dies 20. Ordinavit, quòd dicatur: Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conſecravit Presbyteros vigintiquinque. Sepultus eſt in Vaticano.

IV. Pontifex fuit S.Clemens I. Romanus filius Fauſtini, & Matidæ, creatus anno 93. die 17. Aprilis. Sedit in Sede Petri annos novem, menſes ſex, & dies ſex. Martyr occubuit ſub Trajano Imperatore anno 102. die 23. Novembris. Sedes vacavit dies 22. Creavit Presbyteros decem, Diaconos duos, & Epiſcopos per diverſa loca quindecim; ordinavit, quod nullus Epiſcopus poſſit ſine Diacono celebrare, & quod confirmentur quantocitiùs Chriſticolæ.

V. Papa fuit S.Anacletus I. Athenienſis, filius Antiochi creatus anno 102. die 16. Decembris, ſedit annos novem, menſes duos, & dies 28. Martyr occubuit ſub Trajano anno 110. die 13. Julii, Sedes vacavit per dies tredecim, & ſepultus eſt in Vaticano. Ordinavit, quòd Cathedra Epiſcopalis apponatur in

loco

loco eminenti. Creavit Preſbyteros novem, Diaconos tres, & Epiſcopos ſex.

VI. Papa S. Evariſtus I. Bethlemiticus, filius Judæ, creatus anno 110. die 27. Julii. Sedit annos octo, menſes duos, & dies vigintiocto. Martyr occubuit ſub Adriano anno 118. die 26. Octobris, Sedes vacavit per dies decem & octo, & ſepultus eſt in Vaticano. Ordinavit, quòd matrimonia non fiant occulta, & diviſit titulos Preſbyteris, qui modò dicuntur Cardinales. Creavit Preſbyteros ſex, Diaconos duos, & Epiſcopos quinque.

VII. Papa fuit S. Alexander I. Romanus, filius Alexandri, creatus anno 118. die 13. Novembris, ſedit annos decem, menſes quinque, & dies 21. Martyr occubuit ſub Adriano anno 129. die 3. Maii. Sedes vacat per dies 35. & ſepultus eſt in via Nomentana; inſtituit aquam benedictam in Eccleſia.

VIII. S. Siſtus I. Romanus filius Paſtoris, creatus anno 129. die 17. Junii. Sedit annos novem, & menſes decem. Occubuit Martyr ſub Adriano anno 139. die 6. Aprilis; Sedes vacavit per dies duos. Sepultus eſt in Vaticano. Ordinavit, quòd non tangatur res ſacra, niſi à ſacris; & quod adderetur in Miſſa Sanctus, Sanctus, Sanctus, & quòd celebretur in Altari ſuper lineum corporale.

IX. S. Teleſphorus I. Calaber creatus anno 139. die 8. Aprilis, ſedit annos decem, menſes octo, dies 27. Martyr occubuit ſub Antonino Pio anno 150. die 5. Januarii. Sedes vacavit dies ſeptem. Creavit Preſbyteros quindecim, Diaconos octo, Epiſcopos tredecim, ſepultus eſt in Vaticano. Ordinavit in Nativitate Domini celebrandas eſſe tres Miſſas cum Gloria in Excelſis Deo.

X. S. Iginus I. Athenienſis, creatus anno 150. die 13. Januarii, ſedit annos tres, menſes undecim, dies 28. Martyr occubuit ſub Antonino Pio anno 154. die 11. Januarii, ſepultus eſt in Vaticano, Sedes vacavit dies quatuor. Statuit in baptiſmo intervenire Compatrem, & Commatrem, & quod Eccleſiæ conſecrentur, & quod Miſſa cantetur.

XI. S. Pius I. ab Aquileja, filius Ruffini, creatus anno 154. die 15. Januarii. Martyr occubuit, ſepultus in Vaticano, ſub Marco Aurelio anno 165. die undecima Julii. ſedit annos undecim, menſes quinque, dies 27. Vacavit Sedes dies tredecim. Ordinavit pœnas his, qui cadere faciebant Sanctiſſimum Sacramentum. Creavit Preſbyteros decem, & novem, Diaconos viginti unum, Epiſcopos decem.

XII. S. Anicetus I. Sirus filius Joannis, creatus anno 165. die 25. Julii, ſedit annos novem, menſes octo, dies 22. Martyr occubuit ſub Marco Aurelio 175. die 17. Aprilis. Vacat Sedes per dies decem & ſeptem; Creavit Preſbyteros decem & novem; Diaconos quatuor, Epiſcopos novem. Decrevit, quòd Sacerdotes non portent longos capillos, ut Apoſtoli. Sepultus in Cœmeterio Caliſti.

XIII. S. Soterus I. à Fundi, filius Concordii, creatus anno 175. die quinta Maii, ſedit annos tres, menſes undecim, dies ſexdecim. Martyrium ſubiit ſub Commodo Imperatore anno 179. die 22. Aprilis. Vacat Sedes per dies 21. Creavit Preſbyteros octo, Diaconos novem, Epiſcopos undecim. Sepultus eſt in Cœmeterio Caliſti; ſtatuit, quòd Moniales Sacrificium thuribulo non faciant, nec res ſacras tangerent.

XIV.

XIV. S. Eleuterius I. à *Prævesia* filius Abundi; Creatus anno 179. die 14. Maii, ſedit annos quindecim, & dies tredecim. Creavit Præsbyteros duodecim, Diaconos octo, Epiſcopos quindecim. Prohibuit ſub Commodo Imperatore, & ſepultus eſt in Vaticano, anno 194. die 26. Maii: Vacat ſedes dies 5.

XV. S. Victor I. Africanus filius Felicis, creatus anno 194: die prima *I*unii, ſedit annos novem, menſem unum, dies 29. Creavit Præsbyteros quatuor, Diaconos ſeptem, Epiſcopos tredecim, ſtatuit quamlibet aquam naturalem in Baptiſmo eſſe bonam. Vixit in pontificatu, quam ſanctè Martyr occubuit ſub Severo Imperarore anno 203. die 28: Iulii; & ſepultus eſt in Vaticano; Sedes vacat per dies 14.

XVI. S. Zeferinus I. Romanus filius Abundi. creatus anno 203. die 8. Augusti. ſedit annos decem & octo, & dies totidem. Creavit Præsbyteros tredecim. Diaconos ſeptem, Epiſcopos tredecim; ſtatuit quod conſecratio fieret in vaſe vitreo, & non in ligneo, & quod ſemel in anno fideles communionem reciperent. Martyr occubuit ſub Heliogabalo *I*mperatore anno 221. die 26. Auguſti, ſepultus in Via Appia in Cęmeterio Caliſti. Vacat ſedes per dies 6.

XVII. Caliſtus I. Romanus filius Domitii, creatus anno 221. die 2. Septembris, ſedit annos quinque, menſem unum, dies duodecim. Creavit Præsbyteros ſexdecim, Diaconos quatuor, Epiſcopos octo; ſtatuit quatuor anni tempora cum *j*ejunio. Martyr occubuit ſub Alexandro Severo anno 226. die 14. Octobris, ſepultus eſt Via Aurelia in Cęmeterio Callipodio. Sedes vacat per dies ſex.

XVIII. S. Urbanus I. Romanus filius Pontiani, creatus anno 226. die 21. Octobris, ſedit annos ſex, menſes ſeptem dies quatuor. Creavit Præsbyteros novem, Diaconos quinque, Epiſcopos novem; ſtatuit quod Eccleſia reciperet poſſeſſiones oblatas à fidelibus pro beneficio communi Clericorum. Martyr occubuit ſub Alexandro anno 233. die 26. Maii; ſepultus in via Tiburtina in Cęmeterio *Prætextati*. Vacat Sedes dies 28.

XIX. S. Pontianus I. *R*omanus filius Calfurnii, creatus anno 233. die 22. *J*unii, ſedit anno quinque, menſes quinque, dies duos, creavit Præsbyteros ſex, Diaconos quinque, Epiſcopos ſex; ordinavit ut cantentur Pſalmi, & in principio Miſſæ dicatur Confiteor Deo. Fuit ſub Alexandro Severo relegatus Sardiniæ, & ibi Martyr occubuit ſub *M*aximino anno 238: die 29. Novēbris; vacat Sedes per diem.

XX. S. Anterus Calaber, filius Romuli, creatus, & electus Sardiniæ anno 238. die 21. Novembris, ſedit per menſem unum, & dies quatuordecim, creavit unum ſolum Epiſcopum, ordinavit poſſe fieri permutationem Epiſcopatus cum altero, & quod vitæ martyrum ſcribantur. Martyr occubuit ſub Maximino anno 239. die ſecunda Ianuarii. Vacat Sedes per dies tredecim.

XXI. S. Fabianus Romanus, filius Fabii creatus anno 239. die 16. Ianuarij; ſedit annos quindecim dies quatuor, creavit Præsbyteros vigintiduos, Diaconos undecim, Epiſcopos ſeptem, ordinavit quod in Feria Quinta cœ-

nœ

Digitized by Google

ne renovetur Chriſma, congregavit Romæ unum Concilium ubi adfuerunt quinquaginta quinque Epiſcopi, & in eo damnatæ ſunt multæ hæreſes. *Martyr* occubuit ſub Decio Imperatore anno 253, die 20. Ianuarii. Vacat Sedes propter *D*ecii perſecutionem uſque ad annum 254. menſe Aprili.

XXII. S.Cornelius Romanus, filius Caſtini, creatus anno 254. die 30. Aprilis, ſedit annum unum, menſes quatuor, dies decem, & ſeptem, creavit Præsbyteros decem, Diaconos decem, Epiſcopos ſeptem; damnavit hæreſim Novatianam martyr occubuit ſub Gallo, & Voluſiano anno 255. die 16. Septembris. Vacat Sedes per dies 35. Tempore hujus S. Pontificis fuit primus Schiſma inter ipſum, & Novatianum Antipapam.

XXIII. S. Lucius I. Romanus, filius Porphirii, creatus anno 255. die 20. Octobris, ſedit annum unum, menſes quatuor, dies quindecim; creavit Præsbyteros quatuor, Diaconos quatuor, Epiſcopos ſeptem, & quia erat martyrizandus totam ſuam poteſtatem dedit Stephano ejus Archidiacono *Martyr* occubuit ſub Valeriano, & Gallieno, anno 257. die 4. Martii, ſepultus in Cæmeterio Caliſti; Vacat ſedes per dies triginta quinque.

XXIV. S.Stephanus I. Romanus, filius Iulii, creatus anno 257. die 20. Octobris, ſedit annos tres, menſes tres, dies vigintiduos. Creavit Præsbyteros ſex, Diaconos quinque, Epiſcopos tres. Statuit quod veſtibus ſacris tantū in ſacrificiis, & in Eccleſiis uterentur. *Martyr* occubuit ſua Valeriano, & Gallieno anno 260. die 2. Auguſti, ſepultus in Cæmeterio Caliſti Vacat Sedes per dies vigintiduos.

XXV. S.Sixtus II. Athenienſis, creatus anno 260. die 14. Auguſti ſedit menſes undecim, & dies decem & octo, creavit præsbyteros quatuor, *D*iaconos ſeptem, Epiſcopos duos ordinavit quod miſſa, tantum in altari dicatur. Martyr occubuit ſub Valeriano, & Gallieno anno 261. die 6. Auguſti. vacat ſedes dies 33. ſepultus in Cæmeterio Preteſtati via Tiburtina.

XXVI. S. *D*ionyſius I. Calaber, creatus anno 261. die 21. Septembris, ſedit annos undecim, menſes tres, dies quatuordecim, creavit Præsbyteros duodecim, *D*iaconos ſex, Epiſcopos ſeptem, diſtribuit Parochias apponendo terminos, & ordinavit quod depingatur S.Chriſtopharus, contra idolatriam Herculis. *j*uxta portas, martyr occubuit ſecundum Platinam ſub Aureliano anno 271. die 26 *D*ec. ſepultus in Cæmeterio Caliſti, vacat ſedes per dies 5.

XXVII. S.Felix I. Romanus filius Conſtantij, creatus anno 272. die 31. Decembris, ſedit annos duos, menſes quinque. Creavit Præsbyteros quinque, Diaconos quinque, Epiſcopos totidem, ſtatuit quod celebrentur feſtivitates Martyrum. Martyr occubuit ſub Imperio Aureliani anno 275. die 30. Maii, ſepultus in Via Aurelia. Vacat Sedes per dies quinque.

XXVIII. S. Euſtachius I. à Luni, filius Marini, creatus anno 275. die 4. Iunii, ſedit annos octo, menſes ſex, dies quatuor. Creavit Præsbyteros quatuordecim, Diaconos quinque, Epiſcopos novem, ordinavit quod primi fructus benedicentur. *Martyr* occubuit ſub Cajo Imperatore, anno 283. die 8.

De:

Decembris, ſepultus in Cæmeterio Caliſti. Vacat ſedes per dies novem.

XXIX. *S.*Cajus Dalmatinus filius Caii Maximi creatus anno 284. die 17. Decembris, ſedit annos duodecim; menſes quatuor, & dies quinque. Creavit Presbyteros viginti quinque, Diaconos octo, Epiſcopos quinque, diſtinxit in Eccleſia declarando oſtiariatum lectoratum & ceteros ordines. Martyr occubit ſub Diocletiano, & Maximiano anno 296. die 22. Aprilis. Vacat Sedes per dies undecim ſepul.in Cæm.Cal.

X*X*X. S.Marcellinus Romanus filius Projecti, creatus anno 296. die 3. Maii, ſedit annos ſeptem, menſes undecim, dies vigintitres. Creavit Præsbyteros quatuor, Diaconos duos. Epiſcopos quinque, contra idolatriam Martis falſi Dei depingi fecit S.Michaelem Archangelũ cum enſe,& cæteris armis. Martyr occubuit ſub *C*onſtantio, & Gallerio anno 304. die 26. Maii. Vacat Sedes per menſes quinque, & dies 25.ſepultus in via Salaria.

*XX*XI. S.Marcellus I. Romanus filius Benedicti; creatus anno 304. die 21. Novembris; Sedit annos quinque menſem unum, dies viginti; creavit Præsbyteros viginti ſex. Diaconos duos, Epiſcopos viginti unum; ordinavit propter baptiſmos faciendos 25.parochias; & ſtatuit quod Concilium generale non poſſet fieri abſque auctoritate Papæ: Martyr occubuit ſub Maſſentio anno 309. die 16. Ianuarii. Sepultus in Cæmeterio Priſcillæ. Vacat Sedes per dies viginti.

XXXI*I*.*S*.Euſebius Grecus creatus anno 309.die 5.Februarii, ſedit annos duos, menſes ſeptem, dies viginti unum: *C*reavit Presbyteros tredecim, Diaconos tres, Epiſcopos quatuordecim; ſtatuit, quòd laici non poſſint vocare Epiſcopos ad judicium. Martyr occubuit ſub Conſtantino anno 311. die 26. *S*eptembris, ſepultus in Cœmeterio Caliſti. Vacat ſedes per dies ſeptem.

XXXIII.S.Melchiades Africanus, creatus anno 311. die 3.Octobris, ſedit annos duos, menſes duos, dies ſeptem; creavit Presbyteros ſeptem, *D*iaconos ſex, Epiſcopos duodecim; ſtatuit, quod in Dominica non jejunetur contra Gentiles. Confeſſor occubuit ſub Conſtantino anno 313.die 10.*D*ecembris,ſepultus in Cœmeterio Caliſti via Appia. Vacat ſedes per menſem, & dies 21.

XXX*I*V.S.*S*ilveſter I.Romanus filius Ruffini creatus die 1.Februarii, ſedit annos vigintiunum, creavit Presbyteros quadragintaduos, *D*iaconos nonagintaſex, Epiſcopos ſexagintaquinque. Baptizavit Conſtantinum Imperatorem, ex quo tanta beneficia habuit Eccleſia; *S*anctus Confeſſor deceſſit ſub Conſtantino anno 335.die ultima Decembris; ſepultus eſt in via Salaria in Cœmeterio Priſcillæ. *V*acat ſedes per dies quindecim.

XXXV.S.Marcus Romanus filius Priſcii creatus anno 336.die 16.Ianuarii; ſedit menſes octo,& dies vigintiduos; inſtituit, ut in feſtivitatibus cantetur Credo. Confeſſor deceſſit ſub Conſtantino anno 336.die 7.Octobris. Creavit Presbyteros vigintiquinque, Diaconos novem Epiſcopos vigintiocto: ſepultus in Cœmeterio Babiloniæ via Ardea. *V*acat *S*edes per dies decem, & octo.

XXXV*I*.S.*I*ulius *I*.Romanus filius Ruſtici, creatus anno 336.die 26.Octobris;

bris; ſedit annos quindecim, menſes quinque, dies decem, & ſeptem. Creavit Presbyteros 18. Diaconos 3. Epiſcopos 9. ſtatuit, quòd Sacerdotes nonniſi in foro Eccleſiaſtico cognoſcantur, & fecit Prothonotarios Apoſtolicos; Confeſſor occubuit ſub Conſtantio Imperatore anno 352. die 12. Aprilis. Vacat Sedes per dies 25. ſepultus in Cœmeterio Callipodii.

XXXVII. S. Liberius Romanus filius Auguſti, creatus anno 352. die 8. Maii, ſedit annos quindecim, menſes quatuor, diem unum. Fuit de nobiliſſima, & antiquiſſima Familia Sabella. Creavit Presbyteros, & Epiſcopos virtuoſiſſimos, ſcilicet Presbyteros 18. Diaconos 5. Epiſcopos 19. contra falſum Deum Baccum, ſeu Baccanalia, ſtatuit feſtivitatem Sanctorum Martyrum. Confeſſor obiit ſub Valentiniano, & Valente anno 367. die 9. Septembris; ſepultus eſt in Cœmeterio Priſcillæ. Vacat Sedes per dies ſex.

XXXVIII. S. Felix II. in Exilio S. Liberii ſedit annos duos, menſes tres, & dies tres, & poſtea fuit depoſitus, & obiit Martyr ſub Conſtantio Ariano anno 365. die 29. Iulii; & in tali die apponitur in Martyrologio.

XXXIX. S. Damaſus à Luſitania Civitatis Vimaræ, filius Antonii, creatus anno 367. die 15. Septembris, ſedit annos decem, & ſeptem, menſes duos, dies viginti ſex. Creavit Presbyteros 31. Canonicos 11. Epiſcopos 62. Ordinavit, ut Pſalmi in Eccleſia cantentur, his addendo Gloria Patri, &c. Confeſſor occubuit ſub Valentiniano, & Theodoſio anno 384. die undecima Decembris, ſepultus in Baſilica via Ardiatiana, vacat ſedes per dies 32. ſuo tempore fuit ſecundum ſchiſma in Eccleſia inter Damaſum, & Urſicinum Antipapam; primum enim fuit tempore Cornelii Papæ inter ipſum, & Novatianum.

XL. S. Siriacus Romanus, filius Tibartii, creatus anno 385. die 14 Ianuarii, ſedit annos tredecim, menſem unum, & dies octo. Creavit Presbyteros 26. Diaconos 16. Epiſcopos 32. Ordinavit, quòd aqua baptiſmalis fieret in Sabbato ſancto; quòd Monachi poſſent eſſe Epiſcopi, quod Clerici non habitent cum mulieribus, exceptis matre, & in primo, & ſecundo gradu; quòd Epiſcopi conſecrent Sacerdotes, & quòd Ordines non dentur ſimul in una ordinatione; ordinavit Concilium Conſtantinopolitanum ex 1350. Epiſcopis: Confeſſor occubuit ſub Arcadio, & Honorio anno 398. die 22. Februarii; ſepultus eſt in Cœmeterio Caliſti. Vacat Sedes per dies 20.

XLI. S. Anaſtaſius Romanus filius Maſſimi creatus anno 398. die 14. Martii, ſedit annos quatuor, menſem unum, dies tredecim; creavit Presbyteros octo, Diaconos quinque, Epiſcopos decem; ſtatuit, quòd cum in Eccleſia legitur Evangelium, aſtantes aſſurgerent. Confeſſor occubuit anno 402. die 27. Aprilis ſub Arcadio, & Honorio, ſepultus eſt in Cœmeterio Urſi Pileati. Vacat Sedes dies 21.

XLII. S. Innocentius I. Albanenſis, filius Innocentii; creatus anno 402. die 18. Maii, ſedit annos quindecim, menſem unum, dies decem. Creavit Presbyteros 30. Diaconos 12. Epiſcopos 44. Expulit è Roma hæreticos Catafrigos, ædificavit Eccleſiam SS. Gervaſi, & Protaſi, & eam multis donis locupletavit,

fecit unam Synodum in Civitate Bordeos, ubi reprobata fuit opinio *Priſcilliani* dependens à Manicheis. Confeſſor occubuit ſub Honorio, & Theodoſio, ſepultus in Cœmeterio Urſi *Pileati*. Vacat *Sedes* per dies 22.

XLIII. S. Zoſimus Grecus filius Abrami, creatus anno 417. die 19. Auguſti, ſedit annum unum, menſes quatuor, dies ſeptem. Creavit Presbyteros decem, *Diaconos* tres, Epiſcopos octo; ordinavit, ut Diaconi in celebrando uterentur Manipulo apponendo in ſiniſtro brachio; Confeſſor occubuit anno 418. die 26. Decembris ſub Honorio, & Theodoſio; ſepultus eſt in via Tiburtina apud S. Laurentium. Vacat *Sedes* per diem unum.

XLIV. S. Bonifacius I. Romanus filius *Iucundi* creatus anno 418. die 28. Decembris, ſedit annos quatuor, menſes novem, dies 27. Creavit Presbyteros quatuordecim, Diaconos tres, Epiſcopos trigintaſex; confirmavit Decretum Soteris circa mulieres faſtum, de non tangendis rebus ſacris; & ſtatuit flores in Feſtivitate Pentecoſtes contra Deam Floram; Confeſſor obiit anno 423. die 25. Octobris ſub Theodoſio. Vacat *Sedes* per dies novem, ſepultus via *Salaria* apud *Sanctam* Felicitam; ejus tempore fundata eſt Civitas Venetiæ anno 421. die 25 Martii; & fuit tertium ſciſma inter Bonifacium, & Eulalium Antipapam.

XLV. *S. Cœleſtinus* I. Romanus filius Priſci creatus anno 423. die 3. Novembris, ſedit annos octo, menſes quinque, & dies tres; addidit in *Miſſa*: Iudica me Deus, &c. fecit Synodum in Efeſo, ubi interfuerunt 200. Epiſcopi, & fuerunt ibi damnati Neſtoriani, & Pelagiani. Creavit Presbyteros 32. Diaconos 12. Epiſcopos 24. Confeſſor occubuit anno 432. die 6. Aprilis ſub Theodoſio, & Valentiniano, ſepultus eſt in Cœmeterio Priſcillæ via *Salaria*. Vacat Sedes dies vigintiunum.

XLVI. S. Siſtus III. Romanus, filius Siſti, creatus anno 432. die 27. Aprilis, ſedit annos ſeptem, menſes undecim. Creavit Presbyteros 28. Diaconos 12. Epiſcopos 52. Ædificavit Eccleſiam S. Mariæ Majoris, cum elargitione donorum, & contra feſtum Gentilium, ſtatuit feſtum *Candelæ* Mariæ Virginis. In principio ſui Pontificatus Civitas Conſtantinopolim fuit à valido terremotu quaſi deſtructa: & tunc apparuit quidam Iuvenis, qui voce magna clamabat: Cantate Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus fortis, & immortalis miſerere nobis; & ſic cantando, liberata fuit dicta Civitas à Terremotu, qui duravit per quatuor menſes. *Confeſſor* obiit ſub Theodoſio, & Valentiniano anno 440. die 28. Martii. Vacat Sedes per dies 42.

XLVII. S. Leo I. appellatus Magnus Toſcanus, filius Quintiniani, creatus anno 440. die 10. Maii, ſedit annos 20. menſes decem, & dies viginti octo; creavit Presbyteros 81. *Diaconos* 31. Epiſcopos 86. Addidit in Miſſa ſanctũ Sacrificium, &c. fecit unam Synodum in Epheſo, ubi damnatus fuit Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus, & unum Concilium in Calcedonia, ubi adfuerunt 630. Epiſcopi, & fuerunt damnati Neſtorius, & Eutichius, & cõbuſti libri Manichæorum. Confeſſor obiit ſub Leone, & Severo anno 461. die undecima Aprilis,

ſe-

Digitized by Google

ſepultus fuit in Vaticano. Sedes vacavit menſes ſeptem.

XLVIII.S.Hilarius Sardus, filius Criſpini, creatus anno 461.die 12.Novembris, ſedit annos quinque,menſes , dies vigintiocto. Creavit Presbyteros 25 Diaconos 5.Epiſcopos 22. Confirmavit tria Concilia, Nicenum, Epheſum, & Calcedonenſe ; ſtatuit, quòd Pontifices non inſtituerent ſucceſſores. Obiit Confeſſor ſub Leone anno 467.die 10.Septembris, ſepultus eſt in S.Laurentio apud corpus S.Sixti. Vacat ſedes dies decem.

IL.S.Simplicius Tiburtinus, filius Caſtini, creatus anno 467. die 20.Septẽbris, ſedit annos quindecim, menſes quinque, dies decem; creavit Presbyteros 58. Diaconos 11. Epiſcopos 86. Ordinavit, quòd Clerici non recipiant à laicis beneficia; ædificavit Romæ Eccleſiam S.Stephani Protomartyris in monte Celio, Eccleſiam S.Andreæ, & aliam S.Stephani apud S.Laurentium, & Eccleſiam S.Bibianæ, ubi collocavit ejus corpus. Confeſſor occubuit ſub Zenone Auguſto, & Odoarco, ſepultus in Eccleſia S.Petri. Vacat Sedes per dies ſex. Obiit anno 483.prima die Martii.

L.S.Felix III.Romanus filius Felicis, creatus anno 483. die 8.Martii, ſedit annos 8. menſes undecim, dies vigintiduos; ordinavit, quòd ſoli Epiſcopi poſſint Eccleſiam conſecrare; ædificavit Eccleſiam S.Agapiti; creavit Presbyteros 28.Diaconos quinque, Epiſcopos 30. ſuo tempore floruit Damaſcenus. Confeſſor obiit ſub Anaſtaſio Imperatore, & Odoarco Rege anno 492. die 25. Februarii, ſepultus in Eccleſia S.Pauli. Vacat Sedes quinque dies.

LI.S.Gelaſius I.Africanus, filius Valerii, creatus anno 492.die 2.Martii, ſedit annos quatuor, menſes octo, dies decem, & novem. Creavit Presbyteros 33.Diaconos 2. Epiſcopos 67. Compoſuit multos Hymnos, ejecit ab Urbe Manicheos, & publicè eorum libros dedit igni; ædificavit Eccleſiam S.Eufemiæ, Sanctorum Nicandri, & Eleuterii, & S.Mariæ in Laurentiana. Confeſſor occubuit ſub Anaſtaſio Auguſto, & Theodorico Rege anno 496. die 21. Novembris; ſepultus eſt in Eccleſia S.Petri. Vacat Sedes per dies ſeptem.

LII.Anaſtaſius II.Romanus filius Petri, creatus anno 496. die 28. Novembris, ſedit annum unum, menſes undecim, dies vigintiduos; Creavit Presbyteros 12. & Epiſcopos 16. Excommunicavit Anaſtaſium Imperatorem; ſuo tempore Traſimundus Rex Vvandalorum, clavis omnes Eccleſias Catholicorum, & relegavit in Sardinia 220.Epiſcopos. Et Olimpius Epiſcopus Arrianus blaſphemando Sanctiſſimam Trinitatem, in publico percuſſus eſt tribus ſagittis è Cœlo deſcendentibus, & combuſtus eſt; & quidam alius Epiſcopus volens baptizare infantem modo Arriano, aqua diſparuit. Ipſe verò Pontifex ſecutus eſt Acatium hæreticum, & malè mortuus eſt anno 498. die 10.Novemgris. Vacat Sedes per dies undecim.

LIII.S.Simmacus I.Romanus filius Fortunati,creatus anno 498.die 22.Novembris, ſedit annos quindecim, menſes ſeptem, dies vigintiſeptem, creavit Presbyteros 92. Diaconos 16.Epiſcopos 117. ſtatuit, quòd in Miſſa cantetur Gloria in Excelſis Deo. Confeſſor obiit anno 514.die 19.Julii ſub Anaſtaſio Au-

 guſto,

guſto.& Theodorico Rege, ſepultus in Eccleſia S.Petri, vacat Sedes dies ſeptem. Suo tempore fuit quartum ſciſma inter ipſum, & Leonem Antipapam.

LIV.S.Hormiſda I. à Froſinone, filius Juſti, creatus anno 514. die 26. Julii, ſedit annos novem, dies decem; creavit Presbyteros 21. Epiſcopos 55. Ejecit Manicheos, & ſuo tempore floruit Magnus Boetius Severinus, qui in carcere poſitus, ſcripſit multos libros. Confeſſor obiit anno 523. die 6.Auguſti ſub Iuſtino Imperatore, & Theodorico Rege, ſepultus eſt in Eccleſia S.Petri. Vacat Sedes per dies ſex.

LV.S.Ioannes I.filius Conſtantii Toſcanus, creatus anno 523.die 13.Auguſti, ſedit annos duos, menſes novem, dies quindecim. Creavit Epiſcopos quindecim, reſtauravit Cœmeteria. Martyr occubuit ſub Iuſtino Imperatore, & Theodorico Rege anno 526.die 27.Maii, ſepultus in Baſilica S.Petri. Vacat Sedes dies 58.

LVI.S.Felix IV.Beneventanus, filius Caſtorii, creatus anno 526.die 24.Iulii, ſedit annos quatuor, menſes duos, dies decem,& octo, creavit Presbyteros 55.Diaconos quatuor, Epiſcopos 29. Excommunicavit Patriarcham Conſtantinopolitanum uti hæreticum; ædificavit Eccleſiam SS.Coſmi, & Damiani, & reſtauravit Eccleſiam S.Saturnini via Salaria; ordinavit,quòd infirmi ungantur Oleo ſancto, conſecrato ab Epiſcopo die Cœnæ;Confeſſor occubuit anno 530 die 12.Octobris ſub Iuſtiniano Imperatore, & Alarico Rege, ſepultus in Baſilica S.Petri; Sedes vacat per dies tres.

LVII.S.Bonifacius II.Romanus filius Sigisbuldi creatus anno 530. die 16. Octobris, ſedit annum unum, & dies duos. Ordinavit, quòd in Eccleſia Clerici ſint à laicis ſeparati, & quòd nullus Pontifex poſſit ſucceſſorem eligere. Cōfeſſor occubuit ſub Iuſtiniano, & Alarico anno 531. die 17.Octobris. Vacat Sedes menſes tres, & dies quinque, ſepultus eſt in Baſilica S.Petri. Quintum ſciſma inter Bonifacium, & Dioſcorum Antipapam.

LVIII.Ioannes II.Romanus filius Projecti, creatus anno 532.die 22.Ianuarii, ſedit annos duos, menſes quatuor, dies ſex. Excommunicavit Epiſcopum Antimii uti hæreticum; creavit Presbyteros 15. Epiſcopos 21. recepit à Iuſtiniano Imperatore munera aurea danda Eccleſiæ S.Petri. Obiit anno 534. die 28.Maii, ſub Iuſtiniano Imperatore, & Theodato Rege,ſepultus eſt in Baſilica S.Petri. Sedes vacat per dies ſex.

LIX. S.Agapitus I. Romanus filius Iordani, creatus anno 534. die 3. Iunii, ſedit menſes undecim, dies decem & novem; Pacificavit Iuſtinianum, cum Theodato; Obiit Conſtantinopolim, & ejus corpus delatum fuit Romæ, & ſepultus eſt in Baſilica S.Petri; vacat ſedes per dies quinquaginta octo.

LX. S. Silverius à Froſinone, filius Normiſdæ, creatus anno 536. die .... ſedit annos tres, menſes quinque, dies duodecim, fuit obſeſſus tempore Gothorum, & induit ſe habitum monachalem. Obiit confeſſor anno 540. die 20. Iunii ſub Iuſtiniano Imperatore, & Virige Rege, vacat Sedes per dies ſex.

LXI. S. Vigilius Romanus nobiliſſimus, filius Ioannis creatus anno 540. die

die 27. Iunii; ſedit annos ſexdecim, menſes ſex dies viginti ſex. Mortuus eſt Syracuſis in Sicilia, & corpus ejus fuit Romæ delatum, & ſepultum in Eccleſia S. Marcelli, anno 555. ſub Iuſtiniano; Sedes vacat menſes ſex, & dies quinque. Suo tempore fuit Sciſma ſextum, inter Silverium, & Vigilium.

LXII. Pelagius I. Romanus filius Ioannis, creatus anno 556. die 16. Aprilis, ſedit annos tres, menſem unum dies quindecim; Creavit Præsbyteros 26 Diaconos undecim, Epiſcopos 30. Prohibuit vias illicitas ad ordines, ſtatuit quod hæretici, & ſciſmatici poſſint puniri à curia ſeculari. Obiit 559. die 2. Martii ſub Iuſtiniano Imperatore, ſepultus in Baſilica S. Petri. Sedes vacat menſes tres dies vigintiquinque.

LXIII Ioannes III. Romanus filius Anaſtaſii Catellini, creatus anno 559 die 27. Iunii, ſedit annos duodecim, menſes undecim, dies ſexdecim; placavit iram Magſetis pro Romanis. Obiit anno 572. die 13. Iulii ſub Iuſtiniano ſepultus in Baſilica S. Petri, ſedes vacat menſes decem; & dies tres.

LXIV. S. Benedictus I. Romanus, filius Bonifacii Bonoſii, creatus anno 573. die 16. Maii, ſedit annos quatuor menſes duos, dies quindecim; in pænuria Italiæ ipſe nutrivit Romam cum abundantia. Confeſſor occubuit anno 577. die 31. Iulii ſub Tiberio, & Mauritio, ſedes vacat menſes tres dies decẽ.

LXV. Pelagius II. Romanus filius Vinigildi, creatus anno 577. die 11. Novembris. Sedit annos duodecim, menſes duos, dies vigintiſeptem; de ſuo domo fecit hoſpitale Obiit peſte anno 590. die 8. Februarii, ſepultus eſt in vaticano. Sedes vacat menſes ſex, & dies vigintiquatuor.

LXXI. S. Gregorius I. Magnus Romanus, filius Gordiani creatus anno 590. die 3. Septembris, ſedit annos tredecim, menſes ſex, & dies novem. Primus ſe ſubſcripſit ſervus ſervorum Dei; addidit in Miſſa Kyrie Eleiſon. & Alleluja. inſtituit notum ordinem officii, & litanias majores; & multa ſcripsit. Et poſtuquam ſanctè vixit, ſanctè etiam occubuit anno 604. die 12. Martii ſub Foca Imperatore. Vacat ſedes menſes quinque dies, decem & novem.

LXVII. Sabinianus à Bleda, filius Boni, creatus anno 604. die prima Septembris; ſedit menſes quinque, & dies decem, & novem, ordinavit quod in Eccleſia ſint lampades accenſæ. Mortuus eſt anno 605. die 19. Februarii ſub. Foca Imperatore, vacat ſedes menſes undecim. & dies 26.

LXVIII. S. Bonifacius III. Romanus filius Ioannis Catadiocè, creatus anno 606. die 15. Februarii, ſedit menſes octo, & dies vigintitres. Statuit quod Epiſcopus non eligatur niſi poſt mortem Epiſcopi anteceſſoris. Confeſſor obiit ſub Foca anno 606. die 22. Novembris. Vacat ſedes per menſes decem & dies ſex.

LXIX. S. Bonifacius IV. à Valeria, filius Joannis, creatus anno 607. die 18 Septembris; ſedit annos ſex, menſes octo & dies ſeptem. Fecit ex propria Domo Monaſterium, conſecravit templum Cibale, & Panteon Mariæ Virgini, & Martyribus. Confeſſor mortuus eſt anno 614. die 25. Maii ſub Neraclio. Vacat ſedes per menſes quinque, & dies decem & octo.

S. Deus

LXX. S.Deus dedit I. Romanus filius Stephani creatus anno 614. die 13. Novembris; ſedit annos duos, & menſes undecim, & dies viginti ſex. *Venienti* ei obviam leproſus oſculo ſanavit, ſtatuit quod non accipiatur filia baptizantis in uxorem. Confeſſor obiit anno 617. die 8. Novembris ſub Heraclio ſepultus eſt in *S.*Petri Baſilica. Vacat ſedes per menſem, & dies ſexdecim.

LXXI. S.Bonifacius V. Neapolitanus, filius Ioannis Fumminii, creatus anno 617. die 24. Decembris, ſedit annos ſeptem, menſes decem, & diem unum. Ordinavit quod ab Eccleſia nullus extrahatur per vim, fecit Cæmeterium S.Nicomedis. *S*uo tempore incepit peſſimus Maumethus. Confeſſor mortuus eſt ſub Neraclio anno 625. die 25. Octobris, vacavit ſedes menſes quatuor, & dies quindecim. Sepultus in Baſilica S.Petri.

LXXII. Honorius I. Campanus, filius Petronii, creatus anno 626 die 13. *M*ar ii, ſedit annos duodecim, menſes quatuor, dies vigintiotto, primus ordinavit proceſſiones procedendo ad Eccleſia Sancti Apollinaris, uſque ad S.Petrum in omni ſabbato, mortuus eſt anno 638. die 10. Octobris ſub Heraclio. ſepultus eſt in Eccleſia S.Petri. Vacat ſedes menſes ſeptem, dies viginti.

*L*XXIII. Severinus Romanus filius Labieni, creatus die prima Junii anno 639. ſedit menſes duos. ſuo tempore mortuus eſt *M*aomettus, & floruit S.Aurea diſcipula S.Eligii; Et Heraclius duxit SS.Crucem è Hieruſalem, Conſtantinopolim. *M*ortuus eſt anno 639. prima die Septembris, ſedes vacat menſes quatuor, & ipſe ſepultus eſt in S.*P*etro.

LXXIV. Joannes IV. à Zara, filius Venantii Scholaſtici, creatus die 31. Decembris anno 639. ſedit annum unum, menſes novem, dies ſex, fecit ducere corpora *S*anctorum Vincentii, & Anaſtaſii Romam. *S*uo tempore floruerunt Vincentius Epiſcopus Belvacenſis, Muardus Archiepiſcopus Rehemenſis, Rinaldus Epiſcopus Traietti, & Idocus filius Regis Brettangæ. Mortuus eſt anno 641. die 7. Octobris ſub Heraclio, ſepultus eſt in Baſilica *S*.Petri. Vacat ſedes per menſem, & dies decem & octo.

LXXV. *S*. Theodorus Grecus, filius Theodori Epiſcopi, creatus anno 641. die 25. Novembris; ſedit annos ſeptem, & menſes quinque. *Æ*dificavit aliquas Eccleſias; confeſſor obiit anno 649. die 14. *M*aii ſub Heraclio, ſepultus eſt in Baſilica S.Petri. Vacat ſedes menſem unum, dies ſexdecim.

LXXVI. S. *M*artinus I. à Todi, filius Fabritii. creatus anno 649. die 1. Iulii ſedit annos quinque, menſes quatuor, dies duodecim, fecit unam *S*ynodum. *M*artyr occubuit ſub Conſtante Imperatore die 12. Novembris 654. in Synodo excommunicavit Paulum Patriarcham *C*onſtantinopolitanum hæreticum, à quo relegatus eſt poſtea, & mancipatus, & in exilio apud *C*herſoneſum mortuus eſt. Vacat ſedes dies 28.

LXXVII. Eugenius I. Romanus filius Rufiniani, creatus die 10. Decembris 654. ſedit menſes ſex, dies vigintiquinque; ordinavit quod *P*resbyteri, *D*iaconi, & Subdiaconi perpetuam ſervarent caſtitatem, & quod monaci non egrediantur è monaſterio ſine licentia ſuperioris; mortuus eſt die 2. Junii 655.

ſub

ſub conſtante, ſepultus in Eccleſia S.Petri; vacat ſedes per menſem, & dies viginti octo.

LXXVIII.S.Vitalianus à Segni, filius Anaſtaſii, creatus die ultima Auguſti 655. ſedit annos tredecim, menſes quatuor, & dies viginti ſeptem; compoſuit Regulam Eccleſiaſticam ordinando cantum. Confeſſor occubuit ſub Cõſtantino die 3. Januarii 669. ſepultus in S.Petro vacat ſedes per menſes duos, & dies tredecim.

LXXIX.Deusdedit II. ſeu Deodatus Romanus filius Ioviniani, creatus die 9. Aprilis 669. ſedit annos ſeptem, menſes duos, & dies decem & ſeptem. Suo tempore apparuit Cometa, & duravit per menſes tres, & aderant continuò pluviæ, et tonitrua, et ipſe ordinavit proceſſiones ad placandam iram Divinã. Mortuus eſt die 26. Iunii 676. ſub Conſtantino, ſepultuſque eſt in S.Petro. Vacat Sedes per menſes quatuor, et dies quinque. Quoque tempore hujus Pontificis in Civitate Paviæ nati ſunt unus puer, et una puella ſimul conjuncti, puer cum capite Canino, et puella, cum capite Catæ; et dicta Civitas fuit per annum deſolata ab habitatoribus; et fuit peſtis valida in tota Lombardia.

LXXX.Donus I.Romanus filius Mauritii, creatus die 1. Novembris 676. ſedit annum unum, menſes quinque, dies decem. Marmoravit cortile D.Petri, refecit Eccleſiam Apoſtolorum, Eccleſiam S Euſemiæ via Appia, reduxit Ravennæ Eccleſiam ad obedientiam Summi Pontificis, et Theodorus Epiſcopus dictæ Civitatis errores depoſuit, et credidit veritati Catholicæ. Mortuus eſt ſub Conſtantino V. Pogonato die 11. Aprilis 678. ſepultus eſt in S.Petro. Sedes vacat menſes duos, & dies quindecim.

LXXXI. S.Agathonius ab Aquila filius Pannonii Amone, creatus die 26. Iunii 678. ſedit annos tres, menſes undecim, dies decem et octo. Fecit ſextam Synodum Conſtantinopolitanam. Confeſſor occubuit ſub Conſtantino die decima Iunii 682. ſepultus in S.Petro. Vacat Sedes per annum unum, et dies quinque.

LXXXII.S.Leo II.Sicilianus, filius Pauli, creatus die 15. Auguſti 683. ſedit menſes decem, dies tredecim. Fuit magnus Muſicus, & ſtatuit, quod in Miſſa detur populo pax. Confeſſor occubuit die 28. Iunii 684. ſub Conſtantino V. Vacat Sedes per menſem, & dies 22.

LXXXIII.Benedictus II, Romanus, filius Ioannis, creatus die 20. Auguſti 684. ſedit menſes octo, & dies decem, & ſeptem. Statuit, quòd Papa non indigeat coronatione Imperatoris. Fuit in pauperes miſericors, in litteris ſacris eruditiſſimus. Reſtauravit Eccleſiam S.Petri, S.Valentiniani Martyris, & Sancti Laurentii. Occubuit die 7. Maii 685. ſub Conſtantino V. Vacat ſedes per menſes duos, & dies quinque, ſepultus in S.Petro.

LXXXIV.Ioannes V.Antiochenſis, filius Ciriaci, creatus die 22. Iulii 685. ſedit per annum, & dies undecim; ſuo tempore mortuus eſt Imperator Conſtantinus, cui ſucceſſit Iuſtinianus II. ejus filius, & fuit conſecratus à tribus Epiſcopis, Oſtienſis, Porti, & Velletrenſis, qui ritus obſervatur à poſteris.

Mor-

Mortuu eſt die 2.Auguſti 686.ſub Iuſtiniano, ſepultus in S.Petro. Vacat Sedes per menſes 2.& dies 5.

LXXXV.Canon I.à Tracia creatus die 20.Octobris 686.ſedit menſes undecim, dies 23.Fuit aſpectu venerando, & grato, itaut cognominaretur Angelicus. Obiit die 13.Octobr.687.ſub Iuſtiniano II. ſepultus eſt in S.Petro. Vacat Sedes per duos menſes, & dies duodecim. Septimum ſciſma inter Canonē Papam, & Petrum Archipresbyterum, & Theodorum Presbyterum.

LXXXVI.Sergius I. Palermitanus, filius Tiberii, creatus die 25. Decembris 687.ſedit annos 13.menſes 8.dies 14.ſtatuit,quòd dicatur Agnus Dei,&c. ter in Miſſa. Reduxit Eccleſiam Aquileæ ad veritatem Catholicam, & Saſſoniam ad Fidem Chriſti. Invenit aliquantulum Crucis Chriſti. Obiit die 9.Septembris 701.ſub Tiberio Abſimato,ſepultus in S.Petro;Vacat Sedes per menſem, & dies viginti.

LXXXVIII.Ioannes VI.Grecus, filius Paterni, cteatus die 29. Octobris 701. ſedit annos 3.menſes 2.dies 12. Reſtauravit Eccleſiam S.Andreæ, & S.Marci; & ordinavit Columnas in Altari S.Petri. Mortuus eſt die 10. Ianuarii 705. ſub Tiberio Abſimato. Vacat Sedes per menſem, & dies decem & octo.

LXXXVIII.Ioannes VII.Calaber a Ruſſano, filius Platonis,creatus 1.Martii 705.ſedit annos duos, menſes ſeptem, dies decem & ſeptem; ſuo tempore fuit fames valida in Italia tribus annis, pluit ſanguis, & poſtea lac de Cœlo. Adornavit Cœmeterium Damaſi. Mortuus eſt die 20.Octobris 707.ſub Iuſtiniano II. ſepultus eſt in Cappella Mariæ V.in S.Petro,quam ipſe conſtruxerat. Vacat Sedes per menſes 3.

LXXXIX.Siſinus I.à Soria filius Jannis, creatus die 18.Ianuarii 708. ſedit dies 20.Mortuus eſt die 7.Februarii 708.ſub Iuſtiniano II.Vacat ſedes dies 29

LXXXX. Conſtantinus I. à ſoria filius Joannis creatus die 7. Martii 708. ſedit annos ſex, menſem unum, & diem unum. Fuit ſuo tempore valida fames Romæ per tres annos, & ipſe propriis ſimptibus pauperes atebat; fecit Synodum ubi damnavit Filippum Imperatorem uti hæreticum. Mortuus eſt die 9.Aprilis 714.ſub Leone III. ſepultus eſt in S.Petro. Sedes vacat dies 45.

LXXXI. S.Gregorius II.Romanus, filius Marcelli,creatus eſt die 22.Maii 714.ſedit annos ſexdecim, menſes octo dies viginti. Fuit doctiſſimus in lingua latina, & græca, depoſuit Imperatorem Leonem, ex imperio, illum excommunicando uti combuſtorem Sanctorum Imaginum; Roma obſeſſa à Lutiprando Longobardorum Rege, recurrit pro auxilio ad Carolum Regem Franciæ, cujus ope liberatur, Ædificavit Eccleſias, & monaſteria, & reſtauravit Mœnia Civitatis. Fuit de nobiliſſima familia Sabellia. Confeſſor obiit die 11.Februarii 731.ſub Leone III. Vacat ſedes per dies quinque, ſepultus eſt in S. Petro. Ejus tempore mortuus eſt Leo Imperator.

LXXXXII. Gregorius III.Siſtus; filius Ioannis, creatus die 16.Februarii 731. ſedit annos 10.m.9.d.10 ordinavit quod in S.Petro celebretur quotidie ex præsbyteris & monacis, mortuus eſt die 28. Novembris 741. ſub Conſtan-

ſtantino *VI*.Compronimo; ſepultus in S.Petro, ſedes vacat per dies 8.

XCIII.S.Zaccharias Calaber filius Policronii,creatus die 5.Decembris 741. ſedit annos.10.menſes 3.dies 10. conſignavit ſuos redditus pro oleo lampadſi Eccleſiæ, beneficavit inimicos, & contrarios,reſtauravit Librariam Palatinam, confirmavit Pipinium in Regem Galliæ, & ordinavit, quòd in Eccleſia S.Joannis Lateranenſis quotidie dentur eleemoſynæ in pauperes. Confeſſor obiit die 5.Martii 752.ſub Compronimo.Sepultus eſt in *S*.Petro. *V*acat ſedes per dies 12.

XCIV.Stephanus II. Romanus creatus die 27. Martii 752. ſedit dies tres. Mortuus eſt die 29.Martii. Vacat ſedes per diem.

XCV.Stephanus III.Romanus filius Conſtantini,creatus die 31.Martii 752. ſed t annos 5.& dies 28.fuit vir in pietate, & Religione excellens, amator pauperum. Mortuus eſt die 26.Aprilis 757.ſub Compronimo.Vacat ſedes dies 32.

XCVI.S.Paulus I.Romanus, filius Conſtantini, frater Stephani, creatus die 28.Maii 757. ſedit annos 10.menſem unum, ſimilis fratri in pietate,& Religione, beneficiebat omnes, qui eum offendebant; nocte viſitabat pauperes infirmos, & illis opitulabatur in neceſſariis, & ſimiliter faciebat in carcere detentis pro debitis; Miſit Legatos Conſtantinopolim ad Conſtantinum Imperatorem ad finem reſtituendi Imagines ſacras Eccleſiis, aliàs illum excommunicaret; tranſtulit corpus S.Petronillæ in Vaticanum.Confeſſor occubuit ſub Compronimo die 29 Junii 767.ſepultus in S.Petro.Sedes vacat per annum,& menſem.

*XC*VII.Stephanus *I*V.Siculus, filius Olivi, creatus die 29.Julii 768, ſedit annos 3.menſes 6.dies 2.quo ſedes vacavit inter Paulum, & Stephanum, per vim à Deſiderio Longobardorum Rege contra voluntatem Cleri, fuit electus Conſtantinus laicus in Papam. & perannum invitè. ſedit, tandem à populo fuit depoſitus, & unanimiter electus hic Stephanus, plenus doctrina, & ſanctitate, fecit Concilium Generale in Laterano, ubi fuit citatus Conſtantinus, & confeſſus ſuum errorem,fuit orbatus oculis. Fecit hic Pontifex decretum,quòd nullus laicus poſſit eſſe electus in Papam, & annullavit omnia facta à Conſtãtino dum erat injuſtè Pontifex. Mortuus eſt prima die Februarii 772. ſub Cõpronimo, ſepultus in Vaticano, ſedes vacat per dies octo.Hoc tempore Carolus Magnus factus eſt Rex Galliæ.

XCVIII.S.Adrianus *I*.Romanus filius Theodori, creatus die 9. Februarii 772.ſedit annos 23.menſes 10.dies 17. Vir celebris in ſanctitate, & doctrina; fecit Synodum in Franconia, ubi reprobata eſt hæreſis Feliciana, quæ damnabat Imagines Sanctorum, reſtauravit ruinam Tiberis. Confeſſor occubuit ſub Conſtantino, & *I*rene die 26.Decembris 795. ſepultus in S.Petro. Sedes non vacat per ullum diem.

IXC.S.Leo III.Romanus filius Azuppi, creatus die 26.Decembris 795. ſedit annos 20.menſes 5.dies 17. Vir caſtus, amator ſapientum, & odium neſciens, ædificavit hoſpitale, & ordinavit, quòd Sacerdos non impeditus quotidiè celebraret.Confeſſor obiit ſub LudovicoPio die 12.Junii 816.ſepultus,eſt in *S*.Petro. Sedes vacat per dies decem.

Digitized by Google

dovico II.die 1.Novembris 872.ſepultus in S.Petro:.vacat ſedes per dies 43. ſuo tempore pluit ſanguis per tres dies in Breſciano.

CX.Ioannes VIII. Romanus filius Gundi, creatus die 14.Decembris 872 ſedit annos 10.& diem unum.Ex Italia cum auxilio Principum Saracenos ejecit. Mortuus eſt die 15.Decembris 882.ſub Carolo III.ſepultus in S. Petro, vacat ſedes per dies 15.

CXI.Martinus II.a Monteſiaſcone, filius Columbi, creatus die 3. Decembris 882.ſedit per annum, & dies viginti, mortuus eſt die 18.Januarii 884.ſub Carolo III. ſepultus eſt in S.Petro.Indignus vere ſedendi in ſede Petri, cui Deus dies abbreviavit, & nullum opus fecit memoria dignum. Vacat ſedes per dies duos.

CXII.Adrianus III. Romanus, filius Benedicti, creatus die 28. Januarii 884.ſedit annum unum m.3. dies 19. ſtatuit, quod electio Pontificis fieret à Clero libera, non à populo Romano. Mortuus eſt die 9. Maii 885. & ſepultus cum lacrymis populorum in S.Petro, vacat ſedes per dies quatuor; obiit ſub Carolo III.

CXIII.Stephanus VI.Romanus, filius Adriani, creatus die 13. Maii 885. Tempore Normandorum Galliam deſtruentium, coronavit Romæ Guidonē Regem Italiæ, ſedit annos ſex dies novem. Mortuus eſt die 22.Maii 891. vacat ſedes per dies quinque.

CXIV. Formoſus I. à Porto filius Leonis creatus die 28. Maii 891. ſedit annos quinque dies . . . hic potiùs ſedem occupavit,quam poſſedit, erat enim creatura Martini II.,& illi ſimilis in moribus, habuit Antipapam Sergium III. morutus eſt anno 896.Vacat ſedes per dies duos.

CXV.Bonifacius VI Romanus filius Adriani, creatus die 17. Decembris 896,ſedem tenuit per dies quindecim vacat per dies quindecim.

CXVI.Stephanus VII. Romanus filius Joannes creatus die 16. Januarii 897. ſedit annum unum,menſes duos,& dies 19.Annullavit facta Formoſi prædeceſſoris, exhumavit è ſepulcro, & ſpoliavit veſte Pontificali, & induit illum laicali; amputavit illi duos digitos conſecratos, & illos projecit in Tiberim; & denuo illum humavit in ſepultura laicorum. Obiit die prima Aprilis 898. ſepultus in S.Petro, ſed es vacat per dies tres.

CXVII.Romanus I. à Monteſiaſcone, filius Coſtantini creatus die 4. Aprilis 898.ſedit menſes quatuor, & dies 19.hic erat Germanus Martini II. & annullavit decreta Stephani: Obiit die 23.Auguſti 898.vacat ſedes per diem.

CXVIII.Theodorus II.Romanus filius Fotii creatus die 14.Auguſti 898. ſedit per dies viginti. Obiit die 14.Septembris 898.vacat ſedes per diem.

CXIX Joannes IX.Tiburtinus filius Rampoaldi creatus die 16. Septembris 898:ſedit annos ſex,dies quindecim; fecit Synodum Ravennæ, ubi fuerunt 74.Epiſcopi, & annullaverunt acta Stephani, & reintegraverunt acta Formoſi: Suo tempore Saraceni ex Africa venerunt Calabriam, & occupaverunt Conſentiam; ubi eorum Rex mortuus eſt ex ſagitta de cœlo lapſa, &

 mili-

milites quoque perierunt. Obiit die 2. Octobris 904. Vacat ſedes per dies tres.

CXX. Benedictus IV. Romanus filius Mamoli; creatus die 6. Octobris 904. Vixit in Pontificatu annos tres, menſes ſex & dies quindecim. Suo tempore mortuus eſt Imperator Arnulphus devoratus à pediculis. Hic Pontifex ſolebat dicere quod ſuo tempore ſedes Petri erat potius occupata, quam poſſeſſa. Obiit 21. Aprilis 908. vacat ſedes dies ſex.

CXXI. Leo V. ab Ardea creatus 28. Aprilis 908. Vixit in Pontificatu dies 40. obiit præ triſtitia dum Hunni damnificabant Italiam die 7. Junii 908. Vacat per diem.

CXXII. Criſtophorus Romanus, filius Leonis creatus die 9. Iunii 908. ſedit menſes ſeptem, & fuit depoſitus.

CXXIII. Sergius III. Romanus filius Benedicti creatus die 9. Januarii 909 ſedit annos duos. Exhumavit denuò Formoſum, & punivit eum pœna capitali, & poſtea ejecit in Tiberim uti indignus ſepultura. Reſtauravit Eccleſiam Lateranenſem. & poſuit Chriſtophorum in carcerem. Obiit die 9. Januarii 911. Vacat ſedes per dies quinque.

CXXIV. Anaſtaſius III. Romanus filius Luciani creatus die 15. Januarii 911. ſedit annos duos, menſem unum, & dies 21. obiit anno 613. die 6. Aprilis, vacat ſedes per duos dies. Suo tempore apparuerunt multa prodigia. In aere viſi ſunt homines præliantes. Neapolim viſi ſunt plures ignes in Cœlo, & in Civitate Novæ fonte emanavit vivus ſanguis, dicebatur hic Pontifex inreprehenſibilis propter ſuam bonitatem.

CXXV. Landus I. Sabinus filius Thami creatus die 9. Aprilis 913. vixit in Pontificatu menſes ſex, & dies 22. obiit die 28. Decembris 913. ſedes vacat per dies 26. ſuo tempore fuit bellum inter Galliam, & Italiam, per Imperium, & Germaniam. In Natolia duæ Civitates deſolatæ fuerunt ob Terremotum, & per totam Italiam audiebantur in cœlo voces terribiles & de cœlo ignis cecidit, & aſſediata eſt Civitas Coſtantinopolitana.

CXXVI. Joannes X. Romanus creatus die 23. Januarii 914. ſedit annos 14. m. 2. dies tredecim. Obiit ſub Henrico I. die 7. Aprilis 928. vacat ſedes dies duos.

CXXVII. Leo VI Romanus filius Chriſtophari, creatus die 10. Aprilis 928 ſedit menſes ſex, dies tredecim, obiit die 23. Octobris 928. ſepultus in S. Petro, vacat ſedes per diem unum.

CXXVIII. Stephanus VIII. Romanus filius Teudemundi, creatus die 25. Octobris 928. ſedit annos duos; mēſē unū, dies quindecim. Hic erat plenus mãſuetudine, & Religione, obiit dies 18. Decēbris 930. ſub Henrico I. ſuo tēpore ſpirineus Dux Boemiæ Fidem Catholicam eſt profeſſus, & Vibertus Princeps Lotharingiæ floruit in ſanctitate, vacat ſedes per dies quatuordecim.

CXXIX. Ioannes XI. Romanus de comitibus Tuculanis, filius Sergii, creatus anno 931. die 2. Ianuarii, ſedit annos quatuor ſub Henrico I. ſepultus eſt in S. Petro, vacat ſedes per dies duos. Obiit anno 935. die 3. Novembris.

Leo

CXXX.Leo VII. Romanus creatus die 6.Novembris 935.ſedit annos tres, menſes ſex,dies....Obiit die 6.*Maii*939.ſub Henrico I.ſepultus in S.Petro.Vacat ſedes per tres dies. Propter revolutiones de eo nil dicitur.

CXXXI.Stephanus IX.Romanus creatus die 10.Maii 939.ſedit annos tres, menſes quatuor,dies quindecim ; obiit die 25.Septembris 942. ſub Ottone I. vacat ſedes per dies 36.fuit vulneratus ex ſeditione.

CXXXII.Martinus III. Romanus creatus die prima Novembris 942. ſedit per annos tres, menſes ſex,dies tredecim . Obiit die 13. Maii 946.ſub Ottone I.vacat ſedes per dies tres.Reſtauravit Eccleſias.

CXXXIII.Agapitus II.Romanus. creatus die 17.Maii 946.ſedit annos novem , menſes ſeptem, dies decem . obiit die 27. Decembris 955. vacat ſedes per dies undecim.

CXXXIV.Ioannes XII. Romanus de comitibus Tuſculanis , creatus die 8. Ianuarii 956.ſedit annos octo, menſes quatuor, & dies ſex; obiit die 14. *Maii* 964.ſub Ottone *I*.Hic indignè hanc ſedem obtinuit, & per media illicita; Unde duo Cardinales recurſum habuerunt ad Ottonem Regem Germaniæ , ut eum deponeret . & liberaret Chriſti gregem à tali non Paſtore, ſed lupo; Pōtifex autem Ioannes in vindictam dictorum Cardinalium, eos appræhendit,& uni naſum , & alteri munum amputavit. *R*omani autem Ioannem depoſuerūt, &creaverunt Leonem Romanum, qui ſtatim depoſitus eſt à Ioanne , & ſuis adhærentibus. & denuò *I*oannes ſedit,& poſt aliquos dies mortuus eſt.

CXXXV.Benedictus V.creatus anno 964. die 4. Iulii 965. vacat ſedes per menſes duos,& dies 27.

CXXXVI.Ioannes XIII.Romanus filius *I*oannis, creatus die prima Octobris 965.ſedit annos ſex,menſes undecim, dies quinque. Coronavit duos *I*mperatores Occidentales . *P*ropter Romanorum revolutiones , fuit incluſus in mole Adriani . & poſteà relegatus in Capuam, & poſt undecim menſes exilii, Romam redit , & fecit Capuam Metropolitanam. Obiit die 6. Septembris 972.ſub Ottone primo ſedes vacat per dies quatuordecim.

CXXXVII. Donus II. Romanus . creatus die 20. Septembris 972. ſedit menſes tres . Obiit die 19.Decembris 972.ſub Ottone I. Vacat ſedes per dies decem.

CXXXVIII.Benedictus VI Romanus, filius Hildebrandi ; creatus die 30. *D*ecembris 972.ſedit annum unum, menſes tres, dies 24. Obiit anno 974.die 24.Martii. Vacat ſedes per dies quinque.

CXXXIX, Bonifacius VII.filius Ferruccii intruſus die 30. Martii 974. hic iniuſtè ſedem occupavit , & eam tenuit uſque ad 975.& propter Populi conſpirationem aufugivit Conſtantinopolim, auferēdo à S.Petro omnes res prætioſas, quibus venditis, iterum rediit *R*omæ ad ſedem occupandam , ſed denuo iterum eſt ejectus qui aufugit , & fuga mortuus eſt dum vixiſſet in Papatu per annum, menſes duos, & diem unum.

CXL. Benedictus VII.ex Comitibus Tuſculanis, creatus die prima Iunii

975.

Digitized by Google

975.vixit in *Pontificatu* annos novem, menſem unum, & dies viginti. De eo nil ſcribitur propter ſeditionem Imperatorum Græcorum. Obiit anno 984.

CXLI. Ioannes XIV. à *Pavia*, creatus die 19. Iulii 984. ſedit per menſes octo. ſedes vacat per menſes quinque, & dies quatuordecim.

CXL II. Joannes XV. Romanus, filius Leonis, creatus die prima Auguſti 985., ſedit annos decem, m. 9. d. 7. obiit die 7. Maii 996. ſub Ottone II. ſedes vacat per dies 36. hic cœpit primò diſpenſare inter Parentes. Suo tempore fuit fames valida, & peſtilentia in *Italia*. In Genuenſi unus Equus locutus eſt lingua humana, & à pluribus eſt auditus. *In* Piſa homines cum facie Canina viſi ſunt. In Ancona nata ſunt multa monſtra, & inter alia natus eſt puer cum capite, & manu urſi, cum pedibus ſerpentinis, & cum Cauda Cati. In Hiſpania pluit lapides, ranas, lanam. In Flandria viſus eſt ſerpens magnus volans per aerem. Apparuit etiam Cometa prænuncia forſan horum mirabilium.

CXL III. Gregorius V. à Saſſonia filius Othonis Ducis Saſſoniæ creatus die 12. Junii 996. ſedit annos duos m. 8. obiit die 18. Februarii 999. ſub Othone III. Vacat ſedes per dies quindecim. Hic Pontifex propter ſeditiones Romanorum ſe contulit in Hetruria, & poſtea in Germania; & hoc tempore Creſcentius Conſul creavit *Papam* Ioannem Græcum Epiſcopum Placentiæ; Romani occiderunt Creſcentium, & orbaverunt Ioannem, & amputaverunt illi duas ambas manus; Et Gregorius reverſus poſt exilium ſedit in Cathedra Petri, & fecit decretum, quod ſoli Germani Imperatorem eligerent, & poſtea *Pontifex* illum confirmaret.

CVLIV. Silveſter II. Gallus creatus die 6. Martii 999. ſedit annos 4. m. 2. d. 6. obiit die 12. Maii 1003. ſub Henrico II. de hoc Pontifice; Platina aſſerit fuiſſe peſſimum, & Nigromantem. *F*amvinius negat. Vacat ſedes per dies quindecim.

CXLV. *Io*annes XVI. Romanus, creatus die 28. Octobris 1003. ſepultus eſt in *Mo*naſterio S. Sabinæ. Vacat ſedes per dies vigintitres.

CXLVI. Joannes XVII. Romanus, creatus die 20. Novembris 1003. ſedit annos quinque, menſes ſeptem, dies vigintinovem. Obiit die 18. *Iulii* 1009. ſub Henrico II. vacat ſedes per menſem, & dies tredecim.

CXLVII. Sergius IV. Romanus filius Petri Martini, creatus die 30. Auguſti 1009. ſedit annos duos, menſes novem. Obiit die 29. Maii 1012. ſub Henrico II. vacat ſedes per dies octo, ſepultus eſt in S. Petro cum opinione Sanctitatis, Nam fuit vir Clemens, modeſtus, & beneficus in pauperes, prudens in agendis, ita ut nil fecit dignum reprahenſione in ſuo Regimine.

CXLV III. Benedictus VIII. Romanus de Comitibus Tuſculanis, creatus die 6. *I*unii 1012. ſedit annos undecim, menſes octo, dies vigintiunum. Coronavit Henricum I. de Bavera, & hic occiſus à ſeditioſis, Benedictus fuit depoſitus; & alter in ſede Petri poſitus, poſtea, vero depoſitus iſte Antipapa, reſtitutus fuit Benedictus. Obiit die 27. Februarii 1024. ſub Henrico II. ſepultus eſt in S. *P*etro; ſedes vacat per dies tres.

Io-

CXLIX. Joannes XVIII. de Comitibus Tuſculanis creatus die prima *Martii* 1024. ſedit annos novem, menſes octo, dies octo. Vir vitæ laudabilis. Obiit die 8. Novembris 1033. ſub Corrado II. Vacat Sedes per dies duos. *S*uo tempore fons aquæ in Lotharingia converſa eſt in ſanguinem.

CL. Benedictus IX. Nepos Benedicti VIII. & Ioannis XVIII. creatus die undecima Novembris 1033. Fuit à Romanis depoſitus, & creatus *S*ilveſter Tertius, & poſt quadraginta dies Silveſter fuit depoſitus, & Benedictus reſtitutus in Sede *P*etri, & tandem iſte renunciavit cum ſediſſet annos duodecim, menſes, & dies.

CL*I*. Gregorius VI. Romanus filius Petri Gratiani creatus die prima Maii 1045. ſedit annum unum, menſes ſeptem, dies viginti; fuit hic Pontifex relegatus in Clungim, & ibi mortuus, & tunc creatus fuit Clemens II. cum autem Gregorius eſſet morti proximus, ordinavit, quòd cum mortuus fuiſſet ſuum corpus deferretur ante fores Eccleſiæ clauſas, quòd ſi ex ſe eſſent apertæ, ſepeliretur in monumento; aliàs non, & mirabiliter ventus validus aperuit fores, & ipſe tanquam ſanctus ſepultus fuit in Eccleſia. Aliqui dicunt hic non eſſe inter Pontifices numerandus, cum legitimè tunc erat Benedictus.

CLII. Clemens *I*I. à Saſſonia creatus die 21. Decembris 1046, ſedit menſes novem, dies vigintiquatuor, obiit veneno occiſus à Romanis die 15. Octobris 1047. ſub Henrico III. Vacat ſedes per menſes novem, & dies duos. Fuit hic Pontifex creatus in *S*utri ope Henrici Tertii. Fecit *j*urare Romanos non debere intervenire ad electionem Pontificum.

CLIII. Damaſus II. Bavarus creatus die 7. Julii 1048. ſedit dies vigintitres; obiit die 8. Auguſti ejuſdem anni ſub Henrico I*I*I. Sedes vacat per menſes ſex, & dies quinque. Hic indignè, & per vim occupavit Sedem, & ideò à Deo ſtatim è vita ſublatus eſt.

CLIV. S. Leo IX. Germanus creatus die 12. Februarii 1049. ſedit annos quinque, menſes duos, dies quatuor. Fuit in pauperes miſericors, quemdam leproſum dum hoſpitaretur in proprio lecto, mane diſparuit, & piè creditur fuiſſe Dominum Ieſum in perſona pauperis. Obiit die 16. Aprilis 1054. ſub Henrico III. Vacat ſedes per menſes undecim, & dies vigintiſeptem.

CLV. Victor II. Germanus creatus die 13. Aprilis 1055. ſedit annos duos, menſes tres, dies ſexdecim. Fecit Synodum Florentinum, ubi dedit regulam Clericis benè vivendi. Creavit unum Cardinalem, qui poſtea fuit Papa ſub nomine Stephani X. obiit die 28. Iulii 1057. ſub Henrico IV. Vacat ſedes per dies quatuor.

CLV. Stephanus X. ex Domo Lorenæ, creatus die 2. Auguſti 1057. ſedit menſes ſeptem, dies 28. Univit Eccleſiam Mediolanenſem ſeparatam per biſcentum annos Eccleſiæ Romanæ. Obiit die 29. Martii 1058. ſub Henrico IV. Creavit ſex Presbyteros Cardinales, unum Epiſcopum, tres Presbyteros, duo Diaconos. Obiit Florentiæ, ubi fuit ſepultus in Cathedrali. Vacat Sedes per dies ſex. Suo tempore fuit Benedictus Antipapa, & poſtea fuit explusus à Sed à Nicolao Secundo.

annos quinque, menſes decem, dies tredecim. Obiit die 13. Decembris 1124. ſub Henrico V. Nunquam voluit recipere habitum Pontificalem, niſi ab omnibus Cardinalibus eſſet confirmatus, & Romam petitus fuit ab omni populo cum gaudio receptus. Congregavit in Laterano Concilium, ubi adfuerũt 900. Epiſcopi, & determinavit multas res. Creavit duodecim Cardinales, refecit multas Eccleſias, & mœnia Civitatis; & in Civitate Romæ conduxit multas aquas. Sedes vacavit per unum diem.

CLXV. Honorius II. Bononienſis creatus die 15. Decembris 1124. ſedit annos quinque, menſes duos, & dies decem & ſeptem. Obiit die 14. Februarii 1130. ſub Lothoario II. Amavit ſapientes, & creavit triginta Cardinales dignos tali gradu. Sepultus in Laterano. Vacat Sedes per dies 3.

CLXVI. Innocentius II. Romanus, filius Joannis Papareſchi. Creatus die 17. Februarii 1130. ſedit annos tredecim, menſes ſeptem, & dies ſeptem. Obiit die 24. Septembris 1143. ſub Lothoario II. fuit ſuo tempore Antipapa Anacletus, qui ab omnibus Eccleſiis Romanis abſtulit res prætioſas; ipſe verò Pontifex Galliam petiit, ubi in Claromonte fecit Concilium, & damnavit Anacletum, & omnes ſequaces. Vacat Sedes per diem.

CLXVII. Celeſtinus II. à Terni primus Papa creatus abſque populi interventu die 25. Septembris 1143. ſedit menſes quinque, dies tredecim. Obiit die 8. Martii 1143. ſedit menſes quinque, dies tredecim ſub Lothoario II. Suo tempore Balduinus cum duobus filiis potitus eſt Regno Hyeruſalem. Creavit quatuordecim Cardinales; ſepultus eſt in Laterano. Vacat Sedes per dies 13.

CLXVIII. Lucius II. Bononienſis filius Alberti creatus die 12. Martii 1144. ſedit menſes undecim, dies quatuordecim; obiit die 24. Februarii 1145. ſepultus in Laterano. Ad hortationem D. Bernardi fecit novam Cruciatam. Congregavit Synodum in Gallia ex Epiſcopis, & Abbatibus contra Adelardum Philoſophum peripateticum, qui non benè ſentiebat de fide; ubi victus à Patribus coram Ludovico Rege abjuravit errores, & ſe in deſertum contulit cum aliquibus ſuis diſcipulis. Creavit quatuordecim Cardinales. Suo tempore Veneti defenderunt Fanum, & ſibi reddĕrunt tributarium, qui dat illis per annum mille libras olei. Sedes vacat per diem.

CLXIX. Eugenius III. Piſanus Monachus S. Bernardi, & Abbas Monaſterii trium fontium, creatus die 27. Februarii 1145. ſedit annos octo, menſes quatuor, & dies decem. Obiit die 9. Iulii 1153. ſub Federico I. Perſuaſit Regem Ludovicum pro Aſia, creavit vigintitres Cardinales. Sedes vacat per diem. Canonizavit S. Henricum Imperatorem.

CLXX. Anaſtaſius IV. Romanus, filius Benedicti Canonicus Regularis, & Abbas S. Rufi, creatus die 10. Julii 1153. ſedit annum unum, menſes quatuor, & dies 24. Obiit die 2. Decembris 1154. ſub Federico I. ſepultus in Laterano in una tumba porfidi. Suo floruerunt tempore Riccardus à S. Victore, Gratianus, Petrus Lombardus, & Petrus Commeſtor præclariſſimi Theologi. Creavit

vit octo Cardinales. Fuit fames valida in tota Europa; & S.Pontifex nummis, & pane pauperes adjuvit; tam palàm, quàm clam. Donavit Eccleſiæ Lateranenſi Calicem prætioſum; & ædificavit Palatium juxta Rotundam; fundatum eſt mirabiliſſimum Campanile in S.Marco Venetiis. Sedes vacat per diem.

CLXXI. Adrianus IV. Anglus Canonicus Regularis, excellentiſſimus Concionator, creatus die 5. Decembris 1154. ſedit annos quatuor, menſes octo, dies viginti octo. Obiit die prima Septembris 1159. in Arignano, corpus tamen delatum eſt in Vaticano. Creavit 24. Cardinales, & fuit primus ex Pontificibus, qui habitavit in Orvietò; abſtulit à Senatoribus regimen Civitatis, excommunicando populum, quia vulneraverat Cardinalem S.Pudentianæ. Etiam excommunicavit Gulielmum Regem Siciliæ, quia occupaverat aliqua loca Eccleſiæ. Sedes vacat dies 3.

CLXXII. Alexander *III.* Senenſis filius Rannucii Bandinelli, creatus di e 4. Septembris 1159. ſedit annos vigintiunum, menſes undecim, dies vigintitres. Obiit die 27. Auguſti 1181. ſub Federico I. Creavit trigintaduos Cardinales, & abſtulit è mundo quatuor Antipapas. Canonizavit S.Thomam Cantuarienſem, & S.Bernardum, & S.Euduardum Regem.

CLXXIII. Lucius III. Lucenis, filius Bonæjunctæ creatus die 29. Auguſti 1181. ſedit annos quatuor, menſes duos, dies vigintiocto. Obiit die 25. Novẽbris 1185. ſub Federico I. creavit Cardinales 21. Ornavit Patriam multis dignitatibus, & privilegiis. Hortatus eſt Principes ad ſuccurrendum in Aſia. Obiit Veronæ, ubi ſepultus eſt Cathedrali ejuſdem Civitatis. Non vacat Sedes.

CLXX*IV.* Urbanus III. Mediolanenſis, filius *Ioannis* Crivelli, creatus die 25. Novembris 1185. ſedit annum unum, menſes decem, dies vigintiquinque. Obiit Ferrare, ubi ſepultus eſt in Cathedrali die 20. Octobris 1187. ſub Federico I. Volebat concordare diviſiones Principum Aſiæ; & tunc Geladinus reacquiſivit Hyeruſalem; octoginta octo annos poſtquam Goffredus illam acquiſivit. Sedes non vacat.

CLXXV. Gregorius VIII. Beneventanus, filius *Sertorii* de Mora, creatus die 20. Octobris 1187. ſedit per menſem, & dies vigintiſeptem; Obiit Piſæ die 16. Decembris 1187. ubi eſt ſepultus. Quærebat recuperationem Hyeruſalem per mare, & per terram, convocatis ad hoc Principibus Chriſtianis, & morte adveniente non potuit complere; obiit ſub Federico II. *Sedes* vacat per dies 20.

CLXXVI. Clemens III. Romanus, creatus die 6. Ianuarii 1188. ſedit annos tres, menſes duos, dies viginti; obiit die 25. Martii 1191. ſub Henrico V*I.* tentavit etiam cum Chriſtianis Principibus recuperationem Hyeruſalem; creavit tredecim Cardinales. Sedes vacat per dies 3.

CLXX*II.* Celeſtinus III. Romanus, creatus die 29. Martii 1191. ſedit annos ſex, menſes novem, dies undecim; obiit die 8. *Ianuarii* 1198. ſub Philippo, ſepultus in *S.*Petro. Privavit Tancredem Regno Siciliæ; & conceſſit Monialem Conſtantiam ex ſtirpe legitima Regum Normannorum pro uxore Henrico VI. Imperatori ſub ſpe recuperandi Hyeruſalem; ſedavit diſcordias inter

Ve

Digitized by Google

Venetos, & Piſanos ſuo tempore ortas. Fecit Viterbum ſedem Epiſcopalem. Sedes, nullo die vacavit. Canonizavit S. *I*oannem Gualbertum.

CLXXVIII. Innocentius III. Romanus ex Comitibus Segni, filius Traſimundi, creatus die 8. *I*anuarii 1198. ſedit annos decem & octo, menſes ſex, dies 9. Obiit die 16. Iulii 1216. ſub Federico *S*ecundo. Exhortavit Principes ad recuperationem Hyeruſalem, & ad fugandos *S*aracenos ex Hiſpania, Coronavit Romæ O tonem V. Imperatorem, & poſtea illum privavit *I*mperio; & factum Federicum Secundum noluit coronare. Fecit Concilium in Laterano ad Aſiam componendam ex 70. Archiepiſcopis, 412. Epiſcopis, ex Abbatibus, & Prioribus 800. Creavit 32. Cardinales. Suo tempore floruit B. Pater *D*ominicus, & fundavit ſuam Illuſtriſſimam Religionem Prædicatorum. *V*acat ſedes per diem.

CLXXIX. Honorius III. Romanus filius Americi Savelli creatus die 18. Iulii 1216. ſedit annos decem, menſes octo. Obiit die 18. Martii 1227. ſub Federico Secundo ſepultus in S. *M*aria Majori. *C*oronavit *I*mperatorem Conſtantinopolim. Miſit Cardinalem Colonnam Legatum in Aſiam. *C*onfirmavit Ordinem Prædicatorum, à *S*. Patre Dominico inſtitutum, & paulò poſt Ordinem S. *P*atris Franciſci. Excommunicavit Federicum Secundum, quia damnum inferebat ſtatui Eccleſiaſtico. Cum magno honore recepit venientem Romæ Ioannem Hyeruſalem Regem, ſcripſit Epiſtolas *D*ecretales. *V*acat Sedes per diem.

CLXXX. Gregorius *IX*. ex Comitibus Segni, creatus die 20. Martii 1227. ſedit annos quatuordecim, menſes quinque, dies tres. Obiit die 22. Augnſti 1241. ſub Federico Secundo. *C*onvenit cum dicto Imperatore Federico de recuperanda Terra *S*ancta; & quia noluit obtemperare, ipſum excommunicavit. Suo tempore inundavit Tiber, & fuit peſtilentia, & fecit prædicari Cruciatam. Petiit Aſſiſium, ubi veneravit corpus B. Franciſci, & poſtea illum canonizavit, & etiam S. Antonium de Padua: Pacificavit Venetos cum Genuenſibus; Sedes vacat per menſem.

CLXXXI. Celeſtinus IV. Mediolanenſis, creatus die 23. Septembris 1241. ſedit dies 17. Obiit die 8. Octobris 1241. ſub Federico Secundo, ſedes vacat per annum, menſes octo, & dies quindecim. Nil ſcribitur de hoc Pontifice, niſi quod *P*rincipes exhortavit pro liberatione Terræ Sanctæ.

CLXXXII. Innocentius IV. Genuenſis de familia Fieſchi, creatus die 24. Iunii 1243. ſedit annos undecim, menſes quinque, dies viginti. Obiit die 13. Decembris 1254. ſub Henrico VI. creavit 14. Cardinales. Fecit Concilium in *L*eone, ubi privavit Imperatorem Federicum Imperio, & Regno. Ordinavit pileum rubei coloris Cardinalibus, ſicut Paulus Secundus ordinavit veſtem, & biretum. Vacat ſedes dies tredecim. Canonizavit *S*. Petrum Martyrem Ordinis Prædicatorum, & S. Staniſlaum Regem Poloniæ.

CLXXXIII. Alexander IV. Romanus ex Comitibus Segni, creatus die 25. Decembris 1254. ſedit annos ſex, menſes quinque. Obiit die 25. Maii 1261.

 ſub

ſub Alfonſo. Miſit Venetiis Philippum Fontanenſem Archiepiſcopum Ravennæ ad predicandum contra Ezelinum Tirannum. Fuit amicus pauperum, prohibendo ſcripta contra eos; ſcripſit Epiſtolas Decretales. Canonizavit in Anagni S. Claram Ordinis S. Franciſci. Sepultus in Eccleſia S. Laurentii. Vacat ſedes menſes tres, & dies tres.

CLXXXIV. Urbanus IV, Gallus Civitatis Trojæ filius Ciabettini, creatus in Viterbo dum ipſe abſens erat die 29. Auguſti 1261. ſedit annos tres, menſē unum, & dies quatuor. Obiit die 2. Octobris 1264. ſub Alfonſo Rege Caſtiliæ. Celebravit Concilium Orvietenſe. Inſtituit feſtum Sāctiſſimi Corporis Chriſti, propter ſanguinem, qui egreſſus fuit ab hoſtia in Bolſena; quia Sacerdos, dum ſacrificabat, non credebat. Creavit duodecim Cardinales. Vacat ſedes menſes quatuor, & dies tres.

CLXXXV. Clemens IV. Gallus, ex Narbona de Villa S. Egidii filius Fulcodii Groſſi, creatus die 5. Februarii 1265. ſedit annos tres, menſes novem, dies vigintiquinque. Obiit die 29. Novembris 1268. ſub Alphonſo. Habuit uxorē, & filios, & defuncta uxore fuit factus Epiſcopus, & poſtea Cardinalis, & demum Pontifex. Declaravit Carolum de Angiò Regem Neapolis, & Siciliæ; & deſtruxit Regem Manfredum, & Conradinum Suevum. Fuit doctiſſimus in lege, & inter primos Galliæ, Religioſus, modeſtus, & plenus charitate. In diſpenſando Beneficia Eccleſiaſtica, & res Eccleſiæ oculatiſſimus, & non niſi propter merita; & cum haberet duas filias, uni dedit tantùm trecentum liras, & aliam fecit Monacham. Vacat Sedes per duos annos, & decem menſes.

CLXXXVI. Gregorius X. Placentinus, ex familia Viſconti, creatus die prima Septembris 1271. ſedit annos quatuor, menſes quatuor, dies decem. Obiit die undecima Januarii 1276. ſub Ridulfo I. Auſtriaco. Ordinavit Conclave eo modo, quo hodie eſt ad tollendas tot longas vacantias. Univit Eccleſiam Græcam cum Romana. Obiit in Arezzo, ubi eſt ſepultus in Eccleſia Cathedrali, dum è Gallia rediret Romæ. Vacat Sedes per dies decem.

CLXXXVII. Innocentius V. Burgundus prius dictus Petrus à Tarantaſia Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Oſtiæ, creatus in Arezzo die 20. Ianuarii 1276. coronatus Romæ in S. Petro, ſedit menſes quinque dies duos. Obiit die 22. Iunii 1276. ſub Ridulfo I. fuit totus intentus ad pacem Italiæ, & miſit Legatos in diverſas partes in Toſcana jubendo ſub pœna excommunicationis, ut deponerent arma contra Piſanos; & Venetiæ jubendo ne contra Genuenſes pugnarent; & quia crudelis mors cum è vivis abſtulit, in brevi explevit tempora multa; & ſepultus eſt in Laterano. Suo tempore orta eſt lis in Viterbo, inter Fratres Dominicanos, & Sacerdotes ſeculares propter corpus Clementis IV. Vacat ſedes per dies decem, & novem.

CLXXXVIII. Adrianus V. Genuenſis ex familia Fieſchi de comitibus Lautagnæ nepos Innocentii IV. dum eſſet Legatus in Anglia, creatus eſt Papa die 12. Iulii 1276. ſub Ridulfo I. Principiavit Palatium Lateranenſe, & morte præventus complere non potuit. Sepultus in Viterbo in Conventu Fratruum Mi-

Digitized by Google

ſolum S. Franciſci. Vacat ſedes per dies vigintiquinque.

CLXXXIX. *Joannes* XIX. Luſitanus filius Ioannis creatus die 13. Septembris 1276. ſedit menſes octo, dies octo; obiit die 20, Maii 1277. ſub Ridulfo I. fuit peritus in medicina, ſcripſit canones medicinæ, auxit fidem inter Reges Orientales, & Paleologum. Obiit oppreſſus pariete in Viterbo, vacat ſedes per menſes ſex; & dies quatuor.

CXC. Nicolaus III. Romanus ex nobiliſſima familia Orſina, creatus die 25 Novembris 1277. ſedit annos duos, menſes octo, dies vigintinovem. Obiit die 22. Auguſti 1280. ſub Ridulfo I. *R*ecuperavit Eſarcatum Ravennæ; & declaravit Comitem Romagnæ Bertoldum ſuum nepotem, pacificavit Venetos, cum Anconitanos; & fecit multas res utiliſſimas Reipublicæ Chriſtianæ. Obiit morte ſubita in Caſtello Suriani die octava Aſcenſionis, ſuum corpus Romæ delatum fuit ſepultum in S. Petro, vacat ſedes menſes ſex.

CXCI. Martinus IV. Gallus, creatus die 22. Februarii 1281. coronatus fuit in Orvieto. Sedit annos quatuor, menſes duos, dies ſeptem. Obiit die 29. Martii 1285. ſub Ridulfo I. in die Reſurrectionis ſui primi anni, creavit 6. *C*ardinales, excommunicavit Regem Petrum Aragoniæ; & fuit tunc famoſiſſimus Veſper Siciliæ. Obiit Perugiæ, & fuit ſepultus in Catthedrali hujus Civitatis. *V*a cat ſedes dies quatuor.

CXCII. Honorius IV. Romanus, filius Lucæ Savelli creatus Perugiæ die 1. Aprilis 1285. ſedit annos duos, & dies duos. Obiit die quinta Aprilis 1287. ſub Ridulfo I. laborabat Gutta, & non celebrabat niſi adiutus aliquibus inſtrumentis. Renovavit excommunicationis ſententiam contra Regem Aragoniæ. Genuenſes invaderunt Piſanos apud Meloriam; & illos vicerunt. Recuperavit Romagnam ob mortem Guidi de Montefeltro. Approbavit Ordinem Carmelitarum; dando illis Cappam albam; & etiam Ordinem Hæremitanorum. Sepultus eſt in S. Petro. Hoc tempore Imperator Ridulfus vendidit libertatem, Florentinis, & Lucenſibus, & *P*hilippus Rex Galliæ invaſit *R*egem Aragoniæ qui plagatus eſt, & mortuus. Vacat ſedes per menſes decem; & dies decem, & octo:

CXCIII. N*i*colaus IV. Aſcolanus ex ordine Minorum S. P. Seraphici, creatus die 22. *M*artii 1288. ſedit annos quatuor: menſem unum, & dies quatuordecim. Obiit die quarta Aprilis 1292. ſub Adolfo à Naſſù. Creavit Cardinales multos ex diverſis Religionibus in Riete, ubi habitabat. Pacificavit Regem Aragoniæ cum Regem Neapolim. Miſit 1500. milites ad defendendum Tolemaidam oppreſſam à Soldano. Miſit legatos Galliæ, & Aragoniæ pro ſuccurſu terræ ſanctæ. Sepultus eſt in *S. M*aria Majori. Suo tempore fuerunt multa bella inter Guelfos, & Gibellinos. Vacat ſedes annos duos, menſes tres, & dies duos.

CXCIV. S. Celeſtinus V. Fundator Monachorum Celeſtinorum, filius Angelerii qui vivebat Heremita in Iſernia in Monte Macellæ prope Sulmonam. creatus die 7. Iulii 1294. ſedit menſes quinque, dies ſeptem, poſtea renunciavit

Digitized by Google

vit die 13.Decembris 1294.ſub Adulfo à Naſſau. Obiit die 19.Maii 1296. ætatis ſuæ anno 87.Creavit duodecim Cardinales, & inter hos duos Heremitas, poſt probata miracula fuit canonizatus à Clemente V.ſedes vacat per dies decem.

CXCV. Bonifacius VIII.dictus Cajetanus ab *Anagni*, filius Luthifredi; creatus Neapolim die 24.Decembris 1294.ſedit annos octo, menſes novem, dies viginti octo. Obiit die 11.Octobris 1303.ſub Alberto Auſtriaco. Inſtituit ſextum librum *S*acrorum Canonum, & primum iubileum ſingulis centum annis. Sepultus in *S*.Petro, ſedes vacat per dies decem. *C*anonizavit S.Ludovicum Regem Galliæ.

CXCVI. Benedictus X. à Trevigio Ordinis *P*rædicatorum, qui prius erat Magiſter Generalis ſui Ordinis vocatus Nicolaus Bocaſinus; creatus ob ſuam eximiam doctrinam, & bonitatem die 21. Octobris 1303. excommunicavit Sciarram Colonnam, & ſequaces, qui carceraverunt Bonifacium ſuum prædeceſſorem, inter quos erant Cardinales Colonnenſes, quos privavit pileo, Exortavit *Pr*inceps Ital*iæ* ut occurrerent Sor*iæ*. Obi*it* Perug*iæ* poſtquam ſed*it* menſes octo d*i*es ſex die 7.Iulii 1304.ſub Alberto Auſtriaco; & ſepultus eſt in Eccleſia Fratrum Prædicatorum, & miracula,quæ fecit in morte comprobarunt Suam Sanctitatem. Vacat ſedes menſes decem, & dies vigintinovem.

CXCVII. Clemens V. Gallus, filius Bernardi Gotii, creatus Perugiæ die 7. Iunii 1305.ſed*it* annos octo, menſes decem, dies quatuordecim. Obiit die 20. Aprilis 1314.ſub Ludovico IV.Transtulit ſedem inGalliam,ubi per ſeptuaginta annos cum ſex ſequentibus ſtetit. Conceſſit Sardiniam Federico Regi *S*iciliæ cum conditione ut ex illa eiiceret Saracenos, deſtruxit ſeptam Faticellorum, Hæreticorum, & Religionem Templariam. Excommunicavit Venetos, quia aſpirabant ad Dominium Ferraræ; & Florentinos, & Lucenſes. Confirmavit Henricum Imperatorem, cum conditione, ut veniret Romæ ad ſuam coronationem. Abſolvit Sciarram Colonnam, & Hogaretium ab excommunicatione, Canonizavit Celeſtinum V. vacat ſedes annos duos, menſes tres, dies 18.

CXCVIII.Joannes XX.dictus XXI. Gallus, creatus in Leone die 7. Auguſti 1316. ſedit annos 18. menſes 3. dies 28. obiit die 4. Decembris 1334.ſub Ludovico IV.etatis ſuæ annorum nonaginta. Inſtituit novum ordinem Religionis Chriſti contra mors,dando redditus equitum templariorū. Canonizavit *S*.Thomam Aquinatem, dicendo, quod tot miracula fecit, quot ſcripſit articulos. Ludovicus Bavarus fecit Antipapam Nicolaum V.ex ordine Minorum; qui tandem in carcere mortuus eſt. Obiit Joannes in *A*viniona. Suo tempore floruit Franciſcus Petrarcha. Vacat ſedes per dies 15.

CXCIX. Benedictus XI. Gallus ex Ordine Ciſtercienſium, creatus die 20 Decembris 1334.ſedit annos ſeptem, menſes quatuor, dies ſex. Obiit die 25. Aprilis 1342.ſub Ludovico IV. confirmavit cenſuras contra Bavarum; Ædifica-

ſicavit palatium Pontificium cum viridariis, perſuaſit Romanos, ut exercitarent dignitatem ſenatoriam nomine Pontificum,non Regum.Creavit ſex Cardinales. Suo tempore floruit Boccaccius, & laureatus eſt Petrarca. Vacat ſedes dies undecim.

CC. Clemens VI. Gallus creatus die 7.maii 1342.ſedit annos decem, & menſes ſeptem; Obiit die 6.Decembris 1352,ſub Carolo IV. Reduxit annum Sanctum ad quinquageſimum annum; Emit à Regina Joanna Avenionem, & declaravit Regem Neapolim, Tarentinum ſuum virum; creavit 25.Cardinales; ſepultus eſt in Avenigne; & ſuo tempore fuit crudeliſſima peſtis. Vacat ſedes dies undecim.

CCI.Innocentius VI. Gallus creatus die 18. Decembris 1352. ſedit annos novem, menſes octo, dies vigintiſex. Obiit die 12.Septembris 1361.ſub Carolo IV.Aſſignavit ſalaria Auditoribus Sacri Palatii;ad hoc ut rectè judicarent-miſit ſenatorem Romam Regem Cipri. Suo tempore fuit magna SolisEclypſis. Vacat ſedes per annum, & dies 12.

CCII. Urbanus V. Gallus Abbas S.Victoris Marſiliæ, creatus die 27. Septembris 1362.ſedit annos octo, menſes duos, dies vigintiquatuor. Obiit die 19.Decembris 1370.ſub Carolo IV. Miſit in Italia Cardinalem Egidium, ut libertati Eccleſiaſticæ cōſuleret. Honorificavit meliori loco Capita Apoſtolorum Petri, & Pauli. Ædificavit Palatia magnifica in Orvieto,& Monteſiaſcone. Suo tempore incepit Ordo Jeſuitarum Senis. Vacat ſedes per dies decem.

CCIII. Gregorius XI. Gallus Limonicenſis nepos Clementis VI. creatus die 30.Decembris 1370.ſedit annos ſeptem, menſes duos, dies 29. Obiit die 27. Martii 1378.ſub Carolo IV. anno 1376.die 13.Ianuarii ſedes Petri translata eſt ex Avenione Romam, poſtquam per 70.annos eſſet ibi.Fertur autem quod hæc fuit cauſa, nam Gregorius reprehendens Epiſcopum,ut ad ſuam Eccleſiam ſe conferret. Epiſcopus reſpondit quare, & tu cum ſis Caput omnium Epiſcoporum non reſides in Eccleſia tua Romæ; & ideo ex Gallia ſe Romam contulit. Obiit Romæ, & ſepultus eſt S. Maria in via nova. ſedes vacat per menſem, &dies 21.

CCIV. Vrbanus VI.Neapolitanus creatus die 18.Maij 1378.ſedit annos undecim, menſes ſex, & dies ſeptem.Obijt die 15.Octobris 1389. ſub Vuenceſlao. Privavit Reginam Neapolim, & inveſtivit Carolum III. Durazzum, & tunc fuit AntipapaClemens VII.& ineundo Ianuam fecit proiici quinque Cardinales in mare in ſaccis inſutis; ſepultus eſt in S.Petro. Sedes vacat dies decem, & ſeptem.

CCV. Bonifacius IX.Neapolitanus ex Familia Tomacella, creatus die 2. Novembris 1389.ſedit annos quatuordecim, & menſes undecim. Obiit die prima Octobris 1404.ſub Ruperto à Baviera. Hic totam poteſtatem Populi Romani dominatus eſt; & mortuo Antipapa Clemente VII. Cardinales ſchiſmatici elegerunt Petrum de Luna in Avinione.qui dicebatur Benedictus XIII. Ditavit Bonifacius ærarium Summi Pontificis adinveniendo uſum annuorum

in.

iſtroituum beneficiorum.Hic Pontifex anno quarto ſui Pontificatus die 3. Aprilis 1393. conceſſit nobili viro Ioanni Caracciolo Comiti Hyeracen.& nobili mulieri Mariæ ejus uxori,ut poſſint fundare Eccleſiam in Terra S.Georgii ſub vocabulo Annunciationis B.M.Virginis in Diœceſi Militenſi,& Eccleſiam, & Rectorem immediatè ſubjecit S.Sedi Apoſtolicæ; & quod Ordinarius loci, vel quivis alius in Eccleſiam,& Rectores præfatos pro tempore exiſtentes, utpotè exemptos, non poſſint ordinaria auctoritate excommunicationis, ſuſpenſionis aut interdicti ſententiam promulgare, vel aliàs in eos juriſdictionem aliquam exercere. Et in alia Bulla eodem die,& anno expedita,incipiente: *Univerſis Chriſti fidelibus,&c.*concedit eidem Eccleſiæ omnes Indulgentias conceſſas Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Mileti à Caliſto II. quæ Indulgentiæ ſunt, ut omnes, quorum corpora in Cœmeterio ejuſdem Eccleſiæ ſuo voto ſepeliuntur, vel quicunque ſua bona, ac ſpontanea voluntate in fine hujus vitæ poſiti ibi dormiere cupientes vel ſuas æleemoſynas de longinquis Regionibus tribuentes, niſi in excommunicationem, & ſine confeſſione morerentur, ab omnibus peccatis ſuis ipſi abſolvãtur,& ab exterſione infernalium cruciatuum, & perpetua gehenna redimerentur, & perennis reſurrectionis participes eſſe mereantur. Item ut omnes, qui ad annualia feſta Dedicationis ipſius, quæ per octo dies celebratur, devotè venerint, unum annum remiſſionis criminalium peccatorum, & tertiam partem venialium, ubi confeſſi eſſent, vel infra octavas confiterentur, & munera offerent ad Altare, ſeu ſuper marmorea columna, conſequantur. Et munus Indulgentiæ numerabitur, quemadmodum unius palatæ arenæ, quæ ſumma innumerabilis eſt, ſupradicta auctoritate unuſquiſque conſequatur, & obtineat. Univerſos autem, qui eidem Eccleſiæ ſuas æleemoſynas [illegible]gituri ſunt, ipſamque defenſuri, ſeu augumentaturi, ex parte Dei,& auctoritate S.Genitricis Mariæ, & Apoſtolorum Petri, & Pauli Principum, & noſtra benedictione in noſtris orationibus recipimus. Verba propria Bullę Bonifacii Noni. Vacat Sedes dies quindecim. Canonizavit S.Brigittam.

CCVI.Innocentius VII.Sulmonenſis ex familia Meliorati, creatus die 18. Octobris 1404.ſedit annos duos, dies vigintiunum. Obiit die 6. Novembris 1406.ſub Ruperto de Baviera, ſepultus in S.Petro. Vacat Sedes per dies vigintiquatuor.

CCVII.Gregorius XII.Venetus creatus die 30.Novembris 1406.ſedit annos octo, menſes ſeptem, dies ſex. Renunciavit ſpontè. Obiit anno 1417. ſub Sigiſmundo. Fecit Concilium Piſanum contra Antipapam Benedictum adhuc viventem, adinveniendo, quòd Papa creatus debet renunciare, & ſic etiam Antipapa, & uterque renunciavit.

CCVIII.Alexander V.ex Ordine S.Franciſci Candiotus, creatus die 7. Julii 1409.ſedit menſes decem, dies octo. Obiit die 3.Maii 1410.ſub Ruperto de Baviera. Doct. ſcripſit ſupra libros Sententiarum,& fuit excellens Concionator. Privavit Ladiſlaum tanquam perſecutorem Eccleſiæ Regno Neapolis,inveſtiendo Aloyſium de Angiò. Facto Concilio petiit Bononiam, ubi infirmatus

tus vocavit ad ſe Cardinales illos exortando ad pacem, & concordiam,& ad bonum Eccleſiæ; & ratificavit omnia benè facta eſſe in Concilio Piſano,& ſecundum Deum; poſtea dicendo illis,pacem meam do vobis, pacem meam reliquo vobis,obdormivit in Domino, & ſepultus eſt apud Fratres ſuos Bononiæ. Fuit amſcus pauperum, & liberalis,& ſolebat dicere quod ipſe fuit dives Epiſcopus, Cardinalis pauper, & mendicus Papa. Vacat ſedes dies 14.

CCVIX. Joannes XXI.dictus XXII. Neapolitanus ex familia Coſcia, creatus die 19. Maii 1410. ſedit annos quinque,dies quindecim. Rinunciavit die 31.Maii 1415.ſub Sigiſmundo Lucemburgo. Vacat ſedes annos 2. menſes 5.dies 10.

CCX. Martinus V. ex nobiliſſima familia Colonna, creatus die 11. Novẽbris 1417.ſedit annos tredecim, menſes tres, dies tredecim. Obiit die 23. Februarii 1431.ſub Sigiſmundo, creavit 17. Cardinales. Recuperavit Bononiam, & Florentiam fecit metropolim, reſtauravit Urbem; & in conferendo Beneficia oſtendit ſummam prudentiam. Sepultus in Laterano. Vacat ſedes per dies octo.

CCXI. Eugenius IX. Venetus prius dictus Gabriel Cundulmiero, creatus die 3.Martii 1431.ſedit annos quindecim, menſes undecim,dies vigintiunum. Obiit die 23.Februarii 1447.ſub Federico III. Coronavit Imperatorem Sigiſmundum, transferendo Concilium ceptum in Baſilea, Bononiam,& propter peſtem tranſtulit Florentiam; Et in Baſilea fuit creatus Antipapa Felix. Vacat ſedes dies decem. Canonizavit S.Nicolaum de Tolentino.

CCXII.Nicolaus V. prius dictus Thomas Lucani à Sarzana, filius Bartolomei Phiſici. Creatus die 6. Martii 1447. ſedit annos octo, dies decem & novem. Obiit die 24 Martii 1455.ſub Federico III.creavit ſex Cardinales, celebravit Jubileum, cum magno concurſu. Suſpendit patibulo Stephanum Porcanum, quia conjurabat contra ipſum. Fecit renuntiare Fælicem Antipapam, eum creando Cardinalem, & Legatum in Germania. Miſit per totam Europam pro libris doctiſſimorum perditis, & inventus eſt Quintilianus, Porphirianus, commentator Horatii. Suo tempore Saraceni ceperunt Conſtantinopolim. Vacat ſedes per dies quindecim. Canonizavit S. Bernardinũ Senenſem.

CCXIII. Caliſtus III. Valentinus, prius dictus Alphonſus Borgia, creatus die 8. Aprilis 1455.ſedit annos tres, & menſes quatuor. Obiit die 6. Auguſti 1458.ſub Federico III. Promulgavit bellum contra Saracenos armando ſexdecim Triremes, & mittendo Prædicatores per totam Europam, & cõtra Turcas perſuaſit Perſianos, Armenos, & Tartaros, Canonizavit S.Vincentium Hiſpanum Ordinis Prædicatorum, & S.Edimundum Anglum. Suo tempore apparuit cometa terribilis, & ipſe ordinavit proceſſiones, ad placandam iram Dei. Sepultus eſt in S.Maria Febrium.Vacat ſedes per dies 12.

CCXIV. Pius II. Senenſis prius dictus Enea Piccolomini; filius Silvii. creatus die 19.Auguſti 1458.ſedit annos quinque, menſes undecim, & dies

vigintiquatuor. Obiit die 16. Auguſti 1464. ſub Federico III. Fuit Poeta, & Orator facundiſſimus. Recuperavit Aſſiſium, & Noceriam fecit Concilium Mantuæ contra Saracenos; recuperavit Urbinum. Creavit duodecim Cardinales. Obiit Anconæ, & ſepultus eſt Romæ in S. Petro. Vacat ſedes per dies quatuordecim. Canonizavit S. Catherinam Senenſem.

CCXV. Paulus II. Nobilis Venetus prius dictus Petrus Barbò nepos Eugenii IV. filius Nicolai, creatus die 31. Auguſti 1464. ſedit annos ſex, menſes decem, dies vigintiocto. Obiit die 28. Iulii 1471. ſub Federico III. creavit undecim Cardinales, quibus ordinavit veſtimenta rubei coloris, quæ antea erant nigra, deinde violacea, poſtea rubea. Recepit magnificè Imperatorem Federicum venientem Romæ ob votum factum; & Borſam Deſte creando illum Ducem Ferraræ. Privavit officiales Brevium, & ſpecialiter *Platina*, & quia malè locutus eſt de Pontifice, illum carceravit, & fecit torqueri. Miſit Legatos Principibus Chriſtianis, ut arma ſumerent contra Turcas. Vacat ſedes dies duodecim.

CCXVI. Siſtus IV. à Savona ex Familia della Rovere Ordinis S. Franciſci de Aſſiſi qui prius fuerat Generalis ſui Ordinis, creatus die 9. Auguſti 1471. ſedit annos tredecim, dies quatuor. Obiit die 12. Auguſti 1484. ſub Federico III. Reduxit annum Sanctum ad annos vigintiquinque. Canonizavit S. Bonaventuram; addidit ad alias feſtivitates Feſtum Conceptionis, Præſentationis S. Annæ, S. Joſeph & S. Franciſci. Fecit in Vaticano librariam; ſcripſit multos doctos libros, creavit quatuordecim Cardinales. Sepultus eſt in S. Petro. Vacat ſedes dies ſexdecim.

CCXVII. Innocentius VIII. Genuenſis ex nobiliſſima Familia Cibò, filius Aron qui fuit Prorex Neapolim & poſtea ſenator Romanus, creatus die 29. Auguſti 1484. ſedit ſeptem annos, menſes decem, dies vigintiocto. Obiit die 25. Julii 1492. ſub Federico III. Exortavit Principes Chriſtianos ad concordiam, & ut arma verterent contra Turchas. Privavit Regem Ferdinandũ Regno Neapolitano, & poſtea illum reſtituit. Pacificavit Colonnenſes, cum Orſinis, & Sanctacruces, cum Marganis. Domavit Boccalinum Tirannum Orſini. Creavit in una promotione octo Cardinales, habuit à Rege Turcharum ferrum lanceæ Chriſti, & invenit unam partem tituli S. Crucis. Sepultus eſt in S. Petro. Vacat ſedes dies ſexdecim.

CCXVIII. Alexander VI. Valentinus prius dictus Rodricus Borgia, creatus die 11. Auguſti 1492. ſedit annos undecim. dies octo. Obiit die 19. Auguſti 1503. ſub Maſſimiliano. I. Creavit 53. Cardinales, inter quos 18. Hiſpanos volens ſuum Patrem Ceſarem Borgia Regem Italiæ creare, volens in uno convivio veſenum dare aliquibus Cardinalibus potus mutatus eſt, & veſenum ſumpſit *Pater*, & filius ſepultus eſt in S. Petro. Vacat ſedes dies 34.

CCXIX. Pius III. ex Familia Tedeſchini, filius Nani, & ex Familia Piccolomini ex Matre, creatus die 22. Septembris 1503. ſedit dies 26. Obiit die 18.

Octo-

Octobris 1503 de hoc Pontifice nil ſcribitur ob ſubitam mortem, quamquam ex ejus virtute multa bona expectabantur; creditur obiiſſe veleno. Fuit Nepos Pii *II*.& ſepultus eſt juxta illum. Vacat ſedes per dies quatuordecim.

CCXX. Iulius II. prius Iulianus della *R*overe Savonenſis, creatus die prima Novembris 1503. ſedit annos novem, menſes tres, dies vigintiunum. Obiit die 21. Februarii 1513. ſub Maſſimiliano I. fuit Nepos Sixti IV. creavit 27. Cardinales. Eijecit è Bononia Ioannem Bentivoglium, excommunicavit Venetos, quia nolebant reſtituire Ariminum, & Ravennam; acquiſivit Modenam; & expugnavit Mirandolam, cum Rege Hyſpaniarum, & Angliæ incepit bellum contra Galliam. Sepultus eſt in S. Petro in cappella ſui Avunculi. Vacat ſedes dies decem, & ſeptem.

CCXXI. Leo *X*. filius Laurentii de Medici, & Claricis Orſinæ Florentinus electus Cardinalis ab Innocentio VIII. dum tredicim eſſet annorum; creatus die 11. Martii 1513. ſedit annos octo, menſes octo, & dies vigintiunum. Obiit die prima Decembris 1522. ſub Carolo V. Eijecit è Mediolano Gallos confirmando *S*fortiàs. Recuperavit Parmam. & Placentiam. Aperuit conjuram factam contra ſe à Borgheſio, & à Cardinali ſuo fratre, & illos ſeverè punivit, privando aliquos Cardinales conſentientes. Creditur obiiſſe veleno, & ſepultus eſt in *S*. Petro, Ritum modumque dicendi Roſarium B. Virginis tribus diebus cujuslibet, hebdomadæ conjunctim, vel divinm Apoſtolica authoritate confirmavit, ac omnes Indulgentias per ſuos prædeceſſores eidem conceſſas, de novo largitus eſt. Vacat ſedes per dies 39. Canonizavit *S*. Caſimirum, & S. Franciſcum de Paula.

CCXXII. *A*drianus VI. ex Trajetto Civitate Hollandiæ filius Florentii pauper, & vilis, creatus die 9. Ianuarii 1522. ſedit annum unum, & menſes octo, dies ſex decim. Obiit die 24. Septembris 1523. ſub Carolo V. in abſentia Caroli V. gubernavit Hyſpaniam, antequam aſcendiſſet ad ſedem *P*etri. ſuo tempore Inſula Rodhia fuit capta à *S*aracenis: Sepultus eſt in S. Petro intra duos pios. Sedes vacat per dies 55. Canonizavit S. Antoninum Florentinum Ord. *P*rædicat.

CCXXIII. Clemens VII. prius dictus Julius de Medici electus Cardinalis à Leone X. ſuo conſanguineo creatus die 19. Novembris 1523. ſedit annos decem, menſes decem, dies ſeptem; obiit die 25 Septembris 1534. ætatiis ſuæ annorum 56. ſepultus in *S*. Petro poſt duos annos celebravit *I*ubileum. Coronavit Carolum V. in Bononia. Vacat ſedes per dies decem & ſeptem.

CCXX*I*V. Paulus III. prius dictus Alexander filius Petrilugi Farneſi electus Cardinalis annorum vigintiſex, creatus die 12. Octobris 1534. ſedit annos quindecim, dies 29. Obiit die 10. Novembris 1549. ſub Carolo V. creavit Cardinales 71. miſit duodecim triremes pro Carolo V. eumque magnificè recipit Romæ venientem; & propter peſtem tranſtulit Concilium Tridentinũ Bononiam. Vacat ſedes per 3. menſes.

CCX*X*V. Iulius III. Romanus prius dictus Ioannes Maria à Monte, crea-

 tus

tus die 8.Februarii 1550.ſedit annos quinque, menſem unum, dies ſexdecim. Obiit die 23.Martii 1555.ſub Carolo V. conceſſit inveſtitutam Regni Philippo filio Carolo V.& remiſit Concilium iterum Tridentinum, ſepultus eſt in S.Petro, vacat ſedes per dies 17.

CCXXVI. Marcellus II.à Montepulciano filius Riccardi Cervini. & Caſſandræ Benci. Creatus die 9.Aprilis 1555.ſedit dies 22.. Obiit ultima die Aprilis 1555.ſub Carolo V. Noluit videre parentes, nec permiſit venire Romam, nec viſitari à Romanis duos ſuos Nepotes qui erant Romæ. Sepultus eſt in S.Petro, Sedes vacat per dies 22.

CCXVII. Paulus IV Neapolitanus prius dictus Ioannes Petrus ex nobiliſſima Familia Carafa Fundator Clericorum Regularium ſcilicet Theatinorum; creatus die 27.Maii 1555.ſedit annos quatuor, menſes duos, dies 27. Obiit die 18.Auguſti 1559.ſub Federico I.clauſit hæbreos in una parte Civitatis, vetavit eorum uſuras; & ut cognoſcerentur eſſe tales ordinavit, ut portarent birettam unius coloris. Creavit Præfectum, Ducem Urbini. Bellum geſſit cū Rege Hyſpaniarum in Regno Neapolitano. Privavit Columnenſes eorum feudis. Et fecit Ducem Paliani ſuum neptem D.Ioannem Carafa; & D.Antonium fecit Marchionē Montisbelli, & poſtea illos privavit, deputavit 16.Cardinales Iudices inquiſitionis. Publicavit indicem librorum prohibitorum. Carceravit Cardinalem Moronem. Creavit 17.Cardinales. Obiit ætatis ſuæ annorum 83.& ſepultus eſt in S.Petro. Vaca. ſedes menſes quatuor dies ſeptem.

CCXXVIII. Pius IV. Mediolanenſis filius Bernardini de Medici, & Ceciliç Sorbellona, prius dictus Angelus Medici. Creatus die 26. Decembris 1559. ſedit annos quinque, menſes undecim, & dies tredecim. Obiit die 19.Decembris 1565.ſub Maſſimiliano II.Pepercit Romanis; abſolvit Cardinalem Moronem. Ordinavit jugulari Cardinalem Carolum Carafam, decapitavit Comitem Montorii, & Aliſenſem, & D.Leonardum à Cardine. Complevit Concilium Tridentinum, & dedit prioritatem Nuncio Hiſpaniarū. Creavit 45.Cardinales. Sepultus in S.Petro, Vacat Sedes per dies 26.

CCXXIX. B.Pius V.ex Boſco, prius dictus Michael Ghiſlerius, filius Pauli, Ordinis Prædicatorum, prius Inquiſitor, poſtea Cardinalis, & denique creatus Pontifex die 7.Ianuarii 1566.ſedit annos ſex, menſes tres, dies vigintitres. Obiit die prima Maii 1572.ſub Maſſimiliano II. Fecit juridicè abſolvi Cardinalem Carafam. Succurrit Imperatorem multis aureorum ſummis pro bello contra Turcas. Motu proprio creavit magnum Ducem Hetruriæ Coſmam Medici, dando coronám Regis propter multa bona facta Eccleſiæ. miſit contra Turcas, & habuit illam ſingularem victoriam Navalem, quam prius prophetavit. Statuit quod mulieres non poſſint ingredi clauſtra Religioſorum. Solo verbo liberavit mulierem energumenam; & alia multa miracula fecit in vita, & in morte, ſepultus eſt in S.Petro. Sedes vacat per dies duodecim.

CCXXX. Gregorius XIII. Bononienſis prius dictus Ugo Boncompagnus filius

filius Chriſtophori Boncompagni, & Angelæ Mariſcalchi, creatus die 13.Maii 1572.ſedit annos duodecim, menſes decem, dies vigintiocto. Obiit die 10. Aprilis 1585.ſub Ridulfo II. Fundavit in varias partes *M*undi Collegium vigintiunum ob augumentum Fidei Catholicæ. *P*ropter peſtem ſuo tempore graſſantem ordinavit Iubileum. *P*acificavit Moſcovitas cum Rege Poloniæ. *P*ublicavit correctionem annorum ab anno 1582. Creavit 33. Cardinales. Fuit in legibus doctiſſimus. Sepultus eſt in ſua Gregoriana. Sedes vacat per dies duodecim. Decrevit celebrari Feſtum SS.Roſarii prima Dominica Octobris.

CCXXXI. Siſtus V. à Montalto de Ancona, prius dictus F.Felix Perrettus Conventualis S.Franciſci, & ultimus Papa Regularis, uſque ad hæc tempora, creatus die 22.Aprilis 1585. ſedit annos quinque, menſes quatuor, dies tres. Obiit die 27.Auguſti 1590. ſub Ridulfo II. Superavit antiquos in adornando Romam pulcris ædificiis. Adunavit quinque miliones auri, dicendo ſe velle facere grandia in augumentum Chriſtianitatis. Suo tempore Henricus III. Rex Galliæ fuit occiſus gladio ancipite; ſepultus eſt in S.Petro. Sedes vacat per dies 18. Canonizavit S.Didacum.

CCXXXII. Urbanus VII. Romanus, prius dictus Joannes Baptiſta Caſtagna creatus die 15.Septembris 1590. ſedit duodecim dies, obiit die 27 Septembris 1590. ſub Ridulpho II. Fuit vir innocens, & naturæ manſuetæ, & magna ab hoc Pontifice ſperabantur, ſed mors omnia ademit. Vacat Sedes menſes duos, & dies novem.

CCXXXIII. Gregorius XIV. Cremonenſis, prius dictus Nicolaus Sfondratus, filius Franciſci, creatus die 5.Decembris 1590. ſedit menſes decem, dies decem. Obiit die 15.Octobris 1591. ſub Ridulpho II. Creavit quinque Cardinales, inter quos ſuum neptem, in quo poſuit totam gubernationem. Suo tempore per totam Italiam fuit maxima penuria; & in Civitate Romæ fuit mortalitas hominum, itaut in uno anno mortui ſunt ſexaginta milia homines, & in Umbria ferè mortui ſunt omnes. Sedes vacat per dies quatuordecim.

CCXXXIV. Innocentius IX. Bononienſis, prius dictus Ioannes Antonius Facchinetti, filius Antonii, & Franciſcæ de Cini, creatus die 30.Octobris 1591. ſedit menſes duos, obiit die 30.Decembris 1591. ſub Ridulpho II. Ordinavit, quòd ſemper in Caſtro S.Angeli apponantur numiſmata propter neceſſitates Eccleſiæ, & exoneravit populum multis honeribus. Recepit honorificè Ducem Mantuæ venientem Romæ. Vacat ſedes per menſem.

CCXXXV. Clemens VIII. Florentinus prius dictus Hyppolitus, filius Silveſtri ex familia Aldobrandini, creatus die 30.Ianuarii 1592. ſedit annos tredecim, menſem unum, & dies quinque. Obiit die 4. Martii 1605. ſub Ridulpho Secundo Canonizavit SS.Hyacinthum, & Raimundum Ordinis Prædicatorum. Abſolvit, & confirmavit Henricum IV. Regem Galliæ. Reacquiſivit Ferrariam. Adſcripſit Martyrologio Romano B.Ambroſium Sanſedonium Ordin. Præd. Ordinavit 40. horas continuas Romæ. Fecit S.Thomam Aquinatem quintum Doctorem Eccleſiæ, Divinæ voluntatis interpetrem Patronum Neapolis.

polis. *C*reavit 53.Cardinales. Cibavit continuè certum numerum mendicorũ. Miſit multas ſummas Imperatori contra Turcas. Celebravit annum Iubilei. Suo tempore Tiberis inundatio magna ſuccedit. Pacificavit Regem Hiſpaniæ Philippum II.cum Henrico IV.Regem Galliæ. Vacat ſedes dies 28.

CCXXXVI.Leo XI.Florentinus, prius dictus Alexander Medici, filius Ottaviani, creatus die 1.Aprilis 1605.ſedit dies 26.Obiit die 27.Aprilis 1605.ſub Ridulpho II.Hic fuit quartus Papa de familia nobiliſſima Medici minori ſpatio centum annorum. Vacat ſedes dies 20.

CCXXXVII.Paulus V.*R*omanus, filius Marci Antonii Borgheſi Senenſis, & Flaminiæ Aſtalli nobili Romanæ, creatus die 16. Maii 1605. ſedit annos quindecim, menſes octo, dies duodecim. Obiit die 28. Ianuarii 1621. ſub Ferdinando *II.* Creavit 30.Cardinales, inter quos tres Dominicanos. Fuit in fabricis magnificus, ut patet in facie Eccleſiæ S.Petri, in ſua Cappella, & in aliis, exaltavit Columnam Trojanam, conduxit aquas mirabiliter in Civitate Romæ; erat amator pacis, & concordiæ. Canonizavit S.Franciſcam Romanam, & S.Carolum Borromeum; & ſuo tempore juſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Vacat ſedes dies duodecim.

CC*X*XXVIII. Gregorius XV.Bononienſis, prius dictus Alexander Ludoviſius creatus die 9.Februarii 1621. ſedit annos duos, menſes quinque. Obiit die 8.*I*ulii 1623.ſub Ferdinando II. Canonizavit S.Ignatium, *S.P*ranciſcum Xaverium, *S.*Tereſiam, & S.Philippum Neriũm. Vacat ſedes per dies 28.

CCL*XXIX*.Urbanus VIII, Florentinus, prius dictus Maffeus Barberini, creatus die 6.Auguſti 1623.ſedit annos 20. menſes 11. dies 22. Obiit die 29. Julii 1644.ſub Ferdinando IV. Ordinavit titulum Eminentiſſimi Cardinalibus, & Magno *M*agiſtro Hieroſolymitano. Fortificavit, & defendit Romam, & ſtatum Eccleſiaſticum, & Caſtrum S.Angeli, & Caſtrum Urbanum. Erat omnibus ſcientiis præditus, perfecit Hymnos, & multa alia ſcripſit. Creavit inter alios, unum Cardinalem Dominicanum tituli *S.*Clemẽtis. Vacat ſedes dies 48.

GC*X*L.*I*nnocentius X.Romanus, prius dictus Joannes Baptiſta Pamphilius, creatus die 15.*S*eptembris 1644.ſedit annos decem, menſes tres, dies vigintitres. Obiit die 7.Ianuarii 1655.ſub Ferdinando IV.Vacat ſedes per menſes 3.

CCXLI.Alexander VII.*S*enenſis, prius dictus Fabius Ghigi, creatus die 7. Aprilis 1655.ſedit annos duodecim, menſes duos, & dies tredecim. Obiit die 20.Maii 1667.ſub Leopoldo I.Vacat ſedes dies 31. Canonizavit S.Franciſcum Saleſium, & S.*P*etrum Nolaſco.

CCXLII.Clemens IX.à Piſtoja, prius dictus Iulius Roſpiglioſi, creatus die 20.Iunii 1667.ſedit annos duos, menſes quinque.Obiit die 9.Decembris 1669. ſub Leopoldo I.Vacat ſedes menſes quatuor dies viginti.Canonizavit S.*M*ariam Magdalenam de *Pazzis*, & *S.*Petrum de Alcantara.

CC*X*LIII.Clemens X. Romanus prius dictus Æmilius Alterius, creatus die 29.Aprilis 1670.ſedit annos ſex, menſes duos, dies vigintiquatuor.Obiit die 22. Julii 1676.Vacat ſedes dies ſexaginta. Canonizavit S.*R*oſam Ord.Prædicat, S.Ca-

S.Cajetanum, S.Ludovicum Beltrandum; & conceſſit celebrari in Ord. Prædicat. Feſtum S.Margaritæ de Sabaudia.

CCXLIV. Innocentius XI. Mediolanenſis à Como, prius dictus Benedictus Odeſcalchi, creatus die 21. Septembris 1676. ſedit annos duodecim, menſes decem, dies vigintiduos. Obiit die 12. Auguſti 1689. ſub Leopoldo I. Hic fuit vir verè Apoſtolici pectoris, & bonitate inſignis, & multa bona fecit; inſtituit celebrari Feſtum S.Stephani Regis Hungariæ die 2. Septembris, & Feſtum Nominis B.M.V. die Dominica infra Octavam Nativitatis in Eccleſia ſancta Dei. Vacat ſedes per menſem, & dies 25.

CCXLV. Alexander VIII. Venetus, prius dictus Petrus Otthobonus, creatus die 6. Octobris 1689. ſedit annum unum, menſes tres, dies vigintiſex. Obiit die prima Februarii 1691. ſub Leopoldo I. Vacat ſedes menſes quinque, dies tredecim.

CCXLVI. Innocentius XII. Neapolitanus, prius dictus Antonius Pignatelli, creatus die 12. Iulii 1691. ſedit annos novem, menſes duos, dies quindecim. Obiit die 27. Septembris 1700.

CCXLVII. Clemens XI. Urbinenſis, prius dictus Ioannes Franciſcus Albano, creatus die 23. Novembris 1700. feliciter vivat, & Deus illum conſervet pro pace ſuæ Sanctæ Eccleſiæ.

Hic ſiſte Lector, & obtutu admirativo intuere, bonitatem, ac Dei miſericordiam, qui in tot ſæculorum fluctibus, & undis; in tot adverſitatum procellis, ſemper incolumem, ſalvamque Navem Petri conſervavit, ſtetit, firmata eſt, non inflexit, non naufragavit. In primordii Eccleſiæ tot Pontifices, quot Martyres; in Eccleſia creſcente ſciſma, ſeditiones, bella; in fine doctrinam, & ſanctitatem, & ultima primis copulentur conſidera. Deus uſque ad finem mundi eam conſervet, & firmet, augeatque, & ſolidet in Petri ſoliditatem, ut denique unum ovile fiat, unuſque Paſtor.

Pontifices legitimè creati uſque hodie ſunt 247. Antipapæ ſunt numero 32. ſchiſmata numero 32. Pontifices mortui extra Romam ſunt numero 45. mortui Romæ ſunt 202. Pontifices Romani ſunt numero 107. qui non finiere menſem ſunt numero 11. qui non finiere annum ſunt 40. qui vixerunt pluſquam viginti annis ſunt numero 8. Et colligitur ex omnibus vacationibus à principio Eccleſiæ uſque ad præſentem diem ſedes vacaſſe anni 41. & novem menſes circiter.

Hic ad legentium curioſitatem, brevi methodo proponam Romanorum Pontificum ſeriem, uſque ad Clementem XI. qui feliciter regnat, nec non res memorandas, & mirabiles, quæ in præteritis ſeculis contingerunt, omnia diſtinctè per ſecula, & annos.

Digitized by Google

Anni Chriſti nati		*Anni quibus ſederunt*
45	S. Petrus Galileus	Ann. 25. m. 2.
71	S. Linus Hetruſcus.	10.
81	S. Cletus Romanus.	12.
93	Clemens I. Romanus.	9. m. 6.

IN hoc primo ſæculo Chriſtus naſcitur ex Maria Virgine, toto Orbe in pace compoſito, ſub Imperio Octaviani Auguſti anno quadrageſimo ſecundo; A creatione Mundi anno quinquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono: A Diluvio bis milleſimo nongenteſimo quinquageſimo ſeptimo: A Nativitate Abrahæ bis milleſimo quintodecimo. A Moyſe, & egreſſu Populi Iſrael de Ægipto milleſimo quingenteſimo decimo: Ab unctione David in Regem milleſimo trigeſimo ſecundo: Hebdomada ſexageſima quinta, juxta Danielis Profetiam: Olimpiade centeſima nonageſima quarta: Ab Urbe Roma condita anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo. *In* die ſuæ Nativitatis ſupra ipſius præſepium Stella viſa eſt, & Angeli auditi ſunt *choros* ducentes, & Paſtores qui cuſtodiebant gregem ab ipſis admoniti adoraverunt Chriſtum.

Romæ fons per tres dies oleum manavit; & circiter Solem viſus eſt aureus circulus, & tres Soles apparuerunt, & cecidit ſtatuam Romuli. In hora Nativitatis Chriſti omnes demones, qui in Idolis adorabantur obmutuerunt, ſicuti in Delpho Idolum Apollinis, & in Lybia ſtatuam Mennonis. Et in Egipto omnes *I*doli in terram corruerunt.

Beata igitur Virgo Maria filia Ioachim, & Annæ, ætatis ſuæ quindecim annorum, antecedenti anno ſponſata Ioſeph Patriarchæ ex ſtirpe David, in anno creat*i*onis Mundi quinquiquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono: fuit ab Angelo Annunciata in Civitate Galileæ, cui nomen Nazaret, quod deberet concipere, & parere filiū Dei, abſque præjudicio ſuæ Virginitatis die 25. *M*artii ejuſdem anni; eodē die B. Virgo Maria intravit in Domum Zacchariæ, & ſalutavit Eliſabeth, ut in ejus ventre ſanctificaretur Ioannes Baptiſta, Chriſti præcurſor jam conceptus in utero Eliſabeth, qui poſtea illum peperit die 24. *I*unii ejuſdem anni in præſentia Mariæ Virginis, quæ poſtea die 25. Decembris ejuſdem anni peperit Ieſum Chriſtum filium Dei.

In prima die Ianuarii ſequentis *P*uer Chriſtus circumciſus eſt, & impoſitum eſt ei nomen Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur.

Sexta die Ianuarii Magi ab Oriente venerunt adorare Chriſtum in præſepio, qui uti ſapientes ex Stella, quæ apparuit, & etiam ex revelatione divina cognoverunt natum Redemptorem, & venerunt illum adorare, & obtulerunt ei aurum, thus, & mirram.

Die

Digitized by Google

Die 2. Februarii B. Virgo Maria, Chriſtum Jeſum præſentavit in Templo Hieruſalem inſimul cum S Joſeph, & cum inducerent eum parentes ejus, accepit eum Simeon Sacerdos in Ulnas ſuas,& benedixit Deum dicens. Nunc dimittis Domine ſervum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum; erat iſte Simeon juſtus, & timoratus, & expectabat Redemptionem Iſrael, & Spiritus Sanctus erat in eo, à quo acceperat prius reſponſum non viſurum ſe mortem,niſi videret Dominum, Maria, & Joſeph. Obtulerunt Domino par turturum, aut duos pullos columbarum; & ut perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reverſi ſunt in Galileam; in Civitatem ſuam Nazareth.

Eodem anno apparuit Angelus Joſeph in ſomniis dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægiptum, & eſto ibi uſque dum dicam tibi; qui conſurgens nocte fugit in Ægiptum cum matre, & puero *I*eſu; futurum enim erat, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum; & erat ibi uſque ad obitum Hærodis. Hærodes autem videns, quod illuſus eſſet à Magis quia non reverterunt ſicut promiſerant, ſed per aliam viam reverſi ſunt in Regionem ſuam, cogitabat occidere puerum Ieſum, dubitans ne perderet ſuũ Regnum, qui miſit, & occidit omnes pueros, qui erant in Betlehem, & in omnibus finibus ejus à bimatu, & infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis, ſed non perdidit *I*eſum, quia jam receſſerat, & erat in Aegypto.

In anno 2. Ioſeph, & Maria peregrinando venerunt in Thebaida Aegypti propè Ermopolim, ubi una arbor magna dicta Perſea, quæ erat conſecrata Iſidi, & adorabatur ab Aegyptiis, inclinavit ſe, & Chriſtum adoravit, qui ſtabat in brachiis B. Virginis. Ioſeph tamen in tam magna peregrinatione impendit omnes nummos, qui illi remanſerant ex munera Magorum.

*I*n anno 3. in Græcia viſæ ſunt multæ ſtatuæ per aerem volare.

In anno 4. Octavius Cæſar obtinuit à Romano Senatu nomen Auguſti, qui impoſuit tale nomen menſi antecedenti Septembris; prius enim vocabatur Sextilis, & etiam juſſit menſem Quintilem, vocari Iulium in honorem Iulii Cæſaris ſui Avunculi.

In anno 6. juſſu Cæſaris Ovidius Naſon fuit exiliatus in Regno Ponti.

In anno 7. Hærodes Rex *I*udeæ, perſuaſione Antipatris ſui filii, occidere fecit alios duos ſuos filios natos ex Regina Arianna Aſſamonea, qui poſtea dolore affectus, incidit in morbum crudeliſſimum, taliter, quod plenus erat vermibus, & intolerabili fœtore afficiebatur, maximè in pudendis; & iratus valdè occidit etiam Antipatrum, & poſtea ſeipſum volebat occidere, ſed impeditus fuit à Salome ſua ſorore; tandem infeliciſſimè obiit;& Regnum fuit diviſum ab Octaviano Cœſare. Nam Archelaus filius Herodis regnavit in Hieruſalem,& in Iudæa. Hærodes Antiphas ſuus nepos regnavit in Galilea. Philippus frater minor Antiphæ regnavit in Traconitide, & Iturea; Liſania nepos Herodis regnavit in Abila propè Libanum. Hoc quoque anno apparuit Angelus Ioſeph in Aegypto in ſomnis, dicens: *Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Iſrael; defuncti ſunt enim, qui quærebant animam Pueri.*

In anno 9 S.Ioſeph accepto *Puero*, & Matre ejus, venit in terram Iſrael; Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudea, timuit illò ire,& admonitus in ſomnis ſeceſsit in partes Galileę, ubi regnabat *Hærodes* Antiphas, & habitavit in Civitate, quę vocatur Nazareth,et ideò Chriſtus vocatus eſt Galileus à Nazareth,quamvis natus eſſet in Bethlehem Iudeę. Hoc anno in Civitate Nazareth S.Amator vir *S.*Veronicę, dum eſſet parvulus, erat in domo Ioſeph, & auxiliabatur ilJi in ſecando.

In anno 12. cum factus eſſet *Ieſus* annorum duodecim, aſcendentibus Ioſeph, & Maria in Ieroſolimam ſecundum conſuetudinem diei feſti *P*aſchę, & conſummatis diebus, cum redirent in Nazareth, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem,& non cognoverunt parentes ejus;& ideo non cognoverunt, quia Maria judicabat, quod eſſet cum Ioſeph, Ioſeph autem cogitabat, quod eſſet cum Maria; mos enim erat ut homines in tali itinere ſoli incederent ſeparati à fęminis, pueri autem ibant indifferenter cum fœminis, et viris uti eis placebat; ſed cum *S.*Ioſeph veniſſet Nazareth, & Beata Virgo Maria videns, quod ſecum non eſſet puer Ieſus, requirebant illum inter cognatos, & notos, & non invenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem requirentes eum; & poſt triduùm invenerunt illum in Tèmplo ſedentem in medio *D*octorum, audientem illos, & interrogantem eos.& ſtupebant omnes,qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis ejus; & deſcendit cum illis, & venit Nazareth. Hoc anno Germani facti ſunt rebelles Romanis, & in rebellione Germani occiderunt omnes Romanos, qui erant in Germania in ſuis prędiis; & Varo Proconſul Gęrmanię occidit ſe cum ſuis manibus, & corpus ſepultum, diſhumatum fuit à Germanis, & injuriatum.

In anno 13.Populi Lybię interioris in Africa facti ſunt rebelles Cęſari, qui tandem mittens exercitum illos ſubjugavit.

In anno 14.Armeni facti ſunt rebelles Cęſari, & vocaverunt in auxilio eorum Arthaſſatem Regem Parthorum.

In anno 16.Archelaus filius Herodis Aſcalonitę fuit a Iudęis,& Sammaritanis accuſatus avaritię, & crudelitatis apud Cęſarem, qui illum exulavit Viennę in Gallia ubi mortuus eſt. Hoc anno Cęſar Auguſtus Nolę clauſit ſuos dies ætatis ſuæ annorum 76.dum regnaſſet annis 56.& reliquit Imperium Tiberio ſuo filio adoptivo. Hoc anno in Aſia undecim Civitates à terremotu corruerunt; & natus eſt puer in Civitate Philadelphiæ cum quatuor pedibus.

In anno 17.Herodes Antiphas nepos Herodis AſcalonitæRexGalileæ ędificavit Civitatē Tiberiadis, & illam ſic vocavit in honorē Tiberii Imperatoris. Eodem anno Germanicus cū exercitu Romano iterum ſubjugavit Germanos.

In 18.anno Tiberius Imperator ejecit è Roma, & Italia omnes Magos, & incantatores, & multos ex illis occidens.

In anno 19.floruit Solinus in hiſtoriis,& Strabo in Philoſophia,&Geographia.

In anno 20.Romæ fuit validum terremotum; & viſum eſt terribile monſtrū noctu Civitatem percurrere; & combuſtum eſt Pompei Theatrum; & una ſagitta

gitta ſtatuam Germanici, & Tiberii deſtruxit; & in Piperno natus eſt puer pi-
loſus. Hoc anno Germanicus miſſus eſt à Tiberio Cæſare in Oriente contra
Parthos;& in Siria per ordinem Tiberii fuit venenatus à Phiſone Præſidente;
qui Romæ vocatus ab Agrippina uxore Germanici, illam timens, ſe ferro oc-
cidit.

In anno 21.Tiberius impius factus ſpoliavit multos nobiles, & divites.

In anno 22.Traces facti ſunt rebelles Tiberio Cæſari, qui miſit Celium E-
quitem, & per quinque annos illos non potuit ſuperare.

In anno 25.Tiberius occidit multos prudentes Senatores, qui ſe oppone-
bant ſuis vitiis.

In anno 26.Tiberius ſeceſſit è Roma, & in Inſulam Capriam ſe recepit, ubi
libidinosè vixit.

In anno 28 Senatus Romanus miſit in Traciam Sabinum, qui tandem Tra-
ces ſuperavit, & triumphans Romæ rediit. Eodem anno Valerius Gratus, qui
erat Præſes in Judea, Romam redit, & factus eſt à Tiberio Præſes Pontius
Pilatus.

In anno 29.Ioannes Baptiſta prædicavit in Iordane pœnitentiam, & remiſ-
ſionem peccatorum. Eodem anno fuit ſancta mors S.Ioſeph Sponſi B.Virginis
ætatis ſuæ annorum ſexaginta.

In anno 30.Chriſtus Dominus fuit in Iordane baptizatus à Ioanne baptiſta,
& deſcendit Spiritus Sanctus in Columbæ ſpecie ſuper eum, & vox de Cœlo
facta eſt: *Hic eſt Filius meus dilectus*; & Chriſtus, recepto baptiſmate, ſe in
deſertum recepit, ubi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit;
& miſit diſcipulos ſuos per Galileam annunciare hominibus Meſſiam jam ve-
niſſe, & prædicare peccatorum pœnitentiam. Hoc etiam anno combuſtus eſt
mons Celius in Roma.

In anno 31.Chriſtus Dominus cœpit miracula facere, unde die ſexta Ianua-
rii in Cana Galileæ convertit ſimplicem aquam in vinum, & hoc fuit primum
ſignum, quæ fecit Ieſus; poſtea in Capharnaum ſanavit poſſeſſum à Dæmone,
& ordinavit illi, ut taceret; Ejecit è Templo vendentes, & ementes; conver-
tit in Sichar Sammaritanam; ſanavit à longè filium Reguli credentis, & alia
quamplurima mirabilia fecit, itaut ab aliquibus verus credebatur Meſſia, &
ſpecialiter à Nicodemo Doctore. Hoc anno Herodes Antiphas Rex Galileæ
poſuit in carcere Ioannem Baptiſtam propter Herodiadem uxorem Philippi
fratris ſui, quia duxerat eam; arguebat enim Ioannes Herodem propter ince-
ſtum, ut Prædicator Evangelicus.

In anno 32.miſit Rex Herodes miniſtrum, & decollari juſſit Ioannem Bap-
tiſtam in carcere, quò audito Diſcipuli tulerunt corpus ejus, & ſepelierunt
illud in ſepulcro Eliſei, & Abdiæ. Hoc anno Chriſtus Dominus multa etiam
miracula patravit, nam ſanavit ab infirmitate Socrum Petri ſui diſcipuli, libe-
ravit à Dæmone poſſeſſum, ſanavit multos ægrotos in eorum gabratis ad ip-
ſum defertis, ſedavit maris tempeſtatem, liberavit poſſeſſos a Dæmone in Ci-

vitate Gereſanorum, & miſit Dæmones intra porcos. In Capharnao ſanavit paraliticum; vocavit Mattheum Apoſtolum ſedentem in Telonio; reſuſcitavit filiam Archiſinagogi, ſanavit à fluxu ſanguinis mulierem cum ſolo tactu ſuæ ſanctiſſimæ veſtis; viſum dedit duobus cœcis; liberavit poſſeſſum à Dæmonio muto. In Jeruſalem ſanavit infirmum probaticæ piſcinæ, & aridum manu. Docuit octo beatitudines diſcipulis in monte; ſanavit leproſum, & ſervum Centurionis, reſuſcitavit filium Viduæ Naim; & alia quamplurima fecit mirabilia.

In anno 33. Chriſtus Dominus ſatiavit quinquemillia hominum ex quinque panibus, & duobus piſcibus, quod miraculum videntes turbę volebant eum facere Regem, at Jeſus fugit, & abſcondit ſe ab eis; poſtea liberavit diſcipulos à maris tempeſtate ambulans ſuper aquas. Venit deinde in Geneſareth, ubi ſanavit multos infirmos à variis languoribus cum ſolo tactu ſuæ ſanctiſſimæ veſtis. In Bethania uni cœco lucem reſtituit oculorum. In *Paneade* interrogavit diſcipulos quid de ipſo ſentirent, & Petrus reſpondit: Tu es Chriſtus filius Dei vivi. Poſtea in monte Thabor manifeſtavit tribus diſcipulis Petro, Iacobo, & Ioanni gloriam ſuam, & transfiguratus eſt ante eos; & deſcendens de monte ſanavit lunaticum à Dæmone oppreſſum, & ſalutem dedit decem leproſis, imponens eis, ut ſe oſtenderent Sacerdotis abſolvit mulierem pœnitentem in adulterio deprehenſam; illuminavit cœcum natum, & curavit hydropicum in die Sabati. In Templo interrogatus ſi eſſet verè filius Dei, & Iudeis illum lapidare volentibus, abſcondit ſe, & exivit de Templo. Eodem anno miſit Diſcipulos ſuos prædicare, & dedit illis poteſtatem faciendi miracula, ſanandi infirmos, & expellere Dæmonia ab obſeſſis.

In anno 34. *A*bagarus Rex Edeſſæ in Siria intelligens miracula Chriſti, & odiū Phariſeorū contra ipſum, invitavit illū in ſuo Regno, & ut illum à Judeis defenderet, & ut ſanaret illum ab infirmitate incurabili, qua detinebatur. Chriſtus autem Dominus miſit illi figuram ſui vultus; & poſt mortem, & ſuam reſurrectionem Abagarus ſanatus eſt ab uno diſcipulo Chriſti, qui illum baptizavit, & in fide docuit. Eodem anno in primis tribus menſibus, ſcilicet Ianuario, & Februario, & Martio, Chriſtus Dominus interrogatus à *P*hariſeis, an liceat dimittere uxorem, & reſpondit, quod non; & poſtea docuit obſervantiā perpetuæ caſtitatis, & paupertatem ſuis diſcipulis. Poſtea reſuſcitavit Lazarum quatriduanum, & ex tali die Sacerdotes, & Scribæ quærebant opportunitatem, ut eum traderent morti, & congregato Concilio dixerunt: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit; & concluſerunt, expedit, ut moriatur. Poſtea Chriſtus Dominus aſcendit in *J*eruſalem in Templo, & in itinere illuminavit cœcum in Hierico, ubi receptus eſt in domo Zacchei, qui converſus ad Chriſtum, dedit dimidium bonorum ſuorum pauperibus. Poſtea illuminavit alios duos cœcos, & alia miracula fecit, quæ non ſunt ſcripta ab Evangeliſtis. Poſtea Betaniam petiit in domo Martæ, ubi Magdalena unxit pedes ejus unguento pretioſo.

Eodem anno die 20.Martii,quæ erat Dominica, aſcendit Ieſus in Ieruſalem ſedens ſuper pullum Aſinæ, & turbæ obviaverunt eum cum floribus,& tollentes ramos olivarum ſternebant illos in via, clamantes, & dicentes: Hoſanna filio David, Benedictus, qui venit in nomine domini. Et in ſero rediit Bethaniam, ubi etiam erat ſua Sanctiſſima Mater Maria. Sequenti die iterum aſcendit Ieruſalem, & in itinere maledixit arborem fici, qui ſubitò aruit, & ejecit è Templo vendentes, & ementes in illo, & in ſero aſcendit in montem Oliveti. Sequenti die 22.Martii iterum venit Ieruſalem, & interrogatus à *P*hariſeis,& Scribis cum qua auctoritate expelleret è Templo negotiantes,ipſe nil reſpondit; & reſolvit difficultatem an cenſum debeat ſolvi Cæſari, vel non; & convixit Saduceos negantes reſurrectionem mortuorum, & in ſero aſcendit cum ſuis Apoſtolis in Montem Olivarum.Sequenti die 23.Martii die Mercurii ivit Bethaniam, & ibi licentiatus eſt à Sanctiſſima ſua Matre, ut compleret cum ſua morte opus redemptionis; poſtea aſcendit Ieruſalem, & itinere dixit diſcipulis ſuis qualiter oportebat mori, & tertia die reſurgere à mortuis. Eodem die Iudas Iſcariotes abiit ad Principes Sacerdotum, qui pacti ſunt pecuniam illi dare, ſi Chriſtum eis traderet, & conſtituerunt ei triginta argenteos. In ſero aſcendit in Montem Oliveti cum Apoſtolis, ut oraret. In die 24. Martii Iovis miſit duos diſcipulos ſuos in Ieruſalem, ut Agnum paſchalem præpararent; & ipſe ſerò veniens lavit pedes Diſcipulorum ſuorum; & in ultima cœna inſtituit Sacramentum Euchariſtiæ, & aſcendit in montem Oliveti ad orandum; & ibi à Iuda traditus eſt Iudeis, & captus à militibus, ligatus ductus eſt ad Annam Caiphæ Socerum propè mediam noctem; In dicta nocte ter fuit à Petro negatus; & interrogatus à Caipha de ſua doctrina, & Ieſus divinè reſpondens, unus militum alapa eum percuſſit, & fuit ab omnibus militibus crudeliter tormentatus, & ſpretus. In die Veneris 25.Martii mane facto vinctum adduxerunt, & tradiderunt Pontio *P*ilato Præſidi Tiberii Imperatoris, & interrogavit eum Præſes dicens: Tu es Rex Iudeorum, cui Ieſus reſpondit: Tu dicis;& cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta adverſus te dicunt teſtimonia? & Ieſus non reſpondit ad ullum verbum, itaut miraretur *P*ræſes vehementer. Eodem die, Iudas, qui eum tradidit, videns quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus, dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum; at illi reſponderunt, quid ad nos? tu videris; & projectis argenteis in Templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Pilatus autem videns, quod injuſtè Chriſtus erat calumniatus, miſit eum ad Herodem Antipham (qui illis diebus erat Ieroſolymis ad celebrandum Paſcha), quia uti Galileus de ejus poteſtate erat; ſed Herodes cupiebat videre Ieſum, & miracula ejus; ſed videns,quod nil ad interrogata reſpondebat,ſprevit eum,& iterum miſit illum ad Pilatum, qui declaravit eum innocentem; ſed ut ſedaret tumultus inimicorum Chriſti, apprehendit Ieſus, & flagellavit, & miniſtri coronaverunt eum corona ſpinea, ut ſic ſub illis tormentis obiret, & ipſi mercedem

ali-

Digitized by Google

aliquam à Phariſeis acciperent. Sed cum adhuc viveret, Iudei ſeduxerunt populos, ut peterent ejus mortem; & Pilatus videns, quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus, vos videritis. Tunc Ieſum flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur in hora quaſi tertia, & Chriſtus bajulans ſibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locus, & erat cum eo Mater ejus Maria. In hora ſexta crucifixerunt eum, & cum eo duo Latrones, unum à dextris, & alium à ſiniſtris, & illudebatur à Summis Pontificibus, & Scribis, & blaſfemabatur ab eis. Et in hac hora factæ ſunt tenebræ ſuper univerſam terram uſque ad horam nonam. Et hora nona exclamavit Ieſus voce magna, dicens: Eloi, Eloi Lamma ſabacthani? quod eſt interpetratum Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Tunc unus currens, & implens ſpongiam aceto, circumponenſque calamo, dabat ei potum. Stabat autem juxta Crucem Maria Mater ſua, inſimul cum Ioanne Apoſtolo, cui Ieſus Matrem commendavit. Circa verò horam nonam, ideſt poſt meridiem, magna voce clamans dixit: Conſummatum eſt; & inclinato capite, emiſit ſpiritum. Tunc velum Templi ſciſſum eſt medium in duas partes à ſummo uſque deorſum, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant ſurrexerunt, & Sol obſcuratus eſt (unde mons Gaetæ hodie cernitur ſciſſus uſque ad profundum maris) Dionyſius Areopagita in morte Chriſti, cum adhuc in gentilitate verſaretur ſolem præter naturam defeciſſe animadvertens traditur exclamaſſe: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſolvetur. Redemptor autem noſter moravit in Limbo, quod reſtabat de illo die uſque ad Sabbatum, & partem Dominicæ; & in aurora diei 27. Martii liberavit animas in Limbo ſtantes, ut duceret illas in Cœlum, & reſurrexit de ſepulcro, & per dies quadraginta apparens diſcipulis, & loquens de Regno Dei, ut teſtes eſſent ſuæ reſurrectionis, poſtea aſcendit in Cœlum de morte triumphans cum animabus à Limbo liberatis; & ſic in ſexta ætate mundi opus ſuæ redemptionis complevit. Poſt autem decem dies à ſua Aſcenſione ad Cœlum deſcendit Spiritus Sanctus ſupra Apoſtolos, & tribuens eis chariſmatum dona, miſit eos in univerſum mundum prædicare fidem Chriſti.

In anno 34. S. Petrus Apoſtolus Pontifex, & Chriſti Vicarius prædicavit in publica platea Ieruſalem, & fuit auditus in omnibus linguis, & converti t ad fidem Chriſti 3000. animas, & illis expiavit Sacramento baptiſmi. In tali anno in die, qua Chriſtus eſt mortuus, inter Calabriam, & Siciliam natus eſt mons igneus, qui dicitur (Strongoli) & ut ait Seneca, videntibus parentibus noſtris. Hoc etiam anno loco Iudæ, Matthias annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis. Hoc quoque anno primitiva Eccleſia vivebat in communi [ut hodie Religioſi] & Anania, & Saphira, qui fraudaverant prætium venditæ poſſeſſionis, fuerunt à Deo caſtigati cum ſubita morte. Hoc etiam anno inſtitutus eſt primus Epiſcopus, qui fuit Iacobus Alphei dictus minor, & habuerunt principium

Ho-

Digitized by Google

Horæ canonicæ, quia Apoſtoli congregabant ſe ad orandum. Hoc quoque anno Eccleſia habuit primum Martyrem S.Stephanum, & primam perſecutionem Chriſtiani, unde fugerunt 72. Diſcipuli à Ieruſalem per diverſas mundi partes, & ibi ſolum remanſerunt Apoſtoli, & B.Virgo Maria, quæ morabatur in Monte Sion.

In anno 35.Sancti Apoſtoli Petrus, & Iacobus Minor ſcripſerunt diſperſis Diſcipulis Epiſtolas canonicas, quæ hodie in Eccleſia leguntur. Eodem anno SanctusPhilippus Apoſtolus baptizavit Eunuchum CandacisReginæ Etiopiæ, quæ poſtea cum toto ſuo Regno converſa eſt ad Fidem; & etiam baptizavit, & convertit multos in Sammaria, ubi perrexerunt Petrus, & Ioannes ad confirmandos eos in fide, patrando multa miracula; quod videns Simeon Magus emere volebat illam poteſtatem, & divinam virtutem (& à ſuo nomine derivavit Simonia).

In anno 36.S.Paulus converſus eſt ad fidem, uti legitur in Actibus Apoſtolorum. Hoc anno Philippus Rex Ituresæ, frater Herodis Antiphæ mortuus eſt; & Regnum reductum eſt in Provinciam à Tiberio Imperatore. Eodem anno Vitellius factus eſt Præſes in Siria, & Pontius Pilatus vocatus eſt Romæ, ubi fuit in carcere detentus per quatuor annos, & poſtea vocatus adTribunal Cæſaris propter injuſtitiam factam Redemptori, ipſe ſecum portavit veſtē Chriſti; & ceſſavit ira Cæſaris; & iterum vocatus, & portans ſecum dictam veſtem, etiam Cæſar placatus eſt; ſed denuò vocatus, & non ſecum ferens dictam veſtem, fuit ad mortem condemnatus, & decollatus.

In anno 37. S.Iacobus Apoſtolus Major Hiſpaniam petiit ubi in diverſis Civitatibus creavit multos Epiſcopos. Eodem anno S.Petrus Apoſtolus poſuit ſuam primam Cathedram Epiſcopalem Antiochiæ, ubi fideles dicti ſunt Chriſtiani, & Chriſti ſequaces. Hoc anno Tiberius Imperator mortuus eſt, & illi ſucceſſit Cajus, ſeu Caligola filius Germanici, qui ſubitò excarceravit Agrippam filium Ariſtoquoli, & neptem Herodis Idumei, jam à Tiberio carceratum; & illi conceſſit Regnum Itureæ, & Traconitidis Regionis, quod erat Philippi ſui Avunculi.

In anno 38.Cajus Cæſar vitiis, & diſhoneſtatibus datus eſt, & neque pepercit honeſtati propriarum ſororum, & ſpoliavit, & occidit nobiles Romanos, & dixit: Utinam populus Romanus unum ſolum caput haberet, ut uno ſolo ictu eum interimerem, & occiderem.

In anno 39.Cajus Cæſar Neapolim petiit, ubi ædificavit Pontem mirè magnitudinis per ſpatium trium milliarum, ſcilicet à Baja, uſque ad Civitatem Puteoli. Hoc anno S.Paulus [jam ad Chriſtum converſum] Ieroſolimam venit videre Apoſtolos, & B.Mariam Virginem Chriſti Matrem, & raptus eſt uſque ad tertium Cœlum, ubi vidit arcana Dei. Hoc quoque anno S.Petrus Apoſtolus reſuſcitavit Thabitam, & ſanavit Aeneam laborantem incurabili infirmitate.

In anno 40.Herodes Antiphas à Cajo exiliatus eſt in Galliam, ubi miſerè mor-

mortuus eſt; eo quia Chriſtum ſprevit illi à Pilato in ſua ſanctiſſima paſſione miſſum.

In anno 41.Cherea Caſſius Tribunus Prætorianus cum aliis Romanis occidit Caligolam Cæſarem, & à Prætorianis fuit ſalutatus Imperator Claudius Nero Avunculus Caligolæ, & filius Druſi fili adoptivi Octavii Cæſaris, qui ſubitò dedit Herodi Agrippæ Samariam, & Ieruſalem, uti habebat Herodes Aſcalonitas ſuus Avunculus.

In anno 42.S.Iacobus Major veniens ex Hiſpania in Ieruſalem, martyrio coronatus eſt ab Herode Agrippa; & videns, quia placeret Iudeis, apprehendit Petrum Apoſtolum, & miſit in carcerem, volens poſt Paſcha producere eum populo; ſed ab Angelo liberatur à Carcere. Unde Petrus Iudeam relinquens, Romam petiit, ut eam ad fidem converteret; & creavit Epiſcopum Antiochiæ Evodium; ſed antequam diſcederet cum Apoſtolis, formavit Symbolum fidei, ut uniformiter ab omnibus prędicaretur. Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Cherinti, qui dicebat Chriſtum non habuiſſe Deitatem, & quod homo poſſit abſque baptiſmo ſalvari. Hoc quoque anno Paulus, & Barnabas annumerati ſunt in Collegio Apoſtolorum, & miſſi ſunt ad prædicandum Evangelium. Hoc anno Thadeus unus ex diſcipulis Chriſti, perveniens Edeſſam Siriæ ſanavit à ſua infirmitate Abagarum Regem, & ipſum cum multis è ſuo Regno baptizavit.

In anno 43.fuit fames univerſalis per totum mundum, & per Italiam viſi ſunt in aere diſcurrere faces ardentes.Hoc anno S.Paulus prędicavit Evangelium in Aſiam minorem, & in Græcia; & S.Ioannes Evangeliſta fundavit ſeptem Eccleſias in eadem Aſia;Et S.Marcus Evangeliſta ſcripſit ſuum Evangelium. Hoc anno Herodes Agrippa roſus à vermibus, datus eſt morti. Et Claudius Cęſar reduxit ſuum Regnum in Provinciam. Et exercitus Romanus ſubjugavit Angliam jam rebellem.Hoc quoque anno S.Paulus Apoſtolus convertit ad fidem Sergium Paulum Proconſulem Ciliciæ.

In anno 44.S.Petrus Apoſtolus poſtquam convertiſſet multos Gentiles,Romæ poſuit ſuam ſedem, & Cathedram perpetuam die 18.Ianuarii,& per multa loca miſit Epiſcopos.

In anno 45.S.Thecla amplexa eſt fidem Catholicam, & Facta eſt diſcipula S.Pauli Apoſtoli, & prima inter mulieres recepit martyrium, quamquam in martyrio non obiiſſet.

In anno 46.cùm S.Paulus ſanaſſet claudum in Civitate Liſtris,populi volebant eum adorare, vocantes eum Mercurium, & Barnabam Iovem; ſed ipſi renuerunt, & prædicaverunt illis verum Deum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Sed poſt parum tempus illum lapidaverunt, & quaſi mortuum reliquerunt; ſed virtus Domini ſanavit illum. Hoc anno S.Matthęus Apoſtolus convertit ad fidem S.Iphigeniam filiam Regis Ethiopię.

In anno 47.S.Petrus Apoſtolus Africam petiit, ubi fundavit in Cartagine Eccleſiam, & poſuit Epiſcopum Creſcentem ſuum diſcipulum; et tranſiens

in Aegyptum, creavit Rufum Epiſcopum Thebanum; & in Alexandria creavit Epiſcopum S.Marcum Evangeliſtam.

In anno 48.Romæ viſi ſunt tres Soles,& fuit terremotum validum, & multa ædificia corruerunt, & ſtatua Claudii à fulmine percuſſa eſt; & fuit fames valida, & Cometa apparuit, & unus puer novem annorum confecit in uno die iter milliarum ſeptuaginta. Hoc anno Beata Maria ſemper Virgo, & Mater Redemptoris dum eſſet ætatis ſuæ 63.annorum [ſecundum communem opinionem Doctorum] requievit in Domino in Civitate Ieruſalem; & cum eſſet cœleſtibus æducata cogitationibus, non in terram reverſa eſt, ſed in cœleſtibus tabernaculis collocata eſt. Tempore autem ſuæ glorioſæ dormitionis, univerſi Sancti Apoſtoli, qui orbem terræ ad ſalutem gentium peragrabant, momento temporis in ſublime elati Ieroſolymis convenerunt. Cumque illic eſſent, apparuit eis viſio Angelica, & audita eſt pſalmodia cœleſtium poteſtatum; & ſic cum divina gloria in manus Dei, Maria Virgo ſanctam tradidit animam; ejus autem corpus cum Angelica, & Apoſtolica hymnodia elatum fuit depoſitum in loculo Gethſemane, quo in loco cantus Angelorum manſit tres dies continuos; poſt autem tres dies Angelico cantu ceſſante,qui aderant Apoſtoli(cum unus Thomas, qui abſuerat, poſt tertium diem veniſſet, & quod Deum ſuſceperat corpus adorare voluiſſet) tumulum aperuerunt, ſed omni ex parte ſacrum ejus corpus nequaquam invenire potuerunt; ejus myſterii miraculo obſtupefacti, hoc ſolum cogitare potuerunt, quod cui placuit ex Maria Virgine carnem aſſumere, & hominem fieri, & naſci, cum eſſet Deus, Verbum, & Dominum gloriæ, quique poſt partum incorruptam ſervavit Virginitatem; eidem etiam placuit, & ipſius, poſtquam migravit, immaculatum corpus incorruptum ſervatum, translatione honorare, ante communem, & univerſalem reſurrectionem. Eodem anno Claudius Cæſar deſcribere fecit populum Romanum; & numerati ſunt Cives Romæ eſſe ſex miliones, novem & centum quadraginta quatuor millia, ut ait Tacitus *lib.*11. Hoc quoque anno poſt aſſumptionem B.Virginis in Cœlo, Iudei ejecerunt Sanctus Ioſeph ab Arimattea,Maſſiminũ, Lazarum, Magdalenam, Martam, & Marcellam,qui in Galliam pervenientes, S.Martha ædificavit Monaſterium Monialium, & in ipſo ſe incluſit. S.Ioſeph ab Arimathea petivit Angliam, ut ibi fidem Chriſti prædicaret, S.Maſsimus fuit Epiſcopus Aquitaniæ, & S.Lazarus Epiſcopus Marſiliæ.

In anno 49.fuit celebratum ab Apoſtolis Concilium Generale in Ieruſalem, in quo pręfuit S.Petrus Apoſtolus. Eodem anno Claudius Imperator poſtquam clauſit intra Romam Aventinum, & ductam intra Romam aquam Claudiam, & ſiccatum Lacum Fucinum, victam Brittanniam, & ædificatum portũ Romanum, duxit in uxorem Agrippinam filiam Germanici ſui fratris, quæ fuerat uxor Domitii, cum quo genuerat Neronem,poſtquam ipſe Claudius repudiaſſet Meſſalinam.

In anno 50.Claudius adoptavit ſibi in filium Neronem ſuum Privignum,& illum declaravit ſucceſſorem Imperii.

In anno 52.S Paulus prædicans Athenienſibus, convertit S.Dionyſium Areopagitam.

In anno 53.S.Paulus navigavit per Soriam,& tranſit per Epheſum ubi pau-lò poſt peruenit Apollo Alexandrinus, & ibi eloquenter prædicavit gentibus fidem Chriſtianam, & multos convertit. Hoc anno fuit hæreſis Dioſretis, dicentis, quod Apoſtoli non deberent obediri, & ipſe uſurpabat ſibi primatum totius Eccleſiæ.

In anno 54. in Ierapolim fuit martyrio coronatus S.Philippus Apoſtolus cum eſſet ætatis ſuæ annorum nonaginta.

In anno 55.Claudius Cæſar venenatus eſt ab Agrippina ſua uxore, & ſuc-ſucceſſit Nero filius Agrippinæ; qui ſubitò occidere fecit Brittannicum filium Claudii.

In anno 56.poſtquam S.Petrus Apoſtolus in Oriente, in Ponto in Galatia, Cappadocia, Aſia minori, in Britinia; & in occidente in Gallia, in Hiſpania, Africa, & Sicilia convertit multosGentiles ad fidem Chriſti,& ędificavit multas Eccleſias; Romam rediit.

In anno 57. S.Paulus Apoſtolus poſuit Epiſcopum in Epheſo S.Thimotheum, & in Candia S.Titum.

In anno 59.S.Paulus Apoſtolus Romæ fuit in carcere incluſus vinctus catenis per duos annos, & ibi prædicabat, & convertit multos.

In anno 60.Nero occidit ſuam matrem Agrippinam; & exiliavit Octaviam ſuam uxorem,quem poſtea occidit; abſtulit Othonem ſuam uxoremPoppeam, & illam duxit. Hoc anno S.Paulus liberatus eſt, & iterum reverſus eſt in Oriēte. Hoc quoque anno fuit martyrio coronatus S.Elpidius primus Epiſcopus Toleti in Hiſpania. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Nicolaitarum.

In anno 61.S.Lucas Evangeliſta complevit ſcribere Acta Apoſtolorum.

In anno 62.cecidit fulmen ſupra menſam Neronis, & in Aſia tres Civitates, ſcilicet Laodicea, Nicopolis, & Coloſſis ruerunt à terremotu.Hoc quoque anno S.Marcus Evangeliſta Epiſcopus Alexandriæ martyrio eſt coronatus, & illi ſucceſſit in Epiſcopatu Anianus. Quoque S.Barnabas, & S.Valerius maritus S.Valeriæ,& Pater S.Gervaſii, & Protaſii martyrio coronati ſunt.

In anno 63.Jacobus AlpheiApoſtolus à Iudeis in Ieruſalem martyrio eſt coronatus,& illi ſucceſſit in Epiſcopatu Ieroſolymitano S.Simeon Cleophæ.

In anno 64.Sancti Apoſtoli Simeon,& Iudas Thadeus martyrio floruerunt, poſtquam prædicaſſent Evangelium in Idumea, Arabia, & in Meſopotamia,& Martyres occubuerunt in Perſia. Hoc quoque anno fuit beata mors S.Marthæ Virginis Sororis Mariæ Magdalenæ, & Lazari. Hoc anno omnes Statuę in Templo Pantheon faciem verterunt adOrientem,& conſpecti ſunt tres Soles.

In anno 65.S.Torquatus diſcipulus S.Iacobi Apoſtoli martyrio eſt coronatus. Hoc anno Seneca fuit in balneo minutus,& eſanguis mortuus ob crudelitatem Neronis, cui fuerat Magiſter; & etiam occiſus eſt à Nerone Lucanus Poeta, nec non Octavia Poppea ſua mulier gravida.

In anno 66.Nero Romam incendit, & ipſe gaudens cernebat ſpectaculum ex alto ſui Palatii. Hoc quoque anno Sanctus Matthias Apoſtolus à Iudeis coronatus eſt martyrio.

In

In anno 67.SS.Petrus,& Paulus venerunt Romam ad confirmandos Chriſtianos in fidei: & videntes perſecutionem Chriſtianorum à Nerone,S.Petrus timens mortem, è Roma fugit; ſed illi obviam venit Chriſtus, & Petrus illum interrogans quò vadat, Chriſtus reſpondit: Venio Romam iterum crucifigi; tunc Petrus Romam rediens, in carcere includitur inſimul cum Paolo Apoſtolo. Hoc etiam anno oratione S.Petri Apoſtoli cecidit ab aere, in qua volabat, Simon Magus.

In anno 68.die 29.Iunii S.Petrus Apoſtolus, & Paulus martyrio coronati ſunt, alter in Cruce, alter enſe triumphans. Hoc anno Chriſtiani ab Oriente furare volebant corpus S.Petri Apoſtoli; quod erat ad catacumbas, ſed ſubitò inſurrexit valida tempeſtas; unde Orientales Chriſtiani territis, mutaverunt propoſitum. Eodem anno aruit arbor dictus Ruminalis, ſub qua nutriti erant Romulus, & Remus à Lupa, & hic arbor, quæ erat fici duraverat 840. annos in Platea Comitii, à nativitate Romuli, cujus ſtatua ex ſeipſa cecidit in Nativitate Chriſti Domini. Succeſſit autem in Pontificatu Linus ſine ſede vacante. Hoc quoque anno SS.Gervaſius, & Protaſius fratres, & Nazarius, & Celſus martyrio ſunt coronati.

In anno 69.Sancti Martyres Proceſſus,& Martinianus ob fidem Chriſti occiſi ſunt. Hoc anno Nero occiſus eſt à ſeipſo, cui ſucceſſit in Imperio Galba Sergius, & poſtea Otho dictus Marcus Silvius, & paulò poſt Vitellius, & poſt pauca Veſpeſianus Flavius.

In anno 70.S.Andreas Apoſtolus in Achaia in Civitate Patræ martyrio coronatus eſt, poſtquam prædicaſſet Chriſtum in Gothia, in Schitia,in Tracia,in Epiro, & demum in Achaja. Hoc quoque anno S.Evodius Epiſcopus Antiochenus eſt marryrio coronatus, ſucceſſor S.Petri Apoſtoli, & anteceſſor Sancti Ignatii Martyris. Fuit etiam beata mors S.Natanaelis, de quo fit mentio in Evangelio.

In anno 73.ſub Veſpeſiano, & Tito expugnata eſt Civitas Ieruſalem, & deſolata, juxta prophetiam Chriſti Domini; taliter, quod Titus fecit illam arare, ut non reliquit lapidem ſuper lapidem,juxtà etiam Danielis prophetiã *c.9.v.26 Et non erit eius populus, quia eum negaturus eſt, & Civitatem, & Sanctuarium diſſipabit populus cum* Duce *venturo* (qui fuit Populus Romanus cum Tito ſuo Duce) *et finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.*Unde Ieruſalem, quæ nunc eſt, iterum fundata eſt ab Elio Adriano, ſed in alio loco.

In anno 74.S.Bartholomeus Apoſtolus inArmenia fuit martyrio coronatus.

In anno 75.S.Amator diſcipulus S.Ioannis Baptiſtæ obdormivit inDomino.

In anno 76.S.Thomas Apoſtolus fuit martyrio coronatus in India Orientali; & fuit beata mors S.Quarti.

In anno 77.in carcere clauſit ſuos dies Herodes Agrippa ultimus Rex Iudeorum in Iturea.

In anno 78.in Africa tres Civitates à terremotu corruerunt, ſicuti etiam in Cipro.

In anno 79. Veſpeſianus Imperator clauſit ſuos dies, & ſucceſſit in Imperio Titus ſuus filius, tam benignus, & pius, ut vocaretur delitia generis humani; qui dicere ſolebat: In die, qua non facio beneficia, non ſum Imperator.

In anno 80. Veſuvius mons flammas foras erupuit, & incendit Civitates multas, ubi Plinius major cauſam volens inveſtigare talis incendii, propè montem accedens, mortuus eſt igne.

In anno 81; Titus Imperator clauſit ſuos dies, & ſucceſſit Domitianus ſuus frater. Hoc anno fuit hæreſis Ebionitarum ab Ebione, & Meandri diſcipuli Simonis Magi.

In anno 82. S. Ioannes Evangeliſta ſcripſit Evangelium contra hæreſes, & præcipuè contra Cherintum, & Ebionem.

In anno 83. Ioſeph Hebreus compoſuit hiſtoriam de antiquitate temporum.

In anno 88. fuit beata mors S. Mariæ Magdalenæ. Hoc anno Domitianus Imperator crudelis factus, & ſuperbus dicebat ſe eſſe filium Palladis, & volebat vocari Deus, & Dominus; ſed ipſe ſæpè in camera muſchas capiebat. Ejecit è Roma Philoſophos, & exulavit multos Senatores, & alios occidit, violavit Virgines, & in omnia ſimilis fuit Neroni.

In anno 90. Civitas Antiochiæ, & tres Civitates Galitiæ à terremotu corruerunt, & Templum Phanteonis in magna parte cecidit à fulmine percuſſus Hoc anno S. Mattheus Apoſtolus in Ethiopia fuit martyrio coronatus; ſicuti etiam SS. Marcellus, & Apulejus coronati ſunt. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Thebutianorum.

In anno 92. S. Cletus Papa martyrio coronatus eſt, & ſucceſſit Clemens.

In anno 93. Domitianus perſecutus eſt Chriſtianos, & multi coronati ſunt martyrio.

In anno 94. S. Ioannes Evangeliſta ex Aſia Romam adductus miſſus in ferventis olei dolium, purior & vegetior exiverit, quam intraverit, & deinde à Domitiano in odium Chriſtianæ Religionis relegatus eſt in Inſula Patmos, quæ circuit triginta milliaria, ibi vidit Apocalypſim infinita futurorum myſteria continentem.

In anno 96. Stephanus Procurator S. Domitillæ, quæ Domitianus exulaverat; enſe occidit ipſum Domitianum. Unde Romani in odium ipſius contererunt omnes ſuas ſtatuas, & arcus, & caſſaverunt ſculturas, & figuras, quæ ipſum repræſentabant, etiam à nummis. Et fuit electus Imperator Cocceus Nerva optimus Princeps, qui ſubitò caſſavit acta Domitiani, & reſtituit omnibus ſua bona. Et S. Joannes Evangeliſta rediit ad ſuam Eccleſiam in Epheſo.

In anno 97. Nerva mortuus eſt, & ſucceſſit Imperio Ulpius Trajanus, qui denuò annullavit acta Domitiani, & miniſtravit juſtitiam omnibus, ſed renovavit perſecutionem in Chiſtianos, videns Templa Idolorum eſſe derelicta; Unde exulavit S. Clementem Pontificem in Cherſoneſo Frigiæ, ubi Sanctus Pontifex convertit multos ad fidem Chriſti; & martyrio coronavit S. Nereum, & Achilleum eunuchos S. Domitillæ.

In

In anno 98. *S.* Ioannes Evangeliſta feliciter clauſit ſuos dies in Domino ætatis ſuæ annorum nonaginta, ſed aliqui dicunt, quod non guſtavit mortem, ſed translatus fuit in Paradiſo terreſtri cum Enoch, & Elia uſque ad finem mundi, eò quia ſuum corpus non eſt nullibi inventum.

SECUNDUM SECULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*						
102	Anacletus Athenienſis	ann.	9.	m.	2.	d.	28.
111	Evariſtus Syrus		8.	m.	2.	d.	28.
119	Alexander I. Romanus		10.	m.	5.	d.	21.
129	Siſtus I. Romanus		9.	m.	10.	d.	
139	Theleſphorus Calaber		10.	m.	8.	d.	27.
150	Higinus Græcus		3.	m.	11.	d.	28.
154	Pius I Aquilenſis		11.	m.	5.	d.	17.
165	Anycetus Syrus		9.	m.	8.	d.	22.
176	Soter Fundanus		3.	m.	11.	d.	16.
179	Eleuterius Nicopolitanus		15.	m		d.	13.
194	Victor I. Apher		9.	m.	1.	d.	26.

In hoc ſeculo anno 100. Trajanus Romam ampliavit, & eam ornavit ſuperbis ædificiis. Hoc anno fuit beata mors *S. S*ecundi Epiſcopi; & nata eſt hæreſis Baſilidianorum.

In anno 101. Trajanus intelligens converſionem multorum Gentilium per S. Clementem ſ. ſtum in Licia illum martyrio coronavit die 23. Novembris. Miniſtris impietatis impoſito, ut illum in mare anchora ad ejus collum ligata projicerent; quod & factum eſt; Chriſtiani verò ad littus orantibus mare ad tria milliaria receſſit, eoque illi accedentes, ædiculam marmoream in formam templi, & intus arcam lapideam, ubi martyris corpus conditum erat, & juxta illud anchoram, qua merſus fuerat, invenerunt; quo miraculo incolæ permoti Chriſti fidem ſuſceperunt.

In anno 105. nata eſt hæreſis *S*aturnini Antiocheni.

In anno 108. fuit martyrio coronatus S. Simeon ex ſtirpe *D*avid filius Cleophæ, & conſanguineus Chriſti ætatis ſuæ annorum centum viginti. Epiſcopus *I*eruſalem. Eodem anno S. *I*gnatius Epiſcopus Antiochiæ Romæ objectus eſt *L*eonibus in Amphiteatro, & martyrio coronatus eſt.

In anno 109. S. Thimoteus diſcipulus *S.* Pauli. & Epiſcopus Epheſi coronatus eſt martyrii laurea. Quoque S. Anacletus Papa decoratus eſt corona martyrii die 13. Julii. Hoc quoque anno floruit Solinus celebris ſcriptor.

In anno 115. Romæ Templum Pantheon in magna parte cecidit. *In* Antiochia fuit validum terremotum, & tunc ibi erat Trajanus Imperator, qui evaſit à morte fugiens per feneſtram ſui Palatii, & exinde Trajanus cognovit *D*eum, & illi ædificavit multas *E*ccleſias.

In

In anno 116. nata eſt hæreſis Carpocretianorum.

In anno 117. Trajanus in Civitate Selinuntæ in Licia clauſit ſuos dies in mēſe Auguſti; & dicta Civitas poſtea fuit dicta Trajanopolitana ; ſuæ autem cineres Romæ delatæ ſunt, & poſitæ in Columna Trajana ab ipſo ædificata ; & illi ſucceſſit in Imperio Helius Adrianus, etiam ex Hiſpania. Hoc anno Sol obſcuratus eſt; & per multos dies apparuit Cometa excellæ magnitudinis;& Civitas Nicomediæ in Bitinia à terremotu diruta eſt.

In anno 120. S. Eugenius *A*rchiepiſcopus Toleti in Hiſpania martyrio eſt coronatus.

In anno 121. Adrianus Imperator ſuſcitavit quartam perſecutionem contra Chriſtianos; unde die 9. Octobris S. Dionyſius Areopagita martyrio eſt coronatus cum ſociis; & die 26. Octobris *S.* Evariſtus Papa martyr occubuit ,& illi ſucceſſit in Pontificatu Alexander I. Romanus . Eodem anno martyrio coronatus eſt *S.* Euſtachius cum ſociis.

In anno 122. S. Seraphia, & Sabina Romę martyrio coronantur.

In anno 123. nata eſt hæreſis Gnoſticorum.

In anno 125. Adrianus Imperator cœpit ædificare molem Adrianam , hodie dictum Caſtrum *S.* Angeli.

In anno 130. Adrianus Imperator reędificavit Civitatem Jeruſalem jam deſtructam, ſed in alio loco: & à ſuo nomine vocata eſt Helia Capitolina .

In anno 131 *S* Alexander Papa martyrio eſt coronatus:

In anno 132. S. Hermes Romæ coronatus eſt martyrio .

In anno 133. Civitas Nicopolis, & Cеſareę à terremotu dirutæ ſunt ; in Græcia Monſtri terribiles per aerem volantes ; & dantes voces, & mugitus terribiles viſi ſunt; & *R*omæ multæ ſtatuæ ex ſe corruerunt in terram . Judei in Jeruſalem deſtruerunt Templum Jovis factum ab Adriano Imperatore ; & occiderunt omnes Romanos ibi morantes , & occupaverunt Jeruſalem.

*I*n anno 135. Adrianus miſit contra *I*udeos in *I*eruſalem *I*ulium Severum, qui recuperavit Ieruſalem, & occidit ex *I*udeis 580. millia . Hoc anno Sepulcrum Salomonis ex ſeipſo cecidit.

In anno 136. ſacrilegus Adrianus collocare fecit in Monte Calvario , ubi fuerat Chriſtus crucifixus, ſtatuam Iovis, & Veneris ; & in *P*ræſepio , ubi natus fuerat Ieſus, apponere fecit ſtatuam Adonidis.

In anno 137. Adrianus fabricavit ſibi Palatium in Tivoli,ubi in delitiis morabatur; ſed parum duravit ſua lætitia , quia incidit in crudelem infirmitatem; & taliter ab illa cruciabatur, ut ſibi vellet inferre mortem , & rogabat ſuos , ut eum occiderent, ut ſic à ſuis doloribus liberaretur;at quia illi in hoc renuerſit, eos à ſua domo ejecit. Deinde, quia non habebat liberos , adoptavit ſibi in filium Celonium Commodum, verum *A*rrium Antoninum , cui impoſuit nomen Helium Verum, & illum declaravit ſuum ſucceſſorem, & eum rogabat, ut daret ei mortem, & ille noluit, & ex hoc vatuſus eſt *A*ntonius Pius. In anno ſequenti Adrianus petivit Puteolum,ut aerem mutaret;ſed cum nil profeciſset,

&

Digitized by Google

& videns ab alijs non occidi, neque ferro, neque veleno; ipſemet fama interijt; & ſepultus eſt Romæ in Mole Adriana ab ipſo Antonino conſtructo Mauſoleo, qui Imperio ſucceſſit.

In anno 138. S. Siuforoſa cum ſeptem ſuis filijs coronata eſt martyrio.

In anno 140. S. Siſtus Pontifex coronatus eſt martirio, & floruit Claudius Galenus Medicus. Hoc anno fulmen incendit aliquas Civitates in Gallia Narbonenſi; & quidam vir incendit Romæ multas Domus Senatorum. In Arabia natus eſt puer cum duplici capite; Et quatuor leones ex ſe ipſis facti ſunt domeſtici, & manſueti. Et Civitas Simmię in Aſia corruit à terremotu.

In anno 143. S. Veneranda ſeù Venera martyrio coronata eſt.

In anno 147. Nata eſt hæreſis Nazareorum, Olphitorum, Cajanorum; Sethianarum, Tholomeitarum, Cherdonitarum, Macroſiarum, Valentinianorum. Secundinorum, Cleonitorum, Pordicorum, Adamitorum, Lucianiſtorum, Ermogenitorum, & aliorum.

In anno 154. Antoninus pius ceſſare fecit perſecutionem contra Chriſtianos. Romæ fuit fames, & terremotus validi.

In anno 161. Antoninus pius clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Marcus Aurelius, Antoninus Verus, qui inſimul gubernavit cum Lucio Helio, vero ſuo fratre.

In anno 162. S. Iuſtinus à Gentilibus martyrio Coronatus eſt.

In anno 163 S. Praſſedes coronata eſt martyrio.

In anno 165. S. Felicitas cum ſeptem ſuis filiis recepit palmam martyrij.

In anno 167. Nata eſt hæreſis Montaniſtarum.

In anno 168. S. Poliçarpus palmam martyrij recepit in Civitate Smirnæ, ubi erat Epiſcopus, à Gentilibus.

In anno 174. nata eſt hæreſis Chataphrigiorum in Phrigia ex diſcipulis Simmaci, & hæreſis Quintilianorum, Severianorum, & Aſcitorum.

In anno 175. Marcus Aurelius erexit columnam Antonianam in honorem Antonini ſui Patris.

In anno 180. Marcus Aurelius voluntariè mortuus eſt, & illi ſucceſſit Aurelius Commodus Antoninus ſuus filius. In Marca Anconitana pluit lac. In Amiterno natus eſt puer cum duplici capite. In Roma viſi ſunt volare per aerem monſtra terribilia; & ignis magnam partem illius devoravit. In Umbria nati ſunt duo pueri ad invicem coniuncti; & una mula peperit; & viſus eſt volare per aerem ſerpens cum triplici capite. Templum Serapidis in Ægypto datum eſt igni.

In anno 190. Lucius Rex Scotiæ miſit nuncios ad Papam Eleutherium, ut dignaretur mittere Miniſtros ad fidem propagandam in ſuo Regno; unde Papa miſit Fugatium, & Damatianum, qui Regem baptizarunt cum ſuo Regno.

In anno 193. Commodus Imperator crudelis libidinoſus, & rapax poſtquam morti dediſſet multos Senatores, & propriam Sororem Lucillam, volens de-

mum,

Digitized by Google

mum occidere aliquos ſuos familiares, fuit ab illis occiſus, & Imperium ceſſavit in familia Aurelia, (ſicuti in Nerone familiam Tuliam). A ſenatu; & Prætorianis fuit declaratus Imperator Pertinax, qui ſubito fuit occiſus operâ Didi Tuliani Iuriſperiti, qui à militibus fuit acclamatus Imperator, licet Populus Romanus contradiceret. Hoc intelligens exercitus Romanus, qui erat in Pannonia ſalutavit Imperatorem ſuum Ducem Septimium Severum Africanum. Et exercitus Romanus, qui erat in Syria ſalutavit Pheſcennium Nigrum, ſuum Ducem, & Exercitus qui erat in Anglia, & Gallia ſalutavit Clodium Albinum etiam Ducem; Severus concordatus cum Albino illi promittens dignitatem Cæſaris Romam venit, (ubi Prætoriani jam occiderant Didium poſt duos menſes, & dies quinque), & acclamatur à Romanis; & poſt menſem Soriam petit, contra Nigrum qui intelligens venire Severum, ſe recepit in Antiochia, ubi aſſediata, & capta Antiochia Nigrus fugit in Eufrate, ſed ibi inſecutus, tandem captus eſt, & occiſus à Severo; & rebus in Oriente compoſitis verſus eſt contra Bilantium, quia eum nolebat obedire, & poſt annos tres illum occupavit; inde Romam rediens petivit Galliam ad debellandum Albinum ut ſolus regnaret, qui tandem illum occidit, & regnavit ſolus.

In anno 194. Floruerunt in Sanctitate Elenus, & Theodorus.

TERTIUM SECULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*		
203	Zepherinus Romanus	ann. 18.	m.	d. 18.
221	Caliſtus I.Romanus	5.	m. 1.	d. 12.
226	Vrbanus I. Romanus	6.	m. 7.	d. 4.
233	Pontianus I.Romanus	5.	m. 5.	d. 2.
238	Anterus Calaber		m. 1.	d. 14.
239	Fabianus Romanus	15.	m.	d. 4.
254	Cornelius Romanus	1.	m. 4.	d. 17.
255	Lucius I.Romanus	1.	m. 4.	d. 15.
257	Stephanus I.Romanus	3.	m. 3.	d. 22.
260	Siſtus II.Athenienſis		m. 11.	d. 18.
261	Dionyſius I.Calaber	11.	m. 5.	d. 14.
272	Felix I.Romanus	2.	m. 4.	d. 7.
275	Euthycanus I.Tuſchus	8.	m. 6.	d. 4.
283	Cajus Dalmata	12.	m. 4.	d. 25.
296	Marcellinus Romanus	7.	m. 11.	d. 23.

In hoc ſæculo tertio, anno 200. Romæ viſæ ſunt in aere multæ ſtatuę bel-

lan-

Digitized by Google

lantes inter ſe, & audiebantur voces horribiles; Et Statua Jovis ex ſe aliunde verſa eſt. In Africa pluit lapides. In Arabia viſi sūt duo ſerpētes bellātes in aere; Et Athenis natus eſt puer cum quatuor pedibus. Hoc anno Severus Imperator intravit in Roma triumphans, ubi detulit caput Albini trunchum; & occidit quadraginta Senatores Albini fautores; Nominavit Auguſtum, & collegam in imperio Antoninum ſuum filium, cui pro uxore dedit Plautillam filiam Plautiani hominis multum divitis, qui dedit pro dote tantum, quantum ſufficeret ad dotandum quinquaginta Reginas. Nominavit Cæſarem Geta ſuum filium minorem, & perſequutus eſt Chriſtianos.

In anno 204. *S.* Leonides fuit martyrio coronatus, eodem anno Severus Imperator reſtauravit Templum Pantheon; (hodie S. Maria Rotundæ) quod Agrippa fabricaverat, tempore Trajani, etiam reſtauratum.

In anno 205. *SS.* Virgines Felicita, & Perpetua fuerunt martyrio coronatæ.

In anno 211. Severus in Gallia clauſit ſuos dies in Civitate Eboracę; & regnaverunt ſuos filios Antoninum, & Getam qui anno ſequenti fuit occiſus ab Antonino ambitione regnandi abſque ſocio.

In anno 212. Tertullianus Africanus floruit in doctrina.

In anno 213. Fuit beata mors S. Serapionis Epiſcopi Anthiocheni.

In anno 217. Antoninus Imperator dictus Caracalla opere Opelij Macrini Præfecti, fuit occiſus à Marciano Centurione, & Macrinus occupavit Imperium cū ſuo filio Diadumeniano; ſed ob ſuas crudelitates fuit occiſus inſimul cū filio ab exercitu in anno ſequenti; & fuit acclamatus Imperator Marcus Antonius Aurelius Eliogabalus filius Antonini Caracalla, qui fuit ita levis, & effeminatus ut aſſimilaretur Sardanapalo.

In anno 220. Palmam martyrij receperunt S. Eventius, Theodulus, Sabina, Fauſtina, & Tovita, Quadratus Epiſcopus Calogerus, & Secundus.

In anno 222. Eliogabalus poſtquam occidiſſet Romæ multos Sapientes; & etiam pueros; ſic odiatus eſt (etiam à ſuis militibus) maximè propter ſuas dishoneſtates; ut iſti eum occiderent inſimul cum ſua matre Semiamira, ſeù Julia, poſtea deijecerunt eum in cloacam, demum ſubmergerunt in Tyberim. Et ſalutaverunt Imperatorem Marcum Severum, Aurelium Alexandrum filium Mammeæ annorum ſexdecim, qui fuit prudens, & juſtus, & amicus Chriſtianorum, & in ſuo ſecreto cubiculo tenebat imaginem Chriſti, & ipſum adorabat; fecit ſcribere in ſuo Palatio, & alijs in locis illud præceptum naturale. *Quod tibi non vis alteri ne feceris*. Volebat ædificare Templum, & illud Chriſto Domino conſecrare, ſed fuit à Senatoribus impeditus. Reſpexit Adulatores, & noluit vocari Dominus.

In anno 223. Floruit Origenes in Philoſophia, & ſacris litteris, qui poſtea à fide defecit; ſed ante mortem ſuum errorem cognovit, & lacrymatus eſt; ſed ejus Salus eſt incerța.

In anno 224. Romæ una ſagitta ſtatuam Jovis Capitolini evertit, & con-

fregit. Candiæ ſtatua Iovis locuta eſt. Capuæ natus eſt puer cum duplici capite, & Sol Eclypſatus eſt. In Amiterno una mulier ſerpentem peperit; & è Cælo ſaſſa ceciderunt. Et per totum mundum fuit peſtilentia.

In anno 227. Imperator Alexander Romam ornavit ſuperbis ædificijs, & fecit ordinationem quod pueri à parentibus derelicti alerentur à publico Erario. Hoc anno Urbanus Papa ordinavit quod Monachi in communi viverent,

In anno 232. S. Tiburtius, & Valerianus palmam martyrij acceperunt. Et anno ſequenti S. Cecilia ſponſa Valeriani Romæ martyrio eſt coronata ab Almachio Præfecto.

In anno 236. Imperator Alexander Maguntiæ interfectus eſt à Maſſimino Thrace, qui ſalutatus eſt Imperator ab exercitu, ſed non confirmatus à Senatu, ipſe tamen ſubito declaravit ſuum filium Maſſiminum Cæſarem; & occidit Romæ Mammeam matrem Alexandri, & multos Senatores, & familiares Alexandri; & perſecutus eſt Chriſtianos. Hoc anno S. Martina martyrio eſt coronata, & hoc anno fuit translatio corporis S. Thomæ Apoſtoli ab India orentiali ubi ille ſubijt martyrium, in Civitatem Edeſſæ. Hoc quoque anno floruerunt Porphyrius Philoſophus Gentilis, & Iulianus Africanus hiſtoricus.

In anno 239. Senatus Romanus declaravit Imperatores Celium Balbinum, & Maſſimum Pupienum; quod intelligens exercitus Maſſimini [qui tyrannicè uſurpabat Imperium] illum cum filio occidit in Aquileja, ad dictos Imperatores adiunctum fuit à Senatu tertium ſcilicet Gordianum, ſed in anno ſequenti dicti duo primi Imperatores occiſi ſunt à militibus, & ſolus regnavit Gordianus.

In anno 244. Nata eſt hæreſis Pleſeitorum in Arabia à Berillo Epiſcopo Boſtronenſi, qui poſtea fuit ab Origine ad fidem veram converſus. Hoc anno exercitus Romanus acclamavit in collegam Imperij Philippum Arabum, qui anno ſequenti corrupit milites ut occiderent Gordianum, & ipſe Philippus ſolus regnavit, qui veniens Romam, [erat enim in Germania] declaravit ſuum filium Philippum Cæſarem.

In anno 248. Philippus Imperator factus eſt Chriſtianus; & baptizatus eſt.

In anno 249. S. Hyppolitus Epiſcopus Arabiæ coronatus eſt martyrio.

In anno 250. S. Apher, & S. Hilarius Monachi coronati ſunt martyrio. Hoc anno nata eſt hæreſis Novatianorum à Novato Præsbytero Cartaginenſi, & hereſis Originiſtinorum ab Origine Adamantio, quoque hereſis Chiliaſtorum, Apoſtolicorum, & Angelicorum.

In anno 251. Opera Decij fuit occiſus Philippus Imperator Pater, & Philippus Ceſar filius, & fuit acclamatus Imperator dictus Decius Ungarus inimicus Chriſtianorum, qui ſubito occidere fecit multos Chriſtianos.

In anno 225. Coronati ſunt martyrio S. Reſpicius, Triphon, & Nimpha in diverſis locis. Et in Alexandria S. Apollonia, & in Sicilia S. Agatha.

In anno 253. In Epheſo Miniſtri Decii Imperatoris perſecuti ſunt ſeptem Sanctos Chriſtianos; qui ſe abſconderunt in caverna ubi dormierunt annos ducentos.

In

In anno 254. Martyrio coronatus eſt S. Cornelius Papa; hoc etiam anno infeliciter clauſit ſuos dies Decius Imperator in una palude immerſus, & ſuus filius eſt occiſus in bello; Corpus autem Decij inveniri umquam potuit. Et exercitus Romanus, qui erat in Meſia, acclamavit Imperatorem Trebonium Gallum, qui declaravit Cæſarem, & collegam in Imperio Voluſianum ſuum filium. Hoc quoque anno S. Abdon, & Sennen receperunt palmam martyrij.

In anno 256. S. Euſemia Virgo, & S. Vittoria receperunt martyrij coronam. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Noetianorum à Noetio Elexeo.

In anno 257. S. Lucius Papa coronatus eſt martyrio. Hoc etiam anno acclamatus eſt Imperator à ſuo exercitu Emilianus, qui occidit Gallum, & Voluſianum; ſed poſt quatuor menſes à militibus occiſus eſt; & facti ſunt Imperatores Valerianus, & Gallienus; qui Chriſtianos perſecuti ſunt.

In anno 582. Romæ fuit validum terremotum, ubi multa corruerunt ædificia. In Amiterno Bos peperit, & mare terram occupavit, & multas Civitates ſubmerſit; & Sol per multos dies obſcuratus eſt. In Antiochia ſeptem Civitates à terremotu dirutæ ſunt. In Aſcoli una mula peperit; & in Neapoli natus eſt puer cum duplici capite.

In anno 260. Ruffina ſecunda, & Cyrilla Virgines martyrio ſunt coronatæ. Hoc etiam anno martyrio eſt coronatus S. Stephanus Pontifex. Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Sabellii, & Cherinthi, cujus ſequaces dicti ſunt Nepotiani, à Nepote Egyptio.

In anno 261. S. Siſtus Papa coronatus eſt martyrio; nec non S. Martyr Laurentius, Sanctus Romanus, & S. Hypolitus.

In anno 262. Schiti incenderunt, & ſpoliaverunt templum Dianæ in Epheſo. Hoc etiam anno S. Fructuoſus Epiſcopus Aragoniæ recepit coronam martyrij; Et Romæ Sancta Virgo Eugenia, & Sancti Prothus, & Hyacinthus martyrio laureati ſunt; nec non S. Baphilla, cujus corpus in Civitate Termini in Sicilia translatum eſt.

In anno 263. Valerianus Imperator fuit à Sapore Rege Orientali victus in bello, & captus; qui utebatur à Sapore pro ſcabello pedum, dum ſaliebat ſuper æquum, & poſt aliquod tempus Valerianum excoriavit, & inſalavit. Milites autem Valeriani in Oriente ſalutaverunt Imperatorem Macrianum; Exercitus in Egypto, ſalutavit Emilianum, Exercitus in Achaja; Valentem, Exercitus in Illirico, Aureolum, Exercitus in Teſſalia Piſonem, Exercitus in Iſauria Tribellionem, Exercitus in Africa Celſum; Hoc anno Romæ fuit peſtilentia magna, & infiniti perierunt, ſicuti in Alexandria; & per diverſa loca fuerunt Terremotus validi, à quibus multæ Civitates dirutæ ſunt; & mare, & flumina inundaverunt, & abſorbuerunt multas Civitates, & loca; & frumenta camporum.

In anno 265. Gallienus Imperator vicit Emilianum per ſuum Ducem Theodotum, in Egypto, qui Emilianum miſit Romam ubi à Gallieno occiſus eſt.

In anno 256. Fuit beata mors S. Gregorij Thamauturgi Ponti Epiſcopi.

In anno 267. Tyranni Imperatores defecerunt , & ſolus Gallienus remanſit .

In anno 268. Gallienus Imperator occiſus eſt à Claudio , qui ſalutatus eſt Imperator ab Exercitu, & Senatu Romano. Hoc anno Claudius martyrio coronavit S. Valentinum Præsbyterum.

In anno 269. Odenatus Rex Palmerinorum fuit occiſus inſimul cum filio ſuo Herode; & regnavit Zenobia ſua uxor,quæ cum armis ampliavit Regnum uſque ad confines Egypti.

In anno 270. Claudius Imperator Romam veniens , multos Chriſtianos martyrio coronavit , & ſpecialiter S. Priſcam , & S. Cyrillam filiam Decij Imperatoris , ſed juſtitia Dei illum occidit peſtilentia , & ſucceſſit in Imperio Quintillum ſuum fratrem,qui poſt menſem occiſus eſt à militibus , & electus eſt Aurelianus.

In anno 271. Aurelianus recuperavit Gallias , & vicit Tetricum Tyrannum ; inſuper, & Germanos rebelles ſubiugavit , & Macromannos , & Sarmatas , & proprijs manibus ipſe occidit novem centum , & quinquaginta in bello .

In anno 272. Aurelianus perſecutus eſt Chriſtianos.

In anno 273 . S. Simphorianus in Gallia coronatus eſt martyrio.

In anno 275. S. Agapytus dum eſſet annorum quindecim pro Chriſto ſuſtinuit martyrium ; nec non, & S. Felix Pontifex coronatus eſt martyrio. Eodem anno Aurelianus ampliavit per quinquaginta milliaria mœnia Civitatis Romæ .

In anno 277. S. Antonius Magnus Abbas Eremum petijt ad faciendam vitam ſolitariam , & pænitentem . Hoc anno Aurelianus Chriſtianorum perſecutor occiſus eſt in Tracia à Cenofronio , opere Neſtei ſui Secretarii , & Tacitus electus fuit Imperator à Senatu , & exercitu (poſt ſeptem menſes interregni;) qui fuit amator Reipublicæ.

In anno 279.poſt ſex menſes Imperii mortuus eſt Tacitus,& Florianus ſuus frater uſurpavit Imperium,ſed poſt duos menſes exercitus elegit Imperatorem Probum; unde ipſe Florianus incidit ſibi venas , & mortuus eſt . Probus verò occidit omnes, qui partem habuerunt in morte Aureliani.Eodem anno Probus petiit Gallias, ubi recuperavit ſexaginta Civitates à Barbaris , & Schytis occupatas; & etiam recuperavit Traciam, & Illiricum; & in anno ſequenti ſubjugavit Gethos feroces populos Schytiæ.

In anno 283.Probus fuit à militibus occiſus;& factus eſt Imperator Charus, qui declaravit Cæſares ſuos filios Carinum , & Numerianum . Eodem anno S.Euthycanus Pontifex coronatus eſt martyrio , & ſucceſſit in Pontificatu S.Cajus.

In anno 284.Charus poſt multas Victorias Perſarum,fuit à fulmine occiſus, & Numerianus fuit occiſus ab Apro;Carinus autem in odio habitus ab exercitu.

Digitized by Google

tu. Romano ob ſuas libidines fuit derelictus; & ſalutavit *I*mperatorem Diocletianum inimicum nominis Chriſtiani; & ſubitò occidit Aprum occiſorem Numeriani Imperatoris. Hoc anno Chriſantus, & Daria coronati ſunt martyrio, nec non & Sancti Julianus, Saba, Iſaia, & Baſiliſſa.

In anno 285.fuit Carinus Imperator occiſus à militibus Diocletiani, Hoc anno in Cilicia Liſia Præſes coronavit martyrio SS.Coſmas, & Damianus.

In anno 286.*D*iocletianus declaravit Auguſtum,& Collegam Imperii Maſſimianum Erculeum, qui pacti ſunt Religionem Chriſtianam deſtruere; unde infiniti quaſi Chriſtiani martyrium ſuſtinuerant, & in ſola Hiſpania mille, & quinquecentum quinquaginta martyrium ſuſceperunt; & Romę infiniti Chriſtiani occiſi ſunt pro fide, inter quos S.S.Tiburtius, & Sebaſtianus.

*I*n anno 287.nata eſt hæreſis Manichæorum à Manes, quæ etiam à Gentilibus, & ipſo Diocletiano fuit perſecuta, & in odio habita.

*I*n anno 288.floruit S.Macarius, qui ut demonſtraret impietatem dictæ hæreſiæ, ſuſcitavit mortuum à ſepultura.

In anno 290.fuit martyrio coronata S.Serena uxor Diocletiani Imperatoris; ſicuti etiam coronati ſunt martyrio *S.*Lucius.Serenus, & alter Serenus, Aſtio, & Epitetus.

In anno 293.S.Suſanna filia Gabbini fratris S.Caii Papæ coronata eſt martyrio à Dioclotiano *I*mperatore.

In anno 294.*S.*Gabbinus Pater S.Suſannæ coronatus eſt martyrio. Hoc etiam anno Maſſimianus Erculeus Collega Imperii, tranſiens per Galliam, martyrizavit legionem Chriſtianam Thebeorum Ægypti, & S.Mauritium eorum Ducem.

In anno 296.fuit beata mors S.Luciani, & S.Cajus Pontifex coronatus eſt martyrio à Diocletiano ſuo conſanguineo, nec non S.Menna obtinuit coronam martyrii.

In anno 298.Maſſimianus Erculeus reduxit ſub Romano Imperio totam Africam.

In anno 299. Cæſares Romam venientes victorioſi triumphaverunt cum lætitiam agna.

QUAR

Anni Chriſti nati.		Anni quibus ſederunt.					
304	Marcellus Romanus	ann. 5.	m.	1.	d.	25.
309	Euſebius *Græcus*	2.	m.	7.	d.	21.
311	Melchiades Afer	5.	m.	2.	d.	7.
314	Silveſter I. *Romanus*	21.	m.	10.	d.	29.
336	*Marcus* Romanus		m.	8.	d.	22.
336	Julius I. *Romanus*	15.	m.	5.	d.	17.
352	Liberius Romanus	15.	m.	4.	d.	1.
	Felix II. ſedit in exilio *S*.Liberii.	2.	m.	3.	d.	3.
367	Damaſus *Hiſpanus*	17.	m.	2.	d.	26.
385	Siricius Romanus	13.	m.	1.	d.	8.
398	Anaſtaſius I.Romanus	4.	m.	1.	d.	23.

In hoc quarto ſæculo anno 300.S.Margarita Virgo, S.Chriſtina Virgo, & S.Apollinaris Epiſcopus acceperunt martyrii palmam.

In anno 301.crudeles Imperatores contra Chriſtianos crudeliter ſe geſſerūt, incenderunt Eccleſias, combuſſerunt libros Gentilium, & Chriſtianorum, qui de Deo aliquid dicebant; fecerunt Edictum, ut qui revelaret Chriſtianos eorum bonis frueretur. Unde fuerunt infiniti Martyres, ut in ſola Civitate Nicomediæ viginti milia fuerunt occiſi Chriſtiani. Romæ receperunt coronam martyrii S.Felix, & Adauctus frater; & alibi fuerunt martyrio coronati S.Domna, S.Agapa, S.Theophila, S.Eulalia, S.Vittoria, S.Leocadia, S.Maginus, S.Inde, & alii.

In anno 302.Romæ S.Chriſogonus Magiſter S.Anaſtaſiæ, & S.Petrus, & Marcellinus martyrio coronati ſunt; & in aliis locis infiniti Chriſtiani martyrium pro fide receperunt; ut in uno menſe ſint martyrizati decem, & ſeptem millia, & cum ipſis S.Gorgonius in Nicomedia.

In anno 303.fuit ita crudelis Chriſtianorum perſecutio, ut in Phrigia una Civitas data eſt igni cum morte omnium ibi exiſtentium Chriſtianorum, etiam parvulorum, & utriuſque ſexus. Hoc anno nata eſt hæreſis Donatiſtarum. Hoc quoque anno martyrium ſubierunt S.Vincentius in Hiſpania, S.Blaſius in Cappadocia, & in diverſis locis Sancti Vitalis, Agricola, Baſilidis, Cirinus, Nabor, Nazarius, Vitus, & Modeſtus, & Creſcentia, Primus, & Felicianus, Eraſmus, Bonifacius, Pancratius, Georgius, Cryſpinus, & Cryſpinianus, Cyriacus, Largus, & Smaragdus. Gervaſius, & Prothaſius, Marcus, & Marcellianius, & Chriſtophorus, & alii. Hoc quoque anno Normida II. Rex Perſarum baptiſmum recepit cum quatuorcentum triginta è ſua Regia.

In

In anno 304. Marcellinus Pontifex timore tormentorum Diocletiani exterius incenſavit Idolis; ſed poſtea pœnituit eum, & in Concilio 180. Epiſcoporum in Civitate Seſſæ congregatorum petiit pœnitentiam; & inſuper reprehendit ipſum Diocletianum uti cauſa ſui erroris, qui eum martyrio coronavit, & illi ſucceſſit in Pontificatu Marcellus Pontifex. Hoc anno Diocletianus ſpõtè reliquit imperium, & ſe recepit ad arandum, & colendos hortos in Nicomedia; & etiam Maſſimianus Erculeus renuncians petivit Madiolanum, ad vitam privatam agendam. Unde Diocletianus declaravit Auguſtum, & ſucceſſorem Conſtantium Chorum patrem Conſtantini Magni; & Maſſimianus, Galerium Maſſimianum. Hoc anno S. Lucia Virgo coronata eſt martyrio in Sicilia, quæ cum gladio tranſfigeretur, prædixit tranquillitatem Eccleſię Diocletiano, & Maſſimiano mortuis. Etiam S. Agatha Romæ martyrii palmam aſſecuta eſt. Et in Civitate Amaſcę in Ponto S. Theodorus.

In anno 305. Galerius, & Conſtantius diviſerunt ſibi imperium. Hoc etiam anno S. Januarius Beneventi Epiſcopus cum ſociis martyrio eſt coronatus; & nata eſt hęreſis Meleſianorum à Meleſio Epiſcopo Ægypti.

In anno 306. Galerius Maſſimianus creavit tres Cæſares, ſcilicet Flavius Valerius Severus, cui dedit filiam in uxorem, Galerium Maſſiminum ſuum neptem, & Conſtantium, Conſtantini Clori filium. In Oriente miſit Maſſiminum; & Severum reliquit in Italiam, & ipſe petivit Dalmatiam, & Græciam. Hoc anno fuit beata mors S. Theodori confeſſoris. Hoc anno Romę viſi ſunt animales monſtruoſi per aerem volare; & natus eſt puer cum duplici capite, & alius cum una corona in capite. In Anconitano pluit lac; & in Italia fuit valida fames. In Gallia pluit lapides: in Siria viſa eſt Crux rubea in aere per multos dies. In Arabia pluit lapides, & in Adrianopoli ſanguis; & iterum in Arabia pluit lanam. Templum Jeruſalem à terremotu corruit; & in Conſtantinopoli tempeſtas fuit crudelis, quæ multos occidit homines.

In anno 307. Conſtantinus filius Conſtantii fugit è Roma, quia Galerius volebat eum perdere; & mortuus eſt Conſtantius in Brittannia. Hoc anno coronatus eſt martyrio Varo miles cum aliis ſeptem, & quoque S. Juſtus, & Paſtor fratres.

In anno 308. in Nicomedia palmam martyrii promeruit S. Virgo Barbara ſub Maſſimino; & Sancti Petrus Seleucus, Philibertus, Fabritianus, & Suſanna martyres quoque occubuerunt. Hoc anno Conſtantinus acclamatus eſt Imperator ab exercitu; ſed Maſſentius à Prætorianis quoque acclamatur Auguſtus; quod intelligens Galerius, contra Maſſentium invehitur; ſed derelictus à ſuo exercitu Dalmatiæ ſe recepit, ubi creavit Cæſarem Licinium. Tunc Maſſimianus Erculeus, qui primo imperium renunciaverat cum Domitiano denuò imperium prætendit, & Romam verſus iter arripuit cum ſuis, & via Appia occidit Severum Cæſarem, & fugit in Gallias, ubi erat Conſtantinus, & illum declaravit Imperatorem Auguſtum, quem poſtea occidere volebat, ſed fraude detecta, fugit Maſſiminus Marſiliæ, ubi laqueo ſe occidit. Hoc anno Maſſiminus

nus Cæſar in Oriente perſecutus eſt Chriſtianos,& martyrio coronavit S.Virginem Dorotheam, & S.Catherinam Virginem Aleſſandriæ

In anno 309.Conſtantinus offert Maſſentio ſocietatem , & pacem, ſed Maſſentius Tyrannus non paruit datus omninò diſhoneſtatibus, & crudelitatibus. Hoc anno idem Maſſentius martyrio coronavit S.Marcellum Pontificem ; & Maſſiminus in Alexandria martyrio coronavit S.Mennam, & Hermogenem ; & in Syria Sanctos Baccum,& Sergium. Hoc etiam anno floruit in ſanctitate & miraculis S.Mutium Eremitam. Et S.Emidius Epiſcopus Aſcoli in Anconitano baptizavit Polyſiam filiam Præfecti illius Civitatis , à quo decapitatus eſt; ipſe verò cum capite truncato ambulavit per trecentum paſſos uſque ad ſuum Oratorium.

In anno 310.Galerius in Oriente occidit multos Chriſtianos , & Prælatos, & ſpecialiter S Petrus Epiſcopus Alexandriæ , & in uno die occidit ſexcentū ſexaginta Chriſtianos in Alexandria; quod intelligens S.Antonius Abbas ſeceſſit ab Eremo, ut quoque ipſe ob fidem Chriſti occideretur , ſed fruſtra , & tandem rediit in Eremo.

In anno 311.Licinius Cæſar à ſuo exercitu acclamatur Auguſtus. Hoc quoque anno Galerius Maſſimianus Imperator poſtquam multos Chriſtianos occidiſſet in Armenia, in Ponto, in Tracia in Bizantio, in Calcedonia, & Nicomedia: ipſe tandem à Deo flagellatus cum horribili infirmitate deceſſit è vita; ſed antequam decederet, fecit Edictum , ut non amplius Chriſtiani vexarentur. Hoc etiam anno S.Pantaleo accepit palmam martyrii.

In anno 312.Maſſiminus, & Licinus in Oriente percuſſi peſtilentia, & fame, ceſſaverunt à perſecutione Chriſtianorum. Hoc anno Senatores Romani odiātes Maſſentium ob ſuas crudelitates, & libidines rogaverunt Conſtantinum,ut Romam liberaret à tali Tyranno, qui de Victoria certus . (Viderat enim in Cœlo ſignum Crucis in luce ſplendidiſſima , in medio cujus erat ſcriptum: IN HOC SIGNO VINCES] jam Romam veniens , Maſſentium decapitavit, & triumphans intravit. Hic pius Imperator Conſtantinus fecit edictum, ubi ordinavit, quod per totum Imperium Chriſtiani Eccleſias ædificarent , & conceſſit illis multa privilegia . Hoc quoque anno mortuus eſt Maſſiminus . Licinus autem, qui erat in Oriente, non curans edictum Conſtantini , occidit multos Chriſtianos, & per hoc Conſtantinus indixit illi bellum.

In anno 315.S.Ammon coronatus eſt martyrio à Licinio Imperatore , qui in bello captus à Conſtantino, ob præces Conſtantiæ ſuæ ſororis uxoris Licinii, illum liberavit, cum conditione amplius non moleſtandi Chriſtianos. Hoc anno Conſtantinus declaravit Cæſarem Criſpum ſuum filium diſcipulum Lattantii viri doctiſſimi, natum ex Minervina ſua prima uxore . Hoc quoque anno impius Arrius diſſeminavit ſuam hæreticam doctrinam.

In anno 316.impius Diocletianus clauſit infelices ſuos dies , & propter dolores acerbiſſimos ſuæ infirmitatis venenum potavit , ut ſtatim è vita egrederetur.

In

Digitized by Google

In anno 317. Conſtantinus Imperator exulavit ex Imperio hæreticos Donatiſtas.

In anno 319. Conſtantinus fecit legem de Immunitate Eccleſiaſtica; & contra raptores Virginum.

In anno 320. Contra Alemannos rebelles Conſtantinus miſit Criſpum Cæſarem, qui illos vicit, & ſubiugavit.

In anno 321. Conſtantinus condidit legem teſtandi in beneficium Eccleſię, & ædificavit multas Eccleſias, & illas ditavit, & ornavit auro, & argento. Hoc anno floruit in ſanctitate Pannutius Confeſſor, qui Thaidem meretricem convertit.

In anno 323. S. Silveſter Pontifex dum in Soracte Monte latitaret à Conſtantino acceſſitus, eum lepra perfuſum, & ex infantium ſanguine balneum ſibi parare cogitantem baptiſmo ſanavit, atque ad propagandam Chriſtianam Religionem inflammavit.

In anno 324. Quia Licinius non obſervavit pacta cum Conſtantino; in bello iterum captus eſt, & relegatus in Teſſalonica. Hoc quoque anno S. Silveſter Papa dedicavit S. Petro, & Paulo Apoſtolis Eccleſiam Romæ.

In anno 325. Licinius novum bellum cogitans contra Conſtantinum, fuit tandem vita privatus. Hoc anno fuit celebratum Nicenum Concilium ubi interfuit Conſtantinus, & ſedit in ultimo lóco poſt Epiſcopos.

In anno 326. Fuit beata mors S. Adolij Confeſſoris in Monte Oliveto in Hyeruſalem. Hoc annò Criſpus Cæſar falsè accuſatus ab Impudica Fauſta uxore Conſtantini, innocenter occiditur; & declaratus eſt Cæſar Conſtantinus natus ex Fauſta. Hoc quoque anno Conſtantinus ædificavit templum Sancti Sepulcri in Jeruſalem; & S. Elena ſua mater templum S. Præſepij in Bethelem, & aliud in Monte Oliveti, & aliud in Monte Carmelo in honorem S. Eliæ Prophetæ, & dicta Elena hoc anno invenit Lignum Sanctæ Crucis quod tempore Adriani Imperatoris Idolatræ occultaverant. Hoc anno fuit per totum mundum validum terremotum, & detruxit Civitatem Nizzæ, & in Sicilia multæ Civitates ruerunt, cecidit Conſtantinopolim grando ad pondus decem librarum, & occidit multos viventes. Ruit TempluC in Jeruſalem, & occidit multos Iudeos, & in die ſequenti intravit ignis, & conſumit omnia etiam ferramenta : & ex hoc Iudei territi multi venerunt ad fidem Chriſtianam.

In anno 327. Conſtantinus ædificavit Romæ Eccleſiam S. Crucis, & cognoſcens innocentiam filij ſui jam mortui Criſpi in balneo occidit ſuam impudicam uxorem Fauſtam filiam Tyranni Maſſimini Erculei. Hoc etiam anno venerunt legati ex Oriente, & petierunt Conſtantino Miniſtros ad prædicandam fidem Chatolicam. Hoc itidem anno fuit beata mors S. Palemonis Confeſſoris; Magiſtri S. Pacomii Abbatis.

In anno 328. Conſtantinus deſtruxit Templa Idolorum, & convertit in Eccleſias Deo Sacratas. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis, Urſacij, Valentis, Menoſantis, Athanaſij, Theori ſecundi, & Maridis.

In anno 329. Gallicanus Dux Conſtantini poſtquam ſubiugavit Sarmatas, & Ghotos oratione Conſtantiæ filiæ Conſtantini ipſe recepit baptiſmum, & fidem Chriſtianam, pro qua ſtrenuè martyrium ſubijt poſt aliquod tempus. Hoc quoque anno floruit in ſanctitate S. Ioannes Confeſſor fratris S. Pacomij.

In anno 330. Conſtantinus ut locum daret Pontificiæ dignitati, & ob duritiam Senatorum in Idolatria, ſuam Sedem Imperialem tranſtulit in Civitate Bizantij, quę poſtea à ſuo nomine fuit dicta Conſtantinopolim, & eam ampliavit, & ditavit multis ſuperbis ædificijs proprijs ſumptibus, & conceſſit Romanis ibi venientibus ad habitandum.

In anno 332. Conſtantinus in Conſtantinopoli ædificavit multas Eccleſias; & eas munificentiſſimè ditavit. Hoc anno floruit in doctrina Lactantius Firmianus Hiſtoricus, & in ſanctitate S. Abraham Confeſſor.

In 333. Conſtantinus complevit ædificare Palatium Imperiale, & plateas Coliſei; & inſtituit Senatum ex Chriſtianis Senatoribus.

In anno 334. Conſtantinus Conſtantinopolim curandis, & alendis pauperibus inſignia Xenodochia conſtruxit; multas ſcholas artium liberalium inſtituit, & ibi multos Chriſtianos doctiſſimos præfecit, quos proprijs ſumptibus ſuſtentabat, ut ibi venientibus ſcientias addiſcerent; ubi etiam librariam erexit, in qua continebantur centum viginti millia ex diverſis materijs libri.

In anno 335. Ædificavit Conſtantinus in Danubio pontem inſignem, ut Schitayum frænaret audaciam.

In anno 336. Effuſis interioribus impius Arrius crepuit medius, & hoc etiam anno nata eſt hæreſis Aſterianorum. Hoc itidem anno Conſtantinus ædificavit Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ubi erexit ſibi mauſoleum, ſeù ſepulcrum pro ſe, & ſucceſſoribus, & inſtituit Societates novem centum ſexaginta ad mortuos ſepeliendos, quibus conceſſit exemptionem Gabellarum.

In anno 337. Conſtantinus teſtamentum fecit dividens ſuis filijs Imperium, unde aſſignavit Conſtantino ſuo filio majori Provincias Paternas. ſcilicet Septentrionales, & alias trans Galliam, & Hiſpaniam; Conſtantio Provincias Orientis, & Egypti: & Conſtante Italiam, Africam, Dalmatiam, & Græciam; & Regnum Ponti Annibalio ſuo fratri. Hoc quoque anno floruit Vittorinus Rethoricus Magiſter S. Hieronymi. Et Libanius Sophiſta Magiſter S. Ioannis Chryſoſtomi. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Antropomorfitarum ab Audeo hæreſiarcha.

In anno 338. Conſtantinus Magnus dum eſſet ætatis ſuæ annorum ſexaginta quinque clauſit ſuos dies in Nicomedia; & exercitus Chriſtianus, cum lacrymis, & luctu corpus ſuum portavit Conſtantinopolim; Poſt ejus mortem Conſtantius ſuus filius occidit Annibalium, & Conſtantium fratres Conſtantini, quia ipſi ſępè tentaverunt velenare dictum Conſtantinum; Hoc anno S. Athanaſius opere Conſtantini II. iterum reſtitutus eſt in ſua Chatedra in Alexandria.

In

In anno 339. Nata eſt hæreſis Euſebiana, ab Euſebio.

In anno 340. Conſtantinus II. intrans fines Imperij ſui fratris Conſtantini in Italia, occiſus eſt à militibus Conſtantij, qui occupavit Provincias Conſtantini, hoc quoque anno Conſtantius infeſtus eſt hæreſi Arrianorum: unde ejecit Euſtachium Epiſcopum Chatolicum ab Antiochia, & ſedere fecit in illius ſede Euſebium à Nicomedia Arrianum; & ſic dicta Civitas impleta eſt Arrianis. Hoc etiam anno nata eſt hęreſis Macedoniana à Macedonio. Et S. Pimenius floruit in ſanctitate.

In anno 341. Arriani cum conſenſu Conſtantii eiecerunt ab Alexandria S. Athanaſium Epiſcopum, & ſedere fecerunt in ſua ſede Gregorium hæreticum Arrianum. Hoc anno nata eſt hæreſis Luciferaniorum à Lucifero Presbytero.

In anno 342. Conſtantinopolitani eiecerunt Euſebium Epiſcopum Arrianum à ſua ſede ab Imperatore Conſtantio poſitum; & iterum ſedere fecerunt Paulum Epiſcopum Catholicum; ſed denuò à Conſtantio reſtitutus eſt Euſebius Arianus.

In anno 343. nata eſt hæreſis Dulianiſtarum ab Aurio hæreſiarca. Hoc anno Sapor III. Rex Perſarum coronavit martyrio multos Chriſtianos. Et Civitas Neoceſareæ Ponti tota ruit, excepto Templo S. Gregorii Thaumaturgi, ubi aſſervabantur ſuæ reliquię, & Palatium Epiſcopale, ubi erat Epiſcopus cum Sacerdotibus. Hoc etiam anno fuit ſancta mors S. Pauli primi Eremitæ, & beata mors S. Nicolai Epiſcopi Miræ, cuius corpus aſſervatur hodie Bari in Apulia.

In anno 344. Sapor Rex Perſarum fecit edictum, ut omnes Chriſtianos morti traderentur, & innumerabiles Chriſtiani fuerunt martyrio coronati.

In anno 345. Julianus, qui poſtea dictus eſt Apoſtata] & Gallus filii Conſtantii fratris Conſtantini magni, ſe receperunt in Monaſterio, & fabricaverũt duas Eccleſias, ſed illa Juliani nunquam perfectionari potuit.

In anno 347. in Concilio Sardicenſi S. Athanaſius fuit in ſua ſede Alexandrina reſtitutus; & nata eſt hæreſis Marcellianorum à Marcello.

In anno 348. Conſtantius per arduas litteras Conſtantii ſui fratris conceſſit, quod S. Athanaſius reſtitueretur in ſua ſede Alexandriæ, & quod Paulus Catholicus in ſede Conſtantinopolitana. Hoc anno S. Joſaphat cedens Regnum Indiæ Orientalis Barachiæ ſeceſſit in deſertum cum S. Barlaam ſuo Magiſtro, poſtquam totum Regnum recepit fidem Chriſtianam. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Fotiniana à Fotino.

In anno 350. ab exercitibus acclamati ſunt Imperatores Magnenſius, qui ſubitò creavit Decentium ſuum fratrem Cæſarem, Nepotianus filius Eutropiæ ſororis Conſtantini Magni, & Vetranus Dux in Pannonia; ſed Nepotianus cum ſua matre occiſus eſt iuſſu Magnanſii. Hoc anno in Meſopotamia in Civitate Niſibi floruit in doctrina S. Ephremus Syrus.

In anno 351. Imperator Conſtantius declaravit Cæſarem Gallum ſuum cõſanguineum filium Conſtantii fratris Conſtantini Magni. Iulianus verò Imperium ambiens quæſivit à Magis eventum, & datus eſt vitiis; & bellare inten-

Digitized by Google

dens contra duos Tyrannos Magnenſium, & Vetranium, voluit omnes milites Chriſtianos, & qui nolebant baptizari à militia excluſit. Hoc tempore baptizatus eſt S.Martinus.Hoc quoque anno Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus ab hæreticis coronatus eſt martyrio; & nata eſt hæreſis Acatianorum ab Acatio hæreſiarcha.

In anno 352.Conſtantius, ut non bellaret contra duos Tyrannos unitim, promiſit cum dolo Vetranio, quod faceret eum ſuum collegam in Imperio, ſi ſibi uniret ad debellandum Magnenſium, ſed poſtea induxit ſuos milites, ut eum deponerent à dignitate imperiali, & illum egere fecit vitam privatam. Hoc anno nata eſt hæreſis Acratianorum ab Acrio hæreſiarco.

In anno 353.Magnenſius victus eſt à Conſtantio, & ob dolorem ſibimet mortem intulit, ſicuti & Decentius ſuus frater. Hoc tempore apparuit una Crux reſplendens in aere ſupra Ieruſalem, & à Monte Calvario uſque ad Mõtem Oliveti diſtendebatur.

In anno 354.Gallus Cæſar in Illirico fuit ab Imperialibus occiſus,quia uſurpare ſibi volebat Imperium Orientis. Tunc Iulianus frater de ſe dubitans coram Conſtantio ſe contulit in Mediolano, qui volens eum è vivis tollere, Euſebia Imperatrix ſe interpoſuit, & interceſſit non ſolum veniam, ſed illum miſit Athenis cauſa ſtudiorum, ubi erat S.Baſilius, & S.Gregorius Nazianzenus, qui prophetaverunt malignitatem Iuliani, & ſuam apoſtaſiam, dum arti magicæ operam dabat.

In anno 355.Athanaſius dãnatus eſt ab Arrianis,& Liberius Papa exulatus eſt in Tracia à Conſtantio, quia noluit confirmare ea, quæ Arriani fecerunt in tali Concilio:Hoc anno Iulianus creatus eſt Ceſar à Cõſtantio,qui illum iunxit in matrimonio cum Elena ſua filia;& miſit eum in Gallia contra Barbaros. Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Tropicorum, & Potentinorum.

In anno 356. S.Athanaſius Arianis illi ſemper infeſtis ſummum vitæ diſcrimen fugiens in ſicca ciſterna, quinque fermè annis ad obitum uſque Conſtantii delituit. Ariani eiecerunt in Libia,& Egypto nonaginta Epiſcopos Catholicos & ſedere fecerunt Arianos.Eodem anno Conſtantius inſtigatione Arianorum exulavit in Oriente S.Hilarium EpiſcopumPictavienſem,ubi & mortuum ſuſcitavit, & libros duodecim de Trinitate ſcripſit contra Arianos. Eodem anno Conſtantius Romæ triumphavit de Magnenſio Tyranno ſuperato; & tunc multæ nobiles Romanæ illum rogaverunt pro revocando exilio S. Liberii Papæ, quod & Conſtantius indulſit. Hoc quoque anno S.Martinus bellans in exercitu Iuliani Cæſaris Barbari, & Schiti ſe humiliaverunt, & pacem petierunt,abſque ſanguinis effuſione.

In anno 357.Iulianus Cæſar multas obtinuit victorias in Gallia, & vicit ſex Reges Alemannorum; & per hoc ab exercitu acclamatur Imperator Auguſtus, at ipſe finxit nolle talem dignitatem.

In anno 358.Ariani Conciliabolum congregaverunt in Nicomedia,at talis Civitas tota à terremotu corruit. Hoc etiam anno Romæ S.Euſebius Presby-

ter

ter Catholicam Fidem contra Arianos defendens martyrio eſt coronatus.Hoc quoque anno fuit beata mors S.Antonii Abbatis ætatis ſuæ annorum centum & quinque.

In anno 360.Conſtantius,& Ariani congregaverunt Conciliabolum in Cōſtantinopoli, ubi exulaverunt omnes Epiſcopos Catholicos ab omni Provincia Imperii; ſed Conſtantio perſuaſerunt, ut S.Hilarium [cuius eruditionem pertimebant) ſpecie honores in ſuum Epiſcopatum reſtitueret: tunc Hilarium à prælio hæreticorum revertentem Galliarum Eccleſia complexa eſt.Hoc quoque anno JulianusCæſar acclamatur Auguſtus,& illam dignitatem acceptavit.

In anno 361.Julianus ſe Chriſtianum fingens[adorabat enim occultè Idola, & artem magicam exercebat] inſimul cum Chriſtianis Feſtum Epiphaniæ celebravit. Hoc autem arte faciebat, ut à Chriſtianis adiuvaretur contra Conſtantium ſuum avunculum . Hoc anno Conſtantius bellare cogitans contra Julianum, à morte præventus eſt in Civitate Moſſocrenis; Julianus mortem Conſtantii intelligens,petiit Conſtantinopolim, ubi letanter à populo receptus eſt, & abſque timore ſe cognoſcens Imperatorem reliquit Religionem chriſtianam, quam fingebat, & Idolis altaria ędificavit. Hoc etiam anno S.Liberius Papa reverſus eſt de exilio ad ſuam dignitatem . Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Iovinianorum à Ioviniano hereſiarca.

In anno 362. Julianus multos Chriſtianos coronavit martyrio;inter quos S. Gordianum, & Epimachum. In Sebaſte Paleſtinæ combuſſit oſſa S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Eliſei Prophetæ. In Cæſarea abſtulit ſtatuam Chriſti Domini, ab uno loco, & ſuam collocavit, quæ ſubito à fulmine percuſſa eſt. Vocabat Chriſtum Galileum, & Galileos Chriſtianos. Hoc quoque anno S.Gallicanus in Alexandria SS. Ioannes, & Paulus Romæ S. Bibiana, S. Gordianus, & S. Donatus Epiſcopus martyrio coronati ſunt.

In anno 363. Impius Iulianus in bello contra Perſianos Lancea tranſverberatus eſt, & morti proximus ſanguinem pugno accipiens in aerem projecit dicens:ſaturare Nazarene, & ab exercitu acclamatus eſt Imperator Iovinianus Chriſtianus qui deſtruxit Templa, & Altaria Idolorum, & Sacras ædes reſtituit, & ædificavit, conceſſit immunitatem Eccleſiaſticis, & Virginibus Deo Sacratis; & alia fecit laudabilia. Hoc anno S. Athanaſius redijt ad ſuam Eccleſiam in Alexandria.

In anno 364.Iovinianus Imperator veniens ab OrienteConſtantinopolim, & tranſiens perCivitatē Dadaſtanam inter Galitiā,& Bitiniam die 17.Februarii; inventus eſt mane in ſuo lecto mortuus, & exercitus acclamavit Imperatorem Valentinianum Chatolicum; qui veniens Conſtantinopolim creavit ſuum collegam Valentem ſuum fratrem. Hoc anno S. Pontentiana Romæ fuit martyrio coronata. Hoc quoque anno Procopius affinis Iuliani in Conſtantinopolim tyrannicè uſurpavit coronam Imperii.

In anno 365. In toto mundo multæ Civitates à terremotu corruerunt, & mare inundavit, & multas ſubmerſit Civitates. Hoc quoque anno floruit

Do.

Digitized by Google

ſtorum , Elvidianorum , & Ioviniaſtorum.

In anno 378.fuit beata mors S.Baſilii Magni Epiſcopi Ceſareæ in Cappadocia;& S.Ephrem Confeſſoris Syrii.Hoc anno Valens Imperator apud Conſtantinopolim fuit victus à Fritigerne Rege Gothorum; & tandem tamquam hæreticus combuſtus. Unde Ariani deficere cœperunt. Hoc quoque anno S.Hieronymus ſeceſſit ab Heremo, & cœpit habitare in Ieruſalem, ubi conſecratus eſt Sacerdos.

In anno 379.Gratianus Imperator creavit Imperatorem in Oriente Theodoſium in locum Valentis jam mortui. Hoc anno S.Hieronymus Conſtantipolim petiit, ut audiret doctiſſimum S.GregoriumNazianzenum. Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Apolliniſtarum, & Seleucianorum, ſeu Hermianorum.

In anno 380.Magnus Theodoſius condemnavit hæreſim Arianorum , & floruerunt in ſanctitate SS.Macarius,Arſenius,Paſtor Pannutius, Evagrius, & Agatho.

In anno 381.in Conſtantinopoli fuit celebratum primum Concilium 150. Epiſcoporum ſub Damaſo Papa pro divinitate Spiritus Sancti contra Macedonium. Hoc etiam anno S.Hieronymus Romam venit, ubi per tres annos moratus eſt, & traduxit ſacram Scripturam in linguam latinam,quæ prius erat in Græca, & Hebræa.

In anno 382.floruerunt in ſanctitate Paula Romana, Euſtochia, Sophronia, Principia, Lea, & Aſella.

In anno 384.Theodoſius Imperator declaravit ſuum collegam Arcadium ſuum filium, ſcribens hoc Gratiano Imperatori Occidentis: & inſuper eum rogabat, ut mitteret è Roma aliquem virum doctum, & prudentem, ac Religioſum, ut doceret ſuos filios in doctrina,& Religione, & Gratianus illi miſit Arſenium Diaconum de conſenſu Damaſi Papæ. Hoc anno S.Auguſtinus ætatis ſuæ annorum vigintinovem venit Romam, ubi publicè Rethoricam docuit. Hoc quoque anno Flavius Clemens, Maſſimus Dux Romani exercitus in Britannia arrepta tyrannide Imperator à militibus acclamatur; inde copias in Gallias tranſmittens, ab infenſis Gratiano legionibus exceptus ſibi imperium corroborat, Tunc Maximus ſcripſit Dionoci Regis Cornubię in dicta Britannia, quod illi mitteret undecim milia Virgines pro numero ſuorum militum, ut ſingulis militibus nonis colonis ſingulas Virgines conjugio fœderaret.Tunc Dionocus Rex miſit illi ſuam filiam Urſulam, ut Conanno Duci Britannorum militum in exercitu Maximi deſponſaret, & aliæ Virgines pro numero militũ; & cunctæ impoſitæ ſunt invitæ navigiis; dum autem Nautæ Armoricorum Regionem cogitant, à ſævà procella in Germanicum littus eiiciuntur;contigit autem ibi eſſe Hunnorum copias, quas à Gratiano Imperatore adverſus Maximum evocatas ferunt. Nacti igitur Barbari præclarum illud Virginum agmen, impotenti libidinis æſtu furentes in eas irruunt; ſed hortante Urſula mortem potius oppetere, quàm virginei pudoris jacturam pati, invicto animi vigore decreviſſent; Hunni ad unam omnes trucidant; & ſia Urſula ſuper comitum ſua.

ſuarum glorioſa victima procumbens, Cœlum victrix cum ſociis intravit. Quarum corpora Colonienſes ſummo honore condiderunt. Hoc quoque anno Gratianus occiſus fuit ab Andagratio Maximi Duce, quòd intelligens Valentinianus II. ſuus frater, territus à Maximi potentia, miſit illi legatum S. Ambroſium, ut ſaltem illi Italiam relinqueret, quod & obtinuit.

In anno 385. in Mediolano, cum S. Auguſtinus Rethoricam doceret, & ibi frequens S. Ambroſii Epiſcopi eſſet auditor, eius opera incenſus, ſtudio Catholicæ fidei annos natus triginta tres à S. Ambroſio baptizatur; hoc etiam anno S. Hieronymus è Roma receſſit, & rediit Jeruſalem, ubi & S. Paula etiam venit.

In anno 387. Juſtina hæretica Arriana mater Imperatoris Valentini II. tentavit eiicere S. Ambroſium à ſua ſede Epiſcopalis, ſed fruſtra, quia S. Epiſcopus adiutus eſt à populo catholico. Hoc anno fuit beata mors S. Ioſaphat Regis diſcipuli S. Barlaam.

In anno 388. Theodoſius vicit Maximum, & Marcellinum ſuum fratrem, & fugavit, unde milites Maximi illum occiderunt in Aquilea; quòd intelligẽs Adragaſius Præfectus Maximi, ſe in mare deiecit, & Arbogaſtus in Gallia occidit uxorem, & filius Maximi; unde Theodoſius reſtituit Valentino II. Imperium Occidentis. Hoc anno S. Auguſtinus è Roma navigans in Africam, inſtituit Romæ primos Eremitas ſui Ordinis.

In anno 389. S. Auguſtinus, dum eſſet apud Hoſtiam Tiberinam S. Monica ſua mater defuncta eſt. Hoc anno fuit beata mors S. Gregorii Nazianzeni.

In anno 390. S. Ambroſius prohibuit ingreſſum Eccleſiæ Theodoſium Imperatorem propter cœdem ſeptem millia hominum Theſſalonicæ factam; cui cum ille, David quoque Regem, adulterum, & homicidam fuiſſe dixiſſet, reſpondit Ambroſius: Qui ſecutus eſt errantem ſequere pœnitentem, unde ab eo impoſitam pœnitentiam humiliter egit.

In anno 391. S. Auguſtinus ordinatus eſt Sacerdos à S. Valerio Epiſcopo Hipponenſi in Africa, ubi inſtituit ordinem Monachorum. Hoc anno inventum eſt Caput S. Joannis Baptiſtæ, & Conſtantinopolim eſt delatum.

In anno 392. Arbogaſtis primus Præfectus Valentiniani II. Viennæ occidit ipſum Valentinianum, & à militibus Prætorianis acclamare fecit in Imperatorem Eugenium ſuum ſervum.

In anno 394. Theodoſius Imperator, ope divina implorata, vicit Tyrannos Eugenium, Arbogaſtem, & Flavianum. Eodem anno S. Paulinus vendidit ſuas poſſeſſiones, & prætium pauperibus impertivit.

In anno 395. Imperator Theodoſius clauſit ſuos dies ętatis ſuę annorum quinquaginta in Mediolano, & ſucceſſit in Oriente Arcadius ſuus filius annorum ætatis ſuę decem & octo; & in Occidente Honorius ſuus filius ætatis ſuæ annorum undecim. Hoc anno S. Valerius conſecravit S. Auguſtinum Epiſcopum Bonę in Africa; & S. Paulinus ſe recepit in Monaſterio in Civitate Nolę.

In

Digitized by Google

In anno 397.fuit beata mors *S*.Ambroſii Epiſcopi Mediolani. Et in anno ſequenti S.*Ioannes* Chriſoſtomus fuit factus *E*piſcopusConſtantinopolitanus ab Arcadio Imperatore.

QUINTUM SÆCULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*
402	Innocentius I. Albanus	ann. 15. m. 1. d. 10.
417	Zoſimus Græcus	1. m. 4. d. 7.
418	Bonifacius I. *R*omanus	4. m. 9. d. 27.
423	Cœleſtinus I. Campanus	8. m. 5. d. 3.
432	*S*iſtus III.Romanus	7. m. 11. d.
440	Leo I.Magnus *T*uſchus	20. m. 10. d 28.
461	Hilarius Sardus	5. m. 9. d. 28.
4 7	Simplicius *T*iburtinus	15. m. 5. d. 10.
483	Felix III.Romanus	8. m. 11. d. 22.
492	Gelaſius I.Afer	4. m. 8. d. 10.
496	*A*naſtaſius II. Romanus	1. m. 11. d. 22.
498	Simmacus I.*R*omanus	15. m. 7. d. 27.

In hoc ſæculo anno 400,S.Joannes Chryſoſtomus reduxit Schytas in exercitu imperiali militantes ad fidem Catholicam; & Paulus eremita adinvenit modum dicendi preces ad Deum in Corona, quæ dicitur hodie Roſarium.

In anno 402.fuit beata mors Sanctorum Confeſſorum Martini Epiſcopi Turonenſis, & Epiphanii Epiſcopi Cyprienſis.

In anno 403.S.Auguſtinus eligitur in Epiſcopum Bonę in Africa, & ſuccedit S.Valerio; & inſtituit Ordinem Clericorum Regularium; & S.*Ioannes* Chryſoſtomus ab Eudoſſia ejicitur in exilium, & poſtea ab Imperatore Arcadio revocatur. Hoc anno fuit beata mors Sanctorum Cōfeſſorū P.comii Abatis,& Petronii. Hoc anno Conſtantinopolim ruit à terremotu,& ędificium Palatii Imperialis cecidit, & populus tumultuatus eſt ob exilium ſui ſancti Paſtoris; & ſic ab exilio revocatur.

In anno 404.S.*I*oannes Chriſoſtomus iterum ejicitur in exilium, ubi multa mala perpeſſus eſt, & multos ad fidem convertit. S.Auguſtinus in Africa vicit, & convertit ad fidem Manicheos cum eorum capite Felice.S.Paula Romana in hoc anno deceſſit è vita.

*In*405.S.Joannes Chryſoſtomus ductus eſt à militibus in Armeniam, ubi convertit ad fidem multos Gentiles.

In 406.Radagaſius Rex Schytorum, Romam petiit cum exercitu innumerabili, ſed inter montes Feſulanos incluſos abſque periculo Romanorum omnes occiſi ſunt; & ipſe Rex cum ſuis filiis captivati.

In 407.S *Ioannes* Chryſoſtomus cum perveniſſet ad Eccleſiam S.Baſiliſci in Armenia nocta illi apparuit prędictus *S.Martyr*, & ſic cum affatus eſt, Ioãnes frater craſtinus dies nos loco conjunget, quare poſtridie,ſumpto Viatico, & ſe ſigno Crucis muniens, obdormivit in Domino die 27.Ianuarii, quo mortuo horribilis grando Conſtantinopolim cecidit, & quatriduo Auguſta Eudoſſia ceſſit è vita. *In* tali anno Alaricus Rex Gothorum cum magno exercitu occupavit unam partem Galliæ.

In 408.Varanatus IV.Rex Perſarum deceſſit è vita, & illi ſucceſſit Iſdagredis filius *S*aporis,cum quo Arcadius Imperator arma ſuſpendit per centum annos; & iſto anno mortuus Arcadius reliquit ſuum filium Theodoſium II.ſub tutela Iſdagredis.

In 409.Alaricus Romam aſſediavit; & Romani pro tollendo aſſedio impenderunt Alarico quinque millia libras auri, triginta milia argenti, quatuor millia veſtes ſericas, & tria millia pelles rubras; *In* tali anno incepit hæreſim Uincentianorum, Paternianorum, Abeolitarum, Nazarenorum Prædeſtinatorum.

In 411.Alaricus Calabriam petiit,& dum eſſet circa Conſentiam in morbum incidit,& mortuus eſt,& à ſuis militibus cum ineſtimabilibus gemmis ſepultus eſt intra flumen Buſentum, prius aquas levando, & poſtea illas reducendo, ne numquam eorum Rex inveniretur; & creatus aſt *Athaulfus Rex* Gothorum nepos Alarici.

In 412.*S.* Cyrillus factus eſt Patriarcha Alexandrinus. Honnius eſt *Im*perator.

In 413.Borgomenſes tranſierunt ad fidem Chriſti.

In 415.Theodoſius *II.*Imperator Orientalis declaravit Imperatricem *Au*guſtam S.Virginem Pulcheriam ſuam ſororem, à qua fuerat educatus. *In* eodem anno S.Auguſtinus miſit Paleſtinæ Oroſium ad inviſendum S.Hieronymum, & ut peteret ab illo intelligentiam ſupra aliquos puntos Sacræ Scripturæ. Et eodem anno Lucianus Presbyter invenit, divina revelatione, corpus Prothomartyris Stephani.

In 416.Oroſius detulit in Occidente reliquias Prothomartyris Stephani, Et Cyrillus Alexandrinus ejecit ab Alexandria omnes Judeos in illa habitantes. Eodem anno mortuus eſt S.*A*lexius Romæ.

In 417.floruerunt in ſanctitate S.Adronicus, S.Anaſtaſia,S. Sara,& *S.*Nonna. Et in hoc anno Judei habitantes in Minorica tranſierunt ad fidem *C*atholicam propter reliquias S.Stephani Prothomartyris ibi delatas ab Oroſio.

In 418.fuit ſchyſma propter Antipapam Eulalium, & duravit per tres menſes cum dimidio.

In 419.ceſſit è vita,& obdormivit inDomino S.Euſtochia Virgo,filiaS.Paulæ Romanæ. Et à multis in hoc anno viſus eſt Chriſtus in Monte Oliveto in nube lucidiſſima, & in veſtibus baptizatorum apparuit ſignum Crucis.

In anno 420.Feramundus filius Macromeris fuit creatus primus Rex Galliæ. In hoc anno obdormivit in Chriſto *S.*Hieronymus, & floruit in ſanctitate S.Eutimius.

In

Digitized by Google

In 421.floruerunt in ſanctitate Honoratius, Minervius, Caſtor, Jovinianus, Simon, Palladius, Abrahamus, Petrus, Romanus, Severus, Euthices, Cyrillus, Marcus, Meſima, Aceſima, Maronus, Euſebius, Mare, Jacobus, Talaſſius, Lineus, Joannes, Antiochus, Antonius, Zebina, Policronius, Damianus, Aſclepius, Bardatus, Teleleus, Marana, Donnina, & Cita, ut refert Lezzana. In hoc anno incæpit ædificari Civitas Venetiæ die 25.Martii, & fuit erecta Eccleſia S.Iacobi à Rialto.

In 422.Acatius Epiſcopus Armide redemit multos Perſianos numero ſeptem millia, & ob id vendidit ſacra vaſa ſuæ Eccleſiæ. In hoc anno principiavit hæreſis Neſtoriana à Neſtorio Patriarcha Coſtantinopolitano.

In anno 423.mortuus eſt Honorius Imperator abſque liberis.

In anno 424, Theodoſius Secundus eſt Imperator. Et Beata Eufroſina Virgo obdormivit in Domino, in cuius cella Pater ſuus Pannutius habitavit uſque ad mortem.

In 426.floruit in ſanctitate Iſacius Epiſcopus Tholetanus.

In 428.mortuus eſt Feramundus primus Rex Franchorum, & illi ſuccedit Clodius Rex ſecundus.

In 429.Scotia recepit Fidem Chriſtianam.

In 430.fuit beata mors S.Auguſtini.

In anno 431.celebratum eſt Concilium Epheſinum ducentorum Epiſcoporum contra Neſtorium.

In 432.Conſtantinopolim iterum à terremotu everſa eſt, & duravit per ſpatium quatuor menſium; & mirabiliter apparuit puer quidam, qui dixit quod cantare debebant Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus fortis, & immortalis miſerere nobis, quo cantato, ceſſavit terremotus. In Arabia viſi ſunt Animalia per aerem volantia aſpectu terribilia; & videbatur Cœlum ardere; & Civitas Auguſtana à terremotu corruit. Romę ceciderunt ab aere ſaſſa; Galliæ viſi ſunt animalia per aerem volantia. In Toloſa terra per diem integrum erupit pro aqua ſanguis. In Aſia multæ Civitates à terremotu dirutæ ſunt. Conſtantinopolim per diem integrum pluit cinis.

In 436.floruit in doctrina, & ſanctitate S.Proſper Aquitanus, qui confutavit errores Ioannis Caſſiani.

In 438.ſolemniter traslatum eſt corpus S.Ioannis Chriſoſtomi Conſtantinopolim, ubi patravit multa miracula.

In 444 obdormivit in Domino S.Cyrillus Patriarcha Alexandrinus.

In 448 obiit Clodius Secundus Rex Gallię, & electus eſt Moroveus. Et in anno 449.obdormivit in Domino S.Britius Epiſcopus Turonenſis ſucceſſor S.Martini.

In 451.fuit celebratum Concilium Generale in Calcedonia contrà hęreſes. Et inſurrexit hæreſim Aceſalorum, & Angiolitarum, & Scenanicorum.

In 454.S.Virgo Pulcheria deceſſit è vita. Et eodem anno in Efeſio monte apertum eſt os unius cavernę, ubi per ſpatium ducētorum annorum dormierāt

Qqq 2 ſep-

Digitized by Google

ſeptem Dormientes à Decio Imperatore perſecuti, & ibi clauſi; & eodem anno mortui ſunt.

*I*n 454.fuit beata mors S.Paulini Epiſcopi Nolani.

In 455.Martinianus fuit Imperator,& imperavit per menſes duos, & poſtea à Romanis occiſus, & creatus à militibus Avitus, qui poſtea in anno ſequenti renunciavit inſignia imperialia *P*lacentiæ die 27.Maii.

In 458.mortuus eſt Moroveus Rex Galliæ, & illi ſucceſſit *C*heldericus ſuus filius,qui ſubitò occupavit Civitatem Pariginam.quæ erat prius Romanorum.

In 460.Leo fuit Imperator,& obdormivit inDomino S.Simeon Stilita poſtquam octoginta annis ſuæ vitæ rectus ſtetit ſupra unam columnam in medio Soriæ agens pœnitentiam.

In 465. fuit mors beata S.Euthimii. Conſtantinopolim Demon in forma mulieris, ſecundùm prophetiam Danielis Stilitæ, accendit ignem,& quaſi omnia ædificia incendit, & devorata ſunt; & Leo Imperator ordinavit, ut una domus fabricaretur diſtita ab alia per duodecim pedes.

*I*n 466.Cheldericus Rex Franchorum ob ſuas libidines expulſus eſt à Regno, & fugit in Turingia. Et eodem anno S.Proſper Aquitanus obdormivit in Domino.

In 471.Mons Summæ ignem erupit, & cineres totam Conſtantinopolim operuerunt, & quaſi totam Europam.

In 474 Leo I.Imperator deceſſit è vita, & illi ſucceſſit Zeno.

In 476.Baſiliſcus acclamatur ab exercitu Imperator. Zenonem aſſediavit in Conſtantinopoli, qui fugit inter Nemora,ne ab ullo cognoſceretur. Et anno ſequenti victo Baſiliſco, iterum Imperio reſtituitur.

In 478.fuit beata mors S.Lupi Epiſcopi Trecenſis. Et in Toſcana viſi ſunt multa animalia horribilia aſpectu per aerem volantia, & Sol obſcuratus eſt, pluit ſanguis, & deinde lac; & in Ungheria viſi ſunt tres Soles, & in Conſtantinopolim pluit lana, & multæ Civitates corruerunt à terremotu in Oriente; & in Italia natus eſt puer cum triplici capite.

In 485.Cheldericus Regno reſtitutus acquiſivit Civitatem Leonis.

*I*n 489.S.Daniel Stilita obdormivit in Domino; & Cheldericus obiit,& illi ſucceſſit in Regno Clodoveus ſuus filius.

In 491.mortuo Zenone Imperatore, coronatus eſt Anaſtaſius. Et S.Patritius I.Hiberniæ Epiſcopus obdormivit in Domino poſtquam vixiſſet 122. ann. & multos ad Fidem Catholicam convertiſſet.

In 493.fuit Apparitio S.Michaelis Archangeli in Monte Gargano.

In 494 S.Benedictus, cum eſſet quatuordecim annorum, mundum reliquit, & ſe recepit in ſilvis ſub diſciplina S.Romani.

In 496.Clodoveus Rex Franchorum baptiſmum recepit in die Nativitatis Chriſti per manus S.Remigii Epiſcopi Rehemenſis, cum magna letitia Crothildæ ſuæ uxoris, quæ eum induxit ad amplectendam Catholicam Fidem.

VI.SÆ-

Digitized by Google

VI. SÆCULUM

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſedent.*		
514	*H*ormiſda I.Campanus	Ann. 9.		d. 10.
523	*J*oannes I Tuſchus	2.	m. 9.	d. 15.
526	Felix *IV*.Beneventanus	4.	m. 2.	d. 18.
530	Bonifacius II.Romanus	1.		d. 2.
532	*J*oannes II.*R*omanus	2.	m. 4.	d. 6.
534	Agapitus I.Romanus		m. 11.	d. 10.
536	Silverius Càmpanus	3.	m. 5.	d. 12.
540	Vigilius Romanus	16.	m. 6.	d. 26.
556	Pelagius I.*R*omanus	3.	m. 1.	d. 15.
559	*J*oannes *III*. *R*omanus	12.	m. 11.	d. *16*.
573	Benedictus I. *R*omanus	4.	m 2:	d. 15.
577	Pelagius *II*. Romanus	12.	m. 2.	d. 27.
590	*G*regorius I. Magnus Rom.	13.	m. 6.	d. 9.

In hoc ſexto ſæculo, in anno 504. fiorueront in ſanctitate S.Gildas, S.Maſſentius, & S.Ceſarius Arelatenſis; & fuit beata mors S.Aegydii Abbatis, & Confeſſoris.

In 507.Clodoveus Rex Galliæ vicit, & propriis manibus occidit Alaricū Regem Uiigotorum, & reportavit multa ſpolia, & Theſauros, deinde poſuit ſuam ſedem in Pariſium, ubi accepit purpuram, & Regiam Coronam.

In 510.Theodoricus Tertius Rex Hiſpaniæ recuperavit Provinciam Narbonenſem, & alias Civitates.

In 514.Elesboas Rex Ethiopiæ recepit fidem catholicam, & miſit ſuam coronam, & ſceptrum in Hyeruſalem, & factus eſt Monachus, mundum renuncians. Eodem anno Clodoveus Rex Francorum, poſtquam viciſſet tres fortiſſimas Nationes, ſcilicet Alemanos, Gothos, & Burgomenſes, & amplexaſſet catholicam fidem, feliciter obiit; & Crotildis ſua pia Uxor ſe recepit in Monaſterio S. Martini, ubi laudabiliter uſque ad mortem vixit. Et Childelbertus filius Clodovei in Regno ſucceſſit. In hoc anno floruerunt in ſanctitate S.Vincentius Legionenſis, S.Anaſtaſius, & S Brigitta Abatiſſa Angliæ, & S.Victorianus Benedictinus.

In 518.Anaſtaſius Imperator occiſus fuit fulmine, & exercitus Prætorianus, & Populus acclamavit in Imperatorem Juſtinum Primum catholicum, qui multa bona fecit Eccleſiæ. Eodem anno in Dardania ceciderunt 24.caſtella à terremotu, & ex his duo profundati ſunt in terra cum ſuis habitatoribus. Stupo Civitas Metropolis Dardaniæ è tota ruit; montes diviſi ſunt, & terra aperta eſt, & multas fecit profunditates. Et in Sarnanto terra erupit aquas bullientes.

In

Digitized by Google

patu Antemium hæreticum, & fecit Epiſcopum S. Mennam Catholicum contra voluntatem Theodoræ Imperatricis. *In* hoc anno floruit Priſcianus Grammaticus.

In anno 537. Theodatus occiſus eſt à militibus, qui ſibi elegerunt in Regem Vitigem, & hic relicta Roma petivit Ravennam, ut fugeret venientem Belliſſarium; qui capta Roma, & ut obediret Theodoræ Imperatrici miſit Conſtantinopolim S. Silverium Pontificem, qui ab Imperatrice relegatus eſt in Inſula Pontij ex eo quia noluit reſtituere Antemio Epiſcopatum; Eodem anno Mediolanum deſtructum eſt à fundamentis à Vitige Rege Italiæ, ex eo quia petierunt à Belliſſario auxilium; & poſt aliquod tempus iterum dicta Civitas reædificata eſt.

In anno 540. Floruit in ſanctitate S. Ioannes Climacus.

In anno 542. Manucha Dux Abladæ Regis appulit in mare Siciliæ; qui capto Monaſterio ubi S. Placidus erat propè Meſſanæ portum; cum Placidum, & cæteros nullo modo adducere potuiſſet, ut negarent Chriſtum ipſum, cum ſocijs juſſit necari; alij tamen hoc ponunt in anno 539. eodem anno 542. Gothi relicto Vitige elegerunt in Regem Theobaldum, & poſtea illum occiderunt, & eodem anno ſibi elegerunt Alaricum, & poſt paucos menſes etiam iſtum occiderunt, & elegerunt Totilam nepos dicti Theobaldi. In hoc anno fuit beata mors S. Benedicti Abbatis.

In anno 543. Totila cum ſuo eſercitu Neapolim acquiſivit. Et in anno ſequenti Romam aſſediavit, & in anno 546. acquiſivit Spoletum, & Perugiam, & ibi martirizavit S. Herculanum Epiſcopum. Et anno ſequenti Romam aſſediavit, & acquiſivit. Eodem anno Vigilius Papa Conſtantinopolim pervenit, & ibi quia noluit iterum reintegrare Antemium Epiſcopum Arrianum, crudeliter fuit verberatus in Palatio Theodoræ. & poſta ligata ad collum fune perducitur per publicas plateas, & poſtea miſſus in carcerem, & ſola aqua, & pane cibatus, & ultimo in exilium miſſus.

In anno 548. Deceſſit è vita impia Imperatrix Theodora hæretica, & perſequutrix Pontificum. Eodem anno mortus eſt Theuta Rex Hyſpaniæ, & illi ſucceſſit Tendeſilus ſuus filius.

In anno 550. Tendeſilus obijt, & illi ſucceſsit in Regno Agilus ſuus frater. Eodem anno floruerunt in ſanctitate Eutichius Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Apollinaris Patriarcha Alexandrinus.

In anno 552. Theodobertus Rex Galliæ deceſſit è vita, & illi in Regno ſucceſsit Theobaldus ſuus Primogenitus. Eodem anno aliqui Monaci detulerunt Conſtantinopolim ſemen Sericeum, & poſtea pervenit in Europam. In hoc anno mortuus eſt S. Columbavus Abbas.

In anno 553. Iuſtinianus Imperator miſit in Italia, cum magno exercitu Harſetem Eunuchum, qui ſuperavit, & occidit Totilam, & omnes Gothos in Italia deſtruxit, & fugavit; poſtquam regnaverunt annis ſexaginta. *In* hoc anno piè obijt Crotilda vidua Clodovei Regis franchorum. Eodem anno celebra-

bratum eſt ſecundum Concilium Generale Conſtantinopolitanum contra Cirum, Sergium, & Pirrum hæreſiarchas. Eodem anno Vigilius Papa liberatus eſt ab exilio, & Romam pergens mortuus eſt morbo Calculi in Siraculis, & creatus eſt Pontifex Pelagius I. in anno 556.

In anno 555. Agila Rex Gothorum in Hiſpania deceſſit è vita,& illi ſucceſſit ſuus filius Atanagildus. Eodem anno floruit in ſanctitate S.Germanus Epiſcopus Pariſienſis.

In anno 558. Conſtantinopolim à terremotu everſa eſt, & cecidit Templum S. Sophiæ quod fuit ſubito reparatum à Iuſtiniano.

In anno 561. Iuſtinianus Imperator obcecavit Belliſarium, qui poſtea in tugurio manens extra Civitatem mendicabat à tranſeuntibus panem, ſic dicens Date obulum Belliſario, viator, quem invidia non culpa cæcavit.

In anno 563. Mortuus eſt Chidelbertus Rex Franchorum, & illi ſucceſsit Clothoarius ſuus frater. Iuſtinianus Imperator incidit in hæreſim Attardocitorum, & afflixit graviter catholicos. In Genuvenſis apparuerunt ſigna miraculoſa in portis, in veſtibus, & vaſibus quę non poterant avelli. In aere viſæ ſunt ſagittę,quę mittebant in terra ſanguinem.

In anno 564. Incepit hæreſim Monolitorum. In Italia fuit peſtilentia. In Aſcoli natus eſt puer cum triplici pede, & ſex manus. In Gallia Ciſalpina pluit è celo ſanguis,& à veſte unius hominis ſcatebat ſanguis dum iter agebat.

In anno 565. Fuit peſtilentia quaſi per totum mundum,& in Genuvenſi homines erant veluti fatui, & fugiebant in ſilvis. Iuſtinianus poſtquam imperaſſes annis triginta octo mortuus eſt, & ſucceſsit in Imperio Iuſtinianus ſuus Nepos. Clothoarius Rex Franchorum poſtquam regnaſſet annis quinquaginta octo mortuus eſt, & ſucceſsit in Regno Chidelbertus, S. Columbanus convertit ad fidem Chriſti Hibernenſes. Eodem anno floruit in ſanctitate Coſimus Abbas.

In anno 566. Anathagildus Rex Gothorum in Hiſpania mortuus eſt, & ſucceſsit in Regno Liubas ſuus filius. In hoc anno incepit hereſim Antimij, Themiſti,& Filoponi, Iacobi Siri, & Berſarij, ac etiam Ganaitorum.

In anno 568. Alboinus Rex Inſubrię Italiam venit, & in anno ſequenti cum exercitu innumerabili devaſtavit Provinciam Venetorum.

In anno 569. Fuit beata mors S.Leonardi Abbatis.

In anno 570. Romæ, & Campaniæ pluit ſanguis Galliæ mōs quidam apertum eſt in duas partes. In Italia fuit fames, & peſtilentia, In Marca Anconitana ceciderūt è celo Lapides.In Aſia de nocte Sol apparuit. Aboinus occupavit Liguriam, & Inſubriam, Campaniam, Marcam Trivigianam, Umbriam, & alios Italiæ fines. In Hiſpania mortuus eſt Liuba Rex Gothorum, & illi ſucceſsit Leovigildus.

In anno 571. Lovigildus vicit Ariamirum Regem Svevorum, & poſuit ſuam Regiam in Toleto, & Alboinus occiſus eſt ab Elmige; & illi ſucceſsit in Regno Clefus.

In

In 574.Cleſus occiditur à ſuo ſervo, & illi non ſucceſſit Rex, quia per decem annos non elegerunt, ſed milites conſtituerunt 36.Duces, & hi gubernabant ſibi aſſignatam Provinciam. Eodem anno ſuccedit in Regno Franchorum Childericus.

*I*n 578.Tyberius fuit Imperator, ut Collega Iuſtiniani Secundi. Eodem anno floruerunt in ſanctitate S.Leander, & S.Iſidorus Epiſcopi.

In 579.Inſubres in Italia coronaverunt martyrio octoginta Chriſtianos. In Avernia S.Avitus Epiſcopus convertit ad fidem magnum numerum Iudeorū.

In 581.incepit hæreſim Anathabatiſtarum, & Angoniſtarum.

In 584.S.Ermenegildus Rex Leovigildi Regis Viſigothorum filius converſus ad fidem à *L*eandro Epiſcopo Hiſpalenſi, privatur à Patre Regno, & in arcta cuſtodia illum occludens, collum,& manus illius ferro ligavit: in die autem Paſchæ Pater Arrianus miſit ad Ermenegildum Epiſcopum Arrianum, ut ex ejus manu ſacrilegæ conſecrationis communionem acciperet, ut per hoc ad Patris gratiam mereretur redire; ſed vir ſanctus exprobavit Epiſcopum arrianum. Unde Pater perfidus ſuos apparitores miſit ut conſtantiſſimum *C*õfeſſorem, ubi jacebat, occiderent, quod & factum eſt.

In 585.Leodovigildus Rex mortuus eſt, & illi ſucceſſit in Regno Reccaredus ſuus filius, qui ſtatim Arrianos à ſuo Regno expulit, ſequens non patrem perfidum, ſed fratrem martyrem.

In 586.Tyberius Imperator mortuus eſt, & illi ſucceſſit Mauritius.

In anno 588. incœpit hæreſim Apameorum, Themiſtianorum, Trideitorum, & Schematicorum.

In anno 589. Filippicus miſſus ab Imperatore Mauritio in Oriente contra Perſos, illos vicit, & detulit *C*onſtantinopolim imaginem Jeſu Chriſti, quam habebat Rex Agabarus. Inundavit Tyberis, & ſucceſſit peſtilentia Romæ,ubi natus eſt puer cum quatuor pedibus, & alius cum facie Arietis, & caudam porcinam. Et fuit ventum validum, ita quod palatia, & domus evertit, & in Italia eradicavit quaſi omnes arbores.

In 590.Teudo Rex Bavarorum recepit Fidem Catholicam, & baptizatus eſt cum toto ſuo Regno. Eodem anno mortuus eſt Flavius Rex Longobardorum, & illi ſucceſſit Agiſulfus, & factus eſt Catholicus cum omni ſuo Regno.

In 591.Regina Perſarum clàm fugit Conſtantinopolim, ubi fidem recepit, & baptiſmum; & veniente etiam illuc Rex cum 60.millia hominum, ſolemniter receptus eſt ab Imperatore, & etiam Rex uxore perſuadente, baptiſmum recepit; & ambo facti Chriſtiani, ad proprium Regnum rediere.

In 593.NaamannusRex Saracenorum recepit fidem, & baptiſmum,& illam in ſuo Regno introduxit.

In 595.*R*eccaredus piiſimè obiit, & illi ſuccedit in Regno Liubas Secundus ſuus major filius.

In 595.Chidelbertus Rex Franchorum clauſit ſuos dies, & Theodoricus & Theodobertus filii diviſerunt ſibi pacificè Regnum.

In 597. Edelbertus Rex Cantuariæ recepit baptiſmum à S.Auguſtino Epiſcopo Cantuariæ. Et eodem anno baptizatus eſt BonoaldusRex Scotiæ.Mortuus eſt Liuba II.Rex Hiſpaniæ, & illi ſuccedit Vittericus ſuus frater. Eodem anno clauſit ſuos dies S.Guntranuus Rex Francorum.

VII. SECULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*
604	Sabinianus Thuſcus	ann. m. 5. d. 19.
606	Bonifacius *III.* Romanus	m.* 8. d. 23.
607	Bonifacius *IV.* à Valeria.	6. m. 8. d. 7.
614	Deodatus *I.*Romanns	2. m. 11. d. 26.
617	Bonifacius V Neapolitanus	7. m. 10. d. 1.
626	Honorius *I* Campanus	12. m. 4. d. 28.
639	Severinus *I.*Romanus	m. 2.
639	Joannes *IV* Dalmata	1. m. 9. d. 6.
641	Theodorus Græcus	7. m. 5.
649	Martinus I Tudertinus	5. m. 4 d. 12.
654	Eugenius *I.*Romanus	m. 6. d. 25.
655	*V*italianus Campanus	13. m. 4. d. 27.
669	Deodatus *II.*Romanus	7. m. 2. d. 17.
676	Donus I.Romanus	1. m. 5. d. 10.
678	Agathonius ab Aquila	3. m. 11. d. 18.
683	Leo *II.*Siculus	m. 10. d. 13.
684	Benedictus *II.*Romanus	m. 8. d. 17.
685	Joannes V.Syrus	1. d. 11.
686	Canon I.Trax	m. 11. d. 23.
687	Sergius I.Panormitanus	13. m. 8. d. 14.

* In hoc ſeptimo ſeculo Anno 600.incepit hęreſim Theopaſchitorum, & Cazinzanorum, qui aſſerebant Deitatem eſſe paſſibilem. In hoc Anno Mauritius Imperator incepit celebrare per totum Imperium feſtum Aſſumptionis B. V. Marię.Conſtantinopolim natus eſt puer cum quatuor pedibus; Et in mare viſa ſunt multa animalia cum facie humana.Romæ pluit ſanguis. In Italia pluit lac. Romæ natus eſt puer ridens ſine pedibus.In Græcia fuit tam valida tempeſtas, quæ occidit decem millia homines.

In 602.exercitus Imperialis acclamavit Auguſtum Phocam Centurionem quod audiensMauritius fugit privatè,attamen Phoca miſit milites ad illum oci-

cidendum, qui hoc advertens exclamavit: Iuſtus es Domine, & rectum judicium tuum, & ſubitò occiſus eſt.

In 604 clauſit ſuos dies Vittericus Rex Hiſpaniæ, & illi ſucceſſit Gondemirus. Floruerunt in hoc anno in ſanctitate SS.Boiſilus, Cubertus, Adianus Dionotus, Avonius, & Eata.

In 610.S.Joannes Eleemoſynarius fuit creatus Patriarcha Alexandriæ, & cibabat quotidie 7500.pauperes. Eodem anno Conſtantinopolitani introduxerunt in Civitate Eraclium venientem contra Phocam, & tunc Fotinus, cujus uxor violata erat à Phoca, intravit Palatium imperiale, & capto Phoca, illum ſpoliavit purpura, & illum vinctum adduxit ad Eraclium, qui amputavit illi manus, pedes, & pudenda, & poſtea caput; corpus verò trunchum populus tradidit igni, & acclamatus eſt Eraclius Imperator.

In 612.Eraclius declaravit Auguſtam ſuam filiam Epiphaniam, & ſuum filium Conſtantinum.

In 613.S.Edelbertus Rex Cantuariæ obdormivit in Domino, poſtquam regnaſſet annis quinquaginta ſex, & illi ſucceſſit in Regno Eduald us ſuus fillus. In hoc anno fuit beata mors S Iſidori Epiſcopi, & S.Amandi Epiſcopi.

In 614.Theodoricus Rex Franchorum obiit veneno illi dato ab impiaBunchilide ambitione regnandi, cum Sigisberto II.filio ejuſdem Theodorici. Hoc anno Giſebutus Rex Hiſpaniæ reduxit ad Fidem catholicam multos Judeos.

In 615.Clotoarius Rex Franchorum occidit Sigisbertum, & Brunchilidem cum aliis quatuor fratribus Sigisberti, & ſolus regnavit. Hoc anno floruerunt in ſanctitate S.Arnulfus, S.Burgundofora,Euſtaſius,& Attalus diſcipuli S.Columbani.

In 616.mortuus eſt AgiſulfusRex Longobardorum poſtquam regnaſſet annis 25. & illi ſuccedit in Regno Italiæ Adalvallus ſuus filius ſub tutela ſuę matris Theodolindæ.

In 619.Giſebutus Rex Hiſpaniæ ſanctè clauſit ſuos dies, & illi ſuccedit in Regno Reccaredus Secundus ſuus filius, qui etiam poſt ſex menſes mortuus eſt, & illi ſuccedit Sventilla, qui vicit omnes Tyrannos, & pacificè regnavit in tota Hiſpania.

In 625.Eduinus Rex Anglorum ope, & perſuaſione ſuę uxoris Edelburgæ recepit fidem Catholicam, & baptizatus eſt cum tota ſua gente,& Regno.

In 626.Adavalius Rex Longobardorum fuit privatus Regno; & factus eſt Rex Ariovaldus hæreticus Arrianus.Eodem anno Clothoarius SecundusRex Galliæ poſuit Dagobertum ſuum filium in adminiſtratione illius Regni. Hoc anno Machomettus incepit ſuam perfidam ſectam.

In 627 Eduardus Rex Cantuariæ clauſit ſuos dies, & ſucceſſit in Regno Eduinus ſuus filius.

In anno 628. Crux Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatuordecim annis poſtquam venerat in poteſtatem Perſarum, recepta eſt: quam rediens Hieroſolymam Heraclius ſolemni celebritate ſuis humeris retulit in eum montem,quo

Digitized by Google

junĉto qui factus eſt Rex Saracenorum.

In anno 647. Dagobertus Rex Galliæ poſtquam ædificaſſet multas Eccleſias clauſit ſuos dies, & illi ſucceſsit Sigisbertus ſuus filius. Ravennæ natus eſt puer cum duplici capite, & cum barba. In Calabria pluit ſanguis ſicut etiam in Conſtantinopoli. Romæ pluit triticum in magna quantitate. In Hetruria pluit ſanguis.

In anno 648. Rex Noamenus occupavit Inſulam Cypri, & deſtruxit Civitatem Conſtantiam.

In anno 649. Martinus I. excommunicavit Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum tamquam hæreticum. Et in anno 650. Conſtantius Imperator hæreticus miſit in Italia Olimpium Eſſarcum, ut vel occideret, vel carceraret Pontificem; qui dum à ſuo Miniſtro hoc attentaret dum Pontifex Miſſam celebraret in S. Maria, ſubito viſum perdidit: iterum impius Imperator miſit Romam Theodorum Exarcum qui ſub colore viſitandi Pontificem illum ligavit, & miſit Conſtantinopolim ubi ab Imperatore fuit exiliatus in Tracia.

In anno 651. Sventilla Rex Hiſpaniæ mortuus eſt, & illi ſucceſsit in Regno Tulgus ſuus frater.

In anno 653. Tulgus clauſit ſuos dies, & illi ſucceſsit Receſvindus ſuus filius. Eodem anno Penda Rex Anglorum Mediterraneorum recepit fidem Catholicam cum ſuo Regno. Eodem quoque anno Saraceni occupaverunt Rohedium, & deſtruxerunt Coloſſum Apollinis, & uni Judeo vendiderunt metallum, qui ad illum tranſportandum in ſuis Navibus oneravit novem centum Camelos; & poſtea Saraceni occupaverunt Armeniam.

In anno 654. Mortuus eſt Noamenus Rex Saracenorum, & illi ſucceſsit Mahuvia. Eodem anno fuit Rex Longobardorum Rodoaldus.

In anno 657. Imperator Conſtantius II. coronavit martyrio multos Sanĉtos Prælatos qui ſuam hæreſim impugnabant. Eodem anno pijſsime obijt in Domino Sigisbertus III. Rex Galliæ, & illi ſuccedit in Regno Clodoveus II. ſuus primogenitus.

In anno 659. Conſtantius II. abſque cauſa occidit ſuum fratrem Theodoſium. In hoc anno Rodoaldus Rex Longobardorum occiſus eſt à quoddam nobili vocatus Gentilis; quia violavit illi ſuam uxorem, & illi ſuccedit in Regno Aribertus.

In anno 660. Fuit beata mors S. Maſsimi, & principiavit hæreſis Corurgitorum.

In anno 661. mortuus eſt Arirbertus Rex Longobardorum, & illi ſuccedit Gundelbertus.

In anno 663. Conſtantius Imperator ponit ſuam Sedem Imperialem propter ſuam inconſtantiam in Sicilia in Civitate Siracuſana.

In anno 664. Fuit beata mors S. Gertrudæ Virginis filiæ Pipinij Principis Galliæ.

In anno 665. Clodoveus II. vitioſè vivens, malè moritur; & illi ſucceſſerunt

runt in Regno ſui tres filii Clothoarius III. Childericus II. & Theodericus II
In tali anno fuit beata mors S. Eligii Epiſcopi Noviomenſis.

In anno 668. Fuit mors beata S. Idelphonſi Archiepiſcopi Toletani, & S. Amandi Epiſcopi Trajettenſis. Hoc eodem anno Conſtantius II. eſt occiſus Siracuſis à quoddam Andrea; & illi ſucceſsit Conſtantinus JV. dictus Barbatus ſuus filius major. Eodem anno Gundelbertus Rex Longobardorum mortuus eſt, & illi ſucceſsit in Regno Grimoaldus.

In anno 669. Saraceni cum eorum Rege Mahuvia Siciliam depredarunt,& abſtulerunt omnia bona Conſtantii Imperatoris.

In anno 670.Oſuus Rex religioſiſſimus Cantuariæ piè mortuus eſt, & illi ſuccedit in Regno Effridus ſuus Primogenitus.

In anno 671. Mahuvia cum Saracenis prædaverunt Liciam, & Ciliciam.

In anno 672. Mortuus eſt Receſſuindus Rex Hiſpaniæ, & illi ſuccedit Bamba vir rectus, & juſtus,qui etiam egrè accepit Coronam, & Regnum.

In anno 673. Grimaldus Rex Longobardorum poſtquam reliquiſſet hareſim Arrianam,piè mortuus eſt, & illi ſucceſsit Garibaldus ſuus filius tunc novem annorum, ſed poſt tres menſes fuit Regno ſpoliatus à Pertarito;filio mortui Regis Aritberti.

In anno 674. in Civitate Paviæ natus eſt puer, & puella coniunctæ inter ſe, puer cum capite canis, & puella cum capite Catæ. In Hetruria fuit peſtilentia valida, unde pauci remanſerunt viventes, & viſæ ſunt duæ magnæ Cometæ. Hoc anno incepit hæreſim Chriſtoliſtorum.

In anno 676. Floruit Beda venerabilis, & B. Petrus Damianus Cardinalis.

In anno 677. Incepit hæreſim Barſianatorum, & Centobalditorum.

In anno 678. Mortuus eſt Mahuvia Rex Saracenorum, & reliquit Regnum Edimelecho, qui poſtea vocatus eſt Califa,ideſt Vicarius Machometti. Hoc anno inventum eſt Sudarium Domini noſtri Jeſu Chriſti.

In anno 680. Bamba vir religioſiſsimus, cum mirabili exemplo reliquit Regnum Eurigio Græco, & incluſit ſe Monaſterio ad ſerviendum Deo.

In anno 681. Pertaritus Rex Longobardorum fecit, cum ſe regnare Cunibertum ſuum Primogenitum.

In anno 685. pius Conſtantinus IV. pijſſimè obijt, & illi in Imperio ſucceſsit ſuus filius major Iuſtinianus II. Hoc anno incepit hæreſim Onoſimathicorum,& Armenorum.

In anno 687, Eruigius Rex Hiſpaniæ mortuus eſt, & Regnum reliquit Egiconi filij Regis Bambę.

In anno 688. Theodoricus Rex Galliæ mortuus eſt, & illi ſuccedit Clodoveus III. ſuus filius.

In anno 689. Ceduallas Rex Brittaniæ Romam petijt ubi baptizatus eſt à S. Sergio Pontifice, & paulo poſt moritur, & ab eodem Pontifice honorificè humatus eſt.

In anno 690. Edimelechus Rex Saracenorum mortuus eſt, & illi ſucceſsit Anſalmus.

In

In anno 691. Pertaritus Rex Longobardorum mortuus eſt, & illi ſuccedit Cunibertus ſuus filius.

In anno 692. Floruit Strabo hiſtoricus.

In anno 694. Iuſtinianus II. deponitur à Populo; qui acclamavit Imperatorem Leontium Prefectum, & hic factus Imperator amputavit Iuſtiniano Naſum, & exiliavit in Tracia.

In anno 697. Milites Imperatoris acclamaverunt Imperatorem Tiberium; qui factus Imperator amputavit Naſum Leontij, & illum incluſit in uno Monaſterio in Dalmatia. Hoc anno fuit factus primus Dux Venetiæ, qui fuit Paulus Heraclianus.

VIII. SÆCULUM

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*			
701	*J*oannes VI Græcus	Ann. 3.	m.	2.	d. 18
705	*J*oannes *VII*. Calaber	2.	m.	7	d. 17.
708	*S*iſinius I. Syrus				d. 20.
708	Conſtantinus *I*. Syrus	6.	m.	1.	d. 1.
714	*G*regorius *II*. *R*omanus	16.	m.	8.	d, 20.
731	*G*regorius *III*. Syrus	10.	m.	9.	d, 10.
741	Zaccharias *C*alaber	10.	m.	3.	d. 10.
752	Stephanus *II* Romanus				d. 3.
752	Stephanus *III* Romanus	5.			d. 28.
757	Paulus *I*. Romanus	10.	m.	1.	
768	Stephanus *IV*. Siculus	3.	m.	6.	d. 2.
772	Adrianus I. Romanus	23.	m.	10.	d. 17.
795	Leo III. Romanus	20.	m.	5.	d. 17.

In præſenti ſeculo anno 700. Anſalma Rex Saracenorum mortuus eſt, & illi ſucceſſit Humar Secundus.

In 701. Egiconus Rex Hiſpaniæ piè clauſit dies ſuos, & illi ſucceſſit Vitizas ſuus filius, qui fuit perfidus Rex: fecit enim, ut Sacerdotes uxorem ducerent; & quanto Pater ſuus fuit pius, ipſe tantus impius evaſit.

In 702. Cirus Monachus predixit Iuſtiniano Secundo in exilio manenti recuperationem ſui Imperii, quod evenit anno ſequenti; poſt enim decem annos Iuſtinianus, cum auxilio Bulgarorum, intravit Conſtantinopolim occultè, & captivavit Tyberium, & Leontium, quos decapitavit; & ipſe potitus eſt Imperio.

In 703, Cunibertus Rex Longobardorum mortuus eſt, & illi ſucceſſit Luitbertus ſuus filius puer ſub tutela Atſprandi.

In 704. Aribertus fuit Rex Longobardorum, qui reſtituit Ioanni Pontifici duodecim Civitates, & Griſonium Patrimonium Eccleſiæ uſurpatum à Regibus antecedentibus. Hoc anno fuit fames valida in Italia, & duravit per tres annos, & poſtea fuit peſtilentia. In Viterbo pluries pluit ſanguis. & deinde lac. Apparuit Cometa. In Conſtantinopoli pluit lana, & in Arabia multi montes erraverunt à loco ſuo.

In 710. Vitizas Rex Hiſpaniæ fuit orbatus oculis, & cum ſuis filiis expulſus à Regno, & factus eſt Rex Rodericus, qui erat de ſtirpe Regali.

In anno 711. Juſtinianus Secundus fuit occiſus à Filippo Bardane, qui factus eſt Imperator.

In 712. Aritbertus Rex Longobardorum mortuus eſt, & fuit electus Anſprandus, qui confirmavit donationem factam ab Aritberto, Pontifici; & poſt aliquot menſes poſuit in adminiſtratione Regni ſuum filium Luitprandum. In hoc anno Papa Conſtantinus declaravit Philippicum Imperatorem hæreticũ; unde in anno ſequenti dictus Philippicus datus eſt in odio populorum, & orbato miſerunt in exilium, & acclamaverunt Imperatorem Artemium, qui dictus eſt Anaſtaſius Secundus.

In 714. acclamaverunt milites Impetatorem Theodoſium Tertium cognominatus Adramitenus, qui egrè ſuſcepit Imperium, quod audiens Anaſtaſius ſe recepit in Monaſterio ad amplectendam vitam monaſticam.

In 715. iterum milites acclamaverunt Imperatorem Leonem Tertium, & Theodoſius accepit ſacros Ordines, extimans magis pacem, quàm Imperium. In hoc anno martyrio coronatus eſt S. Babila Monachus à Rege Saracenorum.

In 716. Rex Rodericus mortuus eſt, & in Hiſpania regnaverunt Mori, & Saraceni. In hoc etiam anno finivit Regnum Franchorum ex ſtirpe Ferramſidi, & Clodovei poſt durationem 272. annorum; & tranſivit in Carolum Martellum filium Pipinii. In hoc anno incepit hæreſim Netophichiſtiorum, Agonichitorum, Ethnofrorum, & Patermeneuticorum.

In 718. Marcelius Heraclitus fuit Dux Venetiæ.

In 719, Aſturii populi ſalutaverunt Regem Hiſpaniæ Pelagium Hiſpanum.

In 720. Carolus Martellus filius Pipinii accepit à populis Galliȩ titulum Regis. Hoc anno mortuus eſt Numer Secundus Rex Saracenorum, & illi ſuccedit Cidiz, qui ceſſare fecit perſecutionem Chriſtianorum.

In 721. Sirus quidam in Oriente prȩdicabat ſe eſſe Meſſiam, & deludit multos Iudeos, qui eum crediderunt.

In 722. Leo Imperator compreſſit hæreſim Manicheorum in Armenia, & baptizari fecit multos Iudeos, Hoc anno Anſprandus Rex Longobardorum mortuus eſt, & illi ſuccedit Luitprandus ſuus filius.

In anno 723. incepit hæreſim Iconol..caſtorum. Et Gizid Rex Saracenorum mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ulid ſuus filius.

In 724. Orſus Heraclitus eſt Dux Venetiæ.

In 726. Leo Iſaricus Imperator promulgavit edictum contra ſacras imagines,

Digitized by Google

favendo hæreticos Iconoclaſtos. Unde fuit excommunicatus à Gregorio Papa; & S. Joannes Damaſcenus egregiè ſcripſit contra dictam hæreſim in anno ſequenti.

In 728. occiſus eſt Orſus heraclitus Dux Venetiæ. Eodem anno Conſtantinopolim fuit peſtilentia. In Breſcia natus eſt puer cum quatuor pedibus, & duobus dentibus.

In anno 735. factus eſt Dux Venetiæ Diodatus filius Orſi, & fecit reſidentiam in Malamocco.

In 736. Pelagius Rex Aſturiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Favila ſuus filius.

In 737. Celeulfus Rex Angliæ depoſuit Regnum, & factus eſt Monachus.

In 738. Favila Rex Aſturiæ fuit occiſus dum venaret ab uno Leone, & ſalutatus eſt Rex Alphonſus I. ex ſtirpe Regis Recaredis.

In anno 739. ædificata eſt Civitas Care, aliter Cairus ab Abatanico Rege Califa Aegypti.

In 740. in Tracia multæ Civitates deſtructæ ſunt à terremotu, ſicuti etiam in Conſtantinopoli multa ędificia corruerunt.

In 741. impius Imperator Leo Iſaricus mortuus eſt, & illi ſucceſſit Conſtantinus Copronimus ſuus filius, non minus impius quàm pater. Eodem anno Carolus Martellus Rex Galliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Carolus Manus ſuus filius; necnon mortuus eſt etiam Ulid Rex Saracenorum, & illi ſucceſſit Evelid, qui occidit omnes Chriſtianos, qui erant in ſuo Regno; & poſtea ſucceſſit Ablada.

In 742. Artabaſdus acclamatur Imperator, & bellavit contra Capronimum.

In 744. Luitprandus Rex Longobardorum mortuus eſt, & illi ſucceſſit Hidelbrandus ſuus nepos, qui poſt ſeptem menſes depoſitus eſt à Regno, & illi ſucceſſit Rachis. Eodem anno Alphonſus Rex Aſturiæ ejecit Moros, & Saracenos à Galitia, ubi fundavit novum Regnum, & illum conceſſit ſuo filio.

In 747. Carolus Manus Rex Galliæ factus eſt Monachus in Monte Caſſino, & Regnum reliquit Pipinio ſuo fratri.

In 750. Rachis Rex Longobardorum factus eſt Monachus in Monte Caſſino, & poſuit Romę in Monaſterio ſuam uxorem, & ſuas filias, & Regnum reliquit Aiſtulfo ſuo filio. Eodem anno Riccardus Rex Angliæ Regnum reliquit & peregrinando in Italia Lucca mortuus eſt cum odore ſanctitatis.

In 753. Galba occidit Ducem Venetiæ, & ſibi uſurpavit dignitatem, ſed ſubitò eſt privatus, & factus eſt Dux Dominicus à Malamocco.

In 754. Imperator Copronimus congregavit Conciliabolum trecentorum Epiſcoporum Gręcorum Conſtantinopolim, ubi determinavit multas falſitates; & ipſe Imperator crudeliter perſecutus eſt Catholicos.

In 755. S. Bonifacius Epiſcopus Maguntiæ coronatus eſt martyrio Friſiæ, ubi fidem prædicabat.

In 756. Aſtiulfus Rex Longobardorum occiſus eſt fulmine, & electus eſt Rex Deſiderius Dux Hetruriæ.

remundo Diacono, qui illum reſtituit Alphonſo Caſto. Hoc anno incepit hæreſim Ciri Alexandrini, & Lampetii.

In anno 792. *Carolus* Magnus fundavit ſtudium Pariginum, & poſtea fundatum eſt ſtudium Paviæ.

In 794. Elipandus Archiepiſcopus Toletanus renovavit hæreſim Neſtorii, dicens, quod Chriſtus eſt filius non naturalis, ſed adoptivus Dei; & etiam cum illo aſſentit Felix Epiſcopus Urgilitanus.

In 795. Conſtantinus VI. incluſit in Monaſterio ſuam uxorem Mariam, & accepit ſibi in uxorem Theodotem, & illam (quamquam vulgarem fœminam) declaravit *I*mperatricem; & in anno ſequenti exiliavit multos Eccleſiaſticos, qui ſuum peccatum arguebant. Unde Hirenis ſua mater eum privari fecit oculis, & poſtea vita.

In 798. Alphonſus Rex Leonis vicit Saracenos morantes in Hiſpania, & miſit Carolo Magno multa ſpolia eorum.

IX. SÆCULUM.

Anni Chriſti nati		*Anni quibus ſederunt.*		
816	Stephanus V. *R*omanus	*A*nn.	m. 7.	d. 2.
817	Paſchalis I. *R*omanus	7.	m. 3.	d. 16.
824	*E*ugenius II. Romanus	3.	m. 2.	d. 23,
827	Valentinus I. Romanus			d. 39.
827	Gregorius I*V*. Romanus	15.	m. 11.	d. 25.
844	*S*ergius II. Romanus	3.	m. 2.	
847	*L*eo IV. Romanus	8.	m. 3.	d. 5.
855	*B*enedictus *I*II. *R*omanus	2.	m. 7.	d. 9.
858	Nicolaus I. Romanus	9.	m. 9.	
867	*A*drianus II. Romanus	4.	m. 10.	d. 17.
872	*J*oannes VII*I*. *R*omanus	10.		d. 1.
882	*M*artinus I*I*. Gallus	1.		d. 20.
884	Adrianus II*I*. Romanus	1.	m. 3.	d. 19.
885	Stephanus IV. Romanus	6.		d. 9.
891	Formoſus I. Portuenſis	6.		
896	Bonifacius *I*V. *R*omanus			d. 15.
897	Stephanus V*II*. *R*omanus	1.	m. 2.	d. 19.
898	*R*omanus *I*. à Mõtefiaſcone		m. 4.	d. 19.
895	Theodorus *II*. *R*omanus			d. 20.
59	Joannes *IX*. *T*iburtinus	6.		d. 15.

 In

In hoc Seculo anno 800. Carolus Magnus à Leone III. Romę fuit coronatus Imperator Occidentis die Nativitatis Domini Jeſu Chriſti; & ipſe Imperator ſolemniter juravit defendere cum proprio ſanguine S.R.E. Eodem anno Imperatrix Irene liberavit populum à multis impoſitionibus, & datiis.

In 802. Carolus Magnus miſit Conſtantinopolim Legatos ad concludendũ matrimonium cum Irene Imperatrice; quod audiens Niceforus Patritius tumultuatus eſt, & hac occaſione fuit acclamatus Imperator, & exulavit Irene in Inſula Lesbis. Eodem anno Obelerius fuit Dux Venetiæ.

In 803. Irena mortua eſt, & Niceforus miſit Carolo Magno Legatos ad pacem obtinendam, quam obtinuit. Eodem anno Leo Papa canonizavit S. Guitbertum Epiſcopum Vverdenſem ad inſtantiam Caroli Magni. Eodem anno cepit hæreſim Clementis Scoti, & Adalberti Galli.

In 805. Sol eclypſatus eſt per decem vices, & per quindecim dies obſcuratus eſt, & Luna pariter obſcurata eſt. In Oriente pluit ſanguis, & lana. Locuſtæ devaſtaverunt Italiam, & viſæ ſunt per aerem faces ardentes. Natus eſt in Gallia Ciſalpina puer cum tribus manibus, & Bononiæ unus cum duplici capite, & quatuor brachiis; & in uno die Sol obſcuratus eſt duobus vicibus.

In 808. Aron Rex Saracenorum mortuus eſt, & filii ejus propter Regnum certaverunt; & Saraceni non fecerunt Regem, ſed titulabant dominantes nomine Soldani, vel Almirantis.

In 811. mortuus eſt Carolus filius major Caroli Magni, qui ſubitò fecit ſuum teſtamentum, & diſpoſuit multas divitias pauperibus, & Eccleſiis.

In 813. Carolus Magnus declaravit Ludovicum Pium ſuum filium Imperatorem, & Regem Italiæ Bernardum filium ſui filii Pipinii, jam defuncti. Et in ſequenti anno ipſe Carolus, cum eſſet ætatis 72. annorum, piè obiit in Aquiſgrano, & ibi ſepultus eſt, & illi ſucceſſit Ludovicus Pius, qui ſubitò diſtribuit theſauros pauperibus à patre relictos.

In 816. Imperator hæreticus Leo Armenus in Conſtantinopoli acerrimè perſecutus eſt Catholicos, & exiliavit Theodorũ, & Theophanem Monachos.

In 820. Leo Imperator eſt occiſus conjuratione Nobilium, & datum eſt Imperium Michaeli Duce cognominato Balbo. In tali anno Mercatores Veneti emerunt à Saracenis Corpus S. Marci, & illud detulerunt Venetiis.

In 821. Imperator Baldus quamquam hæreticus revocavit omnes Chriſtianos exiliatos, & conceſſit omnibus libertatem fidei.

In 823. Mortuus eſt Alfonſus Caſtus Rex Hiſpaniæ, & illi ſucceſſit Ramirus ſuus filius. Eodem anno Ludovicus Pius miſit Romam Lotharium ſuum filium, ut coronaretur à Pontifice Paſchali; qui eum libenter coronavit.

In 826. Erioldus Rex Daniæ cum ſua uxore baptiſmum recepit in Germania in Civitate Maguntiæ; & reverſus ad Regnum ſuam gentem baptizare fecit.

In 830. Imperator Baldus mortuus eſt, & illi ſucceſſit Theofilus ſuus filius hereticus, & magnus perſecutor Chriſtianorum.

In 835. Gregorius Papa IV. Inſtituit Romę feſtivitatem omnium Sanctorum

rum

Digitized by Google

rum, & etiam Galliæ Celebrandam. Eodem anno floruit in doctrina Rabanus Epiſcopus Maguntinus. Hoc anno fuit Dux Venetiæ Petrus Grandenicus.

In 840. Lothoarius fuit Imperator Occidentis, jam mortuo Ludovico. Et in 841. mortuus eſt Imperator Theophilus, & ſucceſſit Michael III. qui habuit tuticrem Theodoram ſua Matrem catholicam. Hoc anno Carolus Calvus filius Ludovici eſt Rex Galliæ.

In 843. Fuit hæreſis Paulicianorum, ſeu Antinganorum.

In 845. Bogarus Rex Bulgarorum recepit fidem Chriſtianam. Sorore ſua Chriſtiana hoc perſuadente.

In 850. Ramirus Rex Leonis mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ordonius ſuus filius. Hoc anno in Neapoli una equa parturit equum cum duplici capite equi, & aſini. In Gallia Ciſalpina fuit fames, & natus eſt puer cum duplici capite, & viſa ſunt per aerem volare multa animalia monſtruoſa.

In 855. Hiſpaniæ fuerunt martyrio coronati à Saracenis Ludovicus, Paulus, Iſidorus Argimirus, & Aurea Virgo.

In 861. Ordonius Rex Hiſpaniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus III. ſuus filius.

In 864. Badoerus fuit Dux Venetiæ.

In 867. Michael Imperator Orientis occiſus eſt à Baſilio, qui factus eſt Imperator, & reſtituit ſuæ ſedi Patriarcha Ignatium Catholicum à Michaele expluſum, & miſit Pontifici Romano reliquias S. Clementis Papæ, & martyris.

In 868. Lotharius Imperator Occidentis mortuus eſt, & illi ſucceſſit Carolus Calvus, & Ludovicus II. qui obijt anno 875. in Mediolano, abſque liberis.

In 877. Carolus Calvus mortuus eſt, & Ludovicus III. ſuus filius illi ſucceſſit in Imperio, dictus Balbus, qui anno 879. mortuus eſt, & illi ſucceſsit in Regno Galliæ Carolus Manns ſuus nepos, qui anno 885. mortuus eſt, & illi ſucceſſit in Regno Carolus Graſſus ſuus frater.

In 886. Baſilius Imperator Orientis dum venaret, à Cervo eſt occiſus, & illi ſucceſſit Leo VI. ſuus filius.

In 887. Petrus Cadianus fuit Dux Venetiæ, & in 888. fuit Petrus Trillienus.

In 888. Carolus Graſſus Imperator Occidentis mortuus eſt, & Regnum Italiæ cadit in manum Principum illius, & Berengarius acclamatus Imperator, occupavit Italiam cum exercitu, ſed à Guidone fuit expluſus, qui etiam expulſus eſt ab Arnulfo. Principes autem Galliæ elegerunt ad gubernandam Italiam Odonem Comitem de Angiò.

In 890. Galliç pluit Lac, & viſus eſt puer qui habebat manus canis, aures aſini, & caudam porci. Romç natus eſt puer cum triplici capite, & unus equus cum triplici pede. In Bergamo fuit fames, & peſtilentia. Apuliæ fons manavit ſanguis. In Viterbo una mulier parturit catam; In Gallia Ciſalpina pluit ſanguis. In Arezzo Lupus occidit centum homines abſque ſua offenſione. In Italia viſi ſunt per aerem faces ardentes diſcurrere: In Oriente multç Civitates à Terremotu corruerunt. Galliæ pluit ſanguis, lana, & lapides. In Genuvenſi terra manavit ſanguinem. In Amiterno pluit lana duobus diebus conti-

nuis,

nuis. Romę una mulier parturit creaturam , cum duplici capite.

In 892. Carolus Simplex dum eſſet ætatis annorum duodecim coronatus eſt Rex Galliç , & unctus fuit à Fulcone Archiepiſcopo Rehemenſi , & depoſitus eſt Odo Comes de Angiò, qui ſibi uſurpabat titulum Regis.

In 893. incepit hæreſim Albigenſium.

In 894. Formoſus *Papa* juſſit Odoni de Angiò, ut non infeſtaret amplius Carolum Simplicem jam coronatum Regem .

In 898. Carolus Simplex ſimul regnavit, cum Odone, qui hoc anno mortuus eſt, & Carolus regnavit in pace ſolus.

X. SECULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*
904	Benedictus *IV.* Romanus	Ann. 3. m. 6. d.15.
908	Leo *V.* Ardeatinus	d.40.
908	Chriſtophorus *R*omanus	m. 7.
909	Sergius *III.* Romanus	2.
911	Anaſtaſius III*.* *R*omanus	2. m. 1. d.21.
913	*L*andus I.*R*omanus	m. 6. d.22.
914	*J*oannes X.*R*omanus	14. m. 2. d.13.
928	*L*eo VI.Romanus	m. 6. d.13.
928	Stephanus VIII. *R*omanus	2. m. 1. d.15.
931	Joannes *XI.*Romanus	4.
935	Leo V*II.*Romanus	3. m. 6.
939	*S*tephanus *IX.* Romanus	3. m. 4. d.15.
942	Martinus *III.* Romanus	3. m. 6. d.13.
946	Agapitus I*I.*Romanus	9. m. 7. d.10.
956	*J*oannes *XII* Romanns	8. m. 4. d. 6.
964	Benedictus V. *R*omanus	1. m. 1. d.20.
965	*J*oannes *XIII.* Romanus	6. m.11. d. 5
972	Donus I*I.*Romanus	m. 3.
972	Benedictus VI.*R*omanus	1. m. 3. d.24.
974	Bonifacius V*II.* *R*omanus	1. m. 2. d. 1.
975	*Benedictus* V*II.* *R*omanus	9. m. 1. d.20.
984	*J*oannes X*I*V.Papienſis	m. 8.
985	*J*oannes X*V*.*Romanus*	10. m. 9. d. 7.
996	Gregorius *V*. à Saſſonia	2. m. 8.
999	Silveſter *II.G*allus	4. m. 2. d. 6.

In iſto ſæculo anno 900. Leo Imperator Orientis, cum auxilio Venetorum recuperavit multa loca à Saracenis occupata. Eodem anno Ludovicus IV. (ex ſtirpe Caroli Magni,) Rex Germaniæ vicit Beringarium, qui occupabat Imperium Italiæ, & Romam petens obtinuit à Pontifice coronam Imperialem.

In 903. Ludovicus IV. recuperare volens Italiæ Regnum, qui adhuc retinebatur à Berengario, & cum iſto in prælium veniens, captus, & victus eſt, & orbatus oculorum; Berengarius verò fuit ab Ungaris victus, & ſuperatus; qui poſtea ab Venetis ſuperati ſunt.

In 904. Berengarius Romam pergens coégit Pontificem vi ad illum coronandum Regem Italiæ; qui poſtea recedens à Roma Papa fecit Synodum, & illum privavit Corona.

In 905. Incepit hæreſim Joannis Erigeni; qui negabat Dei præſcientiam, & exaltavit arbitrium humanum.

In 907. Garzias filius Alphonſi Regis Hiſpaniæ conſpiravit adverſum patrem regnandi ambitione, qui ſponte ceſſit illi Regnum.

In 911. Orſus Badoerus fuit Dux Venetiæ; & fecit monetam argenteam. Leo V. Imperator Orientis mortuus eſt, & illi ſucceſſit Conſtantinus VII. ſuus filius parvulus ſub tutela Alexandri ſui avunculi, qui anno ſequenti deceſſit è vita, & regnavit ſolus Conſtantinus. Eodem anno Alphonſus Rex Hiſpaniæ mortuus eſt, & etiam Garzias deceſsit è vita, & illi ſucceſsit ſuus frater Ordonius II. Eodem anno Rollonus Rex Normandorum recepit fidem catholicam.

In 913. Rangerius Dux Lotharingiæ recepit Catholicam fidem, & Egidius Legatus Apoſtolicus convertit ad fidem magnam partem Poloniæ. Hoc anno in Aſia duæ Civitates dirutæ ſunt à terremotu, ac etiam in Italia multa loca corruerunt. Schiavoniæ natus eſt puer cum duplici capite, & è celo ignis cecidit, & Sol per dies quatuor viſus eſt coloris ſanguinei. Genuæ cecidit ignis de Cœlo, & combuſſit duo Monaſteria.

In 915. Iterum Berengarius obtinuit à Pontifice titulum Imperatoris Occidentis.

In 919. Conſtantinus Imperator Orientis declaravit Cæſarem Romanum Patritium, & accepit ſuam filiam in uxorem. Eodem anno Conradus Rex Germaniæ mortuus eſt, & illi ſucceſsit in Regno Enricus Aucippus filius Othonis Ducis Saſſoniæ.

In 921. incepit hæreſim Godeſchalchi, & Claudij à Turino.

In 922. Itali excluſo Beringario, acclamaverunt Regem Italiæ Rodulphum Regem Borgomenſium. Et Principes Galliæ excluſo Carolo Simplici, elegerunt in Regem Rupertum.

In 923. Carolus Simplex occidit Rupertum, & Ugo filius Ruperti vicit Carolum, & dedit Regnum Rodulpho Regi Borgomentium.

In 924. Berengarius ut Regnum recuperaret vocavit Ungaros, ſed Rupertus eos expulit, & Veronæ occidit Berengarium. Eodem anno Ordonius

Rex

Rex Hiſpaniç mortuus eſt, & illi ſucceſſit Friola II. ſuus frater cognominatus crudelis.

In 925. Rex Froila mortuus eſt, & per annum non eſt electus *Rex* in Hiſpania, & in ſequenti anno ſucceſſit Alphonſus IV. in Leone, & Ramirus II. in Aſturia, & hinc incepit principium Regis *Caſtilia*. Eodem anno acclamatus eſt Ugo Comes Arli in Regem Italiæ, excluſo Ridulpho.

In 927. Alphonſus IV. ſe recepit in Monaſterio ad faciendam Monaſticam vitam, relinquens Regnum Galitiæ, & Leonis *R*amiro II. Regi Aſturiæ; ſed poſtea mutans voluntatem ſeculo rediit, ſed à *R*amiro orbatus eſt oculis, qui etiam obcecavit tres filios Froilç, qui regnare pretendebant.

In 928. *R*omanus Patritius declaratus Cæſar à Conſtantino coronavit Imperatores ſuos duos filios Stephanum, & Conſtantinum.

In 929. Carolus Simplex Rex Galliæ qui erat mancipatus carcerali cuſtodia, clauſit ſuos dies, relinquens unum filium dictum Ludovicum IV.

In 930. Petrus Candianus fuit Dux Venetiç. Et Enricus Cæſar *R*ex Germaniæ victo Rege Normandorum induxit eum ad recipiendam fidem Catholicam.

In 933. Fons in Genuenſi per diem integrum manavit ſanguinem, & *A*lbericus eſt Rex Romanorum.

In 936. Enricus I. clauſit pie ſuos dies, & electus eſt Imperator Otho I. dictus magnus filius Epriprandi Viſconte Domini Mediolanenſis, ex familia Ducum Borgomenſium; & hoc anno Ludovicus IV. filius Caroli Simplicis fuit coronatus Rex.

In 938. Ramirus II. *R*ex Leonis in Hiſpania occidit Moros, & Saracenos numero circa 80. millia. Eodem anno Boleſlaus Rex Boemiç, occidit ſuum fratrem Vuenceslaum, qui poſitus eſt in numero martyrum. Et Petrus Baderus fuit Dux Venetiç.

In 940. *R*omæ, & Hiſpaniç apparuerunt multa Monſtra, Romæ viſus eſt ſerpens, cum duplice capite. In Mediolano fuit fames. In Pavia Canis locutus eſt. Conſtantinopolim pluit ſanguis, & unus mulus peperit. In Arabia viſi ſunt tres Soles. Galliç pluit triticum, & piſces per ſex horas. In Germania pluit Ranas. In Armenia natus eſt puer, & puella coniunctç ad invicem. In Mediolano natus eſt equus, cum ſex pedibus. In Regio natus eſt puer, cum duplici capite, & cum pedibus Urſç, Galliç natus eſt puer, cum facie canina, & *R*omç natus eſt puer, cum tribus manibus.

In 943. *P*etrus Candianus fuit Dux Venetiæ; & Imperator Orientis concluſit matrimonium ſuç filiæ cum Lothario filio Ugonis Regis.

In 944. Romanus *P*atritius Socerus Conſtantini Imperatoris à ſuo filio Stephano fuit privatus Imperio, & exul mittitur in unam Inſulam; & deinde altercabat Imperium cum Conſtantino ſuo fratre, qui tandem omnes privat regnavit ſolus Conſtantinus VII. verus *I*mperator, & exulavit duos fratres.

In 945. Ugo Rex Italiæ fuit privatus *R*egno à populis, & electus eſt *Loth*-

rio

rius ſuus filius; Ugo verò ſe incluſit in Monaſterio.

In 948.Otho I.Rex Germaniæ debellavit *Araldum Regem Daniæ*, & poſtea fecit illum ſibi tributarium cum ſuo Regno, qui factus eſt Chriſtianus.

In 950.*Lothoarius* Rex Italiæ obiit veneno, & Marchio Beringarius acclamatur Rex Italiæ. Eodem anno Ramirus II.Rex Leonis clauſit ſuos dies, & ſucceſſit illi in Regno Ordonius III.ſuus filius.

In 954.Ludovicus V.*Rex* Galliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit *Lo*thoarius Secundus ſuus parvulus filius. Eodem anno clauſit ſuos dies Albericus Tyrannus *Romæ*; & illi ſubſtitutus eſt Ottavianus ſuus filius *S*acerdos.

In 955.Ordonius III.Rex Leonis mortuus eſt; & illi ſucceſſit Veremundus Primus ſuus filius parvulus ſub tutela Sancii ſui avunculi.

In 956.incepit hæreſim Fotij, qui negabat primatum Eccleſiæ*Romanæ*, & fuit auctor Schiſma Græcorum.

In 960. Conſtantius VII. obiit veneno, qui regnaverat 50. annorum,& illi ſucceſſit Romanus ſuus filius,qui ſubito declaravit ſuumCollegam Baſilium ſuũ primogenitum.Eodem anno Veremundus *R*ex Leonis mortuus eſt,& illi ſucceſſit Sancius ſuus Avunculus.

In 961.Otho *I*.Imperator declaravit Othonem II.ſuum filium Regem Germaniæ.

In 963.obiit Romanus II.*I*mperator Occidentis, & quamquam filios relinquiſſet;populus tamen ſalutavit *I*mperatorem Niceforum Foca,qui paulò poſt accepit in uxorem Theofamam uxorem Romani iam defuncti.

In 965.populi Sarmatiæ, & *P*olonię receperunt fidem Chriſti.

In 969.Niceforus Foca propter ſuas libidines occiſus eſt iuſſu ſuæ uxoris à Joanne Zemiſce, qui pro præmio recepit Imperium. Eodem anno Saraceni in Oriente incenderunt Templum S.Sepulcri in Hyeruſalem,& in ipſo etiam Patriarcham Ioannem, & Chriſtofarum Patriarcham Antiochiæ.

In 971.apparuit Cometa grandis in Italia, & multæ Civitates à terremotu conquaſſatæ remanſerunt. Eodem anno ad ripam fluminis Albi ab Othone I. fuit ædificata Civitas Maddeburgi. Eodem anno Ioannes Imperator Orientis vicit Bulgaros, & Barbaros Septentrionales. Unde triumphavit in Conſtantinopoli ponens in cacumine Carri triumphalis Imaginem B. Virginis Mariæ, & incudit novam monetam cum hac inſcriptione: *Chriſtus Rex Regum*; ædificavit Templum, & caſſavit tributa; deinde declaravit Imperatores Baſilium, & Conſtantinum filios Romani. Eodem anno Sancius Rex Leonis in Hiſpania mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ramirus III.ſuus filius maior.

In 973 Otho I.Imperator clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Otho *II*. ſuus filius. Hoc anno Vitalis Candianus eſt Dux Venetiæ.

In 975.Ioannes Imperator Orientis mortuus eſt veneno illi dato à Baſilio Eunucho, & regnaverunt Baſilium, & Conſtantinum VII. filios Romani *Im*peratoris.

In 976.S.Romualdus in Eremo ſecedens inſtituit Ordinem Camaldulenſium cum habitu nigri coloris.

Digitized by Google

In 977.Petrus Orſoleus Dux Venetiæ, & Ioannes Grandenignus homines præclari in nobilitate, & doctrina, relictis mundanis dignitatibus, ſecuti ſunt S.*Romualdum* in eremo.

In 983. Corpus S.Bartolomei Apoſtoli tranſlatum eſt Romę. Eodem anno Otho II.Imperator Romæ clauſit ſuos dies; & Civitates Florentiæ, Genuæ, Senæ, Piſæ, & Luccæ erigerunt formam *Reipublicę* viventes in libertate, abſque ſubjectione; & filius Othonis II. Otho III. Germaniæ ſucceſſit illi in Regno Germaniæ.

In 986.Ramirus Tertius Rex Leonis in Hiſpania clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Veremundus II.filius Ordonii III. Rex antecedens. Eodem quoque anno mortuus eſt Lothoarius Rex Galliæ & illi ſucceſsit Ludovicus V. ſuus filius major, qui anno ſequenti mortuus eſt, & licet viveret Carolus ſuus avunculus; Principes tamen Regni elegerunt Regem Ugonem Comitem Pariſienſem dictus Capetus, qui deſcendebat à Carolo Magno I. Imperatore, & ab Othone Imperatore.

In 997.Veneti inceperunt acquirere Terras in Iſtria, & in Dalmatia.

In 998.Ugo Rex Galliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Rupertus ſuus filius vir doctiſſimus in litteras ſacras. Eodem anno Veremundus *II.* Rex Leonis in Hiſpania mortuus eſt poſt plurimas victorias *Saracenorum*, & illi ſucceſſit in Regno Alphonſus V.ſuus conſanguineus.

XI. SECULUM.

Anni Chriſti nati		*Anni quibus ſederunt*		
1003	*J*oannes XV*II. R*omanus	Ann. 5.	m. 7.	d. 29.
1009	Sergius I*V.*Romanus	2.	m. 9.	
1012	Benedictus V*III.* Romanus	11.	m. 8.	d. 21.
1024	*J*oannes X*VIII.* *R*omanus	9.	m. 8.	d. 8.
1043	Benedictus IX.*R*omanus	12.		
1045	Gregorius *V*I *R*omanus	1.	m. 7.	d. 20.
1046	Clemens *II G*ermanus		m. 9.	d. 2.
1048	Damaſus *II.B*avarus			d. 23.
1049	Leo I*X.G*ermanus	5.	m. 2.	d. 4.
1055	Victor *II.G*ermanus	2.	m. 3.	d. 16.
1057	Stephanus *X. L*otharingus		m. 7	d. 8
1058	*N*icolaus *II* Sabaudus	2.	m. 6	d. 1.
1061	*A*lexander *I*I. Mediolanenſis	11.		d. 22.
1073	Gregorius VII. Hetruſcus	12.	m. 1.	
1086	Victor II*I. B*eneventanus	1.	m. 3.	
1088	Urbanus II.*G*allus	11.	m. 4	d. 20.
1099	Paſchalis I*I.T*uſchus	18.	m. 5.	d. 9.

Digitized by Google

In hoc ſeculo anno 1000.Stephanus II.*Pontifex* coram Othone Imperatore coronavit Crobium Regem Poloniç; & S.Stephanum I. coronavit Regem Ungariæ, qui introduxit fidem catholicam in prædicto Regno. Eodem anno Otho Imperator tranſtulit à Polonia reliquias S Adalberti martyris Romæ,& collocavit in Templo ab ipſo Othone ædificato , ubi etiam poſuit reliquias S.Bartholomæi Apoſtoli, & S.Paulini Epiſcopi Nolæ à Benevento prius delátas. Et poſtea idem Imperator perrexit nudis pedibus uſque ad Montem Garganum ad viſitandam Eccleſiam S.Michaelis Archangeli, uti S.Romualdus illi impoſuit ob pœnitentiam.

In 1002.Otho III.veneno obiit; & Electores elegerunt in Regem Germaniæ S.Enricum Ducem Bavariæ;& alii acclamaverunt in Regem Italiæ,& Imperatorem Enricum Claudium.Eodem anno Garzias Secundus *R*ex Navarræ ultimavit ſuos dies, & illi ſucceſſit Sancius Secundus ſuus major filius.

In 1003. Crobius Rex Poloniæ clauſit ſuos dies , & illi ſucceſſit Boleslaus I. hoc anno floruerunt in doctrina Fulbertus , & Marinus.

In 1005. Arduinus uſurpavit ſibi titulum Regis Italiæ ; & occupavit Civitatem Paviç ; ſed S. Enricus veniens è Germania illum vicit , & fugavit , & fuit coronatus Rex Italiç, & eodem die incendiata eſt Civitas Paviæ.

In 1008. S. Romualdus inſtituit ordinem Camaldulenſium , cum habitu albi coloris . In hoc anno fuit fames , & peſtilentia . In Italia pluit ſanguis , & in Lotharingia fons aquæ manavit ſanguinem . *In* Conſtantinopoli pluit ſanguis, & parietes , & viſi ſunt in aere volare multa animalia monſtruoſa . Florentiæ cadit è celo flamma ignis . In Polonia pluit ſanguis , & viſi ſunt duo Soles . In Mediolano natus eſt puer cum duplici capite.& ſagitta veniens è Cœlo deſtruxit 110. domus. Galliæ pluit ſanguis . In Viterbo natus eſt puer cum duplici capite . In Gallia Ciſalpina multi fame interierunt . Apparuerunt in Italia duæ grandes Cometæ per multos dies.In Germania unus eques dum ſtabat in menſa Imperatoris Muyes devoraverunt eum . In Conſtantinopoli natus eſt puer cum pedibus caprinis, & cum uno oculo in fronte. In Pavia natus eſt puer cum duplici capite , ſex dentibus , & cum barba . In Spoleto natus eſt puer cum duplici capite.Hoc anno fuit Dux Venetiæ Otho Orſoleus.

In 1012. Luna apparuit coloris ſanguinei . Mare a ſuo loco exivit , & multas Civitates ſubmerſit . Fuit fames in Italia, & per totum mundum fuit peſtilentia ; Hyeruſalem fuit à Turchis capta , & profanata . Sed poſt viginti quatuor annis venit in poteſtatem Chriſtianorum.

In 1014. Ab Alphonſo V. Rege Leonis , fuit erectum *R*egnum Aragoniæ in Hiſpania.& coronatum Ramirum I. ſuum filium minorem. Eodem anno fuit coronatus Imperatores Enricum III. & *I*mperatricem Cunegundam ſuam ſanctam uxorem.

Jn 1017.in Aquitania ProvinciaGalliæ per tres dies continuos pluit ſanguis.

In 1020. S. Bruno atterritus ex morte , & damnatione cujuſdam Doctoris mundum reliquit.& ſe recepit ad pœnitentiam agendam in Montes Aſperrimos quos Carthuſianos appellant; ubi Carthuſianos inſtituit.

Digitized by Google

rium Joanni ſuo fratri. Eodem anno Conradus II. Imperator occidentis in Trajetto Civitate Friſiæ clauſit ſuos dies, relinquens Imperium Enrico IV. ſuo filio.

In 1040: S. Ioannes Gualbertus inſtituit Congregationem Vallis Umbroſę ſub Regula S. Benedicti. Eodem anno fuit beata mors S. Cunegundæ *Imperatricis*. Eodem quoque anno Ferdinandus I. invocato auxilio S. Jacobi Apoſtoli vicit Moros, & Saracenos, & illis abſtulit Civitatem *Coimbriæ*.

In 1041. Populi Polonię obtinuerunt à Summo Pontifice, ut eorum Rex relicto Monaſterio rediret ad Regnum, qui rediens cum gaudio univerſali compoſuit *Regnum*, & vicit inimicos. Eodem anno Michael *IV.* Imperator Orientis mortuus eſt.

In anno 1042. Græci elegerunt Imperatorem Conſtantinum IX. qui duxit in uxorem dictam Imperatricem Zoe. Eodem anno *Petrus Rex* Ungariæ ſpoliatus eſt Regno ab Abba Uvone ſuo conſanguineo, ſed in anno ſequenti ab Enrico IV. victo Ugone dictus Petrus reſtitutus eſt Regno; qui tandem ab Ungaris paganis iterum privatus eſt, & orbatus oculis, & dederunt Regnum *Andreæ* I. Chriſtianos perſequendo.

In 1047. incepit hęreſis Beringarij à Turone, qui negabat Sacramentum Euchariſtiæ, & matrimonium.

In 1048. fuit beata mors S. Odilonis à quo principium habuit uſum in Eccleſia faciendi ſuffragia pro defunctis.

In 1049. Leo Pontifex canonizavit S. Vuolgandum Epiſcopum Ratisbonienſem, qui etiam in anno 1051. confirmavit ordinem S. Joannis Gualberti dictum à Valle Umbroſa, & in anno 1052. Canonizavit Germaniæ S. Gerardum Epiſcopum Trullenſem, & S. Romualdum Abbatem fundatorem Camaldolenſium.

In 1054. Conſtantinus Imperator Orientis mortuus eſt abſque liberis, & reliquit Imperium Theodoræ Porfirogenitę ſuę *Cognatæ*, quæ in anno 1056. mortua eſt, & declaravit *Imperatorem* Michaelem *VI.* dictum Stratonicum. Eodem anno 1056. Ferdinandus occidit Ramirum I. Regem Aragoniæ, & illi ſucceſſit Sancius I. filius *Ramiri*.

In 1057. Michael VI. Imperator quia populus acclamavit Imperatorem Iſacium Comenum cedit purpuram, & vitam privatam elegit.

In 1059. Andreas *I.* Rex Ungariæ ſpoliatus eſt Regno à Duce Bela. Et hoc anno Caſimirus Rex *Poloniæ* mortuus eſt, & illi ſucceſſit Boleslaus *II.* ſuus filius major.

In 1060. Enricus I. Rex Galliæ, cum conſenſu Epiſcoporum, & Principum declaravit ſuum collegam in Regno Filippum ſuum filium ad huc puerum. Eodem anno Iſacius *Imperator* Orientis, declaravit Imperatorem Conſtantinum ſuum filium, & ipſe ſe recepit in Monaſterio, ubi fecit etiam officium *Portinarij* Conventus.

In 1062. B. Petrus Damianus Cardinalis obtinuit ab Alexandro II. Pontifice,

fice, ut rediret in heremo; ſed paulo poſt ab eodem Pontifice vocatus, miſſus eſt Legatus Galliæ. Eodem anno Imperatrix Agneſa Matris Enrici V. reliquit Imperium, & Romam petijt ad ſerviendum Deo.

In 1065. Ferdinandus magnus Rex Caſtiliæ, & Leonis clauſit ſuos dies, & reliquit tres filios, quorum primus dictus Alfonſus VI. fuit Rex Leonis, & ſecundus dictus Sancius fuit Rex Caſtiliæ.

In 1066. fuit beata mors S. Eduardi III. Regis Angliæ qui reliquit ſuam uxorem Egitam Virginem, & reliquit heredem ſui Regni Gulielmum Comitem Normandorum ab Alexandro II. confirmatum, qui anno ſequenti privavit Regno Araldum II. Regem Tyrannum.

In 1067. Conſtantinus Imperator Orientis mortuus eſt, & reliquit Imperium ſuis tribus filijs parvulis ſub tutela Eudoſſiæ matris eorum, quæ contra juramentum factum in anno ſequenti ſe copulavit matrimonio Romano Diogeni, cui dedit Imperium.

In 1069. Bela I. Rex Ungariæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Salamon ſuus filius. Hoc quoque anno Sancius II. Rex Navarræ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Garzias ſuus filius. Hoc anno Dominicus Silvius fuit Dux Venetię.

In 1070. Rugerius Normannus acquiſivit Panormum, cum multo excidio Saracenorum.

In 1071. Romanus Diogenes fuit victus à Turcha; hoc audito in Conſtantinopoli, populus acclamavit Imperatorem Michaelem VII. filium Conſtantini, & mater Eudoſſia exulata eſt; ſed poſtea Romanus acquiſivit libertatem, & petijt Conſtantinopolim; unde à Michaele fuit orbatus oculis, cum quo dolore mortuus eſt.

In 1072. Enricus V. ſpoliavit Eccleſias, impoſuit Sacerdotibus decimas, ſpoliavit nobiles, & ſe dedit laſciviis, & per hoc ab Alexandro II. interdictus eſt, & poſtea in anno ſequenti à Gregorio VII. excommunicatus eſt, & populus abſolvit à juramento obedientiæ uti ſciſmaticus; ſed veniens Romam abſolutus eſt à Pontifice oſtendens ſigna pęnitentiæ, ſed iterum reverſus ad imperium, denuò oppreſsit Eccleſiaſticos, & Eccleſias, & iterum excommunicatur à Gregorio VII. & privatur imperio.

In 1078. Niceforus Tertius occupavit imperiū Orientis, & incluſit in Monaſterio Michaelem VII. Conſtantinum ſuum filium, & Imperatricem, & ideo à Gregorio VII. excommunicatus eſt.

In 1079. Boleslaus II. Rex Poloniæ occidit S. Epiſcopum Stanislaum dum ſacrificium Miſſæ peragebat. Unde Papa Gregorius VII. illum excommunicavit, & privavit Regno, & poſtea à Canibus laceratus eſt, & ſucceſſit in Regno Uladislaus.

In 1080. Niceforus victus eſt ab Alexio Comeno, & illum in Monaſterio incluſit. Eodem anno Gregorius VII. denuò excommunicavit Enricum V. & declaravit Imperatorem Ridulfum Ducem Sveviæ. & miſit illi coronam Imperialem, quod ſciens Enricus congregavit Synodum Epiſcoporum ſchiſmatico-

rum, & declaravit Gregorium privatum Pontificatu; & poſtea bellavit, cum Ruperto, qui illum vicit, & diſsipavit, ſed Rupertus mortuus eſt.

In 1081. S. Canutus occiſus eſt à ſuo fratre Olavo dum eſſet in Eccleſia, qui poſtea regnavit in Dania. Hoc anno fuit Dux Venetię Vitalis Falericus.

In 1085. Alphonſus *VI.* Rex Caſtiliæ, & Leonis vicit Moros, & Saracenos in Hiſpania, & acquiſivit Civitatem Toleti.

In 1086. S. Bruno cum ſex diſcipulis, & cum Ugone Epiſcopo Gratianopolitano in Cartuſia inſtituit ordinem Carthuſianorum. Eodem anno Baſilius Monacus, revivere fecit hereſim Beringarij. Hoc anno fuit beata mors S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis.

In 1087. fuit a mercatoribus tranſlatum Barim Corpus *S.* Nicolai Epiſcopi Mirræ.

In 1088. Papa Urbanus canonizavit S. Attilanum Epiſcopum Zamorenſem.

In 1089. Corpus S. Antonii Abbatis fuit tranſlatum à Conſtantinopolim ad Galliam, ubi extinxit peſtilentiam, quę ibi erat.

In 1091. Beringarius Princeps Barcellonæ inſtituit Ordinem Equitum Terraconenſium contra Moros, & Saracenos.

In 1093. *S*ancius Rex Aragonię mortuus eſt, & illi ſucceſſit Petrus I. ſuus filius primogenitus. Eodem anno Michael Vitel fuit Dux Venetiæ.

In 1094. Veneti invenerunt corpus *S.* Marci Evangeliſtę jam diu occultum. Hoc anno *S*ancius Tertius Rex Navarrę mortuus eſt, & illi ſucceſſit Petrus. Hoc anno fuit Cruciata ad acquirendum S. Sepulcrũ ſub Gothefredo Buglioni.

In 1098. S. *R*upertus *A*bbas inſtituit Ordinem Ciſtercienſium.

In 1099. Exercitus Chriſtianorum occupavit Hieruſalem, & in hoc maximè eluxit fortitudo Gothifredi Buglioni, qui dum ab exercitu coronaretur Rex noluit coronam accipere, dicens. quod non licet ubi Chriſtus pro nobis accepit coronam ſpineam Chriſtianus ſuſtineat coronam auream, & gemmatam. Hoc anno Uladislaus Primus Rex *Polonia* clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Boleslaus Tertius.

XII. SÆCULUM

Anni Chriſti nati		*Anni quibus ſederunt.*
1118	Gelaſius II. Caietanus	Ann. 1. m d. 5.
1119	Caliſtus *II* Gallus	5. m. 10. d. 13.
1124	*H*onorius II. Lononienſis	5. m. 2. d. 17.
1130	Innocentius *II R*omanus	13. m. 7. d. 7.
1143	Cœlaſtinus *II* Tuſchus	m. 5. d. 13.
1144	*L*ucius *I. B*ononienſis	m. 11. d. 14.

1145.

1145	Eugenius III. Piſanus	8.	m. 4.	d. 10.
1153	Anaſtaſius IV. Romanus	1.	m. 4.	d. 24.
1154	Adrianus IV. Anglus	4.	m. 8.	d. 2[illegible].
1159	Alexander III. Senenſis	21.	m. 11.	d. 23.
1181	Lucius III. Lucanus	4.	m. 2	d. 28.
1185	Urbanus III. Mediolanenſis	1.	m. 10.	d. 25.
1187	Gregorius VII Beneventan.		m. 1.	d. 7.
1188	Clemens III Romanus	3.	m. 2.	d. 20.
1191	Cœleſtinus III. Romanus	6.	m. 9.	d. 11.
1198	Innocentius III. Romanus	18.	m. 6.	d. 9.

In præſenti ſæculo duodecimo anno 1100. Gothofredus Rex Hyeruſalem glorioſè clauſit ſuos dies. & illi ſucceſſit Baldovinus Comes Edeſſę ſuus germanus. Hoc annò Gulielmus II. Rex Angliæ mittit in exilium S. Anſelmum Epiſcopum, quia reprehendebat illum de ſuis vitiis; Gulielmus autem dum venaret, fuit occiſus ab uno ſuo milite; & illi ſucceſſit in Regno Enricus I. ſuus filius, qui ſubitò vocavit S. Anſelmum.

In 1101. Conradus Rex Italiæ fuit victus à ſuo patre ſchiſmatico Enrico V. & Florentię clauſit ſuos dies. Hoc anno fuit beata mors Sancti Brunonis Confeſſoris. Hoc anno Enricus Rex Daniæ mortuus eſt in bello apud Soriam cum Saracenis, & illi ſucceſſit in Regno Nicolaus. Hoc etiam anno Baldoinus Rex Hyeruſalem cum Genuenſibus, & Venetis occupaverunt Civitatem Tolemainæ, & occiderunt Califam Regem Turcharum. Eodem anno Hordelafus Falerius fuit Dux Venetiæ.

In 1102. Enricus V. iterum à Paſchale Secundo excommunicatur.

In 1103. Genuenſes in Soria occupauerunt Civitatem Tortonę.

In 1104. Alexius Comenus Imperator Gręcorum moleſtabat Latino euntes contra Saracenos in Oriente, ubi Balduinus Rex cum auxilio Gens ſuæ occupavit Aſcalonem patriam Herodis.

In 1105. Enricus V. fuit privatus Imperio à Principibus Germanię, & electus eſt Enricus VI. ſuus filius. Eodem anno Baldoinus ſecum portans in bello Lanceam, à qua Chriſtus fuit plagatus in Cruce, vicit Saracenos, & occupavit Civitatem Laodicęę, & alia multa loca. Et Genuenſes redeuntes ad eorum Patriam, ſecum portaverunt Catinum, in quo Chriſtus Agnum Paſchale comedit cum Apoſtolis in Cœna.

In 1106. impius Enricus V. clauſit ſuos peſſimos dies in Civitate Luttich, ubi aufugit, & ſepultus eſt extra Eccleſiam. Hoc anno etiam mortuus eſt Philippus Primus Rex Gallię, & coronatus eſt Ludovicus VI. dictus Graſſo ſuus filius.

In

In 1107. Petrus I. Rex Aragoniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus ſuus major filius.

In 1108. Petrus Rex Navarræ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus ſuus germanus.

In 1109. Alphonſus VI. Rex Leonis, & Caſtiliæ mortuus eſt, relinquens Regnum Uracæ ſuę unicæ filiæ, quæ copulata eſt matrimonio cum Alphonſo I. Rege Aragoniæ ſuo conſanguineo; quod ſciens Papa, interdixit tales nuptias illicitas; ſed Alphonſus exiliavit Epiſcopos; tamen paulò poſt occiſus eſt à Moris, & Uraca repentinè obiit, & ſucceſſit in Regno Ramirus Secundus, & in anno ſequenti fuit datum Regnum Leonis Alphonſo VII.

In 1110. Balduinus Rex cum auxilio Nicolai Regis Daniæ ſuperavit Saracenos, & occupavit Beritum, & Sidonem. Hoc anno Paſchalis II. canonizavit S. Petrum Epiſcopum Anagni. Eodem anno Enricus VI. Imperator Romam venit, ubi carceravit Pontificem, & Cardinales, ut confirmarent Prælaturas ab ipſo venditas; Pontifex autem vi eas confirmavit, & vi eum coronavit Imperatorem; ſed poſtea ipſe à Roma ſecedens per Germaniam, Papa fecit Synodum in Laterano, & revocavit omnia, quæ vi fecerat.

In 1111. Alexius Comenus Imperator Orientis petiit à Papa, ut etiam eum coronaret Occidentis, promittendo magna Eccleſiæ, ſed nihil obtinuit.

In 1113. S. Bernardus mundum relinquens, intravit Ordinem Ciſtercienſiū; & in anno 1115. fuit factus Abbas Claravallenſis Galliæ.

In anno 1117. fuit beata mors Ruperti Breſilii Pariſienſis Fundator Ordinis Fontis Ebraldi, cum feciſſet multa Monaſteria, tam virorum, quàm mulierū. Hoc anno incepit hęreſim Neribertinorum, & Roſcellinorum, nec non Michaelis Cerularii.

In 1118. Alexius Comenus Imperator Orientis mortuus eſt, relinquens imperium ſuo filio Joanni Tertio dictus Colojanni. Hoc anno Frater Gerardus Præfectus Hoſpitii S. Joannis Baptiſtę in Hyeruſalem cum conſenſu Baldoini Regis, & Pontificis inſtituit Ordinem Equitum S. Joannis Baptiſtę, hodie dicti (Cavalieri di Malta) Hoc etiam anno Baldoinus Rex clauſit ſuos dies, & reliquit Regni ſucceſſorem Baldoinus Secundus ſuus conſanguineus, qui paulò poſt vicit, & carceravit Gazzi Principem Turcharum venientem contra Hyeruſalem. Hoc etiam anno mortuus eſt Colomanus Rex Ungariæ, & illi ſucceſſit Stephanus Secundus ſuus primogenitus filius.

In 1119. Enricus VI. iterum à Pontifice Calliſto II. excommunicatur. Hoc anno S. Norbertus obtinuit à Pontifice confirmationem Ordinis Præmonſtratenſium ſub regula S. Benedicti. Eodem anno incepit Ordinem Equitum Tēplariorum, & Theutonicorum, nec non S. Lazzari prius à S. Baſilio inſtitutū anno 370. Hoc anno Baldoinus II. vicit, & carceravit Regem Damaſci veniētem contra Hyeruſalem. Hoc anno Dominicus Michael fuit Dux Venetiæ.

In 1120. Rex Baldovinus occupavit Galileam.

In 1121. Galliæ Guaſto à Vienna inſtituit Ordinem Clericorum Regulariū S. Antonii à Tau.

In 1122. Enricus IV. exhortatus à Principibus Germaniæ, pacificatus eſt cum Pontifice, renunciando uſum creandi Epiſcopos.

In 1123. Baldoinus Rex fuit captus ab exercitu Balac Regis Turcharum, & carceratus in Carra; Veneti tamen defenderunt Hyeruſalem, & occupaverunt Tyrum, Tripolim, & Baruttim.

In anno 1124. à Chriſtianis fuit exercitus Turcharum victus, & liberatus Balduinus Rex.

In 1125. Enricus VI. mortuus eſt dum iret contra Civitatem Rems, ubi fuerat Synodum celebratum, & ipſe excommunicatus, & Germani elegerunt Lothoarium Tertium in Imperatorem.

In 1126 Alphonſus VII. Rex Caſtiliæ, & Leonis mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus Octavus. Hoc anno fuit beata mors Stephani Abbatis Fundatoris Ordinis Grandimontenſis in Gallia. Hoc anno Antuerpiæ fuit combuſtus Tanchelinus hæreſiarca.

In 1127. Honorius Secundus privavit Rogerium Regno Apuliæ, & Calabriæ, quem poſſidebat abſque ulla licentia Pontificum; quia tales Provinciæ erant Eccleſiæ, & inveſtivit Rupertum Principem Capuæ: Hoc anno Ordo Templariorum fuit confirmatus à Legato Apoſtolico Galliæ in Concilio Treccæ, ubi etiam S. Bernardus obtinuit confirmationem ſui Ordinis Claravallenſis. Eodem anno Alphonſus Rex Navarræ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Garzias Quartus ſuus filius.

In 1128. Roggerius Rex Siciliæ miſit ad Pontificem, & promiſit ſolvere tributum Eccleſiæ pro Apulia, & Calabria, & hoc pacto Papa illi reſtituit Provincias, & fecit pacem cum Ruperto Principe.

In 1129. Roggerius à Papa excommunicatus eſt, quia impedivit Epiſcopos Siciliæ Romam pergere, & poſtea obtinuit abſolutionem, peracta pœnitentia; & Panormi coronatus eſt Rex Siciliæ.

In 1130. Innocentius Secundus canonizavit S. Ugonem Epiſcopum Gratianopolitanum. Hoc anno S. Gulielmus à Vercelli inſtituit ſuum Ordinem Montis Virginis in dicto Monte in Regno Neapolis.

In anno 1131. Baldoinus Secundus clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Falco Comes Turonis in Gallia. Hoc anno floruit in doctrina Ugo de S. Victore. Hoc anno Petrus Bolanus fuit Dux Venetiæ.

In 1133. Ranirus II. Rex Aragoniæ reliquit Regnum Raimundo ſuo filio.

In 1134. fuit beata mors S. Norberti. Eodem anno Roggerius Rex Siciliæ aſſediavit Neapolim, & Beneventum, quos tandem occupavit, & illic recepit Antipapam Anacletum, qui illum coronavit Regem Siciliæ.

In 1135. Anacletus Antipapa labore D. Bernardi ſe humiliavit vero Pontifici Innocentio, & ceſſavit ſchiſma.

In 1136. Boleslaus III. Rex Poloniæ clauſit ſuum ultimum diem, & electus eſt Uladislaus. Sic etiam Enricus I. Rex Angliæ, & illi ſucceſſit Stephanus ſuus filius; quoque Stephanus Secundus Rex Ungariæ, & illi ſucceſſit Bela II. ſuus

ma-

major filius. Nec non & Enricus II. Rex Daniæ, & ſucceſſit Enricus Tertius.

In 1137. ſanctè mortuus eſt *L*udovicus VI. *R*ex Galliæ dictus Graſſus, & illi ſucceſſit Ludovicus Groſſus ſuus filius dictus Juvenis. Hoc anno *L*othoarius Imperator vocatus à Pontifice contra Roggerium, qui illum fugavit in Sicilia; ſed poſtea Roggerius denuò acquiſivit Apuliam, & *C*alabriam; & in anno ſequenti mortuo Lothario occupavit Capuam, & in anno 1139. Electores elegerunt in Imperatorem Conradum Tertium nepotem Lothoarii. Hoc anno *P*apa *I*nnocentius excommunicavit Roggerium, & illi indixit bellum; tamen à filio Roggerii dicto Gulielmo captus eſt Papa, & ductus eſt ubi erat *R*oggerius, qui illum honorificè ſuſcepit, & queſivit pacem, quam obtinuit. & abſolvit ab excommunicatione, & dedit titulum Regis utriuſque Siciliæ, dummodò Eccleſiæ ſolveret tributum.

In 1140. S. Bernardus condemnare fecit hæreſim Petri Abailardi Doctoris Pariſienſis, & Arnoldi ſui diſcipuli; & Petrus abjurando hæreſes ſe recepit in Monaſterio Cluniacienſi, & fecit pœnitentiam ſanctè vivendo uſque ad mortem. Hoc anno S. Gulielmus Princeps Aquitaniæ fundavit ſuum Ordinem Eremitarum ſub Regula S. Auguſtini. Eodem anno ſublatus eſt à vivis Uladiſlaus Secundus Rex Poloniæ, & ſucceſſit in Regno Boleslaus *IV*.

In 1141. incepit hæreſis Eudoni, & Apoſtolorum novorum.

In 1142. Fulco Rex Hyeruſalem, dum venaret, cecidit ex Equo, & mortuus eſt, & declaravit hæredem Regni Baldoinum Tertium ſuum filium, qui reædificavit *C*ivitatem Gazæ.

In 1143. Joannes Colajanni Imperator Orientis percuſſus à ſagitta, dum Cignalem invaderet in venatione mortuus eſt, & Imperium reliquit Emanueli ſuo filio minori.

In 1146. Conradus Cæſar conceſſit Genuenſibus incudere propriã monetã.

In 1147. S. Bertoldus in *P*aleſtina inſtituit celebrari feſtum Conceptionis B. Mariæ Virginis. Eodem anno Bela Rex Ungariæ ceſſit è vita, & illi ſucceſſit in Regno Geiſa Secundus ſuus filius.

In 1148. B. Gilbertus in Anglia inſtituit ſuum Ordinem Gibeltinorum, poſtea confirmatum ab Eugenio Tertio.

In 1149. incepit hęreſim Marſilii, Valdonii, Maronii, & Petri de Bovis, & Enrici Toloſani.

In 1150. Roggerius Rex Siciliæ victis Græcis, venit Italiam, ubi portavit artifices, & artificium laborandi ſericum. Circa hunc annum Dominicus Moroſini fuit Dux Venetiæ.

In 1152. Conradus Tertius mortuus eſt, & illi ſucceſſit Federicus Barbaroſſa *D*ucem Sveviæ, & ſuus nepos ex fratre.

In 1153. fuit beata mors *S*. Bernardi Abbatis. Hoc anno Baldoinus Tertius recuperavit Aſcalonem.

In 1154. Stefanus I. Rex Angliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Enricus II. ſuus major filius. Hoc anno etiam Rex Siciliæ Roggerius mortuus eſt, & illi ſucceſſit in *R*egno Gulielmus ſuus filius dictus crudelis, & impius. Hoc anno

Vuu 2 etiam

Digitized by Google

In 977.Petrus Orſoleus Dux Venetiæ, & Ioannes Grandenignus homines præclari in nobilitate, & doctrina, relictis mundanis dignitatibus, ſecuti ſunt S.Romualdum in eremo.

In 983. Corpus S.Bartolomei Apoſtoli translatum eſt Romę. Eodem anno Otho II.Imperator Romæ clauſit ſuos dies; & Civitates Florentiæ, Genuæ, Senæ, Piſæ, & Luccæ erigerunt formam Reipublicę viventes in libertate, abſque ſubjectione; & filius Othonis II. Otho III. Germaniæ ſucceſſit illi in Regno Germaniæ.

In 986.Ramirus Tertius Rex Leonis in Hiſpania clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Veremundus II.filius Ordonii III. Rex antecedens. Eodem quoque anno mortuus eſt Lothoarius Rex Galliæ & illi ſuccesſit Ludovicus V. ſuus filius major, qui anno ſequenti mortuus eſt, & licet viveret Carolus ſuus avũculus; Principes tamen Regni elegerunt Regem Ugonem Comitem Pariſienſem dictus Capetus, qui deſcendebat à Carolo Magno I. Imperatore, & ab Othone Imperatore.

In 997.Veneti inceperunt acquirere Terras in Iſtria, & in Dalmatia.

In 998.Ugo Rex Galliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Rupertus ſuus filius vir doctiſſimus in litteras ſacras. Eodem anno Veremundus II. Rex Leonis in Hiſpania mortuus eſt poſt plurimas victorias Saracenorum, & illi ſucceſſit in Regno Alphonſus V.ſuus conſanguineus.

XI. SECULUM.

Anni Chriſti natis		*Anni quibus ſederunt.*		
1003	*J*oannes XV*II*. *R*omanus	Ann. 5.	m. 7.	d. 29.
1009	Sergius IV.Romanus	2.	m. 9.	
1012	Benedictus V*III*. Romanus	11.	m. 8.	d. 21.
1024	*J*oannes XV*III*. *R*omanus	9.	m. 8.	d. 8.
1043	Benedictus IX. Romanus	12.		
1045	Gregorius *V*I *R*omanus	1.	m. 7.	d. 20.
1046	Clemens *II* *G*ermanus		m. 9.	d. 24.
1048	Damaſus *II*.*B*avarus			d. 23.
1049	Leo I*X*.*G*ermanus	5.	m. 2.	d. 4.
1055	Victor *II*.*G*ermanus	2.	m. 3.	d. 16.
1057	*S*tephanus *X*. *L*otharingus		m. 7	d. 28
1058	*N*icolaus *II* Sabaudus	2.	m. 6	d. 1.
1061	*A*lexander *I*I. Mediolanenſis	11.		d. 22.
1073	Gregorius VII. Hetruſcus	12.	m. 1.	
1086	Victor I*II*. *B*eneventanus	1.	m. 3.	
1088	Urbanus II.*G*allus	11.	m. 4	d 20.
1099	Paſchalis I*I*.*T*uſchus.	18.	m. 5.	d. 9.

In hoc ſeculo anno 1000.Stephanus II.*Pontifex* coram Othone Imperatore coronavit Crobium Regem Poloniç; & S.Stephanum I. coronavit Regem Ungariæ, qui introduxit fidem catholicam in prædicto Regno. Eodem anno Otho Imperator tranſtulit à Polonia reliquias S Adalberti martyris Romæ,& collocavit in Templo ab ipſo Othone ædificato, ubi etiam poſuit reliquias S.Bartholomæi Apoſtoli, & S.Paulini Epiſcopi Nolæ à Benevento prius delatas. Et poſtea idem Imperator perrexit nudis pedibus uſque ad Montem Garganum ad viſitandam Eccleſiam S.Michaelis Archangeli, uti S.Romualdus illi impoſuit ob pœnitentiam.

In 1002.Otho III.veneno obiit; & Electores elegerunt in Regem Germaniæ S.Enricum Ducem Bavariæ;& alii acclamaverunt in Regem Italiæ,& Imperatorem Enricum Claudium.Eodem anno Garzias Secundus *R*ex Navarræ u t a t ſuos dies, & illi ſucceſſit Sancius Secundus ſuus major filius.

In 1003. Crobius Rex Poloniæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Boleslaus I. hoc anno floruerunt in doctrina Fulbertus, & Marinus.

In 1005. Ardoinus uſurpavit ſibi titulum Regis Italiæ, & occupavit Civitatem Paviç; ſed S. Enricus veniens è Germania illum vicit, & fugavit, & fuit coronatus Rex Italiç, & eodem die incendiata eſt Civitas Paviæ.

In 1008. S. Romualdus inſtituit ordinem Camaldulenſium, cum habitu albi coloris. In hoc anno fuit fames, & peſtilentia. In Italia pluit ſanguis, & in Lotharingia fons aquæ manavit ſanguinem, *In C*onſtantinopoli pluit ſanguis, & parietes, & viſi ſunt in aere volare multa animalia monſtruoſa. Florentiæ cadit è celo flamma ignis. In Polonia pluit ſanguis, & viſi ſunt duo Soles. In Mediolano natus eſt puer cum duplici capite,& ſagitta veniens è Cœlo deſtruxit 110. domus. Galliæ pluit ſanguis. In Viterbo natus eſt puer cum duplici capite. In Gallia Ciſalpina multi fame interierunt. Apparuerunt in Italia duæ grandes Cometæ per multos dies.In Germania unus eques dum ſtabat in menſa Imperatoris Muyes devoraverunt eum. In Conſtantinopoli natus eſt puer cum pedibus caprinis, & cum uno oculo in fronte. In Pavia natus eſt puer cum duplici capite, ſex dentibus, & cum barba. In Spoleto natus eſt puer cum duplici capite.Hoc anno fuit Dux Venetiæ Otho Orſoleus.

In 1012. Luna apparuit coloris ſanguinei. Mare à ſuo loco exivit, & multas Civitates ſubmerſit. Fuit fames in Italia, & per totum mundum fuit peſtilentia; Hyeruſalem fuit à Turchis capta, & profanata. Sed poſt viginti quatuor annis venit in poteſtatem Chriſtianorum.

In 1014. Ab Alphonſo V. Rege Leonis, fuit erectum *R*egnum Aragoniæ in Hiſpania,& coronatum Ramirum I. ſuum filium minorem. Eodem anno fuit coronatus Imperatores Enricum III. & *I*mperatricem Cunegundam ſuam ſanctam uxorem.

Jn 1017.in Aquitania ProvinciaGalliæ per tres dies continuos pluit ſanguis.

In 1020. S. Bruno atterritus ex morte, & damnatione cujuſdam Doctoris mundum reliquit.& ſe recepit ad pœnitentiam agendam in Montes Aſperrimos quos Carthuſianos appellant; ubi Carthuſianos inſtituit.

rium Joanni ſuo fratri. Eodem anno Conradus II. Imperator occidentis in Trajetto Civitate Friſiæ clauſit ſuos dies, relinquens Imperium Enrico IV. ſuo filio.

In 1040: S. Ioannes Gualbertus inſtituit Congregationem Vallis Umbroſę ſub Regula S. Benedicti. Eodem anno fuit beata mors S. Cunegundæ *Imperatricis*. Eodem quoque anno Ferdinandus I. invocato auxilio S. Jacobi Apoſtoli vicit Moros, & Saracenos, & illis abſtulit Civitatem *Coimbriæ*.

In 1041. Populi Polonię obtinuerunt à Summo Pontifice, ut eorum Rex relicto Monaſterio rediret ad Regnum, qui rediens cum gaudio univerſali compoſuit *Regnum*, & vicit inimicos. Eodem anno Michael *IV*. Imperator Orientis mortuus eſt.

In anno 1042. Græci elegerunt Imperatorem Conſtantinum IX. qui duxit in uxorem dictam Imperatricem Zoe. Eodem anno *Petrus Rex* Ungariæ ſpoliatus eſt Regno ab Abba Uvone ſuo conſanguineo, ſed in anno ſequenti ab Enrico IV. victo Ugone dictus Petrus reſtitutus eſt Regno; qui tandem ab Ungaris paganis iterum privatus eſt, & orbatus oculis, & dederunt Regnum *Andreæ* I. Chriſtianos perſequendo.

In 1047. incepit hęreſis Beringarij à Turone, qui negabat Sacramentum Euchariſtiæ, & matrimonium.

In 1048. fuit beata mors S. Odilonis à quo principium habuit uſum in Eccleſia faciendi ſuffragia pro defunctis.

In 1049. Leo Pontifex canonizavit S. Vuolgandum Epiſcopum Ratisbonienſem, qui etiam in anno 1051. confirmavit ordinem S. Joannis Gualberti dictum à Valle Umbroſa, & in anno 1052. Canonizavit Germaniæ S. Gerardum Epiſcopum Trullenſem, & S. Romualdum Abbatem fundatorem Camaldolenſium.

In 1054. Conſtantinus Imperator Orientis mortuus eſt abſque liberis, & reliquit Imperium Theodoræ Porfirogenitę ſuę Cognatæ, quæ in anno 1056. mortua eſt, & declaravit *Imperatorem* Michaelem *VI*. dictum Stratonicum. Eodem anno 1056. Ferdinandus occidit Ramirum I. Regem Aragoniæ, & illi ſucceſſit Sancius I. filius *Ramiri*.

In 1057. Michael VI. Imperator quia populus acclamavit Imperatorem Iſacium Comenum cedit purpuram, & vitam privatam elegit.

In 1059. Andreas *I*. Rex Ungariæ ſpoliatus eſt Regno à Duce Bela. Et hoc anno Caſimirus Rex *Poloniæ* mortuus eſt, & illi ſucceſſit Boleslaus *II*. ſuus filius major.

In 1060. Enricus I. Rex *Galliæ*, cum conſenſu Epiſcoporum, & Principum declaravit ſuum collegam in Regno Filippum ſuum filium ad huc puerum. Eodem anno Iſacius *Imperator* Orientis, declaravit Imperatorem Conſtantinum ſuum filium, & ipſe ſe recepit in Monaſterio, ubi fecit etiam officium *Portinarij* Conventus.

In 1062. B. Petrus Damianus Cardinalis obtinuit ab Alexandro II. Pontifice,

fice, ut rediret in heremo; ſed paulo poſt ab eodem Pontifice vocatus, miſſus eſt Legatus Galliæ. Eodem anno Imperatrix Agneſa Matris Enrici V. reliquit Imperium, & Romam petijt ad ſerviendum Deo.

In 1065. Ferdinandus magnus Rex Caſtiliæ, & Leonis clauſit ſuos dies, & reliquit tres filios, quorum primus dictus Alfonſus VI. fuit Rex Leonis, & ſecundus dictus Sancius fuit Rex Caſtiliæ.

In 1066. fuit beata mors S. Eduardi III. Regis Angliæ qui reliquit ſuam uxorem Egitam Virginem, & reliquit heredem ſui Regni Gulielmum Comitem Normandorum ab Alexandro II. confirmatum, qui anno ſequenti privavit Regno Araldum II. Regem Tyrannum.

In 1067. Conſtantinus Imperator Orientis mortuus eſt, & reliquit Imperium ſuis tribus filijs parvulis ſub tutela Eudoſſiæ matris eorum, quæ contra juramentum factum in anno ſequenti ſe copulavit matrimonio Romano Diogeni, cui dedit Imperium.

In 1069. Bela I. Rex Ungariæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Salamon ſuus filius. Hoc quoque anno Sancius II. Rex Navarræ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Garzias ſuus filius. Hoc anno Dominicus Silvius fuit Dux Venetiæ.

In 1070. Rugerius Normannus acquiſivit Panormum, cum multo excidio Saracenorum.

In 1071. Romanus Diogenes fuit victus à Turcha; hoc audito in Conſtantinopoli, populus acclamavit Imperatorem Michaelem VII. filium Conſtantini, & mater Eudoſſia exulata eſt; ſed poſtea Romanus acquiſivit libertatem, & petijt Conſtantinopolim; unde à Michaele fuit orbatus oculis, cum quo dolore mortuus eſt.

In 1072. Enricus V. ſpoliavit Eccleſias, impoſuit Sacerdotibus decimas, ſpoliavit nobiles, & ſe dedit laſciviis, & per hoc ab Alexandro II. interdictus eſt, & poſtea in anno ſequenti à Gregorio VII. excommunicatus eſt, & populus abſolvit à juramento obedientiæ uti ſchiſmaticus; ſed veniens Romam abſolutus eſt à Pontifice oſtendens ſigna pœnitentiæ, ſed iterum reverſus ad imperium, denuò oppreſſit Eccleſiaſticos, & Eccleſias, & iterum excommunicatur à Gregorio VII. & privatur imperio.

In 1078. Niceforus Tertius occupavit imperiũ Orientis, & incluſit in Monaſterio Michaelem VII. Conſtantinum ſuum filium, & Imperatricem, & ideo à Gregorio VII. excommunicatus eſt.

In 1079. Boleslaus II. Rex Poloniæ occidit S. Epiſcopum Staniſlaum dum ſacrificium Miſſæ peragebat. Unde Papa Gregorius VII. illum excommunicavit, & privavit Regno, & poſtea à Canibus laceratus eſt, & ſucceſſit in Regno Uladiſlaus.

In 1080. Niceforus victus eſt ab Alexio Comeno, & illum in Monaſterio incluſit. Eodem anno Gregorius VII. denuò excommunicavit Enricum V. & declaravit Imperatorem Ridulfum Ducem Sveviæ. & miſit illi coronam Imperialem, quod ſciens Enricus congregavit Synodum Epiſcoporum ſchiſmatico-

rum,

rum, & declaravit Gregorium privatum Pontificatu; & poſtea bellavit, cum Ruperto, qui illum vicit, & diſsipavit, ſed Rupertus mortuus eſt.

In 1081. S. Canutus occiſus eſt à ſuo fratre Olavo dum eſſet in Eccleſia, qui poſtea regnavit in Dania. Hoc anno fuit Dux Venetię Vitalis Falericus.

In 1085. Alphonſus VI. Rex Caſtiliæ, & Leonis vicit Moros, & Saracenos in Hiſpania, & acquiſivit Civitatem Toleti.

In 1086. S. Bruno cum ſex diſcipulis, & cum Ugone Epiſcopo Gratianopolitano in Cartuſia inſtituit ordinem Carthuſianorum. Eodem anno Baſilius Monacus revivere fecit hereſim Beringarij. Hoc anno fuit beata mors S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis.

In 1087. fuit à mercatoribus translatum Barim Corpus S. Nicolai Epiſcopi Mirræ.

In 1088. Papa Urbanus canonizavit S. Attilanum Epiſcopum Zamorenſem.

In 1089. Corpus S. Antonii Abbatis fuit translatum à Conſtantinopolim ad Galliam, ubi extinxit peſtilentiam, quę ibi erat.

In 1091. Beringarius Princeps Barcellonæ inſtituit Ordinem Equitum Terraconenſium contra Moros, & Saracenos.

In 1093. Sancius Rex Aragonię mortuus eſt, & illi ſucceſſit Petrus I. ſuus filius primogenitus. Eodem anno Michael Vital fuit Dux Venetiæ.

In 1094. Veneti invenerunt corpus S. Marci Evangeliſtę jam diu occultum. Hoc anno Sancius Tertius Rex Navarrę mortuus eſt, & illi ſucceſſit Petrus. Hoc anno fuit Cruciata ad acquirendum S. Sepulcrū ſub Gothifredo Buglioni.

In 1098. S. Rupertus Abbas inſtituit Ordinem Giſtercienſium.

In 1099. Exercitus Chriſtianorum occupavit Hieruſalem, & in hoc maximè eluxit fortitudo Gothifredi Buglioni, qui dum ab exercitu coronaretur Rex noluit coronam accipere, dicens, quod non licet ubi Chriſtus pro nobis accepit coronam ſpineam Chriſtianus ſuſtineat coronam auream, & gemmatam. Hoc anno Uladislaus Primus Rex Poloniæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Boleslaus Tertius.

XII. SÆCULUM

Anni Chriſti nati		*Anni quibus ſederunt.*		
1118	Gelaſius II. Caietanus	Ann. 1.	m	d. 5.
1119	Caliſtus II. Gallus	5.	m. 10.	d. 13.
1124	Honorius II. Bononienſis	5.	m. 2.	d. 17.
1130	Innocentius II. Romanus	13.	m. 7.	d. 7.
1143	Cœlaſtinus II. Tuſchus		m. 5.	d. 13.
1144	Lucius I. Bononienſis		m. 11.	d. 14.

1145.

Digitized by Google

1145	Eugenius *III*. Piſanus	8. m. 4. d. 10.
1153	*A*naſtaſius *I*V. Romanus	1. m. 4. d. 24.
1154	Adrianus IV. *A*nglus	4. m. 8. d. 2[illegible].
1159	Alexander III. Senenſis	21. m. 11. d. 23.
1181	*L*ucius I*II*. Lucanus	4. m. 2 d 28.
1185	*U*rbanus *II*I. Mediolanenſis	1. m. 10. d. 25.
1187	Gregorius *V*I*I* Beneventan.	m. 1. d. 7.
1188	Clemens *II*I Romanus	3. m. 2. d. 20.
1191	Cœleſtinus I*I*I. Romanus	6. m. 9. d. 11.
1198	Innocentius II*I*. *R*omanus	18. m. 6. d. 9.

In præſenti ſæculo duodecimo anno 1100. Gothofredus Rex Hyeruſalem glorioſè clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Baldovinus Comes Edeſſę ſuus germanus. Hoc annò Gulielmus II. Rex Angliæ mittit in exilium *S*. Anſelmum Epiſcopum, quia reprehendèbat illum de ſuis vitiis; Gulielmus autem dum venaret, fuit occiſus ab uno ſuo milite; & illi ſucceſſit in Regno Enricus I. ſuus filius, qui ſubitò vocavit S. Anſelmum.

In 1101. Conradus Rex Italiæ fuit victus à ſuo patre ſchiſmatico Enrico V. & Florentię clauſit ſuos dies. *H*oc anno fuit beata mors Sancti Brunonis Confeſſoris. Hoc anno Enricus Rex Daniæ mortuus eſt in bello apud Soriam cum Saracenis, & illi ſucceſſit in Regno Nicolaus. Hoc etiam anno Baldoinus *R*ex Hyeruſalem cum Genuenſibus, & Venetis occupaverunt Civitatem Tolemainæ, & occiderunt Califam Regem Turcharum. Eodem anno Hordelafus Falerius fuit *D*ux Venetiæ.

*I*n 1102. Enricus V. iterum à *P*aſchale *S*ecundo excommunicatur.

In 1103. Genuenſes in Soria occupauerunt Civitatem Tortonę.

In 1104. Alexius Comenus Imperator Gręcorum moleſtabat Latino euntes contra Saracenos in Oriente, ubi Balduinus Rex cum auxilio Genuenſium occupavit Aſcalonem patriam Herodis.

In 1105. Enricus V. fuit privatus Imperio à Principibus Germanię, & electus eſt Enricus VI. ſuus filius. Eodem anno Baldoinus ſecum portans in bello Lanceam, à qua *C*hriſtus fuit plagatus in Cruce, vicit Saracenos, & occupavit Civitatem Laodicęę, & alia multa loca. Et Genuenſes redeuntes ad eorum Patriam, ſecum portaverunt Catinum, in quo Chriſtus Agnum Paſchale comedit cum Apoſtolis in Cœna.

In 1106. impius Enricus V. clauſit ſuos peſſimos dies in Civitate *L*uttich, ubi aufugit, & ſepultus eſt extra Eccleſiam. Hoc anno etiam mortuus eſt *P*hilippus Primus Rex Gallię, & coronatus eſt Ludovicus VI. dictus Graſſo ſuus filius.

In

Digitized by Google

In 1107. Petrus I. Rex Aragoniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus ſuus major filius.

In 1108. Petrus Rex Navarræ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus ſuus germanus.

In 1109. Alphonſus VI. Rex Leonis, & Caſtiliæ mortuus eſt, relinquens Regnum Uracæ ſuæ unicæ filiæ, quæ copulata eſt matrimonio cum Alphonſo I. Rege Aragoniæ ſuo conſanguineo; quod ſciens Papa, interdixit tales nuptias illicitas; ſed Alphonſus exiliavit Epiſcopos; tamen paulò poſt occiſus eſt à Moris, & Uraca repentinè obiit, & ſucceſſit in Regno Ramirus Secundus, & in anno ſequenti fuit datum Regnum Leonis Alphonſo VII.

In 1110. Balduinus Rex cum auxilio Nicolai Regis Daniæ ſuperavit Saracenos, & occupavit Beritum, & Sidonem. Hoc anno Paſchalis II. canonizavit S. Petrum Epiſcopum Anagni. Eodem anno Enricus VI. Imperator Romam venit, ubi carceravit Pontificem, & Cardinales, ut confirmarent Prælaturas ab ipſo venditas; Pontifex autem vi eas confirmavit, & vi eum coronavit Imperatorem; ſed poſtea ipſe à Roma ſecedens per Germaniam, Papa fecit Synodum in Laterano, & revocavit omnia, quæ vi fecerat.

In 1111. Alexius Comenus Imperator Orientis petiit à Papa, ut etiam eum coronaret Occidentis, promittendo magna Eccleſiæ, ſed nihil obtinuit.

In 1113. S. Bernardus mundum relinquens, intravit Ordinem Ciſtercienſiũ; & in anno 1115. fuit factus Abbas Claravallenſis Galliæ.

In anno 1117. fuit beata mors Ruperti Breſilii Pariſienſis Fundator Ordinis Fontis Ebraldi, cum feciſſet multa Monaſteria, tam virorum, quàm mulierũ. Hoc anno incepit hereſim Neribertinorum, & Roſcellinorum, nec non Michaelis Cerularii.

In 1118. Alexius Comenus Imperator Orientis mortuus eſt, relinquens imperium ſuo filio Joanni Tertio dictus Colojanni. Hoc anno Frater Gerardus Præfectus Hoſpitii S. Joannis Baptiſtæ in Hyeruſalem cum conſenſu Baldoini Regis, & Pontificis inſtituit Ordinem Equitum S. Ioannis Baptiſtæ, hodie dicti [Cavalieri di Maltæ] Hoc etiam anno Baldoinus Rex clauſit ſuos dies, & reliquit Regni ſucceſſorem Baldoinus Secundus ſuus conſanguineus, qui paulò poſt vicit, & carceravit Gazzi Principem Turcharum venientem contra Hyeruſalem. Hoc etiam anno mortuus eſt Colomanus Rex Ungariæ, & illi ſucceſſit Stephanus Secundus ſuus primogenitus filius.

In 1119. Enricus VI. iterum à Pontifice Calliſto II. excommunicatur. Hoc anno S. Norbertus obtinuit à Pontifice confirmationem Ordinis Præmonſtratenſium ſub regula S. Benedicti. Eodem anno incepit Ordinem Equitum Tẽplariorum, & Theutonicorum, nec non S. Lazzari prius à S. Baſilio inſtitutũ anno 370. Hoc anno Baldoinus II. vicit, & carceravit Regem Damaſci veniẽtem contra Hyeruſalem. Hoc anno Dominicus Michael fuit Dux Venetiæ.

In 1120. Rex Baldovinus occupavit Galileam.

In 1121. Galliæ Guaſto à Vienna inſtituit Ordinem Clericorum Regulariũ S. Antonii à Tau.

In 1122.Enricus *V*.exhortatus à *P*rincipibus Germaniæ, pacificatus eſt cum *P*ontifice, renunciando uſum creandi Epiſcopos.

In 1123.Baldoinus Rex fuit captus ab exercitu Balac Regis Turcharum,& carceratus in Carra; Veneti tamen defenderunt *H*yeruſalem, & occupaverunt Tyrum, Tripolim, & Baruttim.

In anno 1124. à Chriſtianis fuit exercitus Turcharum victus, & liberatus Balduinus Rex.

In 1125.*E*nricus VI.mortuus eſt dum iret contra Civitatem Rems, ubi fuerat *S*ynodum celebratum, & ipſe excommunicatus, & Germani elegerunt Lothoarium Tertium in Imperatorem.

In 1126 Alphonſus VII.Rex Caſtiliæ,& Leonis mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus Octavus. Hoc anno fuit beata mors Stephani Abbatis Fundatoris Ordinis Grandimotenſis in Gallia.Hoc anno Antuerpiæ fuit combuſtus Tanchelinus hæreſiarca.

In 1127.Honorius *S*ecundus privavit Rogerium Regno Apuliæ,& Calabriæ, quem poſſidebat abſque ulla licentia *P*ontificum, quia tales *P*rovinciæ erant Eccleſiæ, & inveſtivit Rupertum Principem Capuę: Hoc anno Ordo Templariorum fuit confirmatus à Legato Apoſtolico Galliæ in Concilio Treceæ, ubi etiam S.Bernardus obtinuit confirmationem ſui Ordinis Claravallenſis. Eodem anno Alphonſus Rex Navarræ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Garzias Quartus ſuus filius.

In 1128.Roggerius Rex Sicilię miſit ad *P*ontificem, & promiſit ſolvere tributum Eccleſiæ pro Apulia,& Calabria,& hoc pacto *P*apa illi reſtituit *P*rovincias, & fecit pacem cum *R*uperto Principe.

In 1129.Roggerius à Papa excommunicatus eſt, quia impedivit Epiſcopos Sicilię Romam pergere, & poſtea obtinuit abſolutionem, peracta pœnitentia; & Panormi coronatus eſt Rex Sicilię.

In 1130.Innocentius Secundus canonizavit S.Ugonem Epiſcopum Gratianopolitanum. Hoc anno S.Gulielmus à Vercelli inſtituit ſuum Ordinem Montis Virginis in dicto Monte in *R*egno Neapolis.

In anno 1131.Baldoinus Secundus clauſit ſuos dies,& illi ſucceſſit Falco Comes Turonis in Gallia. *H*oc anno floruit in doctrina Ugo de S.Victore. Hoc anno Petrus Bolanus fuit Dux Venetiæ.

In 1133.*R*amirus I*I*.Rex Aragonię reliquit Regnum Raimundo ſuo filio.

In 1134.fuit beata mors S.Norberti. Eodem anno Roggerius Rex Sicilię aſſediavit Neapolim, & Beneventum, quos tandem occupavit, & illic recepit Antipapam Anacletum, qui illum coronavit Regem Sicilię.

In 1135.Anacletus Antipapa labore D.Bernardi ſe humiliavit vero Pontifici Innocentio, & ceſſavit ſchiſma.

In 1136.Boleſlaus III.Rex Poloniæ clauſit ſuum ultimum diem, & electus eſt Uladiſlaus. Sic etiam Enricus I.Rex Anglię, & illi ſucceſſit Stephanus ſuus filius; quoque Stephanus Secundus Rex Ungariæ, & illi ſucceſſit Bela II. ſuus

ma-

major filius. Nec non & Enricus II. Rex Daniæ, & ſucceſſit Enricus Tertius.

In 1137. ſanctè mortuus eſt *L*udovicus VI. *R*ex Galliæ dictus Graſſus, & illi ſucceſſit Ludovicus Groſſus ſuus filius dictus Juvenis. Hoc anno *L*othoarius Imperator vocatus à Pontifice contra Roggerium, qui illum fugavit in Sicilia; ſed poſtea Roggerius denuò acquiſivit Apuliam, & Calabriam; & in anno ſequenti mortuo Lothario occupavit Capuam, & in anno 1139. Electores elegerunt in Imperatorem Conradum Tertium nepotem Lothoarii. Hoc anno *P*apa *I*nnocentius excommunicavit Roggerium, & illi indixit bellum: tamen à filio Roggerii dicto Gulielmo captus eſt Papa, & ductus eſt ubi erat *R*oggerius, qui illum honorificè ſuſcepit, & quæſivit pacem, quam obtinuit. & abſolvit ab excommunicatione, & dedit titulum Regis utriuſque Siciliæ, dummodò Eccleſiæ ſolveret tributum.

In 1140. S. Bernardus condemnare fecit hæreſim Petri Abailardi Doctoris Pariſienſis, & Arnoldi ſui diſcipuli; & Petrus abjurando hæreſes ſe recepit in Monaſterio Cluniacienſi, & fecit pœnitentiam ſanctè vivendo uſque ad mortem. Hoc anno S. Gulielmus Princeps Aquitaniæ fundavit ſuum Ordinem Eremitarum ſub Regula S. Auguſtini. Eodem anno ſublatus eſt à vivis Uladiſlaus Secundus Rex Poloniæ, & ſucceſſit in Regno Boleslaus *IV*.

*I*n 1141. incepit hæreſis Eudoni, & Apoſtolorum novorum.

In 1142. Fulco Rex Hyeruſalem, dum venaret, cecidit ex Equo, & mortuus eſt, & declaravit hæredem Regni Baldoinum Tertium ſuum filium, qui reædificavit *C*ivitatem Gazæ.

In 1143. Joannes Colajanni Imperator Orientis percuſſus à ſagitta, dum Cignalem invaderet in venatione mortuus eſt, & Imperium reliquit Emanueli ſuo filio minori.

In 1146. Conradus *C*æſar conceſſit Genuenſibus incudere propriã monetã.

In 1147. S. Bertoldus in *P*aleſtina inſtituit celebrari feſtum Conceptionis B. Mariæ Virginis. Eodem anno Bela Rex Ungariæ ceſſit è vita, & illi ſucceſſit in Regno Geiſa Secundus ſuus filius.

In 1148. B. Gilbertus in Anglia inſtituit ſuum Ordinem Gibeltinorum, poſtea confirmatum ab Eugenio Tertio.

In 1149. incepit hæreſim Marſilii, Valdonii, Maronii, & Petri de Bovis, & Enrici Toloſani.

*I*n 1150. Roggerius Rex Siciliæ victis Græcis, venit Italiam, ubi portavit artifices, & artificium laborandi ſericum. Circa hunc annum Dominicus Moroſini fuit Dux Venetiæ.

In 1152. Conradus Tertius mortuus eſt, & illi ſucceſſit Federicus Barbaroſſa Ducem Sveviæ, & ſuus nepos ex fratre.

In 1153. fuit beata mors *S*. Bernardi Abbatis. Hoc anno Baldoinus Tertius recuperavit Aſcalonem.

In 1154. Stefanus I. Rex Angliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Enricus II. ſuus major filius. Hoc anno etiam Rex Siciliæ Roggerius mortuus eſt, & illi ſucceſſit in *R*egno Gulielmus ſuus filius dictus crudelis, & impius. Hoc anno

etiam Federicus Barbaroſſa confirmatus ab Electoribus in Cæſarem, venit Italiam.

In 1155. Gulielmus Rex Siciliæ, quia occupaverat Beneventum, & alias terras Eccleſiæ, fuit excommunicatus à Pontifice. Hoc etiam anno Federicus Romam veniens, ibi fuit coronatus ab Adriano IV. & Germaniam rediens, occurritur à Spoletanis, ſed ſine effectu.

In 1157. incæpit hæreſis Vvaldendrium ab Uvaldo à Lione. Hoc anno Garzias IV. Rex Navarræ, dum venaret à ſuo æquo, cui inſedebat, occiſus eſt; & ſucceſſit Sancius IV. ſuus filius major. In Italia viſi ſunt duo Soles, & duę Lunę. Siciliæ omnes fontes exiccati ſunt.

In 1160. Federicus congregavit Conciliabolum, in quo declaratum eſt Alexandrum verum Papam non eſſe, & Ottavianum Antipapam debere ſedere in Cathedra Petri. Hoc anno Petrus Fernandez inſtituit contra Moros Ordinem Equitum S. Jacobi. Hoc anno Enricus I. Rex Svetię mortuus eſt, & illi ſucceſſit Carolus ſuus primogenitus, & Enricus Tertius Rex Daniæ, & illi ſucceſſit Valdemarus.

In 1161. Beatus Joannes Zirrita inſtituit Ordinem Equitum Aviſi. Eodem anno Gulielmus Rex Siciliæ legem ſtatuit, ut ſi quis inveniret Theſaurum, teneretur dare illum Regi.

In 1162. Geiſa II. Rex Ungariæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Stephanus III. ſuus major filius.

In 1163. Alexander III. canonizavit S. Eduardum Regem Angliæ. Hoc anno clauſit ſuos dies Baldoinus III. Rex Hyeruſalem, & illi ſucceſſit Almericus ſuus germanus.

In 1164. Idem Pontifex Canonizavit S. Bernardum Abatem.

In 1165. mortuus eſt Antipapa Ottavianus, & Federicus Barbaroſſa creavit alium Antipapam dictum Paſchalem, qui in anno 1167. Romæ illum coronavit Imperatorem, cum ſua uxore Beatrice.

In 1166. Gulielmus Rex Siciliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Gulielmus II. ſuus filius annorum duodecim, dictus bonus.

In 1167. Ordo Æquitum Alæ hoc anno incepit.

In 1168. Federicus Barbaroſſa eſt excommunicatus à Papa uti uſurpator rerum Eccleſiæ. Hoc anno Itali cum confederatis, cum Pontifice Alexandro ædificaverunt Civitatem Alexandriæ à Palea, quæ fuit Patria B. Pij V.

In 1169. Civitas Cataniæ combuſta, & deſtructa eſt ab igne erumpente à ſuo Monte Etna, & ibi interierunt quindecim millia animæ; & poſtea in alio loco reedificata eſt.

In 1171. S. Thomas Cantuarienſis martyrium ſubijt pro defendenda libertate Eccleſiæ. Hoc anno mortuus eſt Antipapa Paſchalis, & Impius Federicus creavit alium ſcilicet Joannem Stromenſem.

In 1172. Alexander III. ritè canonizavit S. Thomam Cantuarienſem.

In 1173. Viſi ſunt tres Soles, & tres Lunæ. In [illegible]

remotu corruerunt, & in Soria duodecim Civitates.

In 1174. Impius Federicus, cum Rege Boemiæ incendit multas Civitates Italiæ, quia adherebant vero Pontifice Alexandro; cui Rex Siciliç Gulielmus II. miſit multas pecunias. Hoc anno dictus Rex Siciliæ ædificavit Eccleſiam, & Monaſterium in Monreale. Hoc etiam anno mortuus eſt Valdemarus Rex Daniæ, & illi ſucceſſit Canutus IV.

In 1176. Raimundus Rex Aragoniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Petrus II. ſuus primogenitus. Hoc anno captus eſt à Venetis Otho filius Federici Imperatoris, qui, ut illum recuperaret, fecit pacem cum Pontifice, & Veneti habuerunt multa privilegia à dicto Pontifice. Hoc etiam anno Alphonſus Rex Caſtiliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Sancius III. ſuus frater, qui cum B. Raimundo Abbate Cirſterciense fundavit Ordinem Equitum Calatravæ. Hoc quoque anno Boleslaus IV. Rex Poloniç mortuus eſt, & illi ſucceſſit Micislaus II. Hoc quoque anno nata eſt Galliæ hçreſim Albigenſium.

In 1177. Federicus fecit pacem, cum Pontifice. Hoc anno Almericus mortuus eſt, & illi ſucceſſit in Regno Hyeruſalem Baldoinus IV. ſuus filius dictus Leproſus, ac etiam Sancius III. Rex Caſtiliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus IX. ſuus filius.

In 1178. Romani dederunt Pontifici Alexandro Regiam poteſtatem ſupra Romam; & Senatus illi juravit fidelitatem, & reſtitutæ ſunt illi omnia quæ erant Eccleſiæ.

In 1179. Pontifex *A*lexander conceſſit *A*lphonſo Luſitaniæ coronam, & titulum Regis, ob victorias in Saracenos, & Moros. Hoc anno Micislaus II. Rex *P*oloniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Caſimirus II.

In 1180. Emanuel Imperator Orientis mortuus eſt, & illi ſucceſſit Aexius II. ſuus filius. Hoc anno floruit Petrus Lombardus magiſter Sententiarum dictus Archiepiſcopus Pariſienſis. Hoc quoque anno natus eſt B. *P*ater Dominicus Fundator Ordinis Prædicatorum.

In 1181. Alexander III. Ritè canonizavit S. Galganum Eremitam, & poſtea clauſit ſuos dies.

In 1182. Natus eſt S. Franciſcus Fundator Ordinis Seraphici.

In 1183. Civitas *A*ntiochiæ, Tripolis, & Damaſci à terremotu ruerunt, ac etiam Civitas Conſtantiæ in Sicilia ubi mortui ſunt vigintimillia animæ hominum. In eadem Inſula flumen reverſus occidit quinque millia homines; & per totam Italiam fuit validiſſima tempeſtas, cum damno hominum, jumentorum, & arborum. In hoc anno Lucius III. Pontifex ritè canonizavit S. Brunonem Calſianenſem Epiſcopum Segni. Hoc etiam anno mortuus eſt Baldoinus IV. Rex Hyeruſalem dictus leproſus, & illi ſucceſſit Baldoinus V. ſuus nepos ex ſorore. Hoc quoque anno *A*lexius Imperator in Conſtantinopoli fuit de nocte occiſus à ſuo cuſtode Andronico. Hoc etiam anno Romani ſe debellarunt à *P*ontifice Lucio, qui aufugit, ſed Pontifex cum auxilio Enrici II, Regis Angliæ debellavit Romanos.

In...

Digitized by Google

In 1185. Alphonſus I. Rex Luſitaniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Sancius ſuus filius. Eodem anno Andronicus qui ſibi uſurpaverat Imperium Orientis occiſus eſt crudeliter à populis, & acclamatus eſt Imperator Iſacius Angelus.

In 1187. Hyeruſalem capta eſt à Saladino *R*ege Saracenorum Babiloniæ,& Egipti, cum occiſione Chriſtianorum.

In 1188. Clemens III. Ritè canonizavit S. Othonem Epiſcopum Bambergenſem.

In 1189. *C*anutus *R*ex Daniæ, & Gulielmus *II.* Rex Siciliæ dum ſe præpararent ad terram ſanctam recuperandam mortui ſunt. Et Enricus II. Rex Angliæ occiſus eſt, & ſucceſſit Riccardus ſuus filius.Eodem anno Regnum Siciliæ, & Neapolis daſum eſt de conſenſu *P*apæ Tancredi filio naturali Roggerij ſecundum teſtamentum Regis.

In 1190. Philippus II. *R*ex Galliæ; cum ſuis navibus appulit Meſſanam, ubi etiam *R*iccardus Rex *A*ngliæ. Hoc anno Federicus I. Imperator poſt multos labores vicit Soldanum Iconij in Soria, & dum tranſiret flumem, ab aquis ſuffocatus eſt, & Conradus ſuus filius congregato exercitu jam diſperſo, tandem etiam in Soria clauſit ſuos dies.

In 1191. Celeſtinus III. Canonizavit S.Ladislaum Regem Ungariæ, & coronavit *I*mperatorem Occidentis Enricum *VII.* filium *Federici Barbaroſſa*. Hoc anno Stephanus III. *R*ex Ungariæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Emericus I. ſuus maior filius. Et Udislaus Rex Boemiæ etiam mortuus eſt, & illi ſucceſſit Gombeslaus ſuus filius.

In 1192. Dictus Papa canonizavit S. Ubaldum Epiſcopum Ugubij. Excommunicavit Leopoldum Ducem *A*uſtriæ, Imperatorem Enricum *VII.* & *R*egem Svevorum; quia carceraverunt *R*egem Riccardum *A*ngliæ, & ſcriptis omnibus *P*rincipibus Chriſtianis in auxilium recuperationis Terræ Sanctæ. Hoc anno mortuus eſt Tancredi Rex *S*iciliæ, & illi ſucceſſit Roggerius I*I*. ſuus filius.

In 1193. Enricus VII. cum exercitu venit *S*iciliam, & capto Roggerio Panormum, eruit illi oculos, & amputavit teſticulos,& poſtea illum miſit Germaniam. Hoc anno etiam ipſe Enricus liberavit Riccardum è carcere; medio argento.

In 1194. Sancius IV. *R*ex Navarræ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Sancius V. ſuus filius dictus Fortis.

In 1195. Saladinus *R*ex Saracenorum mortuus eſt, & antequam obiret juſſit, ut unus ſumpta Sindone,in qua ſuum corpus erat ſepeliendum,voce præconis clamaret per plateas, & vicos Damaſci. *R*ex *S*aladinus omnia relinquit in hoc mundo, & ſolum defert hanc *S*indonem. Hoc anno Iſacius Angelus Imperator Orientis fuit Imperio privatus,orbatus oculis,& in carcerem miſſus ab Alexio ſuo fratre.

In 1196. Boleslaus Rex fuit occiſus à Baronibus Regni, & illi ſucceſſit in *R*egno Boemiæ Federicus ſuus primogenitus. Hoc etiam anno Caſimirus II.

Rex

Digitized by Google

*R*ex *P*oloniæ mortuus eſt, & *R*egnum reliquit Laſco I. ſuo filio de conſenſu Electorum.

In 1197. In Soria viſi ſunt in aere tres Cruces magnę, & unus Crucifixus. Multę Civitates Breſcię, Genuæ, & Lodi dirute ſunt à Terremotu. Hoc anno Enricus VII. Meſſanæ obijt.

In 1198. Celeſtinus III. ritè canonizavit S. Homobonum à Cremona. Hoc nno Electores Germaniæ alij elegerunt in Imperatorem Filippum Ducem Svevię fratrem *I*mperatoris Enrici jam defuncti; alij vero Othonem Ducem Saſſoniæ. Hoc quoque anno Federicus Rex Boemiæ obijt, & illi ſucceſſit Conradus frater.

In 1199. Joannes de Matha, & Felix Anacoreta inſtituerunt Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ob *R*edemptionem captivorum in manus Infedelium. Hoc quoque anno Riccardus *R*ex Angliæ dum bellaret contra Philippum II. Regem; Galliæ ſagitta eſt occiſus, & illi ſucceſſit in *R*egno Joannem ſuum fratrem.

XIII. SECULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*		
1216	*H*onorius III. *R*omanus	Ann. 10.	m. 8.	
1227	Gregorius IX. Anagninus	14.	m. 5.	d. 3.
1241	Celeſtinus *I*V, Mediolanen.			d. 17.
1243	*I*nnocentius *I*V. Genuenſis	11.	m. 5.	d. 20.
1254	*A*lexander *IV*. Romanus	6.	m. 5.	
1261	Urbanus I*V*. Gallus	3.	m. 1.	d. 4.
1265	Clemens *IV*. *G*allus	3.	m. 9.	d. 25.
1271	Gregorius *X*. Placentinus	4.	m. 4.	d. 10.
1276	Innocent. *V*. Burg. Ord. Præ.		m. 5.	d. 2.
1276	Adrianus *V*. Genuenſis.		m. 1.	d. 7.
1276	*J*oannes XI*X*. *L*uſitanus		m. 8.	d. 8.
1277	*N*icolaus *III*. Romanus.	2.	m. 8.	d. 29.
1281	Martinus IV-*G*allus	4.	m. 2.	d. 7.
1285	Honorius *I*V. *R*omanus	2.	m. 0.	d. 2.
1288	*N*icolaus *IV*. *A*ſcolanus	4.	m. 1.	d. 14.
1294	Celeſtinus *V* Eſurienſis		m. 5.	d. 7.
1294	*B*onifacius *V*I*I*. *A*nagninus	8.	m. 9.	d. 28.

In hoc ſeculo tertiodecimo anno 1200. *I*nnocentius Tertius inſtituit Romę Ordinem Clericorum hoſpitum S. Spiritus in Saſſia. *P*hilippus, & Otho Impe-

ra-

Digitized by Google

illi ſucceſſit Enricus Primus ſuus filius, mortuus quoque eſt hoc anno Guliel. mus Rex Scotiæ poſtquam regnaſſet annis quinquaginta, & Regnum reliquit Alexandro ſuo filio.

In 1215. Fuit inſtitutum ordinem S. Pauli Eremitæ.

In 1216. Papa Honorius Tertius confirmavit ordinem S. Patris Dominici, prius approbatum ab Innocentio Tertio, qui etiam poſtea confirmavit ordinē S. Patris Franciſci. Hoc anno Enricus Imperator Orientis mortuus eſt, & Imperium reliquit Petro Antiſiodorenſi, qui anno ſequenti Romæ cum Uiolante ſua uxore coronatus eſt ab Honorio Tertio.

In 1218. Mortuus eſt Alphonſus Rex Leonis, & illi ſucceſſit B, Ferdinandus qui factus eſt Rex Leonis, & Caſtiliæ. Hoc anno S. Petrus Nolaſcus, S. Raymundus de Peniafort. & Iacobus Primus Rex Aragoniæ inſtituerunt ordinem S. Mariæ à Mercede, Redemptionis Captivorum. Hoc quoque anno Gulielmus Angelus magiſter Gymnaſii inſtituit Ordinem dictum à Valle diſcipulorū. Hoc anno Almericus Secundus Rex Hyeruſalem clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Ioannes à Brenna. Hoc etiam anno deceſſit è vita Enricus Secundus Rex Suetiæ, & illi ſucceſſit Inaannes Primus ſuus major filius

In 1219. Federicus II. coronatus eſt ab Honorio III. Romę.

In 1220. S. Angelus Carmelita, dum Siciliæ prędicaret, martyrium recepit ab uno peccatore. Hoc anno Rex Daniæ Enricus IV. clauſit ſuos dies, & ſucceſſit Valdemarus II.

In 1221. Petrus Antiſiodorenſis Imperator Conſtantinopolis occiſus eſt à Theodoro Laſcari in Bitinia, & ſucceſſit in Imperio Rupertus ſuus filius. Hoc anno fuit Sancta mors S. Patris Dominici Fundatoris Ordinis Prędicatorum, & S. Brocardi Carmelitę.

In 1222. Theodorus Laſcari Imperator Trabiſondę mortuus eſt, & imperium reliquit Ioanni Duci ſuo affini. Hoc anno fuit beata mors B. Ioanni Patriarcha Hyeruſalem. Hoc quoque anno mortuus eſt Ioannes I. Rex Svetiæ, & illi ſucceſſit Henricus III. ſuus major filius.

In 1223. Philippus II. Rex Franciæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ludovicus ſuus filius. Hoc anno Honorius III. confirmavit Ordinem Seraphicum S. Franciſci. In Gallia Ciſalpina pluit parietes; & Italia afflicta eſt à terremotu.

In 1224. Federicus II. Imperator, & Rex Siciliæ duxit ſecundam uxorem Ioannam, filiam Ioannis Brennæ Rex Hyeruſalem, & dotis nomine dedit illi titulum Regis Hyeruſalem, [& hoc Reges Sicilię habent titulum Regis Hyeruſalem]. Idem Federicus miſit Saracenos, qui erant Siciliæ in Civitatem Noceræ in Regno Neapolis; (& ideo Nocera appellatur Nocera Paganorum). Hoc anno fuit beata mors S. Cirilli Carmelitæ.

In 1225. incepit hæreſim Gilberti philoſophi.

In 1226. Honorius III. ritè canonizavit S. Laurentium Epiſcopum Dublenſem. Hoc quoque anno fuit ſancta mors S. Franciſci de Aſſiſio, & floruit in ſanctitate S. Clara ſui Ordinis. Hoc quoque anno apparuit B. Virgo Maria

Xxx Ho-

Digitized by Google

Honorio *III.* & illi juſſit quod confirmaret Ordinem Carmelitanorum, quod ipſe fecit. Hoc quoque anno *Ludovicus* VIII. Rex Galliæ clauſit ſuos dies poſtquam extirpaſſet hereticos Albigenſes, & illi ſucceſſit S. Ludovicus *IX.* ſuus filius, tunc annorum duodecim, ſub cura Reginę Blanchæ. Hoc ſequenti anno Honorius *III.* ritè canonizavit Sanctum Ugonem Burgundum Ordinis Carthuſianorum; & Epiſcopum *Liconienſem.*

In 1228. Gregorius IX. excommunicavit Federicum II. quia nolebat ire in auxilium Chriſtianorum Terræ Sanctæ. Hoc anno à Gregorio *IX.* *S.*Franciſcus de Aſſiſio canonizatus eſt. Hoc quoque anno *R*ex Poloniæ Laſcus I. mortuus eſt, & de conſilio Electorum reliquit Regnum ſuo parvulo filio Boleslao V. Hoc itidem anno Rupertus mperator Conſtantinopolis dolore mortuus eſt, in Achaja, relinquens mperium Baldoino II. ſuo filio. In Italia fuit ita frigus vehemens, ut homines morerentur à frigore, & glacie.

In 1229. In Italia fuit peſtilentia horribilis. Bononiæ unus mons receſſit à loco ubi erat, & occidit innumerabiles animas. Friggia fuit quaſi tota à mare ſubmerſa, & interierunt infiniti homines. *I*n Anglia Sol obſcuratus eſt in meridie. Hoc anno S. Ludovicus debellavit hæreticos Albigenſes quibus favebat Comes Toloſæ. Hoc anno floruit in ſanctitate S. Blaſius Epiſcopus Cremonenſis.

In 1230. Federicus Imperator obtinuit abſolutionem à Pontifice. Hoc quoque anno fuit beata mors S. Antonij de Padua Ordinis Seraphici. Hoc etiam anno fuit Dux Venetiæ Iacobus Thiepoldus.

In 1231. Gregorius IX. ritè canonizavit *S.*Antonium de *P*adua, & fuit beata mors S. Eliſabeth filiæ Andreæ Regis Ungarię, & uxoris Langravij Principis Aliæ, & Thuringiæ. Hoc anno principium habuit Ordinem Canonicorum Regularium *S.* Marci de Mantova.

In 1232. B. Silveſter Goſolinius inſtituit Ordinem Silveſtrinorum ſub *R*egula S. Benedicti.

In 1233. Beatus Philippus Florentinus, cum alijs ſex ſocijs inſtituit Ordinem Servorum B. Marię, & Valentiæ à Iacobo Aragoniæ Rege inſtitutus eſt Ordo Equitum à Monteſia.

In 1234. Gregorius *IX.* ritè canonizavit S. Dominicum. Hoc anno Sancius Rex Navarrę mortuus eſt, relinquens Regnum Theodaldo II. Gallo ſuo nepoti. Hoc etiam anno Federicus II. domavit Meſſanenſes rebelles. Hoc quoque anno in Anglia apparuit grandis Cometa, & per aerem viſę ſunt diſcurrentes humanæ figuræ.

In 1235. Gregorius IX. ritè canonizavit S. Eliſabeth filiam Regis Ungariæ Ordinis Seraphici.

In 1236. Andreas II. Rex Ungarię mortuus eſt in Soria, ubi pro ſua devotione petijt, & ſucceſſit illi Bela III. ſ us major filius. In hoc anno à Iacobo Rege Aragoniæ fuit inſtitutus contra Moros Ordo Equitum à mercede.

In 1237. Federicus I*I*. ſpoliavit Eccleſias Siciliæ pro odio Guelforum, & Pontificis.

In

Digitized by Google

In 1238, incepit hæreſim Chatarorum, Paſſaginorum Ioſephinorum, Arnoldiſtorum, & Speroniſtorum.

In 1240. Floruerunt B. Albertus Magnus Ordinis Prædicatorum Alexander de Ales, & Vincentius Hiſtoricus. Hoc quoque anno fuit beata mors S. Raimundi Nonnati.

In 1244. Federicus II. tentabat carcerare Pontificem Innocentium IV. ſed Pontifex ſe recepit in Galliam, ubi receptus eſt à S. Ludovico.

In 1245. Imperator Federicus eſt in Concilio privatus Imperio, & denuo excommunicatus eſt à Papa; & fuit electus Enricus Lantgravius Dux Aſſiæ, & Turingiæ. In eodem Concilio Cardinales inſigniti ſunt pileo rubro. In hoc anno Pontifex miſit Prædicatores ad Tartaros, qui converterunt multas gentes ad fidem, & metus eorum recepit baptiſmum.

In 1247. Enricus Lantgravius jam electus Imperator mortuus eſt, & Electores Germaniæ elegerūt in Imperatorem Gulielmum Comitem Olandæ. Hoc quoque anno Primiſlaus Rex Boemiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Vuinceslaus ſuus filius.

In 1248. Innocentius IV. ritè canonizavit S. Edimundum Archiepiſcopum Cantuariæ. In hoc anno Sancius II. Rex Luſitaniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus II. ſuus frater; etiam obijt hoc anno Vuinceslaus Rex Boemiæ, & illi ſucceſſit Ottocarus ſuus filius major.

In 1249. S. Ludovicus Rex Galliæ, cum alijs occupavit Civitatem Damiatæ in Soria; ſed S. Ludovicus captus à Saracenis eſt.

In 1250. S. Ludovicus reſtituens Damiatam Saracenis liberatus eſt. Hoc anno Federicus II. excommunicatus infeliciter clauſit ſuos dies, & Conradus ſuus filius Rex Sveviæ adhuc occupavit multas Civitates Germaniæ, & Siciliæ, & Italiæ, & præliavit cum Imperatore Gulielmo, à quò victus Neapolim petit ad aſſediandam Civitatem. Hoc anno Enricus III. Rex Svetiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Valdematus ſuus filius. Hoc quoque anno clauſit ſuos dies Rex Daniæ Valdemarus II. & ſucceſſit Abel ſuus filius.

In 1251. S. Simeon Sthocus recepit a B. Virgine Scapulare ſui Ordinis. Hoc anno Marinus Moroſinus fuit Dux Venetiæ.

In 1252. S. Petrus Martyr Ordinis Prædicatorum; dum ſanctæ Inquiſitionis munus gereret, illum Como, Mediolanum, redeuntem, impius Sicarius ſemel atque iterumin capite gladio vulneravit; & iterum latera Mucrone transverberatus migravit ad martyrij palmam, in Cœlum. Hoc itidem anno fuit beata mors S. Claræ Virginis Ordinis S. Franciſci; & Regina Blancha Mater S. Ludovici Regis clauſit ſuos dies, dum ipſe erat in Oriente ad fideles recuperandos. Hoc etiam anno Conradus filius Federici II. Imperatoris debellavit Neapolim, & deſtruxit ejus Mœnia. Hoc quoque anno Ottocarus Rex Boemiæ vicit Pruſſios, & illos baptizare fecit.

In 1253. Papa Innocentius IV. ritè canonizavit S. Petrum Martyrem Ordinis Prædicatorum, & S. Gulielmum Epiſcopum Brioceuſem à minori Brit-

Digitized by Google

In 1267. Laurentius Thiepoldus fuit Dux Venetiæ. Hoc anno Papa Clemens Quartus ritè canonizavit S. Eudigem.

In 1268. Conradinus Rex Sveviæ decapitatus eſt à Carolo de Angiò in Neapoli in platea Mercati. Et in anno ſequenti Eliſabeth Regina Sveviæ mater Corradini petivit Neapolim de licentia Caroli Regis, ubi honorificè ſepelivit corpus filii Corradini in Eccleſia S. Mariæ de Carmelo, & ubi decollatus eſt illi tumulum erexit.

In 1270. S. Lodovicus cum clades, ac damna Terræ Sanctæ ferre non valens iterum transmiſiſſet, bellum Saracenis illaturus, & iam caſtra in coſpectu ipſorum poſuiſſet peſtilentia ictus, divinis Sacramentis ritè perceptis, ſanctiſſimè deceſſit; Eius corpus pòſtea Pariſios translatum eſt: quod in celebri S. Dioniſii Templo colitur. In eodem bello etiam deceſſit Theobaldus II. Rex Navarræ, & Navarrenſes elegerunt in eorum Regem Enricum Hiſpaniæ. Galliæ autem ſucceſſit Rex Philippus filius S. Ludovici IX. dictus Audax.

In 1273. Electores Germaniæ elegernnt in Imperatorum Ridulphum Comitem Alſatiæ, & fuit coronatus in Gallia. Hoc anno Civitas Mediolani fuit à Terremotu vexata.

in 1274. Fuit beata mors S. Thomæ Aquinatis Ordinis Prædicatorum, & S. Bonaventuræ Ordinis Seraphici: Hoc etiam anno Bela Tertius Rex Vngariç mortuus eſt, & illi ſucceſſit Stephanus Quartus ſuus maior filius, hoc quoque anno S. Petrus Moronus fundavit Ordinem Celeſtinorum.

In 1276. Iacobus I. Rex Aragoniç poſtquam regnaſſet 63. annis clauſit glorioſè ſuos dies, & illi ſucceſſit Petrus Tertius ſuus primogenitus, ac etiam mortuus eſt Stephanus Quartus Rex Ungariæ, & illi ſucceſſit Ladislaus Secundus ſuus maior filius.

In 1277. Vualdemarus Rex Svetiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Magnus ſuus major filius.

In 1278. Iacobus Contarini fuit Dux Venetiæ. Hoc anno mortuus eſt Alphonſus Tertius Rex Luſitaniæ, & illi ſucceſſit Dionyſius ſuus filius.

In 1280. Nicolaus Tertius abſtulit à Carolo Rege Neapolis, & Siciliæ Vicariatum Galliç Ciſalpinæ, & dignitatem Senatoriam Romanam; hoc anno Boleslaus Quintus Rex Poloniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Laſcus Secundus ſuus filius. In hoc quoque anno fuit beata mors B. Alberti Magni Ordinis Prædicatorum Archiepiſcopi Ratisbonenſis; & floruit B. Reginaldus Ordinis Prædicatorum.

In 1281. Martinus Quartus Gallus iterum conceſſit Carolo de Valois Regi dignitatem Senatoriam Romanam.

In 1282. Siculi in die Reſurrectionis Domini die 30. Martii occiderunt omnes Gallos, qui erant in dicta Inſula à primo uſque ad ultimum propter eorũ inhoneſtatem numero 22. millia, ad horam veſpertinam, & ſic dictus eſt Veſper Sicilianus. Hoc anno Ridulphus Imperator conceſſit Alberto ſuo filio Comite Aſpurgi Archiducatum Auſtriç.

In

Digitized by Google

In 1283. Michael Paloelogus Orientis Imperator mortuus eſt, & illi ſucceſ-
ſit Andronicus Paleologus ſuus filius, qui eum ſepelire fecit ſpoliatus veſtibus imperialibus in arena, nõ alia ratione niſi quia Eccleſiam latinam amabat. Hoc anno fuit peſtilentia in tota Europa, & in Anglia pluit ſanguis. In Mediolano natus eſt puer cum pilis & unguibus Vrſi. In Germania natus eſt Puer cum duplici capite, & alius cum quatuor brachiis, & cum duplici capite. In Regno Neapolis natus eſt puer cum pedibus, & manibus Vrſi. Et in mari captus eſt monſtrum marinum, & in arena veniens dabat gemitus, & ululatus, & locutus eſt voce humana; unde ductus eſt in Orvieto ad Martinum Papam.

In 1284. Alphonſus X. Rex Caſtiliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Sancius IV. ſuus Primogenitus.

In 1285. Carolus de Angio dum cogitat recuperare Sicilliam iam occupatam à Rege Petro Aragoniæ, ſolvit tributum humanæ fragilitati, & reliquit heredem ſui Regni Carolum ſuum filium; hoc quoque anno Petrus Rex Aragoniæ occiſus eſt à Philippo Rege Galliæ, & antequam decederet teſtavit Alphonſo II. ſuo Primogenito Regnum Aragoniæ, & Sardiniæ: & Iacobo ſecundogenito Regnum Siciliæ. Hoc quoque anno Philippus Rex Galliæ peſtilentia mortuus eſt Perpignano, & Regnum reliquit Philippo Bello ſuo primogenito. Hoc etiam anno inſtitutus eſt Ordo S. Mariæ Servorum à Mercatoribus Florentinis, et etiam Ordo S. Mariæ de Monte Carmelo, inſtitutus ab Alberto Patriarcha Hyeroſolimitano. Hoc itidem anno Maguntiæ una puella abſtinuit à cibo per tres annos. & Florentia fuit quaſi deſtructa ab aqua, & igne.

In 1286. Clauſit ſuos dies Ladiſlaus II. Rex Vngariæ, & illi ſucceſſit Andreas III. ſuus filius; & Enricus V. Rex Daniæ etiam mortuus eſt, & illi ſucceſſit Enricus VI. ſuus filius.

In 1287. Honorius IV. confirmavit ordinem S. Mariæ de Monte Carmelo.

In 1288. Petrus Grandenicus fuit Dux Venetiæ.

In 1289. Floruit in Doctrina Nicolaus de Lira Doctor Pariſienſis; & in Sanctitate S. Nicolaus de Tolentino: & S. Lodovicus Ordinis Seraphici, Epiſcopus Toloſæ, & filius Caroli Claudi.

In 1290. Laſcus II. Rex Poloniæ ultimavit ſuos dies, & ſucceſſit illi Primiſlaus ſuus filius cum conſenſu Electorum. Et etiam mortuus eſt Magnus I. Rex Svetiæ, & illi ſucceſſit Begerus ſuus filius.

In 1291. Omnes Chriſtiani expulſi ſunt à Soria, poſtquam dominium eorũ duraverat in Terra Sancta 192. annis. hoc anno Domus B. Virginis fuit ab Angelis aſportata à Nazareth in Dalmatiam. Hoc anno etiam Ridulphus Imperator mortuus eſt, in Civitate Spiræ, ſicuti etiam clauſit ſuos dies Sancius IV. Rex Caſtiliæ, & illi ſucceſſit Ferdinandus IV. ſuus filius parvulus.

In 1292. Primiſlaus Rex Poloniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Vladiſlaus IV. ſuus frater. Hoc anno Electores Germaniæ creaverunt Ceſarem Adulphum Comitem Naſſoviæ. Hoc anno etiam Carolus Claudus Rex Neapolis, & Iacobus Rex Siciliæ ſuſpenderunt arma per duos annos. Hoc quoqe anno floruit

in

in ſanctitate S. Claræ de Monte Falco. & circa hunc annum nata eſt hæreſis Corterellorum.

In 1294. Domus Beatæ Virginis iterum ab Angelis aſportata eſt in Marca Anconitana loco dicto Loreto, ubi ad preſens veneratur.

In 1295. Enricus Rex Navarræ abſque liberis mortuus eſt, & fuit Rex Ludovicus Vtinus filius Philippi Belli Regis Galliæ.

In 1296. Bonifacius VIII. ritè canonizavit S. Lodovicum *IX*. Regem Galliæ. Et Hoc anno nata eſt hæreſis Gerardi Sagarelli.

In 1297. Carolus Claudus Rex Neapolis cum Alphonſo I*I*. Rege Aragoniæ occupavit aliquas Terras in Sicilia, & iterum venerunt Galli in dicta *Inſula*. Hoc etiam anno Adulphus Ceſar Rex Germaniæ fuit ab *Imperio* depoſitus, & electus eſt Albertus *Dux* Auſtriæ filius Ridulphi *Imperatoris* iam mortui, qui anno ſequenti occidit Adulphum.

In 1298. Iacobus Rex Siciliæ, & Carolus Claudus Rex Neapolis fecerunt pacem; cum diviſione *Siciliæ*: & ſic Iacobus fuit ab excommunicatione abſolutus, & Siculi ab Interdicto; ſed poſtea Siculi videntes libidines Gallorum, iterum à dicta inſula eos ejecerunt.

In 1299, Iacobus Rex *Siciliæ* reliquit *Regnum* Siciliæ; unde Carolus Claudus occupavit Cataniam, & aſſediavit Meſſanam, ſed fruſtra, quia Siculi nolebant Gallos, & elegerunt Regem Federicum fratrem Iacobi Regis Siciliæ.

Anni Chriſti nati.	XIV. SECULUM.	*Anni quibus ſederunt.*		
1303	Benedictus *X* à Trevigio Ordin. Prædic.	Ann.	m. 8.	d. 6.
1305	Clemens V. *Gallus*	8.	m. *10*.	d. 15.
1316	*Joannes XX*. Gallus	18.	m. 3.	d. 28.
1334	*Benedictus XI*. Gallus	7.	m. 4	d. 6.
1342	Clemens *VI Gallus*	10.	m. 7.	
1352	Innocentius *VI*. *Gallus*.	9.	m. 8.	d. 26.
1362	Vrbanus *V*. Gallus.	8.	m. 2.	d. 24.
1370	*Gregorius* X*I*. *Gallus*	7.	m. 2.	d. 29.
1378	Urbanus *VI*. *Neapolitanus*	11.	m. 6.	d. 7.
1389	Bonifacius *IX*. Neapolitanus	14.	m. 11.	

In iſto quartodecimo *Seculo* anno 1300. Ottomanus fuit primus Imperator Turcharum. *Papa* Bonifacius VIII. inſtituit primum Jubilæum, ſeu Annum Sanctum; [ex hoc quia Chriſtianis ob Indulgentias lucrandas prohibebantur pergere ad *S*. Sepulcrum, & Hyeruſalem, erat enim in dominium Turcharum).

rum], cum ordine illum celebrandi in utroque ſæculo. Et hic Pontifex dedit primam Purpuram Cardinalibus. Hoc anno Guido Gianvilianus inſtituit Ordinem S. Mariæ à charitate. Hoc quoque anno fuit beata mors S. Petri Moroni. In hoc quoque anno Meſſana Civitas Siciliæ dum aſſediaretur à Carolo Claudo Rege Neapolis fame peribat; ſed miraculosè fuit adiuta oratione S. Carmelitæ, qui tunc ibi morabatur. Hoc quoque anno Andreas III. Rex Ungariæ ſuos clauſit dies abſque liberis, & fuit interregnum duorum annorum. Quoque Alphonſus II. Rex Aragoniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Jacobus ſuus filius.

In 1301. Inquiſitores Papæ Bonifacij VII. in Civitate Ferraræ eruerunt corpus Armanni hæretici è ſepultura, & combuſſerunt oſſa in publica platea, & deſtruxerunt Altare ubi per ſpatium triginta annorum adorabatur, ut ſanctus à plebe dictæ Civitatis. Hoc anno Philippus Bello Rex Galliæ carceravit Epiſcopum Appiamenſem, & hortatu Papæ noluit pergere ad Terram Sanctam, & ſic inceperunt odia inter ipſum Regem, & Pontificem. Caſſanus Rex Tarturorum, & Perſię, & Dominus Saiæ multum amabat Chriſtianos; & baptizatus eſt cum multis Principibus Tartaris, & optabat deſtruere Maumettiſmum ſed morte prę ventus non potuit hoc perficere.

In 1302. Carolus Valeſius germanus Regis Galliæ, & Robertus Dux Calabriæ filius Caroli Claudi Regis Neapolis, cum ſuis militibus de conſenſu Papę optabant occupare Siciliam, ſed nil profecerunt. Hoc anno Philippus Rex Gallię excommunicatus eſt à Papa, quia impedivit Epiſcopos pergere ad Concilium intimatum à Pontifice. Hoc etiam anno Pontifex Bonifacius coronavit Federicum Regem Siciliæ faciendo Siciliam tributariam Eccleſiæ. Hoc quoque anno Ungari poſt duos annos interregni elegerunt Vueneeslaum II. Regem Boemiæ in eorum Regem.

In 1303. Udislaus IV. Rex Poloniæ mortuus eſt, & fuit electus Vuinceslaus Rex Boemię, & Ungariæ; qui conceſſit Boemiam Uladislao ſuo unico filio. Hoc anno nata eſt hęreſis Petri Ioannis, cujus ſequaces dicti ſunt Fraticelli.

In 1304. Benedictus X. Pontifex abſolvit Philippum Regem Gallię; & duos Cardinales Colonnenſes, & illis reſtituit eorum Terras, & bona, & ſolum per aliquod tempus privavit Pileo. Hoc anno Vuenceslaus Rex Ungariæ & Poloniæ mortuus eſt; Poloni autem elegerunt Vuadislaum II. Ungari vero non elegerunt Regem, niſi poſt quatuor annos.

In 1305. Clemens V. tranſtulit Cathedram in Galliâ, ubi etiam vocavit Cardinales, & omnem Curiam. Hoc etiam anno Papa conceſſit Sardiniam Federico Regi Sicilię, cum conditione, ut ex illa exularet Saracenos.

In 1306. Fuit beata mors S. Nicolai de Tolentino.

In 1307. Fuit beata mors S. Alberti Carmelitę, in qua Campanæ, ex ſeipſis ſonaverunt in Civitate Meſſanæ ubi mortuus eſt. Hoc anno Clemens V. inſtituit celebrari feſtum Conceptionis B. Mariæ Virginis per totam Eccleſiam uni-

Digitized by Google

univerſalem. Hoc quoque anno Ferdinandus III. Rex Caſtiliæ dum contra Moros bellaret inventus eſt mortuus in ſuo lecto, & illi ſucceſſit Alphonſus XI. ſuus major filius.

In 1308. Robertus Cæſar Rex Germaniæ, & Dux Auſtriæ fuit occiſus à Ioanne ſuo nepote. Hoc quoque anno Odoardus IV. Rex Angliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Odoardus V. ſuus primogenitus. Hoc etiam anno Ungari elegerunt Carolum Martellum in Regem.

In 1309. Germani Electores elegerunt Cęſarem, & Regem Romanorum Enricum IX. Ducem Lucemburgi. Hoc etiam anno Carolus Claudus Rex Neapolis clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Rupertus ſuus filius Dux Calabrię.

In 1311. Clemens V. ritè canonizavit S.Petrum Moronum, qui renunciavit Papatum; & poſtea ſanctè obijt. Hoc etiam anno Carolus de Valois ejecit è Calabria Federicum Regem Sicilię; & multi Saraceni qui habitabant in Nocera in Regno Neapolitano receperunt baptiſmum, & fidem Catholicam. Hoc quoque anno fuit Dux Venetiæ Marinus Gregorius.

In 1312. Enricus Cæſar à Legato Apoſtolico fuit coronatus Imperator Occidentis, & in anno ſequenti venenò mortuus eſt in Gallia Ciſalpina; & Veneti occupaverunt Dalmatiam denuò, quæ ab Ungaris erat occupata. Hoc anno 1312. Ioannes Soranzus fuit Dux Venetiæ.

In 1314 Electores Germaniæ alii elegerunt Cæſarem Ludovicum Ducem Bavariæ; & alii Federicum fratrem Leopoldi Arciducis Auſtriæ, qui tandem in bello vicit Federicum, & omnes illi adherentes.

In 1315. Philippus Bello Rex Galliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ludovicus X. dictus Utinus; ſuus filius. Fuit peſtilentia in Europa.

In 1316. Ioannes Papa XX. ritè canonizavit S.Ludovicum Epiſcopum Toloſanum Ordinis Minorum, & filium Caroli II. Regis Neapolis. Hoc anno Ludovicus Utinus Rex Galliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Philippus V. ſuus frater dictus Lungo. Hoc quoque anno floruerunt in ſanctitate S. Roccus, & S. Leopoldus, & in doctrina Durandus, & Aureolus. Hoc itidem anno in Mediolano viſæ ſunt multæ ſtatuę per aerem volare, & auditæ ſunt voces horribiles. In Italia viſus eſt ignis in aere ad modum Navis, & unus Equus Eneus ſemel atque ſemel nitriavit. In Conſtantinopoli viſæ ſunt tres Lunę, & tres Cometæ per tres menſes continuos.

In 1318. Dionyſius Rex Luſitaniæ inſtituit Ordinem Equitum Chriſti contra Moros.

In 1319. S.Bernardus Tholomeus Senæ principiavit Congregationem Montis Oliveti ſub Regula S. Benedicti. Hoc anno Ferrarienſes receſſerunt à Summo Pontifice. Hoc quoque anno Begerus Rex Svetiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Magnus II. ſuus primogenitus.

In 1320. Enricus Rex Daniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Chriſtopharus II.

In 1322. Philippus Longo Rex Gallię mortuus eſt abſque liberis, & illi ſucceſſit Carolus Bello ſuus germanus. Hoc quoque anno Civitas Venetiarum

Digitized by Google

ſubmerſa eſt ab aquis, Franciſcus Pandalo fuit Dux Venetię.

In 1323. Ioannes XX. ritè canonizavit S. Thomam de Aquino, quia, & illud à Pontifice tunc dictum ferunt, alijs opus non eſſe miraculis; tot enim ſanctum virum miracula feciſſe, quot ſcripſiſſet articulos. Idem etiam Pontifex canonizavit S. Thomam à Cantalupo Epiſcopum Erfordienſem. Hoc etiam anno Ludovicus Bavarus vicit, & ſuperatus in bello Federicum Auſtrię, cum mortalitate Auſtriacum, & Baronum Germanorum.

In 1324. Ludovicus Bavarus Cæſar fuit à Papa excommunicatus. Hoc etiã anno Dyoniſius Rex Luſitanię mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus IV. ſuus filius.

In 1325. Federicus Auſtriæ mortuus eſt; & Ludovicus unicus Cæſar petijt, ſed non obtinuit à Papa coronam Imperialem, unde fecit Antipapam Petrum Corbarienſem dictum Nicolaum V, à quo coronatus eſt à vero Pontifice Joanne XX.

In 1326. Othomanus Rex Turcharum mortuus eſt, & illi ſucceſſit Orcanus ſuus major filius, Sicuti etiam clauſit dies ſuos Odoardus Rex Angliæ, & illi ſucceſſit Odoardus VI, ſuus filius primogenitus; Et etiam Jacobus II. Rex Aragoniæ, & illi ſucceſſit Alphonſus IV. ſuus primogenitus.

In 1328. Carolus Bello Rex Franciæ mortuus eſt abſque liberis, & illi ſucceſit Philippus Valeſius.

In 1329. Rupertus Rex Scotiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit David ſuus filius,

In 1330. Antipapa Nicolaus renunciavit Papatum in manus veri Pontificis; & clauſit ſuos dies.

In 1331. Alphonſus III, Rex Aragoniæ mortuus eſt, & ſucceſſit Petrus IV. ſuus primogenitus.

In 1332. Andronicus Imperator clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Adronicus III. ſuus nepos. Hoc anno nata eſt hęreſis Diaatij, Gulielmi, Ermanni, & Almerici Pariſienſis.

In 1333. Chriſtopharus Rex Daniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Valdemarus III,

In 1335. Nata eſt hæreſis Durandi de Vualide contra Sacramenta, & Schalzorum in Italia contra honeſtatem.

In 1336. Fuit beata mors S. Eliſabeth Viduæ Dionyſii Regis Luſitaniæ. Hoc quoque anno Federicus Rex Siciliæ mortuus eſt, & illi in Regno ſucceſſit Petrus II,

In 1337. Udiſlaus V, Rex Poloniæ ultimavit ſuos dies, & fuit electus Caſimirus III, ſuus filius.

In 1339. Bartolomeus Grandenicus fuit Dux Venetiæ.

In 1340. Valdemarus III. Rex Danię clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Valdemarus IV.

In 1340. Andronicus Impeaatos Oriẽtis clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Paleo-

leologus ſuus filius parvulus ſub tutela Joannis Catecuzeni. Sic accidit Caroli Martelli Regis Ungariæ, & illi ſucceſſit Ludovicus ſuus filius. Sic quoque Petri II. Regis Siciliæ, & illi ſucceſſit Ludovicus ſuus filius. Hoc etiam anno Andreas Dandolus fuit Dux Venetiæ.

In 1343. Rupertus Rex Neapolis obijt, & Regnum reliquit Joannæ ſuæ filiæ uxoris Andræ filij Caroli Martelli Regis Ungariæ.

In 1345. Joanna Regina Neapolis ob ſuas libidines occidit Andream ſuum virum, & ſibi copulavit in matrimonium Ludovicum Principem Taranti.

In 1346. Clemens VI. Papa induxit Electores Germaniæ ad eligendum novum Imperatorem Carolum IV. Lucemburgenſem; filium Joannis Regis Boemiæ, ad frenandam ſuperbiam Ludovici Bavari Imperatoris. Hoc anno mortuus eſt in bello Joannes Rex Boemiæ, & illi ſucceſſit Carolus Cæſar ſuus filius.

In 1347. Ludovicus Rex Ungariæ ad vindictam mortis Andreæ ſui fratris jam Regis Neapolis, contra Joannam Reginam, ſe confederavit, cum Ludovico Rege Siciliæ. Hoc quoque anno Impius Ludovicus Bavarus Jmperator ex caſu à ſuo equo mortuus eſt; & ſic in Italia ceſſaverunt bella contra Eccleſiam.

In 1348. Clemens Papa VI. ritè canonizavit S. Juonem Præſbyterum Brittaniæ. Hoc anno Ludovicus venit, cum ſuo exercitu in Regno Neapolis, & Regina Joanna piæ timore fugit in Gallia, Regnum relinquens in manus Ludovici abſque ulla ſanguinis effuſione. Hoc anno fuit peſtilentia magna per diverſas partes mundi. In Hiſpania fuerunt terremotus.

In 1350. Clemens Papa VI. publicavit Jubileum reducendo ipſum in unoquoque anno quinquageſimo. Hoc anno Philippus VI. Rex Galliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit in Regno Galliæ Joannes ſuus filius major, & in Regno Navarræ Petrus ſuus filius minor. Hoc annò Joannes Rex Galliæ inſtituit Ordinem Equitum Stellæ; & Odoardus Rex Angliæ inſtituit Ordinem Equitum Cintorii, dicti etiam Graterii. Hoc quoque anno Alphonſus XI. Rex Caſtiliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Petrus ſuus filius primogenitus dictus Crudelis. Hoc anno Regina Joanna dedit Pontifici Civitatem Avignonis ob annualitates decurſas feudi Napolis; Unde Pontifex fecit quod Ludovicus illi reſtitueret Regnum Neapolis, ubi Regina Ioanna denuo rediit.

In 1352. Ludovicus Rex Siciliæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Federicus IIII. ſuus maior filius.

In 1354. Marinus Falerius fuit Dux Venetiæ. Fuit peſtilentia, & magna fames in Mediolano.

In 1355. Carolus Imperator coronatus eſt in Mediolano à Legatis Papæ; cum corona ferrea, & poſtea rediit Germaniam. Hoc anno Eduardus VI. Rex Angliæ ſolvit tributum humanæ fragilitati, & illi ſucceſſit Eduardus VII. Ioannes Bottinus fuit Dux Venetiæ.

In 1356. Ludòvicus à Taranto Rex Neapolis mortuus eſt; & Ioanna Regi-

Digitized by Google

na tranſit ad tertias nuptias, cum *Iacobo* Infante Maioricæ. Hoc etiam anno Alphonſus Rex Luſitaniæ mortuus eſt, & ſucceſſit Petrus ſuus filius.

In 1357. Orcanus Rex Turcarum obiit, & illi ſucceſſit Amorattus ſuus filius ſecundogenitus.

In 1361. fuit peſtilentia in Parma. In 1362. Laurentius Celſi fuit Dux Venetiæ.

In 1363. *M*agnus Secundus Rex Svetiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Albertus ſuus filius parvulus.

In 1364. Joannes Rex Galliæ mortuus eſt, & ſucceſſit Carolus VI. ſuus primogenitus.

In 1365. Marcus Cornarus fuit Dux Venetiæ. Hoc anno in Hiſpania incepit Religio S. Hieronymi ſub regula S. *A*uguſtini.

*In 1366. P*apa Urbanus coronavit Carolum IV. Imperatorem. Et S. Brigitta Princeps Niriciæ, & Svetię obtinuit confirmationem ſui Ordinis. Hoc etiã anno Federicus Tertius Rex Siciliæ mortuus eſt, & Regnum reliquit Mariæ ſuæ filiæ. Et Petrus I. Rex Caſtiliæ fuit à populis *R*egno privatus, & coronatus eſt *R*ex Enricus Secundus ſuus frater.

In 1367. *P*etrus *R*ex Luſitaniæ obiit, & ſucceſſit Ferdinandus ſuus filius. Hoc etiam anno Ioannes Columbinus inſtituit *S*enæ *R*eligionem Jeſuatarum. Una mulier in Civitate *C*aſtelli protulit in lucem puerum cum manibus Urſi. & in Arezzo nata eſt puella cum uberibus plenis lacte, & cum quinque dentibus, & fuit peſtilentia, & fames in Lombardia. Andreas Contarini fuit Dux Venetiæ.

In 1368. Regina *S*vetiæ fundavit pro hominibus, & mulieribus Ordinem S. Brigittę filiam Regis Daniæ.

In 1369. David Rex Scotię mortuus eſt, & ſucceſſit Rupertus ſuus filius.

In 1370. Caſimirus Tertius Rex Poloniæ mortuus eſt, & de conſenſu Electorum Regnum reliquit Ludovico Regi Ungariæ.

In 1371. fuit beata mors Gulielmi à Sancta Fide Carmelita.

In 1372. floruit S. Virgo Catharina *S*enenſi Ordinis S. Dominici.

In 1373. fuit beata mors S. Andreæ Corſini Carmelitæ Epiſcopi Feſulani.

In 1376. Valdemarus IV. Rex Daniæ mortuus eſt, & ſucceſſit Margarita ſua filia.

In 1377. Enricus Secundus Rex *C*aſtilię mortuus eſt, & ſucceſſit Joannes ſuus filius parvulus duorum annorum. Eodem anno Gregorius X*I*. excommunicavit Genuenſes, & Venetos, ut pacem facerent inter illos. Hoc anno etiam fuit beata mors S. Theodorici Alemanni *C*armelitæ.

In 1378. Urbanus VI. ritè canonizavit *S*. Catarinam Virginem filiam S: Birgittę de Svetia, Hoc etiam anno clauſit ſuos dies *C*arolus IV. *I*mperator Occidentis, & ſucceſſit *C*æſar Vvenceslaus ſuus filius parvulus prius electus. Eodem anno *R*egina Ioanna timens novum *P*ontificem, uti auſterum ob ſuas libidines, induxit aliquos Cardinales ex Gallia ad elegendum alium Antipapã,

& j m

& jam elegerunt *R*upertum, vocando illum *C*lementem V*II*. qui ſubitò creavit, *j*uſſu Reginæ, *L*eonardum Giffone *C*ardinalem; unde Urbanus VI. verus Papa privavit Ioannam Regno, & illam excommonicavit, ipſa verò adoptavit Ludovicum de *A*ngiò fratrem Caroli VI. Regis Galliæ, ut defenderet Antipapam.

In 1379.*C*arolus Zeno fuit Dux Venetię.

In 1380.*C*arolus VI.Rex Galliæ mortuus eſt, & ſucceſſit *C*arolus VII. ſuus filius parvulus ſub tutela Joannis *D*uce de Bordeos, & Philippi Audaci Duci Burgundiæ. Hoc quoque anno Urbanus V*I*. coronavit in Regem Neapolis Carolum Ducem Durazzi nepotem Ludovici Regis Ungariæ; & declaravit privatam *R*egno *I*oannam. Hoc etiam anno B.*P*etrus Gambacorta inſtituit in Urbino Religionem Eremitarum S.Hieronymi.

In 1381. Carolus *D*urazzo vicit Ioannam ſchiſmaticam, & adulteram, quæ etiam *j*ugulaverat ſuum ultimum virum, & illam etiam *j*ugulavit dictus Carolus.Hoc anno Ludovicus Rex Ungariæ,& *P*oloniæ clauſit ſuos dies abſque liberis, & Ungari elegerunt in eorum *R*eginam Mariam ſuam filiam; Poloni, verò per duos annos non elegerunt Regem.

In 1382.Michael Moreſini fuit per quatuor menſes *D*ux Venetiæ,& illi poſtea ſucceſſit Antonius Venierus.

In 1383.Ludovicus de Angiò venit Neapolim uti filius adoptivus Reginæ Ioannæ ad illum occupandum cum multo exercitu, ſed Carolus Durazzo inveленando aquas, illos vicit, & morti tradidit abſque ferro. Hoc anno Poloni elegerunt Adugiam filiam ſecundam Regis Ludovici jam defuncti, in eorum Reginam, qui ſe copulavit in matrimonio cum Gulielmo Duce *A*uſtrię, & Maria *R*egina Ungarię ſua ſoror copulavit ſe in matrimonio cum Sigisberto fratre Imperatoris Wenceslai.

In 1384 Ioannes Paleologus privatus eſt imperio ab Andronico ſuo filio. Et Ferdinandus Rex Luſitaniæ mortuus eſt abſque liberis, & electus eſt Ioannes frater naturalis ejuſdem Ferdinandi.

In 1385.*C*arolus Durazzo privatus eſt Regno Neapolis ab Urbano VI. & in anno ſequenti occiſus eſt in Ungaria; & per tres annos Neapolim non habuit Regem, ſed gubernabat Margarita Vidua Caroli.

In 1386.Maria Regina Sicilię conjuncta eſt in matrimonio cum Martino filio ſecundogenito Regis *P*etri Aragonię, cui Mariâ dedit Regni Coronam. Et Rex *P*etrus IV.Aragonię hoc anno mortuus, & ſucceſſit Ioannes ſuus primogenitus. Quoque hoc anno mortuus eſt *P*etrus Rex Navarræ, & illi ſucceſſit Carolus ſuus filius primogenitus.

In 1387. *A*ndronicus privatur imperio,& ſuccedit illi Emanuel ſuus frater.

In anno 1388 Rupertus Rex Scotię mortuus eſt, & illi ſucceſſit Rupertus Tertius ſuus major filius; & Ioannes Primus Rex Caſtiliæ finivit ſuos dies, & ſucceſſit Enricus Tertius ſuus frater.

In 1389. Urbanus VI.inſtituit *F*eſtum Viſitationis B.M.Virginis.

In

In 1390.Bonifacius IX.abſtulit à Romanis poteſtatem faciendi Magiſtratus; & ritè canonizavit S.Brigittam Viduam de Svetia, & dedit Regnum Neapolis Ladiſlao filio Caroli Durazzi, caſſando privationem factam dicti Regni ab Urbano contra dictum Carolum Durazzo; hoc autem intelligens Antipapa in Gallia coronavit Regem Neapolis Ludovicum Ducem Angiò. Hoc etiam anno Amurattus Rex Turcharum fuit occiſus, & regnavit Bajazettus ſuus filius.

In 1391.Ludovicus Dux Angiò occupavit Neapolim, & quaſi omnes Civitates ejuſdem Regni: ſed Ladiſlaus cum auxilio Papæ anno ſequenti illum ejecit, & Regnum recuperavit.

In 1394.Antipapa in Gallia clauſit ſuos dies, & falſi Cardinales creaverunt Antipapam dictum Benedictum.

In 1395.Joannes Rex Aragoniæ dum venaret, occiſus eſt, & ſucceſſit Martinus Rex Siciliæ ſuus frater; & ſic Regnum Siciliæ tranſivit in Regibus Aragoniæ. Hoc anno mortuus eſt Albertus Rex Svetiæ, & regnavit Margarità ſua uxor Regina Daniæ: ſed populi anno ſequenti elegerunt in Regem Svetiæ Enricum.

In 1399. Riccardus Secundus Rex Angliæ in carcere occiſus eſt à Duce Lincaſtri. Hoc anno nata eſt hæreſis Alborum in Piemonte.

XV. SÆCULUM.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*		
1404	Innocentius *VII.* Sulmonenſis	*Ann.* 2.	m.	d.21
1406	Gregorius *XII.* *V*enetus	8.	m. 7.	d. 6
1409	*Alexander V.* Cretenſis Ord. *S.*F.		m 10.	d. 8
1410	*Ioannes XX.* Neapolitanus	5	m.	d 15
1417	Martinus *V.* Colonna.	13.	m. 3.	d.13
1431	Eugenius *IV.* Venetus	15.	m. 11.	d.21
1447	Nicolaus *V* Lucanus	8.	m.	d 19
1455	Caliſtus *III.* Hiſpanus	3.	m. 4.	d.
1458	Pius *II.* Senenſis	5.	m 11.	d.24
1464	Paulus II Venetus	6.	m.10.	d.28
1471	Siſtus *IV.* *S*avonenſis Ord. *S.*Fr.	13.	m.	d. 5
1484	*I*nnocentius *VIII.* *G*enuenſis	7.	m.10.	d 28
1492	*A*lexander V*I.* Valentinus	11.	m.	d. 8

In ſæculo quintodecimo anno 1400. Michael Steno fuit Dux Venetiæ. Bonifacius IX. celebravit Iubileum, & *A*nnum Sanctum, & reduxit Molem *A*drianam in formam Caſtelli. Conceſſit Electoribus Germaniæ, ut privarent

imperio

imperio Vvenceſlaum Cæſarem, & ſic elegerunt Federicum IV. qui ſubitò mortuus eſt, & iterum elegerunt Rupertum Palatinum Reni. Eodem anno Angli elegerunt in eorum Regem Enricum Ducem Lincaſtri. Hoc quoque anno fuit beata mors Michaelis Bononienſis, dictus Incognitus.

In 1401. à Leone Cercate Mediolanenſi fundata fuit Congregatio Canonicorum Regularium de Friſconata. Hoc anno Bajazzettus Rex Turcharum vicit, & apprehendit in bello Tamerlanum Regem Tartarorum, & Perſarū, & illum incluſit in crate ferrea; & quando aſcendebat in equo, illum ei ſupponebat pro ſcabello.

In 1402. Sigiſmundus Rex Ungariæ fuit eiectus à Regno à Baronibus Regni, qui clamaverunt Ladiſlaum Regem Neapolis in Ungaria. Eodem anno Tamerlanus occiſus eſt à ſeipſo, non ſuſtinere volens ſuam miſeram vitam, & Iſazabel ſuus filius accepit dominium Regni; ſed ſtatim occiſus eſt à Solimano ſuo fratre maiore, qui accepit Regni Dominium. Hoc anno floruit in doctrina Ioannes Gerſone.

In 1403. Enricus Tertius Rex Caſtiliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ioannes Secundus ſuus nepos, & filius adoptivus.

In 1404. S. Laurentius Iuſtinianus Patriarcha Venetiæ inſtituit in dicta Civitate Religionem Clericorum Regularium S. Georgii de Alegrada. In Italia viſa eſt Cometa. In Mediolano fuit fames, & peſtilentia, & Civitas ob hoc derelicta eſt ab habitatoribus.

In 1465. Rodonus, & Gualterius in Monte Feſulano inſtituerunt Congregationem Mendicantium S. Hieronymi.

In 1408. Martinus Rex Aragoniæ, & Siciliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Martinus II. ſuus filius, qui poſt decem menſes clauſit ſuos dies, & fuit interregnum trium annorum. Neapoli natus eſt puer cum duplici capite, cum pedibus Cervi, & caudam Aſini. Fuit peſtilentia.

In 1409. Solimanus Rex Turcharum obiit, & ſucceſſit Muſa ſuus frater. Hoc anno Ludovicus Barbò Abbas Benedictinus principiavit reformationem Congregationis Montis Caſſini ſub titulo S. Iuſtinæ, & Romæ floruit S. Franciſca Romana fundatrix Oblatarum Monacharum. Alexander V. Hoc anno creatus Papa excommunicavit Ladiſlaum, & illum privavit Regno Neapolis, uti inimicus Eccleſiæ, & invitavit ad Regnum Neapolis Ludovicum de Angiò ex Regibus Galliæ.

In 1410. Rupertus Imperator mortuus eſt, & Electores creaverunt Sigiſmundum Regem Ungariæ. Hoc etiam anno Margarita Regina Daniæ adoptavit in filium Enricum Ducem Pomeraniæ cui dedit coronam Regni.

In 1411. Ferdinandus dictus Honeſtus avunculus Regis Caſtiliæ fuit creatus Rex Aragoniæ, & Caſtiliç poſt interregnum trium annorum. Hoc etiam anno Rupertus III. Rex Scotiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Rupertus IV. ſuus frater.

In 1413. Enricus IV. Rex Angliç clauſit ſuos dies, & ſucceſſit Enricus V. ſuus

ſuus major filius, etiam Muſa Rex Turcharum occiſus eſt à ſuo fratre Mahometto, qui accepit coronam Regni. Floruit hoc anno Thomas de Kempis Canonicus Regularis. Hoc quoque anno Ioannes XXII. *P*apa inſtituit feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis celebrandum; qui etiam condemnavit hæreſim Michaelis Ceſeni, & Gulielmi Ocha.

In 1414. Ladislaus Rex Neapolis mortuus eſt, & reliquit Regnum Ioannæ ſuæ ſorori (quæ non fuit minus impudica, quàm Ioanna I. *R*egina Neapolis), & copulavit ſe in matrimonio, cum Iacobo Borbone Comitæ Marcæ Anconæ.

In 1416. Ferdinandus Rex Aragoniæ, & *S*iciliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Alphonſus IV. dictus Magnus ſuus frater.

In 1417. Thomas Mocenigus fuit Dux Venetiæ.

*I*n 1418. Floruerunt in litteris ſacris Ioannes Turrecremata Cardinalis Alphonſus. Toſtatus Epiſcopus Abulenſis, Thomas valdenſis, Nicolaus Thedeſchi Archiepiſcopus Panormitanus, S. Bernardinus de Senis *S. L*aurentius Iuſtinianus Patriarcha Venetię S. Vincentius Ferrerius Valentinus S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, & alij.

In 1419. Vuenceslaus *R*ex Boemiæ mortuus eſt abſque liberis; & ſucceſſit Imperator Sigiſmundus ſuus frater. Hoc anno Paleologus *I*mperator Orientis mortuus eſt, & reliquit *I*mperium ſuo filio majori Ioanni V. In hoc etiam anno Regina Ioanna fugavit ſuum virum Iacobum Borbone, qui Galliam fugiens, ſpretis mundanis rebus ſe recepit in Ordinem Fratrum Minorum. Hoc quoque anno fuit beata mors S. Vincentij ferrerij Ordinis Prædicatorum.

*I*n 1420. Regina Neapolis Ioanna ob ſuas libidines fuit à Papa Martino V. *R*egno privata; & inveſtivit Ludovicum II. Ducem de Angiò, cum auxilio Franciſci Sforzę, qui erat ſub devotione Papæ. Hoc quoque anno *S*. Stanislaus fuit martyrio coronatus.

In 1421. Mahomettus Rex Turcharum mortuus eſt, & illi ſucceſſit Amuratte ſuus filius. Hoc anno Regina Ioanna timens arma Sfortiæ, & Angiò, adoptavit ſibi in filium Alphonſum IV. Regem Aragoniæ, & Siciliæ, ut ab eo auxiliaretur.

In 1422. Martinus Varga Monacus Ciſtercienſis inſtituit Congregationem Reformatorum Ciſtercenſium ſub titulo S. Bernardi; Et Lupus Olmedus Olivetanus inſtituit Congregationem S. *H*ieronymi ſub titulo S. Iſidori. Hoc anno Enricus V. Rex Angliæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Odoardus VIII. ſuus filius major; Et Carolus VII. Rex Galliæ etiam obijt, & illi ſucceſſit Enricus II. ſuus major filius. Necnon Rupertus III. Rex Scotiæ clauſit ſuos dies, & illi ſucceſſit Iacobus ſuus filius.

In 1423. Franciſcus Foſcari fuit Dux Venetiæ. Hoc anno Ioanna *R*egina Neapolis caſſavit adoptionem factam in perſona Alphonſi IV. Regis Aragoniæ; & fecit ſuum filium Adoptivum Ludovicum III. Ducem de Angiò.

In

Digitized by Google

In 1424. Ioannes Ziſca Dux, & caput Hæreticorum Taboritorum in Boemia, dum morti proximus eſſet ordinavit, quod ſua pelle formarent Timpanum, & illud ſonarent in bello contra Chatolicos, ut eos terrerent.

In 1426. Nata eſt in Boemia ſordida hæreſis Adamitorum à Piccardo Gallo, hi enim ibant nudati, & publicè utebantur mulieribus.

In 1427. Incepit in Boemia hæreſis Orfanorum à Ioanne Rochenſana, & Procopio Minore.

In 1429. in Germania nata eſt hæreſis Orbitariorum. Hoc anno in Cœlo viſi ſunt tres ſoles, & in Aſia pluit ſanguis. In Venetia aquæ canalium congelaverunt, & ſuper eas deambulabatur ſine periculo. Hoc etiam anno multæ Civitates à terremotu ruerunt.

In 1431. *Ludovicus* III. *Dux* Angiò habuit poſſeſſum Regni Neapolis à Regina Ioanna II.

In 1432. Sigiſmundus Imperator recepit à *Pontifice* Eugenio IV. coronam Imperii. Hoc anno Udislaus VI. *Rex Poloniæ* mortuus eſt, & illi ſucceſſit Udislaus VII. ſuus filius.

In 1433. Eugenius IV. confirmavit Congregationem S. Ambroſij.

In 1434. Ludovicus de *Angiò*, & Rex Neapolis mortuus eſt, ſicuti etiam *Regina* Ioanna II. & reliquit hæredem dicti *Regni Renatum* fratrem dicti Ludovici; & quia Renatus erat carceratus à Duce Burgundiæ, Iſabella ejus uxor venit Neapolim ad poſſeſſum capiendum. *Hoc* anno *Rex* Luſitaniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Enricus *II.* ſuus filius. Hoc etiam anno Tiberis inundavit, & ex corruptione animalium, & ſerpentum ab aquis delatarum ſucceſſit peſtilentia.

In 1435. Glorioſus S. Franciſcus de Paula in *Calabria* incepit ſuum Ordinem Minimorum. Hoc anno Dux Burgundiæ liberavit *Renatum* de Angiò, qui ſubito Neapolim petijt. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Templariorum; & in Germania Begradorum, & Buguinorum; nec non hæreſis Dulcini.

In 1436. Iacobus Rex *Scotiæ* occiſus eſt ob ſuas crudelitates à populis, & ſucceſſit Iacobus II. ſuus filius primogenitus.

In 1437. Sigiſmundus Imperator Occidentis mortuus eſt, & Reliquit Regnum Boemiæ, & Ungariæ Alberto Duci Auſtriæ; qui etiam ab Electoribus creatus eſt Imperator, & *Cæſar* anno ſequenti.

In 1438. Alphonſus V. Rex Aragoniæ, & Siciliæ bellavit cum *Renato* pro Regno Neapolis. Hoc anno Enricus II. Rex Luſitaniæ mortuus eſt, & ſucceſſit Alphonſus V. ſuus primogenitus.

In 1439. Imperator *Albertus* obijt Budæ relinquens filium in utero matris, ſub tutela Federici de Auſtria; qui poſt paucos menſes natus eſt, & vocatus Ladislaus. Hoc anno Enricus VII. Rex *Daniæ* clauſit ſuos dies, & ſucceſſit Chriſtopharus *III.*

In 1440. Ioannes Guttimbergus Eques Maguntiæ invenit artem imprimendi libros. Hoc anno Germani elegerunt *Cæſarem* Federicum IV. Ducem Auſtriæ,

bracchio, qui occiderat veleno dictum Ladislaum. Hoc etiam anno Germaniæ nata eſt hæreſis Guatherij Lothoardi.

In 1460. Jacobus Rex Scotiæ mortuus eſt, & ſucceſſit Iacobus III. ſuus filius.

In 1461. *P*apa Pius II. ritè canonizavit S. Catarinam Senenſem Virginem Ordinis *S*. Dominici. Hoc anno Enricus II. *R*ex Galliæ mortuus eſt, & ſucceſſit Ludovicus XI. ſuus filius.

In 1463. Fuit beata mors S. Didaci Ordinis Seraphici. Chriſtopharus Morus fuit Dux Venetiæ.

In 1456. Nata eſt hæreſis *P*etri Oſſomenſi Salmantini.

In 1466. Schanderebeccius terror Turcharum glorioſè clauſit ſuos dies dum eſſet ætatis ſuæ annorum 63. in Civitate *L*ipſia, & etiam obijt Franciſcus Sfortia Dux Mediolani, & illi ſucceſſit Ioannes Galeazzo ſuus filius major.

In 1467. Chriſtopharus IV. Rex Daniæ mortuus eſt; & illi ſucceſſit Chriſtiernus.

In 1469. Ludovicus XI. Rex Galliæ inſtituit Ordinem Equitum S. Michaelis.

In 1470. Carolus II. Rex Svetiæ mortuus eſt, & ſucceſſit Steno ſuus filius.

In 1471. Nicolaus Tronus fuit Dux Venetiæ. Navarræ natus eſt puer cum triplici capite, quarum unum erat porcinum, unum humanum, & aliud caninum, & pedes habebat æquinos.

In 1473. Enricus IV. *R*ex Caſtiliæ mortuus eſt, abſque liberis, & *R*egnum nulli reliquit. *S*ed in anno ſequenti illum obtinuit Ferdinandus filius Joannis II. Regis *A*ragoniæ.

In 1475. Siſtus IV. celebravit *A*nnum Sanctum, reducendo illum in quolibet vigeſimo quinto anno. Ubi convenerunt multi *P*rincipes Europæ uti Rex Daniæ, Svetiæ, Dux Saſſoniæ, Calabriæ, &c.

In 1476. Siſtus IV. ritè canonizavit S. Albertum Carmelita. In anno 1474. Petrus Mocenigus fuit Dux Venetiæ, & in ſequenti fuit Andreas Vendraminus.

In 1477. Joannes Mocenigus fuit Dux Venetiæ. Hoc anno è Cœlo cecidit unus lapis mille librarum.

In 1479. Joannes II. *R*ex Aragoniæ Siciliæ, & Sardiniæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit Ferdinandus V. Rex *C*aſtiliæ.

In 1480. Renatus Dux de Angiò mortuus eſt, & reliquit prætendentiam Regni Neapolis Ludovico XI. Regi Galliæ.

In 1481. *S*iſtus IV. ritè canonizavit Sanctos, Bernardum, Petrum, Othonem, Accurtium, & Adiutum martyres Ordinis Seraphici. Hoc etiam anno obijt Mahomettus *A*mire *R*ex Turcharum, qui deſtruxit Imperium Conſtantinopolitanum, & Trabiſundæ, & in vita ſua vicit duodecim Regnos, & factus eſt Rex Turcharum Bajazzettus II. ſuus filius minor, & non Ziſimus major. *H*oc etiam anno mortuus eſt Alphonſus V. Rex Luſitaniæ, & ſucceſſit

 Joan-

Summo Pontifici ſummam auream pro ſubſtentatione Ziſimi ſui fratris apud Romam commorans.

In 1495. Carolus Octavus Rex Galliæ venit Romam ubi à Papa Alexandro VI. fuit declaratus Imperator Conſtantinopolis,ut moveret ſua arma contra Turchas, & ſibi acquireret Imperium jam amiſſum poſtea, cum Ziſimo Neapolim petijt ad illum Regnum occupandum, ſed Alphonſus II. petijt Siciliam, hoc præſentiens ubi mortuus eſt, cedens Regnum Ferdinando ſuo filio; Unde Rex Carolus abſque bello Neapolim occupavit, & abijt, ſed Rex Ferdinandus hoc intelligens reaquiſivit Regnum, & cum auxilio Magni Capitanei reliquias Fanchorum ejecit à toto Regno, & ipſe regnavit. Hoc etiam anno Joannes II. Rex Luſitanię obijt, & ſucceſſit Emanuel ſuus filius.

In 1496. Chriſtopharus Columbus Magnus Methamaticus nedum invenit Inſulas Occidentales verum, & Orientales, quæ ſecundum Tholomeum ſunt numero 7445. plenas aromatum. Hoc anno Ferdinandus Rex Neapolis mortuus eſt, & ſucceſſit Federicus ſuus avunculus.

In 1497. Jacobus III. Rex Scotiæ obijt, & ſucceſſit Iacobus IV. ſuus filius.

In 1498. Carolus VIII. Rex Gallię mortuus eſt, & ſucceſſit ilil Ludovicus XII. Dux Orliens.

In 1499.inMediolano viſi ſunt tres Soles,& videbātur in nocte homines armatos per aerem diſcurrere, & quaſi bellare. Et una mulier parturit maſculum, & fœminam cōjuctos inter ſe, & unuſquiſque eorum habebat quatuor brachia, & quatuor pedes. In Germania natus eſt puer cum duplici capite, cum quatuor manibus, & ſex auriculas, & una mulier mutavit ſexum. Apuliæ viſi ſunt tres Soles tempore nocturno. Et in Aretino viſi ſunt homines in aere bellantes inter ſe, & in aliquæ Civitates Italiæ multæ ſtatuę ſudarunt.

XVI. SÆCULUM.

Anni Chriſti nati		*Anni quibus ſederunt.*		
1503	Pius *III*. *Senenſis*	*Ann.*		d.26
1503	Julius *II*.*Genuenſis*	9.	m. 3.	d.21
1513	*Leo* X.Florentinus	8.	m. 8.	d.21
1522	*Andrianus* VI *Flander*	1.	m. 8.	d.16
1523	Clemens *VII*.Florentinus	10.	m. 10.	d. 7
1534	*Paulus III Romanus*	15.	m.	d.29
1550	Julius *III*.Romanus	5.	m. 1.	d.16
1555	Marcellus *II*.Politianus			d.22
1555	Paulus *IV*.Neapolitanus.	4.	m. 2.	d.27
1559	Pius *IV*.Mediolanenſis	5.	m. 11.	d.13
1566	Pius V.Alexandrinus Ord. Præd.	6.	m. 3.	d.23

1572

In 1513. Leo Papa X. ritè Canonizavit S. Caſimirum. Hoc etiam anno Joannes *R*ex Daniæ obiit, & ſucceſſit Chriſtiernus II.

In 1514. Leo X. ritè canonizavit S. Brunonem fundatorem Ordinis Carthuſianorum. Hoc anno nata eſt hereſis *Maſſilianorum novorum*.

In 1515. Ludovicus XII. Rex Galliç clauſit ſuos dies abſque liberis viris, & ſucceſſit in Regno Franciſcus Dux de Valois maritus Claudię ſuę filiæ.

In 1516. Uuenceslaus *R*ex Boemiæ, & Vngari*æ* mortuus eſt, & electus eſt Ludovicus Princeps Tranſilvaniæ.

In 1517 Ferdinandus V. (dictus magnus) Rex Caſtiliæ, Aragoniæ, Navarrę, Cataloniæ, *S*iciliæ, Sardiniç, Neapolis, & India Occidentalis glorioſè clauſit ſuos dies, relinquens omnia Carolo Auſtriæ ſuo nepote Comite Flandriæ, & Duce Burgundiæ; hoc quoque anno mortuus eſt Ferdinandus Conſalvus magnus Capitaneus, qui è *C*ivitate Neapolis expellit Gallos, & ità glorioſè pro ſuo Rege bellavit, & vicit, ſed ipſe nil habuit prò premio, niſi ut eſſet conviva cum duobus Regibus. Hoc quoque anno perfidus Martinus Lutherus à Saſſonia divulgavit ſuas hæreſes, quæ totam Europam fœdavit.

In 1518. Leo X. excommunicavit *L*utherum hæreſiarcam. In hoc anno Franciſcus *R*ex Galli*æ* collocavit in matrimonio ſuam filiam, cum Carolo Auſtriæ *R*egem Caſtiliæ &c.

In 1519. Leo X. ritè canonizavit S. Franciſcum de Paula. Hoc anno Maſſimilianus Imperator mortuus eſt, & Electores Germaniæ cum diſpenſatione *P*apæ [non enim poterant eligere Imperatorem Regem Neapolis] Elegerunt Carolũ V. Cæſarem etatis ſuæ annorum viginti,

In 1520. Carolus V. fuit coronatus Jmperator in Aquiſgrano. Hoc anno Enricus Octavus Rex Angliæ miſit in lucem librum cõtra hæreſes Lutheri; unde à Pontifice fuit vocatus Defenſor fidei. Hoc quoque anno Senon Sutre *R*ex Sveti*æ* obiit, & ſucceſſit Goſtavus ſuus filius.

In 1521, Antonius Grimani fuit Dux Venetiæ. & in menſe *A*prili apparuit Cometa in formam mediæ Lunę. Hoc anno Emanuel Rex Luſitaniæ mortuus eſt, & ſucceſſit Joannes Tertius ſuus primogenitus.

In 1522. Adrianus Sextus ritè canonizavit S. Antoninum Archiepiſcopum Florentinum Ordinis *P*r*æ*dicatorum. *H*oc anno Chriſternus *R*ex Daniæ fuit à Populis expulſus à *R*egno, quia introduxerũt hereſim Lutheri in Dania. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Carolſtadianorum.

In 1523. Adrianus Sextus ritè canonizavit S. Bennonem Epiſcopum *M*iſnenſem; hoc anno Carolus Quintus *I*mperator conceſſit Religioſis S. Joannis Baptiſte, quia expulſi fuerant ab Inſula *R*hodia; Inſulam Maltæ cum tributo annuo unius Falconis uti Rex Caſtili*æ*, & Siciliç. Hoc quoque anno fuit electus in Regem Daniæ Federicus; qui Regem Chriſtiernum vicit, & fugavit cum morte hæreticorum; hoc etiam anno impius Lutherus prodiit in lucē librum contra Eccleſiam Catholicam.

In 1524, Ioannes Petrus Caraſa Neapolitanus Epiſcopus Chieti, & poſtea Pon-

Digitized by Google

In 1533. apparuit Cameta, & multæ Civitates ruerunt à Terræmotu. Hoc etiam anno Antonius Maria Zaccaria principiavit Congregationem Clericorum Regularium S. *Pauli*, dicti Bernarbitæ. *H*oc etiam anno Federicus Rex Daniç mortuus eſt, & ſucceſſit Chriſternus Tertius ſuus filius. Et nata eſt hæreſis Amſdorfianorum.

In 1534. *P*aulus III. iterum excommunicavit Enricum VIII, & privavit Regno. Et hoc anno nata eſt hæreſis Frontonorum, Laicocefalorum, & Monaſterienſorum.

In 1535. Enricus VIII. ſpoliavit Eccleſias, & perſecutus eſt Catholicos; & occidit Ioannem Fiſcherium Cardinalem, & Epiſcopum *R*oceſtrenſem, & Thomam Morum ſuum Cancellarium; & deſtruxit ſepulchrum S. Thomæ Cantuarienſis, & eius oſſa combuſſit, & vento ſparſit cineres. Nec non decapitavit Annam Bolenam, & accepit in vxorem Ioannam Semera. Hoc etiam anno natæ ſunt hæreſes Manimpoſitorum, Melchioritorum, & *A*damitorum. Hoc etiam anno Carolus V. occupavit Golettam, quæ fuit portum antiquæ Cartaginis, & vicit Turcas, nec non occupavit Civitatem Tunneſi.

In 1536. Franciſcus primogenitus Regis Galliæ, veneno obiit; & fuit occiſus nocte Alexander de Medici Dux Florentiæ à Laurentio ſuo conſanguineo, ut libertatem reſtitueret Florentinis. Hoc anno Carolus V. rediens de Tunneſi, introivit Romam triumphans. hac quoque anno nata eſt hæreſis *I*oanni Calvini, & Confeſſioniſtarum recalcitranſium.

In 1538. Apparuit Cometa in menſe Ianuarii ſimilis Sole, & duravit per multos dies. Hoc anno nata eſt hæreſis Antimarianorum.

In 1539. Petrus *L*andus fuit Dux Venetiæ. hoc anno Paulus Tertius intimavit Concilium Tridentinum. Hoc etiam anno Iſabella Jmperatrix uxor Caroli V. in partu deceſſit è vita. Et Enricus Octavus relinquens ſuam uxorem Ioannam Semera, duxit *A*nnam ſororem Ducis Cleves hoc etjam anno nata eſt hæreſis *P*œnitentiarorum, & Spangebercicorum.

In 1540. S. Ignatius Laiola inſtituit illuſtriſſimam *R*eligionem Ieſuitarum; hoc quoque anno Enricus Octavus deſtruxit omnes Conventus *R*eligioſorum, & ſpoliavit Eccleſias, & repudiata quarta ſua uxore Anna, accepit quintam *C*atarinam Avardam. hoc etiam anno natæ ſunt hæreſes Catarinorum recenſium, Conſoſtantiatorum, Demoniclorum, Inviſibilium, Melantonicorum, Paſtillariorum, Quadriſacramentariorum, *S*emiſoſtantiatorū, Triſacramentariorum, & Turcochriſtianorum.

In 1541. *S*. Franciſcus Xaverius petiit Indiam Orientalem, ubi convertit multos ad fidem Catholicam, ſicuti & in Inſula, & Regno Iapponis. hoc etiam anno nata eſt hæreſis Svuencfeldianorum.

In 1542. *I*acobus V. Rex Scotiæ mortuus eſt, & Regnum reliquit ſuæ filiæ *M*ariæ parvulæ ſub tutela ſuorum Principum. Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Traſconditionatorum, & Trideſtinorum.

In 1543. Florentiæ natus eſt puer cum duplici capite; in Neapoli duo inſimul coniuncti.

In 1544. Nate ſunt perfidæ hereſes Apologeticorum, *A*goſtiniboemorum; Binderlianorum, Condormienſium, Davidgeorgianorum, Eiulantium, *E*leuterobaptiſtanorum, Euthicorum. Impeccabilium, Iudaizãtium. *I*udeochriſtianorum, Iuſtificatoriorum, Fratrumliberorum, Linguatarium, Maeſtaticorum, Maniſeſtariorum, Nudipedum, Paulianorum, Fedebaptiſtorum, Sabbatariorum, Sanguinarium, Spiritualium, & Stheblerium.

In 1545. *P*apa denuò intimavit Concilium Tridentinum. Hoc anno deceſſit è vita impius Lutherus, & ſepultus eſt in Vittemberga Civitas Olandiæ, & demones in forma corvorum aſſociaverunt corpus ejus ad ſepulcrum. Et hoc anno etiam natæ ſunt hęreſes Antidemonicorum, Antiſvenfeldianorum, Gnoſticorum recentium, Manicheorum recentium, Mennoniſtarum, Metaphoriſtorum, & Libertinorum ſecundæ ſpeciei.

In 1546. Nata eſt hęreſis Erianorum, & fuit Dux Venetiæ Franciſcus Donatus.

In 1547. impius Enricus VII. impiè obijt in ſua hæreſi; & ſucceſſit Eduardus V. ſuus filius etiam hæreticus; permiſit Sacerdotibus nubere. Et etiam obijt Franciſcus Valeſius Rex Franciæ, & ſucceſſit Enricus III. ſuus filius. Quoque deceſſit è vita Sigiſmundus II. ſuus filius primogenitus. Concilium Tridentinum propter peſtilentiam tranſlatus eſt Bononiæ.

In 1548. Natę ſunt hæreſes Adiaſoriſtorum, Tigurinorum, *I*ntermixtorum, Lipſenſium, & *C*æſariorum, & *A*ntipaparum.

In 1549. Natæ ſunt hæreſes Biſacramentariorum, & Intermixtorum Franciſcorum.

In 1550. Romæ fuit celebratum Iubileum, & *A*nnum Sanctum. Hoc anno natæ ſunt hæreſes Battemburgicorum, Accidentariorum, Antinomorum, Brenſianorum, Infernianorum, Namſtedeorum, Libertinorum tertię ſpeciei Majoriſtarum, Litericalviſtinorum, Memorialiſtorum, Muſculanorum, Subvantiarorum, Tropiſtarum, Ubiquictariorum, & Pelleſtanorum. Fides autem catholica augebatur in India ope Ioannis III. Regis Luſitanię.

In 1551. *I*ulius *III.* revocavit Concilium celebrari in Bononia, & ſtatuit celebrari in Tridentino. Hoc anno B. Ioannes de Deo Luſitanus inſtituit Ordinem Miniſtrantium Infirmis dicti vulgariter Bonfratelli. Hoc quoque anno natæ ſunt hæreſes Energitorum, & Oſianbrinorum.

In 1552. Romæ pluit ſanguis, & fuit ſancta mors S. Franciſci Xaverii Indiæ Apoſtoli. Hoc anno Eduardus X. Rex Angliæ mortuus eſt, Regnum relinquens Mariæ ſuæ ſorori ſub tutoribus. Hoc quoque anno natæ ſunt hęreſes Lutheroſiandrinorum, Quadrithetorum, & *R*eformatorum.

In 1553. in Ungaria inſtituta eſt Congregatio Fremitarum Sancti *P*auli primi Fremitæ; & nata eſt hæreſis Antioſiandrinorum.

In 1554. Filippus Princeps Caſtiliæ *A*ragoniæ, & Siciliæ, & Neapolis duxit in uxorem Mariam Reginam Angliæ; & hoc anno iterum redijt hunc Renum ſub obedientia Summi Pontificis. Hoc anno nata eſt hæreſis Ochinianorum

In

Digitized by Google

In 1555. Carolus V. Imperator res mundanas ſpernens,& habens faſtidium amplius dominandi die 25. Octobris dicti anni, renunciavit (congregatis Baronibus in Civitate Bruſſelles) ſuo filio Regnum Caſtiliæ, & Aragoniæ Navarrę, & Cataloniæ,Inſulas Majoricę,Sardiniam, & Siciliam, Mediolanum, Flandriam, & Burgundiam, & novum Mundum Indię Occidentalis. ultra Regnum Neapolis prius ipſi Philippo renunciatum. Imperium vero ceſſit Ferdinando Regi Ungarię, & Romanorum ſuo etiam filio minori. Aliud pro ſe non retinens quam pauca pro ſuo individuali ſervitio, & familiæ. Hoc etiam anno clauſit ſuos dies Ioanna mater Caroli V. Eodem anno Enricus Rex partis Navarræ mortuus eſt, & ſucceſſit Dux Vandomi ex familia Borbone. Hoc quoque anno natę ſunt hæreſes Anticalvinorum, Anticatholicorum, & Antiſtancarianorum.

In 1556. Apparuit Cometa in formam columnæ, in menſe Martii, & duravit per multas hebdommadas. Coſimus I. Dux Hetruniæ inſtituit Ordinem Equitum S. Stephani Papæ. Hoc anno fuit beata mors S. Ignatii Lojolæ. Hoc etiam anno Carolus V. deceſſit à Flandria, cum duabus ſuis ſororibus Reginis Leonora, & Maria, & veniens Hiſpaniam ſe incluſit in Monaſterio S. Iuſti ad ſerviendum Deo, & ad vitam quietam ducendam. Hoc quoque anno Laurentius Friuli fuit Dux Venetiæ, & natæ ſunt hæreſes Bellianorum, & Bezanorum.

In 1557. Ioannes III. Rex Luſitaniæ clauſit glorioſè ſuos dies poſtquam regnaſſet 36. annis, Regnum relinquens puero Sabeſtiano ſuo nepoti filio Ioanni iam mortuo. Hoc anno nata eſt hæreſis novorum Confeſſionaliſtarum.

In 1558. Carolus V. Imperator glorioſè clauſit ſuos dies, & devotè in dicto Monaſterio S. Iuſti Caſtiliæ.Hoc anno etiam Maria Regina Angliæ clauſit ſuos dies, antequam à Filippo ſuo marito videretur;erat enim turpiſſima facie, & ſucceſſit in Regno Angliæ Eliſabeth ſua ſoror ex patre filia Annæ Bolenæ;quæ induxit in Regno hæreſes. Hoc etiam anno fuerunt tam magnæ pluviæ, & tempeſtates Florentiæ,Romæ, Bononiæ, & Linguadocæ, quod perierunt infiniti homines, & ſubmerſi ſunt ab aquis vehementibus; & in Panormo Civitate Siciliæ ſubmerſi ſunt à pluvia pluſquam triginta millia hominum. Hoc quoque anno nata eſt hæreſis Anniſticorum.

In 1559. Hieronymus Priuli fuit Dux Venetiæ. Hoc anno facta eſt pax inter Gallos, & Hiſpanos; Nam Philippus II. accepit in uxorem Eliſabeth filiam Enrici III. Regis Galliæ [qui in torneamentis percuſſus Lancea mortuus eſt, & Regnum reliquit Franciſco II. ſuo filio ætatis ſuæ annorum decem, & ſeptē; qui ſubito perſecutus eſt hæreticos Calviniſtas,& Annam Burgium hæreticum ſuſpendit in ligno, & corpus ejus tradidit igni in publica platea]. Hoc anno mortui ſunt tredecim Cardinales, Maria Regina Ungariæ, Regina Leonora ſoror Caroli V. Vidua Emanuel Regis Luſitanię, Regina Polonię mater, Patriarcha Venetus, & Dux etiam Venetię. Summus Pontifex Paulus IV. & Chriſternus III. Rex Daniæ, qui Regnum reliquit Federico ſuo filio. Hoc

etiam anno natę ſunt hęreſes Martyrianorum, Deiterrenorum, & Ambroſianorum.

In 1560. S. *C*arolus Borromeus fuit conſecratus Archiepiſcopus Mediolani. Hoc anno confirmavit Imperium Ferdinando I. filio Caroli V. Eodem anno Franciſcus II. Rex Gallię duxit in uxorem Mariam Reginam Scotiæ, in Scotia, ſed rediens Galliam mortuus eſt, & ſucceſſit in Regno Carolus IX. ſuus frater. Hoc anno Philippus II. Rex Caſtilię occidit in Flandria omnes hæreticos Lutheranos. Hoc quoque anno natæ ſunt hæreſes Deſitorum, Adeſſenariorum, Antidiaforiſtorum, Antilutheranorum, Authoteanorum, Blandradiſtorum, Calviniſtarum pacificum, Calviniſtarum papiſtarum, Genturiatorum, Concordiſtarum, Examinatorum, Flaccianorum, Gribaldiorum, Iſchatioſiſtarum, Lutheripapiſtarum, Mannariorum, Neutraliorum, Nicomedicorum, Politicorum, Seudoeccleſiaſticorum, Richerianorum, Seudoevangelicarum, & Vualdenſium Polonię.

In 1561. Eliſabeth Regina Anglię filia Annæ Bolenæ hæretica diruit omnes Eccleſias in ſuo Regno, & projecit omnes Iſacras magines. Hoc anno Guſtavus Rex *S*vetiæ mortuus eſt, & illi ſucceſſit filius Enricus V. Hoc quoque anno natæ ſunt hæreſes Molineiſtorum, Autitrinitatorium, Boquinianorum, Bucerianorum, Calviſticorum, Sviſtorum, & Stenbergenſiorum. Hoc quoque anno in Neapoli, & in toto Regno fuit validum terremotum à quò multæ Civitates, & Terrę ruerunt.

In 1562. Imperator Ferdinandus in Francfort eligere fecit Regem *R*omanorum Maſſimilianum ſuum filium, cui etiam renunciavit Regnum Ungariæ. Hoc anno natæ ſunt hæreſes Gentiliſtorum, Neſuſſianorum Opinatorum, & *P*aſtorcidiorum.

In 1563. Finem habuit Concilium Tridentinum ubi damnatæ ſunt omnes hæreſes. Hoc anno in Cœlo de noctæ viſi ſunt tres Soles; In Mediolano natus eſt puer cum triplici capite, & octo pedibus. Hoc anno etiam natæ ſunt hæreſes Gammarianorum, Infernalium, & Proteſtantium in Anglia.

In 1564. Imperator Ferdinandus clauſit ſuos dies, & ſucceſſit Maſſimilianus ſuus ſecundus filius. Hoc etiam anno hæreſiarcha Calvinus clauſit ſuos infames dies, verum in Gallia dilatata eſt ſua hęreſis. Hoc anno Coſmus I. obtinuit à *P*apa coronam, & titulum Magni Ducis Hetruriæ. Hoc quoque anno natæ ſunt hæreſes Deiſtorum, & Sepulcrariorum.

In 1565. *I*nſula *M*altæ aſſediata eſt à *P*hiale Baſsà; ſed ſe oppoſuit cum auxilio Italię, & ibi occiſus eſt Dragruth Rais Turcha. Hoc anno natæ ſunt hęreſes Commutatoriorum, Conniventorum, Eſſentiatorum, Synodicorum, & Putrianorum in Anglia.

In 1566. Nata eſt Florentiæ S. Maria Magdalena de nobili familia Pazziorum. Hoc anno creatus eſt Pontifex Pius V. Ordinis Prædicatorum die 17. Ianuarij, qui ſubito miſit pecuniam Regi Ungariæ ad bellum faciendum contra Turchas. Hoc anno natæ ſunt hęreſes Diſertorum Calvinomaſticorum

Cen

Cenſorum, Egidianorum Gueſium, & Loiſtorum.

In 1567. Darlejus maritus Mariç Stuarthç Reginæ Scotiæ ob hçreticis occiſus eſt, & ipſa Regina ſecretè fugiens, cum parvulo filio ſuo Iacobo capta eſt ab Anglis, & ducta ad Eliſabeth Regina Angliç hçretica, ab iſta in carcere includitur, ubi eam per ſpatium viginti annorum detinuit, Iacobus autem frater dictæ Mariç Reginç Regnum gubernavit. Hoc anno Trajectenſes in Flandria amplexati ſunt hæreſes,& ejecerunt ſacras Imagines.Hoc etiam anno nata eſt infamis ſepta Ughonottorum in Gallia, ubi natum eſt Monſtrũ, cum ore Simiç, cum auribus Leopardi, cum cornibus Arietis, cum oculis Civettæ, cum ucada Serpentis, cum corpore humano, ſed piloſo, & cum pedibus Equi. In Anglia mons ſe ceſſit à loco ubi erat, & ſtetit aliunde. In Hiſpania una mulier ſexdecim annorum, facta eſt vir. Hoc quoque anno Solimanus Imperator Turcharum mortuus eſt in Ungaria in Civitate Ziget.

In 1568. S. Virgo Thereſia dedit ſuis Reformatis Regulam primitivam Carmelitanam obſervandam. Carlottus filius Filippi II. Regis Caſtiliæ in Flandria carceratus à Patre ob ſuos malos mores, ordine Patris ſui condemnatus eſt ad mortem. Et Dux Alvæ in Fladria occidit multos hæreticos, & decapitavit Comitem Agamontis, & alios duos nobiles; & hinc incepit rebellionem Olandiæ, & creatus eſt Princeps Oranges Rex. Hoc anno Enricus V. Rex Svetiæ obijt, & illi ſucceſſit Joannes ſuus filius major. Hoc quoque anno natæ ſunt hæreſes Eberianorum, Antichriſtianorum Iennenſium, & Ebionitorum novorum. Hoc quoque anno in Civitate Trabiſundæ apparuerunt tres Soles, et duraverunt per tres horas; & in nocte viſi ſunt ſplendores magni cum una Cruce, & Stellamagna.

In 1569. Petrus Loredanus fuit Dux Venetiæ. Hoc anno Jacobus frater Reginæ Mariæ, qui Scotiam regebat, & fovebat hæreſes occiſus fuit. Et Norimbergæ viſa fuit de noctæ lux magna; & poſtea factæ ſunt tenebræ,& denuò lux apparuit, & Cçlum quaſi apertum eſt,& viſa eſt una Crux multum reſplendens.

In 1570. Natæ ſunt hæreſes Antiſturmianorum, Bideitorum, Calviniſticorum liberorum, Duitorum, Unctorum, Pacificorum, & Fraticellorum.

In 1571. Hiſpani cum ſuo Duce D. Joanne de Auſtria, filio naturali Caroli V. Imperatoris, Veneti cum eorum Duce Sebeſtiano Venerio. Papalini cum eorum Duce Marco Antonio Colonna illam inſignem Victoriam à Turchis reportarunt die ſeptima Octobris in Lepanto; Ubi Chriſtiani lucraverunt 200 Triremes, & alias 200. deſtruxerunt, aliæ vero fugam arripuerunt. Ubi triginta millia Turchæ occiſi ſunt, & ſex millia ſunt mancipii, & viginti millia Chriſtianorum ſunt liberati; & hoc oratione Beati Pij V. Pontificis cui talis Victoria Romç ipſi revelata fuit.Hoc etiam anno Maſſimilianus II. Imperator renunciavit Regnum Boemiæ, & Ungariæ Ridulpho de Auſtria ſuo filio, & fecit illum Cçſarem, & Regem Romanorum. Hoc anno Ferraræ multa ædificia ruerunt à terremotu. Venetiæ una mulier Hebrea parturit puerum, cum du-

duplici capite; quatuor manibus, duabus corporibus, & cum uno ventriculo.

In 1572. B. Pius V. declaravit S. Thomam de Aquino quintum Doctorem Eccleſiæ. Hoc anno Carolus IX. *R*ex Galli*æ*, occidere fecit multo*s* h*æ*reticos in Civitate Pariſij, & in alias Civitates: Et Flandria receſſit ab obedientia Filippi II. *R*egis Caſtili*æ*. Hoc anno Filibertus Emanuel Dux Savoj*æ* inſtituit Ordinem Equitum *S*. Mauritii contra hæretico*s*. Et nata eſt hæreſis Calviniſtarum cauſarium.

In 1573. Sigiſmundus Rex Poloniæ mortuus eſt, & Electore*s* elegerunt *R*egem Enricum Valeſium fratrem *R*egis Caroli IX. Galliæ.

In 1574. Selimus Rex Turcharum obiit, & ſucceſſit *A*moratus III. ſuus major filius. Hoc anno Carolus *IX*. Rex Galliæ clauſit ſuos dies abſque liberis, & Enricus Valeſius relicto Regno Poloniæ recepit ſceptrum Galliæ. Hoc etiam anno Joannes Leonardus Lucenſis inſtituit Congregationem Clericorum *R*egularium Matris Dei, dicti poſtea de Lucca, & à Gregorio XV. fuit confirmata anno 1621.

*I*n 1575. Gregorius XIII. celebravit Annum *S*anctum, & reformavit Curſum Annorum. Hoc anno Electores Poloniæ alii elegerunt Regem Imperatorem Maſſimilianum, alii Sthefanum Battorium Principem Tranſilvaniæ; ſed *S*tephanus poſtea fuit Rex.

*I*n 1576. Maſſimilianus *I*mperator mortuus eſt, & ſucceſſit in Imperio *R*idulphus ſuus filius. Et in Scotia coronatus eſt Rex Iacobus filius Mariæ *R*eginæ, quæ in Anglia retinebatur adhuc in carcere ab impia Eliſabeth.

In 1577. Apparuit Cometa magni ſplendori*s*. Fuit Dux Venetiæ Sebeſtianus Venerius.

In 1578. D. Ioannes de Auſtria filius naturalis Caroli V. Imperatori*s* glorioſè clauſit ſuos dies in Flandria dum domaret rebelles Filippi II. Regis Caſtili*æ*, & obiit peſtilentia. Hoc etiam anno Sebaſtianus Rex Luſitani*æ* dum bellaret in Africa contra Moros occiſus eſt in bello, & alii duo Reges mortui ſunt. Hoc etiam anno nat*æ* ſunt h*æ*reſes Moderatorum, & Zuvingliorum Calviniſtarum. In Luſitania autem gubernavit Cardinalis Enricus.

In 1579. Enricus Cardinalis qui gubernabat Luſitaniam clauſit ſuos die*s*, & in ipſo finivit Stipes *R*egum huius Regni, poſt 500. annorum, & *P*opuli acclamaverunt Regem D. Antonium filium naturalem Ludovici fratris ipſius Enrici *C*ardinalis. Nicolaus Ponte fuit Dux Venetiæ. Dictus Antonius poſtea à Pontifice fuit declaratus uti illegitimus incapax Regni. Hoc anno nata eſt hæreſis Antipatum, & fratrum de Amore.

*I*n 1580. Phlippus II. *R*ex Caſtili*æ*, vicit, & fugavit *D*. *A*ntonium; qui fugit ad Inſulas Terzera*s*; & ipſe Philippus fuit Rex Luſitaniæ, & Indiarum Orientalium, & Provinciarum Braſilis, & inde fuit *R*ex Hiſpaniæ; tota enim erat ſub ſuo Dominio. Hoc anno à Joanne Berrerio Abbate *C*irc*e*rcienſe fuit inſtituta *C*ongregatio Fulienſis ſub titulo S. Bernardi à pœnitentia.

In 1581. Eliſabeth Regina Angli*æ* occidit omnes Chatolicos in ſuo Regno. Hoc anno Romæ fuit tempeſtas valida. Veneti*æ* in Occaſu Solis viſus eſt in Cœlo ſerpens igneus.

In

In 1582. Hiſpaniæ in Barcellona Campanæ per ſe ſonarunt ſeptem vices cum ſtupore omnium, & aer videbatur ardere. Hoc anno fuit beata mors S. Thereſiæ Virginis. Hoc etiam anno Dux Alcanſone fruebatur impudico amore, & complexu Eliſabeth Reginę Angliæ.

In 1583. Joannes II. Rex Svetię mortuus eſt, & ſucceſſit Sigiſmundus ſuus filius. Hoc anno natę ſunt hęreſes Cacangelorum, & Dudneitorum.

In 1584. Ædificia Civitatis Ceve, diruta ſunt à tempeſtate. Gregorius XIII. inſtituit feſtivitatem S. Annæ Matris Mariæ Virginis. Camillus Lellius hoc anno inſtituit Ordinem Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis vulgariter dicti Crociferi. Hoc quoque anno fuit beata murs S. Caroli Borromei Archiepiſcopi Mediolanenſis. Hoc etiam anno nata eſt hæreſis Iudeotrinitariorum.

In 1585. Siſtus V. inſtituit celebrationem feſti Purificationis B. Mariæ Virginis.

In 1586. Paſqualis Cicogna fuit Dux Venetiæ.

In 1587. Regina Eliſabeth Anglię impiè occidit Mariam Stuardam propter conſtantiam in fide catholica.

In 1588. Siſtus V. ritè canonizavit S. Didacum Complutenſem Ordinis S. Franciſci. Hoc anno Auguſtinus Adornus Genuenſis, & Franciſcus, & Auguſtinus Caraccioli à Neapoli fundaverunt Congregationem Clericorum Regularium Minorum vulgariter dicti Minoriti. Hoc anno Enricus IV. Rex Galliæ occidit Ducem Enricum, & Cardinalem de Ghiſa. Hoc quoque anno Federicus II. Rex Danię mortuus eſt, & ſucceſſit Chriſtiernus ſuus filius ætatis trium annorum.

In 1589. Die prima Auguſti Enricus IV. fuit occiſus à fratre Clemente à Burgundia, & extincta eſt familia Valeſia; Unde ſucceſſit in Regno Enricus Borbonæ Rex Navarrę, qui à Pontifice Siſto uti hæreticus eſt excommunicatus, & privatus Regno.

In 1591. Stephanus Rex Poloniæ clauſit ſuos dies, & fuit electus Sigiſmundus filius Joannis Regis Svetiæ. Hoc quoque anno deceſſit è vita Maſſimilianus II. Imperator, & ſucceſſit Ridulphus ſuus filius.

In 1593. Clemens VIII. confirmavit Congregationem Oratorij S. Philippi Neri.

In 1594. Clemens VIII. ritè canonizavit S. Hyacinthum Confeſſorem Ordinis Prædicatorum, & Enricus Borbone ſe coronavit Rex Galliæ.

In 1595. Fuit beata mors S. Philippi Neri. Hoc quoque anno mortuus eſt Amurattus III. Rex Turcharum, & ſucceſſit Mahomettus III. ſuus filius. quoque anno Enricus V. Rex Franciæ obtinuit à Pontifice abſolutionem ab excommunicatione, & coronam; factus eſt enim Catholicus.

In 1596. Nata eſt hæreſis Angelicorum.

In 1599. A Clemente VIII. fuit inſtituta Congregatio Sanctiſſimæ Trinitatis diſcalceatorum. In Conſtantinopoli fuit peſtilentia.

In

XVII. SÆCULUM.

Anni Chriſti nati		Anni quibus ſederunt.			
1605	Leo *XI*. Florentinus	*Ann.*			d.26
1605	*Paulus V Romanus*	15.	m.	8.	d.12
1621	Gregorius XV, *Bononienſis*	2.	m.	5.	d.
1623	*Urbanus VIII*. Florentinus	20.	m.	11.	d.22
1644	Innocentius *X*. Romanus	10.	m.	3.	d.23
1655	*Alexander VII*. Senenſis	12.	m.	2.	d.13
1667	Clemens *IX*. a Piſtoia	2.	m.	5.	d.
1670	Clemens *X*. *Romanus*	6.	m.	2.	d.24
1676	*Innocentius XI*. Mediolan.	12.	m.	10.	d.22
1689	Alexander VII*I*. Venetus	1.	m.	3.	d.26
1691	*Innocentius XII*. Neapolit.	9.	m.	3.	d.15
1700	Clemens *XI* Romanus.	Feliciter vivat.			

Jn hoc ſeculo anno 1600. Clemens Papa *VIII*. celebravit Annum Sanctum; & declaravit nullum matrimonium inter *Regem* Galliæ EnricumV. cum Margarita Valeſia ſua conſanguinea; & *Enricus* poſtea ſe coniunxit in matrimonio cum Maria de Medici filiam magni Ducis Hetruriæ.

In 1601. Clemens *VIII*. ritè canonizavit *S*.Raymundum Ordinis Prędicatorum. hoc anno unus ſe finxit *S*ebaſtianum *Regem* Luſitaniæ, ſed fraus detecta à magno Duce Hetrurię miſſus in Hiſpaniam ibi occiſus eſt.

In 1602. impudica Eliſabet Regina Angliæ ſchiſmatica, & hæretica poſtquam regnaſſet 45. annis impudicè, infiliciſſimè obijt ætatis ſuæ annorum 70. Regnum relinquens Iacobo Sthuarthe Rege *S*cotiæ filio Marię, quæ ab ipſa occiſa eſt cauſa fidei Chatolicæ.

In 1603. à Ioanne Baptiſta à Sanctiſſimo Sacramento, & à tribus aliis ſociis fuit inſtituta Congregatio Diſcalceatorum Reformatorum à Mercede Redemptionis Captivorum. Hoc anno nata eſt hæreſis Armianorum.

In 1604. Mahomettus III. Rex Turcarum mortuus eſt, & ſucceſſit Acmectus ſuus filius.

In 1606. A *P*aulo V. fuit confirmata Congregatio Clericorum Regularium à Matre Dei, Scolarum Piarum à Joſepho Calaſantio inſtituta. Fuit in hoc anno fames in Inſula Siciliæ, & in *Regno* Neapolis.

In 1607, fuit beata mors S. Marię Magdalenę de Pazzis. hoc anno fuit à *P*aulo V. confirmatus Ordo Equitū *S*.*Mariæ* de Mōte Carmelo, ab Enrico V. *Rege* Galliæ, & à Filiberto Neſtoriano inſtitutus. hoc quoque anno mortuus eſt Cardinalis Cæſar Baronius inſignis hiſtoricus.

In 1608. *P*aulus V. ritè canonizavit S. FranciſcamViduam *Romanam*, & in-

Inſtituit celebrari feſtum Sanctorum Angelorum Cuſtodium. Hoc quoque anno Ridulphus Imperator fecit ab Electoribus Germaniæ creari Cæſarem Matthiam ſuum fratrem Archiducem Auſtriæ, cui etiam dedit Regnum Boemiæ, & Vngariæ.

In 1609. natū eſt mōſtrū in Cortigliano Caſtello Piſtoiæ, erat vir, & fœmina, habebat duplex caput, & corpus, unū ombilicū, quatuor brachia, vixit multos dies, & quando unus latrabat, alter plorobat. fuit baptizatum; In Bononia Sol obſcuratus eſt; & poſtea ſucceſſit tempeſtas valida.

In 1610. Papa Paulus V. ritè canonizavit S. Carolum Borromeum. hoc anno Philippus III. Rex Hiſpaniæ ejecit *Moros* à Granata. Et Henricus V. Rex Galliæ fuit occiſus ab homine plebeo; & ſucceſſit in Regno Ludovicus XIII. ſuus filius ſub tutela Reginæ Mariæ ſuæ Matris.

In 1611. Carolus Rex Svetiæ mortuus eſt, & electus eſt *Rex* Guſtavus Adulphus ſuus filius. Fuit Dux Venetiæ Marcus Antonius Memus, & Regina Hiſpaniæ obijt in partu.

In 1612. Imperator Ridulphus mortuus eſt, & ſucceſſit inviƈtiſſimus Mattias ſuus frater, & in ſua coronatione fuerunt præſentes 106. Comites, 864. Barones, 355. Equites, & 2890. Nobiles. Hoc etiam anno Petrus Berullus Presbyter Pariginus inſtituit Congregationem Oratorii contra hæreticos, quæ in anno ſequenti confirmata eſt à *Pontifice* Paulo V.

In 1615. Ioannes Bembus fuit Dux Venetiæ.

In 1616. Fuit beata mors S. Roſæ Virginis *Limanæ* primus flos ſanctitatis in *America* Meridiolani Ordinis Prædicatorum nata Limæ Peruani Regni Metropoli.

In 1617. *Amectus* Rex Turcarum immaturè obijt, & fuit ſalutatus *Rex* Oſmanus ſuus filius. Gallia Ciſalpina vexata eſt à Terremotu. In Genuenſi natum eſt moſtrum, ſcilicet duo pueri inſimul cum tribus pedibus, quatuor manibus, & cum duplici capite, quorum unum creſcebat manducādo, alerum non. hoc anno nata eſt hæreſis Marci Antonii de Dominis.

In 1618. In terra Piure propè lagum Comi fuit validum Terremotum, & unum montem alio tranſtulit, à quo oppreſſa dicta Terra, & omnes habitatores perierunt numero ter mille.

In 1619. apparuit Cometa inſignis, & barbata, & duravit à die duodecima Novembris, uſque ad diem vigeſima ſecunda *Decembris* in parte ſeptentionali. Et Imperator Matthias clauſit ſuos dies, & fuit coronatus Ferdinandus II. qui erat Ceſar.

In 1620. Imperator Ferdinandus cum Principibus confederatis debellavit hæreticos Boemiæ.

In 1621. Philippus Rex Hiſpaniæ clauſit ſuos dies, & ſucceſſit Philippus *IV.* ſuus *Primogenitus*.

In 1622. Gregorius XV. ritè canonizavit S. Iſidorum de Madrid, S. Ignatium Lajola fundator Societatis Jeſu, *S.* Franciſcum Xaveriū, *S.* Philippum Neri, & *S.*

 The-

Thereſiam Virginem Carmelitanam . hoc etiam anno Oſmanus occiſus eſt à Muſtapha, & ipſe factus eſt Rex. Jn hoc anno fuit beata mors S. Franciſci de Sales Epiſcopi Geneuræ fundatoris Monialium à Viſitatione B. Mariæ Virginis.

Jn 1623. Gregorius XV. inſtituit Congregationem Cardinalium de propaganda fide, & ordinavit celebrari feſtum S. Ioſeph Sponſi B. Virginis, & S. Annæ Matris B. Virginis de præcepto. Hoc anno Muſtafà Rex Turcarum depoſitus eſt à Regno; & factus eſt Rex Amorattus IV. frater Oſman iam mortui. In Regno Iapponis obtinuit coronam Martirii Petrus de Rigniga Ordinis S. Auguſtini.

In 1624. Franciſcus Contarinus fuit Dux Venetiæ. Hoc anno mortuus eſt Iacobus Sthuarte Rex Angliæ, & ſucceſſit Carolus ſuus filius. quoque obijt Ioannes baptiſta Marino Poeta Neapolitanus.

In 1625. Vrbanus Octavus celebravit annum Sanctum; & ritè canonizavit S. Eliſabeth Reginam Luſitaniæ. Hoc quoque anno Siciliç in Monte Pelegrino propè Panormum in Lapide unius cavernæ inventum fuit corpus S. Roſaliç Virginis filiç Sinibaldi ex ſtirpe Imperatoris Caroli Magni, & tunc Civitas Panormi fuit liberata à Peſtilentia.

In 1629. Vrbanus Octavus ritè canonizavit S. Andream Corſinum Ordinis S. Mariæ de Carmelo Epiſcopum Feſulanum.

In 1630. Multæ Civitates Galliæ Ciſalpinæ, & Hetruriæ deſolatæ ſunt à peſtilentia. In Mēſe Aprili viſi ſunt tres Soles, & menſe Iunio duæ Lunæ; Veſuvius in Neapoli, & Ethna in Sicilia, evaporaverunt flammas, & devorata ſunt ab igne loca circiter ipſos.

In 1632. Guſtavus Adulphus Rex Suetiæ mortuus eſt, & in ſua hæreſi. Et Catholicus Rex Sigiſmundus Tertius Rex Poloniæ etiam obijt, & illi ſucceſſit Vladislaus Octavus. Hoc anno Vrbanus Octavus confirmavit Congregationem Patrum Miſſionariorum Sanctè fidei inſtitutam à Vincentio de Paulo.

In 1636. ab Electoribus fuit electus Ceſar (in Ratisbona) & Rex Romanorum Ferdinandus Tertius Rex Boemiæ, & Vngariç filius Ferdinandi Secundi Imperatoris. qui anno ſequenti die quarta Februarij Viennç glorioſe obijt.

In 1640. Amurattus Quartus Rex Turcharum abſque liberis mortuus eſt, & ſucceſſit Ibriamus ſuus frater.

In 1643. Ludovicus XIII. Rex Galliç clauſit ſuos dies die quartadecima Maij & ſucceſſit Deodatus Ludovicus XIV. ſuus filius parvulus ſub tutela ſuç Matris Reginæ. Hoc anno floruit in doctrina Martinus Bonacina Mediolanenſis.

In 1644. Equites S. Ioannis Baptiſtæ apprehenderunt duos Triremes Turcarum in Mare Rodio, ubi erat inter alios filius Regis Turcarum, qui factus Chriſtianus poſtea ingreſſus eſt Ordinem Predicatorum, & vocatus Frater Dominicus, in qua Religione ſanctè vivens, piiſſimè obijt in domino.

In 1647. fuit ſublevatio Populi Panormitani, & Neapolitani.

In 1650. Innocentius X. celebravit Annum Sanctum. Hoc anno Elena Impe-

peratrix Chinæ ſcripſit Pontifici Innocentio X. ipſa recipiſſe fidem Catholicam, & baptiſmum, inſimul cum ſua matre, & cum uxore Imperatoris Anniæ, ac ſuo filio primogenito, & rogabat Pontificem, ut mitteret Prædicatores ad augendam fidem Catholicam in illo Regno; & ut rogaret Deum ut Imperator ipſe ſe ad fidem converteret: ipſa tamen Epiſtola tardè pervenit Romæ, & recepta eſt poſt annos quinque, & recepta eſt ab Alexandro VII. qui reſpondit Imperatrici, ut in fide perſeverarent, & conceſſit illis ſuam *P*apalem benedictionem.

In 1651. Peſtilentia fuit Cataloniæ.

*I*n 1652. Angli ejecerunt ex Anglia omnes Ieſuitas, & omnes ordinatos ab Epiſcopis Catholicis, & vendiderunt omnes Eccleſias.

In 1654. *I*mperator Ferdinandus IV. immaturè mortuus eſt, cum dolore grandi Imperatoris Ferdinandi III. ſui genitoris.

In 1655. Chriſtina *R*egina Svetię Romam venit, ubi publice profeſſa eſt vitam Chriſtianam, & Catholicam, & ab Alexandro VII. in fide confirmata eſt in nocte Natalis Domini; & *R*omæ ſuam fecit habitationem, ubi etiam plena dierum obijt. Hoc anno Imperator Ferdinandus III. coronare fecit ſuum filium ſecundum genitum Leopoldum Ignatium Arciducem Auſtriæ *R*egem Ungarię ab Archiepiſcopo *S*trigoniæ.

In 1656. Fuit crudelis peſtilentia in Neapoli, à qua mortuvi ſunt pluſquam 200000. habitatores, & Ferdinandus III. Imperator coronavit in Civitate Pragæ *R*egem Boemię *L*eopoldum ſuum filium.

In 1657. Ferdinandus III. mortuus eſt ſubſtituendo uſque ad novam electionem Arciducem Leopoldum Gulielmum ſuum fratrem.

In 1658. Alexander VII. ritè canonizavit S. Thomam de Villanova Ordinis S. Auguſtini, & Epiſcopum Valentiæ. Hoc etiam anno Magnus Magiſter Religionis S. Joannis Baptiſtę Joannes *P*aulus Laſcari ætàtis ſuæ centum annorum mortuus eſt, & electus eſt D. Martinus Redingh Magnus Prior Navarrę & actualiter Sicilię *P*rorex. Hoc anno ab Electoribus Imperii declaratus eſt Cæſar Leopoldus *I*gnatius filius ſecundo genitus Ferdinandi III.

In 1661. mortuus eſt unicus filius Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, & poſt ſex menſes natus eſt illi alius filius vocatus Carolus Cajetanus.

In 1662. Federicus III. Rex Daniæ obtinuit à populis, quod deinceps non crearetur *R*ex per electionem, ſed eſſet per ſucceſſionem.

In 1665. Alexander VII. ritè canonizavit S. Franciſcum Sales Epiſcopum Gineuræ. Et in Aandia multi mortui ſunt ſub tectis à terremotu, & multa ędificia ruerunt.

In 1666. Civitas Panormi in Sicilia vexata eſt, ab inundatione fluminis Oreti.

In 1668. Papa Clemens IX. extinxit Religiones Canonicorum S. Georgii in Alga, Ieſuatorum, & S. Hieronymi in Feſulano, quę parum, aut nihil juvabant

bant Eccleſiæ. Hoc anno Alphonſus Rex Luſitaniæ uti impotens ſeparatus eſt à matrimonio Reginę ſuæ uxoris, & exiliatus ad inſulas Terzera, & Regina, cum diſpenſatione Cardinalis Vandomi Legati Apoſtolici in Gallia coniuncta eſt in matrimonio, cum D. Petro fratre Alphonſi, & poſtea confirmata eſt hęc diſpenſatio à Summo Pontifice. Hoc etiam anno Caſimirus Rex Polonię regnum renunciavit, & ſceptrum, & dedit Electoribus poteſtatem alium eligendi *Regem*.

In 1669. Mons Ethnæ in Sicilia flammas erupit per multos dies, cum magno muggitu, & terremotu, & incendit propè Cataniam plures habitationes; & cum reliquia S. Agathę compreſſus eſt, & retardatus ne Cataniam incenderet, & deinde in mari ſecedens ceſſavit periculum. Hoc anno à Clemente IX. adſcripta eſt Cathalogo *Sanctarum* S. Maria Magdalena de Pazzis, & S. Petrus de Alcantara Ordinis S. Franciſci. Hoc quoque anno ab Electoribus Poloniæ creatus eſt *Rex* Michael Vuinovieſchi, & Zbaras, & poſt electionem dicti Regis Rex Caſimirus ſeceſſit à Polonia in Galliam, ubi cum pace, & quiete Deo inſervivit.

In 1671. *In* Calabria fuit valida fames, & multi ab ea interierunt, & in anno ſequenti ſucceſſit mortalitas hominum.

In 1674. In menſe Iulii Civitas *Maſſanę* in *Sicilia* rebellis facta eſt Regi *Hiſpaniæ*, ubi multa acta bellica inter Hiſpanos, & Meſſanenſes occurrerunt, cum mortalitate magna utraque ex parte; Ita autem invaluit fames in dicta Civitate, ut etiam obligaret Cives ad comedendum carnem Equinam Mulinam, & Caninam, & pro pane utebantur lini ſeminibus, (ut teſtis ego fui oculatus dum cauſa ſtudiorum morarer in Civitate Reghina) Fame ergo vexati Meſſanenſes Gallos vocaverunt, qui per duos annos circiter ibi moraverunt, & multa acta bellica inter ipſos, & Hiſpanos ſuccederunt, præſertim in mari; Et inter alia decem Triremes, ex parte Hiſpanię die 15. Auguſti ſequentis anni propè Reggium unam navim, ex Gallia vicerunt frumenti, & Caſei onuſtam venientem è Barbaria Meſſanam, non cum pauca ſanguinis effuſione ex parte utraque; Poſt autem octo dies venerunt Galli, & illam incenderunt, & abſque leſione receſſerunt: ignis vero ad Cameram S. Barbaræ ejuſdem Navis pertingens, illam diſperdidit hinc inde, & tunc Reghini Populi qui cernebant ſpectaculum, & in terra, & intra naviculas in mari à concuſſione perierunt numero pluſquam ducenti viri, & multi etiam plagati relicti. Poſt duos autem circiter annos Galli è Meſſana receſſerunt ſponte; quæ iterum ab Hiſpanis occupata eſt.

In 1675. Joannes Sobieſchi fuit electus Rex in Polonia. Clemens X. aperuit Annum Sanctum.

In 1688. In Vigilia Pentecoſtes in Neapoli fuit validum terremotum.

In 1693. Die undecima Januarij Civitas Catanię ſubverſa eſt à Terremotu, & tota corruit, & ſub ædificiis mortui ſunt pluſquam decem millia hominum; quæ poſtea reædificata eſt, ſed non tam ſuperba in ædificijs, ſicut antea erat.

In 1696. Joannes Subieſchi Rex Poloniç vir verè fortis, & ſtrenuus, poſtquam cum Imperialibus fugavit Turchas aſſediantes Civitatem Viennæ; & alia facta bellica contra Turchas egiſſet, in defenſione ſui Regni, glorioſè clauſit ſuos dies.

In 1697. Poloni diſſiderunt in electione eorum Regis; nam die 26. Julij, cum tandem in electione veniſſent Elector *S*aſſoniæ habuit 142. Vota, & Princeps de Conti Gallus habuit vota 73. Uterque ergo Regnum prætendebat. Hoc anno Innocentius XII. die 23. Iulij in ultimo Conciſtorio creavit quinque Cardinales, ſcilicet pro Luſitania Archiepiſcopus Lisbonæ; Pro Republica Veneta Nuntius Cornarus. Pro Hiſpania Comes Anghillarç, pro Imperio Abbas Grimani, & pro Gallia Epiſcopus Orleans. Hoc anno in Mediolano ſubita morte obijt Franciſcus Maria Sfortia Viſconti, Marchio Caravagij, & apertum Cadaver circiter cor viſa eſt aquç quantitas, cor cooperiens.

In 1697. Imperator Chinç conceſſit Miſſionaribus Catholicis prædicare in ſuo Imperium libere Evangelium, & dedit libertatem ſubditis amplectendi Religionem Chriſtianam. Hoc quoque anno die quintadecima Aprilis Rex Svetiæ Carolus XI. clauſit ſuos dies ætatis ſuç annorum 42. & die ſequenti fuit proclamatus Rex Carolus XII. ſuus primogenitus ætatis ſuç annorum quindecim ſub tutela ſuæ Matris Reginæ. Hoc etiam anno Venetiæ fuit valida tempeſtas die decima Auguſti extraordinari*æ* magnitudinis; cum morte hominum, & animalium. Hoc quoque anno Poloni antequam coronarent Ducem *S*aſſoniç in eorum Regem; hæ ſequentes conditiones illi propoſuerunt; Primo ut abijuraret hæreſim Lutheranam. Secundo ut ſe obligaret ad ampliandum Regnum; & proprijs expenſis recuperare *Caminietz*. Tertio ut etiam ſuis expenſis ſubſtentaret in *R*egno ſex mille milites. Quarto ut quolibet anno ſubminiſtraret pro armis decem millia florenos; & totidem impenderet annuatim pro recuperandis Polonis in captivitate Turcharum, & Tartarorum degentibus. Sexto ut Cracoviç erigeret Academiam pro juventute addiſcenda in artibus liberalibus. Et ſeptimo ut daret Reipublicæ ante coronationem decem miliones auri. Hoc anno die tertia Auguſti Dux Saſſoniæ publicè abiuravit hæreſim Lutheranorum, & Cracoviam ingrediens fuit à Senatu receptus fecit multas demonſtrationes ſuæ fortitudinis; & in ingreſſu ait hæc verba: *Amici me elegiſtis Regem; ego propter vos meum Principatum reliqui, non ut evaderem dives, ſed ut Regnum ampliarem, & contra inimicos præliarem; dabo igitur fidelibus ſubditis cor; & infidelibus enſem*. Tunc impartivit unicuique Senatori quinquecentum Tallaros; & unicuique Legato Ordinis Equeſtris quatuor centum; & exercitui duo miliones auri. Hoc quoque anno in Civitate Londræ die 25. Auguſti apparuit Cometa mirè magnitudinis, & rapidiſſimè volabat in terram verſus Nort, cum ſtrepitu magno, et lucebat ut Luna; et poſtquam in terram pervenit diviſus eſt in Stellas lucentiſſimas, et diſparvit; et ob ſplendorem, multi ex equo ubi inſedebant ceciderunt.

*H*oc.

Digitized by Google

Hoc etiam anno die decima Septembris exercitus Imperialis obtinuit inſignem Victoriam contra Turchas apud flumen Tibiſcum, cum morte duodecim millia Turcharum.

Die quinta decima Septembris hujus anni; non obſtante partitu contrario de Conti Gallo, coronatus eſt Rex Poloniæ in Civitate Cracoviæ Elector Saſſoniæ jam electus cum pluralitate votorum. Succeſſit autem ſic: Apparuit Rex in Eccleſia ſociatus duobus Epiſcopis in Pontificalibus induti; ipſe verò Rex armatus galea, et veſtibus militaribus cum mantu Ducali; Epiſcopi ipſum præſentaverunt in Altari majori, ubi erat in ſua ſede Epiſcopus Govācoviæ, tunc dixerunt duo Epiſcopi præſentantes: *Iſte egregius Miles petit coronari*, quibus reſpondit Epiſcopus coronans: *Scitis ipſum eſſe dignum*; et duo Epiſcopi reſponderunt: *Scimus, novimus, & raccomandamus*. Tunc alius Epiſcopus aſſiſtens legit profeſſionem fidei, quem Rex iuravit ſuper Evangelia, ſicut etiam juravit pacta cum Reipublica. Tunc duo Epiſcopi exuerunt eum armis militaribus, et Epiſcopus celebrans eum unxit in Regem, et Epiſcopi eum induerunt Alba, et Cappa; et tunc Epiſcopus celebrans accepit Coronam de manu Palatini Cracovienſis, et poſuit eam in capite Regis, et Sceptrum de manu Caſtellani Vilnæ, et dedit illum in manibus; et ſic Rex aſſiſus eſt in Throno in una Sedia argentea, Senatoribus circumſtantibus; et Miſſa inchoata eſt; & inter Miſſarum ſolemnia Rex iterum ductus eſt ad Altare, ubi recepit Globum aureum à Celebrante, qui illum accepit à Palatino Lancitiæ, et denuò acceſſit ad Thronum, et denique recepit Sacram Communionem; et ſic finita eſt ceremonia.

Die vigeſima hujus menſis ejuſdem anni, concluſa, & firmata eſt pax à Plenipotentiariis Regum Hiſpanię, & Angliæ, ac etiam Hollandię, & poſtea à Plenipotentiariis Imperii in Congreſſu Riſvich, & Galliæ.

Die vigeſima quinta Octobris hujus anni in Calabria apparuit Cometa grandis, luminis gravida, cum magna cauda, & poſt quatuor horas diſparuit, relinquens caudam albam in forma caudæ ſerpentis, & eclypſata.

Hoc etiam anno, & menſe mons Summæ evaporavit flammas per octo dies continuos tam magnas, ut ſit impoſſibile dictu.

Hoc quoque anno die 28. Septembris fuit coronatus Dux Genuæ Franciſcus Maria Sauli.

In anno 1698. in Taurino Civitate Piemontis cecidit de Cœlo fulmen, & incendit magnam quantitatem pulveris, quæ aſſervabatur in Caſtro dictæ Civitatis, quod totum dirutum eſt cum ſtrepitu grandi; nec non cum morte duodecim officialium, & 400. hominum, & caſu aliorum ædificiorum, & damno incredibili. Hoc anno die 15. Septembris apparuit Pariſis Cometa in conſtellatione Caſſiopeæ, & poſtea tranſit in conſtellatione Ceffei, iterum viſa eſt inter Cygnum, & Dragonem; inde conſtellatione Herculis, & ſerpentarii, & in undecim dies fecit motum ſexaginta graduum.

Eodem anno die 4. Octobris Romæ cecidit de Cœlo ſagitta, & fulminavit Piſtorem dum panem coqueret.

In

Digitized by Google

Eodem anno die 11. Octobris in Tolentino, bra chium S.Nicolai ſanguiguinem profudit in abundantia.

*E*odem anno die 12. Octobris *R*omæ corpus B.Pii V, gratulante *S*acro *C*ardinalium Collegio, cum magno Cleri, & *P*opuli concurſu, exhumatum eſt ex Arca ſubterranea, ubi quieſcebat, & in Arca lapidea coloris viridis auro ornata, eſt repoſitum.

Hoc etiam anno concluſum eſt matrimonium inter Regem Romanorum, & Dominatricem Annover.

*E*odem quoque anno die 13. Octobris conjuncti ſunt in matrimonio Dux Sereniſſimus Lorenæ, & Madamoſella de Orleans.

In anno 1699. in Cõgreſſu Riſvich à Plenipotentiariis Principum Chriſtianorum concluſa eſt *P*ax deſiderata inter ipſos Principes, & arma ſunt ſuſpenſa aliquibus conditionibus acceptis, & ratificata poſtea ab ipſis *P*rincipibus. Quoque hoc anno paulò poſt concluſa eſt pax inter Imperatorem Leopoldũ cum Rege Turcharum, aliquibus conditionibus acceptis.

In decimooctavo ſeculo anno 1700. apertum eſt Annum Jubilei ab Innocentio XII.

Apertum eſt autem Iubileum ſic. Cum enim zelantiſſimus noſter Pontifex perſonaliter cogitabat *P*ortam *S*anctam in Vaticano aperire, à ſua indiſpoſitione fuit impeditus, & hanc ceremoniam commiſit Eminentiſſimo Cardinali *D*ecano, ſcilicet Alderano *E*piſcopo Hoſtienſi Cibò, cui ſe excuſavit propter ſuam gravem ætatem, & ſucceſſit Eminentiſſimus Cardinalis Emanuel Theodoſius de Buglione Epiſcopus Porti, qui acceſſit in *P*ontificali ad dictam portam cum toto *S*acro Collegio, & Clero tam ſeculari, quàm Regulari, & infinito populo ex nationibus diverſis; & accepto malleo è manibus D.Alexandri Caprara Rotæ Subdecani, & Sacræ Pœnitentiariæ Regens, primo ictu portam Sanctam percuſſit dicens: *Aperite mihi portas juſtitiæ*, cui à Choro reſponſum fuit: *Ingreſſus in ea confitebor Domino*. Deinde ſecundo ictu Portam percuſſit, dicens: *Introibo in domum tuam Domine*, & Chorus reſpondit: *Adorabo ad Templum ſanctum tuum in timore tuo*. Denique tertio ictu Portam percutiens, dixit: *Aperite Portas, quoniam nobiſcum eſt Deus*, & Cantores: *Qui fecit virtutem in Iſrael*.

Et reſtituto malleo rediit ad ſuam ſediam Pontificalem ibi preparatam, & inter hæc Porta aperta eſt; inde erigens ſe Eminentiſſimus de Buglione, dixit ſequentes verſiculos.

℣. *Domine exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiſcum.*
℟. *Et cum ſpiritu tuo.*

O *R* E M *V* *S*.

A*Ctiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra actio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.*

Tunc

Tunc Chorus cantavit *Pſalmum Jubilate Deo omnis terra, &c.*

Et interim Pœnitentiarii Baſilicę Vaticanę Sacerdotalibus veſtibus induti, abſtergerunt aqua benedicta limina Portæ cum ſpongiis,& linteaminibus.

Inde Eminentiſſimus de Buglione erigens ſe, dixit ſequentes verſus,& orationem Muſicis reſpondentibus.

℣.*Hæc dies, quam fecit Dominus.*
℟.*Exultemus, & lætemur in ea.*
℣.*Beatus populus tuus Domine.*
℟.*Qui ſcit jubilationem.*
℣.*Hæc eſt porta Domini.*
℟.*Juſti intrabunt in eam.*
℣.*Domine exaudi orationem meam.*
℟.*Et clamor meus ad te veniat.*
℣.*Dominus vobiſcum.*
℟.*Et cum ſpiritu tuo.*

OREMUS.

Deus, qui per Moyſen famulum tuum Populo Iſraelitico Annum Iubilei, ac remiſſionis inſtituiſti, concede propitius nobis famulis tuis Iubilei Annum hunc, tua auctoritate inſtitutum, quo Portam hanc populo tuo ad preces tuæ Majeſtati porrigendas ingrediendi ſolemniter aperiri voluiſti fœliciter incboare, ut in eo venia, & indulgentiæ plenæ remiſſionis omnium delictorum obtenta, cum dies noſtræ advocationis advenerit, ad cæleſtem gloriam perfruendam tuæ miſericordiæ munere perducamur. Per, &c.

Hac oratione abſoluta, Eminentiſſimus de Buglione flexis genibus ante Portam ſanctam tenens in dextera manu Crucem, & in finiſtra candelam accenſam incoavit Hymnum *Te Deum laudamus*, & Cantores proſequerunt; inde ſe erigens, primum intravit intus Portam ſanctam, oſculans ejus limina, & poſtea Eminentiſſimi Cardinales bini, & bini cum candelis omnes accenſis intraverunt oſculando limina Portæ ſanctæ: deinde intraverunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati, & omnis populus; & ſic finita eſt iſta ceremonia.

Hoc etiam anno 1700. die 27. Septembris placida, & ſancta morte clauſit ſuos dies Pontifex Innocentius XII. Neapolitanus ex familia Pignatelli, cum ſediſſet in Cathedra *Petri* annos novem, menſes duos, dies quindecim; nam creatus die 12. Iulii 1691. obiit die 27. Septembris 1700. ætatis ſuæ annorum octogintaocto.

Hoc quoque anno Eminentiſſimi Cardinales in Conclavi incluſi cauſa eligendi Summum Pontificem poſt menſem unum, & dies viginti ſeptem elegerunt in *Pontificem* Eminentiſſimum Ioannem Franciſcum Albano Urbinenſem in die S. Clementis vigeſima tertia Novembris, qui aſſumpſit nomen Clementis XI. ætatis ſuæ annorum quinquaginta unum. feliciter vivat, & Deus conſervet pro bono ſuę Eccleſiæ Sanctę, & pro pace ſibi commiſſi Gregis.

Hoc

Digitized by Google

Hoc etiam anno è vivis ſublatus eſt (morte immatura , ſed patienter tolerata poſt longam infirmitatem] Carolus II. Monarcha Hiſpaniarum die prima Novembris in die omnium Sanctorum hora circiter vigeſima ſecunda , in Regali Civitate Madrid, ętatis ſuæ annorũ triginta octo.Hic verè pius,& Catholicus *R*ex complanctus eſt à toto ſuo Regno planctus inceſſanti,in qua familia Auſtriæ extincta eſt poſt tot ſæcula glorioſa : Qui in extremis poſitus ſuo Teſtamento nuncupatiuo nominavit primum ſucceſſorem Regni de iure filium primogenitum Regis Galliæ ; at quia hic debet ſuccedere ſuo *R*egno Galliæ ; nominavit ſuvm Primogenitum *D*ucem Burgundiæ,& etiam quia hic non poteſt ſuccedere ; nominavit tertium ſucceſſorem , & hæredem univerſalem Ducem de Angiò ſucundogenitum Delphini ; & poſt ipſum Ducem de Berry tertium Genitum , tertio loco nominavit Sereniſſimum Archiducem Auſtriæ Carolum Imperateris filium, & quarto loco, & ultimo Ducem Sabaudiæ.

*S*ub igitur nomen *P*hilippi V. Regno ſucceſſit ſecundum Genitum Delphini,& Mariannæ Chriſtinæ Victoriæ de Baviera, ætatis ſuæ annorum decem & ſeptem, natus eſt enim die 29.Decembris 1683, fęliciter vivat pro pace,abundantia,& juſtitia ſuorum ſibi commiſſorum.

Recenſentur omnia Concilia *Generalia celebrata in* Eccleſia .

OMnia Concilia celebrata in Eccleſia ſolent dividi in tres claſſes ; Alia enim ſunt approbata à *S.S*ede Apoſtolica,& ab Univerſali Eccleſia recepta;alia ſunt omnino reprobata.& alia partim approbata, & partim reprobata : Approbata numerantur decem & octo.

I.eſt Conciliũ Nicenũ 318. Epiſcoporum , celebratum ſub Silveſtro Papa anno 325, imperante Conſtantino, & in eo potiſſimum ſunt definitæ duo controverſiæ,una de celebratione *P*aſchatis, altera deDivinitate Chriſti adverſus Arrium.

II.eſt Conſtantinopolitanum I. 150. Patrum ſub Damaſo Papa anno 381: pro Divinitate *S*piritus Sancti, adverſus Macedonium.

III.Epheſinum I. 200.Epiſcoporum ſub Celeſtno I.anno 431.contra Neſtorium,ponentem in Chriſto duas perſonas.

IV.Chalcedonenſe 610. Epiſcoporum ſub Leone I.anno 451.contra Eutychetem ponentem in Chriſto poſt Incarnationem unam tantum naturam.

V.Conſtantinopolitanum II.165Epiſcoporũ ſub Vigilio *P*apa anno 553.adverſus tunc creſcentem hæreſim Origenis; & ad ſedandas diſſentiones,quibus Eccleſia tunc agitabatur occaſione Synodi Calcedonenſis.

VI.Conſtantinopolitanum III.289.Epiſcoporum ſub Agathone Papa anno 630. ad domandam hæreſim Monothelitarum ponentium in Chriſto unicam Uoluntatem.

VII,Nicenum *I*I.350.Epiſcoporum ſub Adriano *I*.anno 787.adverſus impugnatores Sacrarum Immaginum.

VIII. Conſtantinopolitanum IV. 383. Epiſcoporum ſub Adriano II. anno 869 propter depoſitionem tyrannicam Ignatij Patriarchæ Conſtatinopolitani, cui Photius fuerat ſubſtitutus, cuius ſuaſu Græci cœperunt contra Primatum Romani Pontificis ſentire; & docere, & latinos odio proſequi, & tanquam excommunicatos vitare, eo quia addiderint Symbolo illa Verba (Filioque) Vnde Græci palam ſe ſe à Romanis, & Latinis diviſerunt; & inde Generalia Concilia amplius non fuerunt celebrata in Oriente.

IX. Lateranenſe II. 1000. Patrum ſub Caliſto II. anno 1122. contra Saracenos pro recuperanda Terra Sancta, ſed non extat.

X. Lateranenſe II. 1000. Patrum ſub Innocentio II. anno 1139. contra Antipapam Petrum Leonem, & pro Cleri Iure.

XI, Lateranenſe III. 300. Epiſcoporum ſub Alexandro III. 179. contra Vualdenſes, & pro reformatione *E*ccleſiæ.

*X*II. Lateranenſe IV. 1285. *P*atrum ſub Innocentio Tertio, qui præfuit anno 1215. contra varias hæreſes, & in hoc Concilio approbatum eſt, tranſubſtantionis vocabulum in *S*acramento Altaris.

*X*III. Lugdunenſe I. Sub *I*nnocentio *I*V. anno 1244, contra FedericumSecundum Imperatorem, qui vocatus, & recuſans venire ad Concilium, iudicatus eſt hoſtis Eccleſiæ, privatuſque eſt Imperio & Regno.

*X*IV. Lugdunenſe. II. 1000. *P*atrum ſub Gregorio *X*. anno 1274. contra Græcorum errores, qui opera S. Bonaventuræ cum latinis conjuncti ſunt, & conciliati ſuper articulos Spiritus Sancti.

XV. Viennenſe 300. Epiſcoporum ſub Clemente V. anno 1311. in qua Ordo Templariorum, qui annis 203. ſteterat extinctus eſt. *I*n eo ſunt damnati Begradi, & Beguinæ, & fuit reprobata illa doctrina, qua tradebatur animam rationis compotem non eſſe formam corporis humani.

*X*V*I*. Florentinum 141. Patrum ſub Eugenio IV. anno 1439. ubi Latini cum Græcis convenerunt, & *A*rmeni ſe ſe ad Eccleſiam Romanam reduxerunt.

XVII, Lateranenſe V. 114. Patrum ſub Iulio II, & Leone *X*. anno 1512. cõtra *S*chiſmata.

XVIII. Tridentinum ſex Cardinalium, quatuor Legatorum, trium Patriarcharum, trigintaduo Archiepiſcoporum, ducentum viginti octo Epiſcoporum, quinque Abbatum, ſeptem Generalium Ordinum ſub Paulo Tertio, Iulio Tertio, & PioQuarto ab anno 1545. inchoatum, uſque ad annum 1563. protractum contra hæreſes, & ad componendos mores *E*ccleſiaſticorum.

Generalia Concilia reprobata ſunt ſeptem.

I. Antiochenum tempore Iulii Primi, & Conſtantii Imperatoris circa annum Domini 345. in quo ad Arrianis damnatus eſt Athanaſius.

II. Mediolanenſe 300. Epiſcoporum tempore Liberij Papæ, & Conſtantii Imperatoris circa annum 354. in quo etiam obliquè fides Catholica damnata

III. Ari-

III Ariminenſe 600. Epiſcoporum tempore Felicis Secundi, & Conſtantii Imperatoris anno 373. in quo ſublatum eſt de Symbolo Nomen [homouſios]

IV. Epheſinum II. tempore Leonis Primi, & Theodori Iunioris anno 449. In quo factione Dioſcori S. Flivianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus eſt occiſus, & Legati Romani Pontificis ſunt fugati, & confirmata hæreſis Euthycana

V. Conſtantinopolitanum tempore Gregorii Secundi, & Leonis Iſauri Iconomachi anno 730. contra ſacras Imagines renitente S. Germano Patriarcha Conſtantinopolitano, qui ideò à ſua ſede eiectus eſt.

VI. Conſtantinopolitanum 338. Epiſcoporum, tempore Stephani Secundi, & Conſtãtij Capronymi Imperatoris anno 755. in quo etiam Chriſti, & Sanctorum Immagines abolitæ ſunt.

VII. contra Iulium Secundum anno 1511. paulo poſt reprobatum in Concilio Lateranenſi V. ſub eodem Iulio Secundo.

Generalia Concilia partim confirmata, & partim reprobata ſunt ſex.

I. Sardicenſe tempore Iulii Primi, & Conſtantii Imperatoris, in quo tercenti Epiſcopi Occidentales fidei Cattholicæ ſubſcripſerunt, reliqui vero ſeptuaginta ſex, qui erant Orientales fidei Arrianæ.

II. Sirmienſe ſub Liberio Papa, & Conſtantio Imperatore, in quo duę formæ fidei compoſitæ ſunt, una idiomate Græco, Catholica altera, idiomate Latino plena apertis blaſphemijs, & in eo facta eſt damnatio Photini hæretici, quam Eccleſia recepit.

III. Trullanum celebratum Conſtantinopolim, in Palatio quod dicitur Trullum, tempore Sergii Papę, & Juſtiniani Imperatoris, quod Sergius reprobavit, tamen in eo, quod dicitur, quod Immagines debent pingi, receptus eſt ab Adriano, & à Synodo Generali ſeptima.

IV. Francofordienſe tempore Adriani I. & Caroli Magni Francorum Regis, quod confirmatum eſt in eo, quod dicitur, quod Chriſtus non ſit filius Dei adoptivus, & reprobatum in eo, in quo damnatur ſeptima Synodus,

V. Coſtantienſe ſub Ioanne XXIII. & Martino V. tempore Sigiſmundi Imperatoris, quod à Martino fuit approbatum quantum ad ultimas ſeſſiones, non tamen quo ad primas

VI. Baſilienſe inchoatum tempore ſchiſmatis, & continuatum Baſileæ, ac proinde finitum Lauſinæ anno 1449. quo tempore ceſſit Nicolao V. Papę tam ipſum Concilium, quam Felix V. in ſummum Pontificem tempore ſchiſmatis ab ipſo Concilio creatus, cuius Concilii nil fuit approbatum præter aliquas diſpoſitiones circa beneficia Eccleſiaſtica.

INDEX
ALFABETICUS
Rerum omnium, quæ in hoc Opere continentur:

A

Abbas *qui habet jus Mitræ,& baculi poteſt conferre ſuis ſubditis primam tonſuram, & Ordines minores.* lib.4. dub.5. n,2.fol.130. Abbas *S. Barbaræ. Mantuanus habet poteſtatemà Papa confirmandi,lib,6.dub.* 5.n.5.f. .Abbates *non poſſunt eſſe, Patrini.lib.5.dub.5.n.41.fol.230.*

Abbatiſſæ *quandonam peccare poſſunt,ut tales ſunt.* l.7.c.16,n.7.f.373,

Adoptans *quot conditiones habere debet ut legitimè adoptet.* lib, 1. dub. 25.§.4.n.1.fol.69.

Adulti *non tenentur ſub præcepto ad recipiendum. Sacramentum Confirmationis; benè vero ob ſcandalum,* lib. 1.dub.4,n.1.fol.22. *Quid ſcire debent ut baptizentur.* lib.6. dub.5.nu. 26.fol.226.

Affines *contrahentes in gradu prohibito ſunt excommunicati,lib.1.dub.* 25.§.12.*num.7.fol.*74,

Apoſtatæ *à fide, &* Religione *ſunt excommunicati,ſecus ab habitu Clerica* lib.4.dub.21.§,11.nu.46.fol.171.

Apoſtatæ à fide,ſepultura Eccleſiaſtica privari debet, l.6.d.9.§.1.n.6.f.297

Aqua *quare miſceri debet vino conſecrãdo.* l. 1.d.13n.2.f,34. *& an iſta mixtio fieri debeat in dolio,vel in vaſe,* ibid.num.5.*Et an ſit de neceſſitate* Sacramenti,lib.6.d.6.§,1,n.26.27.fol. 238.*& an debeat fieri in magna quãtitate. ibid.* n,29. *& an immedietè convertatur in vinum,vel in ſanguinem ibidem.*

Archiepiſcopi *quid poſſint dum in actu viſitant Diœceſes ſuorum ſuffraganeoru* m.l.4.d.3.n.2.f.126. *Poſſunt in actu Viſitationis abſolvere ſubditos ſuffraganeos à reſervatis ibid* dub.9,n.5.fol,140.*Poſſunt concedere Indulgentias in tota Provincia, etiã extra actum Viſitationis ibid. dub.*10 n.5.fol.142.*In quibus caſibus poſſunt abſolvere cenſuras ſuffraganeorum, ibid.d.*15.n 8.fol.149

Armeni *dicunt aquam non eſſe miſcendam vino conſecrando,* l.1.d.13. n.1.fol.34.

Aromatarijs *in quas culpas incidunt* l.7.cap.26.n.13.fol.401.

Arrius *negavit auctoritatem Concilij Niceni.* l2.d.4.n.10.fol.93.

Articulus, *& periculum mortis, in quo differant.l.3.d.*14.n.14.fol.121.

Aſſiſtentia *Spiritus Sancti in Eccleſia quid ſit.l.2.dub.2,n.5.fol.88.*

B

Balſamum *ſignificat odorem famæ* l.1.d.6.n.2.f.25.

Baptiſmus *quid,& quotuplex ſit, & à quo iſtitutum eſt, & quæ eius materia, & forma,& miniſter,lib.6.dub.*5.

num,

Digitized by Google

num.1.2.3.4.15.16.17.& ſeq.f.218. Ad quod tempus poteſt differri in parvulis Chriſtianorum, l.6.d.5.n.22.f.225. Non poteſt reiterari, niſi in aliquibus caſibus, ibid.n.27.f.227. Sub qua forma eſt dandus ſub conditione, ibid.n.28.

Baptiſmi *Sacramentum ſolemniter miniſtrare pertinet ad ſolum Sacerdotem, & ad Diaconum ex ſpeciali Sacerdotis, vel Epiſcopi commiſſione, lib.1.d.3.n.1.f.21. Miniſtrum in neceſſitate eſt omnis fidelis, & paganus, & hæreticus, & Iudeus, & Infidelis ibid.n.2. Solemnitates quæ ſint, & ubi, & quando fieri debant, l.6.d.5.n.29.31.32.fol.227.*

Baptiſmo *aſſiſtens abſque intentione exercendi munus Patrini an contrahat cognationem ſpiritualem. l.6.d.5.n.43.fol.231.*

Baptizans *quem partem baptizandi debet abluere, l.6.d.5.n.23.f.225.*

Baptizati *tantum ſunt capaces Sacramenti Ordinis, non Cathecumeni. lib.1.d.23.n.4.fol.60.*

Bigamia *quid ſit lib.1.dub.25.§.10.n.1.fol.72. Et quotuplex ſit lib.4.d.21.n.19.fol.266. Et in quibus caſibus dicuntur bigami, ibid.n.20.*

C

Canonizatio *Sanctorum quid importet, lib.1.d.8.n.1.fol.97.*

Cadaver *publici excommunicati, vel Interdicti, vel Uſurarii manifeſti ad ſepulturam comitans an incurrat excommunicationem l.6.d.9.§.1.n.10.f.299.* Cadaver *Laici ſepulturam eligentis in Eccleſia Regularium; an debeat prius ad Eccleſiam Parochialem deferri ibid.§.6.n.11.*

Capitulum *ſede vacante in quibus caſibus poteſt litteras dimiſſorias concedere, l.4.d.5.n.8.f.131.*

Cappellani *perpetui decedentes abſque electione ſepulturæ, ubi ſunt ſepeliendi l.6.d.9.§.2.n.4.f.299. Inſtituti auctoritate Apoſtolica tenentur ad reſidentiam l.6.d.3.n.9.f.216.*

Cardinales *ſunt ſuperiores Epiſcopis dignitate, ſed inferiores ordinis poteſtate. & quare? l.3.d.1.n.2.f.103. Præcedunt in Conciliis Epiſcopos, ibid.n.4. Presbiteri iure ordinario creantur in anno trigeſimo: Diaconi in anno vigeſimo ſecundo, ibid.n.6. Quid poſſunt mortuo Pontifice, ibid.dub.2.n.1.f.104. & quid poſſunt circa electionem novi Pontificis, ibid.n.2.f.105. Remanentes duo in conclavi, reliquis mortuis, vel abſentibus, quia iſti poſſint circa electionem, & quid ſi unum tantum remanebit. ibid.n.3. Habent vocem etiam ſi inſigna Cardinalatus non ſint eis tradita, ibi.n.4. Non includuntur in generali ſententia ſuſpenſionis, vel interdicti, ibid.dub.3.n.1.f.106. In aliis cenſuris generaliter latis includuntur niſi expreſſe excludantur; ibid.n.2.3. In ſuis titulis gaudent Privilegiis Epiſcoporum, & quare, ibid.d.4.n.2.f.157. In ſuis titulis poſſunt excommunicare, ſuſpendere, interdicere, & uti inſignibus Pontificiis, & eorum Vicarii quid poſſint. ibid.n.3. In ſuis titulis poſſunt leges ferre ligantes in conſcientia: & Voluntates commutare, ibid.n.6. Poſſunt exigere à ſuis Eccleſiis ſubſidium charitativum, & concedere Indulgentias centum dierum, celebrare ante auroram,*

vel

vel poſt meridiem,& aſſiſtere, & dare licentiam aſſiſtendi in Matrimoniis,ibid.n.8. 9.10.In ſuis titulis poſſunt primam Tonſuram, & Ordines minores conferre ibid.n.13.f.108 Poſſunt,& habent ius conferendi beneficia. ibid. d.5.n.1. Gaudent fructibus beneficiorum, etiam ſi ſint abſentes ib. Poſſunt cognoſcere in ſuas Eccleſias cauſas criminales; habere familiam armatam. In judicio non poſſunt ut ſuſpectos recuſari. Inter ſe lites habentes, decidendæ ſunt per ſummum Pontificem privative. ib.d.5. n.1.2.3.4.5.6.7.fol.109.Habent Privilegium ut ſi ſint obvii condemnato à morte ipſum liberare, & quomodo? ibid.n.9.Offendentes Cardinales ad quid incurrant,& quomodo, & in quo caſu? ib.d.6,n.5,6,7.8,9. f.110.Eiiciētes illos à Palatio Principis an ligentur cenſura, & an ligentur ſi eos expellant à ſua Eccleſia.ibid n.10.11.f.111.Cardinales Religioſi an à voto paupertatis eximātur ib.d.7.n.1 f.112.Tenentur portare habitum ſuæ Religioni s;ſi tamen illum dimittunt non incurrunt excommunicationem. ibid. n.2. Poſſunt eſſe Compatres in Baptiſmo, & Confirmatione;& quare? ibid n.4.Poſſunt teſtare ex licentia Pōtificis.ib.d.8,n.1.f.113.Et teſtādo quid ſervare debent? ibid. n. 2. Poſſunt ſibi,& ſuæ familiæ providere de Confeſſario, & quare ibid. d.9. n.2.f.114.Poſſunt eadem die plures Miſſæ celebrari facere in ſuis Cappellis pro commoditate familiæ;quod etiam poſſunt eorum Cappellani etiā abſentibus Cardinalibus ibid.n.4.5. f.114.In Conclavi loquentes, & alii cum eis colloquentes an incidant in excōmunicationem? ib.d.10.n.3.f.1 An in hoc excuſet parvitas mater ibid.n.5.& quomodo hoc intelligit. & de qua locutione ibid.n 8. 9.f.1 Non peccant ſi d. in Conclavi exi pluribus ferculis ſi eſcantur ib.d. n.3.f.117.In electione ſummi Pōtif in quonam peccare poſſunt,l.7.c.5 341.& in quo ut Cardinales ſunt care poſſunt ibid. n.2.Decedentes ſque electione ſepulturæ ubi ſunt peliendi?l.6.dub.9.§.2.n.4.f.299.l percutientes cum moderamine in patæ tutelæ, vel noctu ad quid in rant l.3.d.6.n.15.16.f.111.

Cardinalis ſe ipſum ferro, vene vel alio modo vulnerans, aut pe tiens ad quid incurrat.l.3. d.6. n f.111.Qui propter infirmitatē è C clavi egreditur, debent præber ramentum non manifeſtandi ac Conclavi,ibid.d.11.n.1.f.117.No teſt ſcribere Cardinalibus in Co vi exiſtētibus,& ſi convaleſcat r debet ibid.n.2.3. Non poteſt ing Monaſteria Monialium, niſi in bus neceſſariis ibid. d.4.n.7.f.1C

Canonici in quas culpas pe incidere ut tales ſunt,l. 7. c.8.p tum.f.354.

Caſus reſervati à Prælatis R laribus non ſunt reſervati pro tiis,l.5.d.5.n.4.f.189.

Catholici ſunt in loco ſacro liendi, niſi iuſta cauſa prohibe l.6.d.9.n.4.f.296.

Cathacumeni ſunt in loco ſa peliendi, & quare. ibid.

Cenſuras quid, & quotuplex d.12.n.1.2.f.144. lata ob inde aliquem ad electionem ſepultu propria Eccleſia; an contrahat

ſecuta effectu inductionis, l.6.d.9.§.4. n.9.f.303.

Clauſura quot modis violari poteſt, l.5.d.8.n.1.f.198.

Clerici violando Interdictum, ultra culpam incurrunt irregularitatem, & quando? l.4.d.20.n.9.11.12. f.151. In quibus caſibus Ordines Sacros exercendo tempore cenſuræ incurrant irregularitatem. ib.d.21.§.9. n.40.f.169. Miniſtrãdo in Ordine Sacro quem non habent incurrunt irregularitatẽ. ib.§.10.n.42.f.170. Seculares quã pœnã incurrant inducentes aliquem ad eligendum ſepultura in propria Eccleſia, l.6.d.9.§.4.n.1.f.302. Ad quid tenentur ſepelientes inducentes ad propriam Eccleſiam, vel alios qui alibi elegerunt ſepulturam, ib. n.10.12 f.304. Clerici percuſſio quãdo dicitur levis, quando mediocris, & quando gravis l.4.d.16 n.3.4.5.f.151.

Cognatio triplex, naturalis, legalis, & ſpiritualis, l.a.d.25.§.3.n.1.f.67. quid ſit naturalis. ib.n.2. Quid ſit legalis ib.§.4.n.1.f.69 quando & quomodo contrahitur, ibid.n.2. & quando invalidat Matrimonium? ibid.n. 3.f.70. Spiritualis quid ſit, ibid.§.5. n.1. quando & quomodo contrahitur, ibid. n 2. dirimit matrimonium jure Eccleſiaſtico. ibid. n. 7. & lib.6. d.7.n.42.

Chriſtus quibus de cauſis inſtituit ſumendum Sacramentum Corporis, & Sãguinis ſui ſub alia ſpecie? l.6.d.6. §.7.n.63.f.280. Quartadecima Luna primi menſis (ſcilicet Martii) ad veſperam cum Apoſtolis celebravit Paſcha. ibid. n. 66.f.281. In ſua Paſſione à tribus modis eſt traditus ibid. n. 51.f.276.

Collecta quare ſic dicitur? l.6.d.6. §.7 n.19.f.267.

Communionem Paſchalem ubi fideles teneantur ſumere? l.6.d.6 §.3. n.65.f.250.

Communicantes in Canone addidit Ciritius Papa l.6.d.6 §.7.n.56 f.277

Concilium Generale ſede Apoſtolica vacante poteſt concedere Indulgentias l.1. d.10. n.3.f.141. ſecus Cap. Cathedrale ſede Vacante, ibib. n. 10. Conciliũ quid ſit? l.2.d.5.n.1.f.91. Provinciale, vel locale auctoritate Pontificis confirmatum errare non poſſunt in rebus fidei definiẽdis: & quare? l.2. d.5.n.6.f.92. Cõcilia alia confirmata alia non confirmata. ib.n.7. 8.f.93. Concilia Generalia legitimè congregata in ea omnes ſimul Patres non poſſunt in fide errare etiam ante Pontificis confirmationem, et quare? ib.d.6 n.5.f.95. Concilia congregata ad eligendum Pontificem legitimè, non poſſunt in electione errare, licet poſſint in definiendo res fidei, et quare? ibid.n.7.

Confirmationis Sacramenti proprius effectus quiſnam ſit? l.1.d.4.n.3 f.23. et quęnam materia proxima, et quæ forma, ibid.n.4.et quę materia remota. ibid.d.6.n.2 f.25.

Coniuges in quas culpas incidere poſſunt. l.7.c.24. per tot. f.389. Quando excuſantur à redditione debiti, ib. n.21.et ſeq f.393.

Concubinarij in quas culpas, et pœnas incidunt. l.7.c.25.f.389.

Confeſſio facta proprio Parocho initiato ordine Sacerdotali eſt valida, abſque eo, quod ſit ab Epiſcopo approbato. l.7.d.1.n.2.f.323.

Confeſſionis annuæ tempus determi-

mi-

minavit Innocentius III. anno 1198. licet eius uſum multò antea in Eccleſia viguit l.1.d.7.n.3.f.26.

Confeſſarius ſollicitans ad turpia in actu confeſſionis à quo debet cognoſci,et iudicari. l.7.c.2. n.4.5.6.f.329. Debet ab Epiſcopo loci approbari, ut valide miniſtret Sacramẽtum Pœnitẽtiæ ib.c.1.n.5.f.325. Excommunicatus,ſuſpẽſus,vel interdictus in quibus caſibus circa irregularitatem poteſt Sacramentũ Pœnitentiæ miniſtrare. ib.n. 9. Debet eſſe probus.ibid.n.10. Quoties peccat ſi plures Confeſſiones excipit in mortali ibid. n. 11. Et quid agere debet ſi ſit in mortali, et debet adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ. ibid.nu.13.Debet habere ſciẽtiã,et qualis debet eſſe iſta ſciẽtia ib.n.14.15.16.f.327. Et quando Confeſſarius inſufficiens excuſatur à peccato,ib.n.18.f.328.Debet eſſe prudẽs, maximè dum excipit confeſsiones Mulierũ l.7.c.2.f.329. Denunciatus non eſt carcerandus ex unius fœminæ denunciatione.ib,n.8.330Duæ fœminæ denunciantes ſufficiũt,et tres ſunt ſatis ad illum carcerandum, & condemnandum, dummodo tales fœminæ ſint probatæ vitæ,ibid. n.9. 10. Sollicitãs poteſt abſolvi nulla prævia denunciatione l.7. c.2.§.2,n.24.f.334. Quomodo debet eſſe cautus in interrogationibus ib.c.3.n.1.f.335. & quomodo gerere ſe debet in interrogando ibid. n.2. 3.f.336. Quid facere debet in examine fœminarum ibid. n.4.5. 6.In quas culpas incidere poteſt in ſuo officio? l.7.cap.10. f.365. Quid tenetur præſtare ergà pœnitentem cujus delictum aliunde novit, ſed pœnitens illud confiteri,obtinuit ibi. cap. 27.n. 1.f. 443. Ad quid tenet quando malè abſolvit pœnitente ibid. n.2. Quid præſtare poteſt cir pœnitentiam injugendam, vel co mutandam ibid.n. 3. Quomodo ten tur ad ſigillum, & quænam ſub ſig lo cadunt. l.6. cap.27,n. 15.f.406. ſeq.

Credo ſeù Symbolum quotupl ſit,& à quo fuit compoſitum. l.6. d §.7.n.32.33.f.270.

Crimen adulterii, vel homicii iure Eccleſiaſtico dirimit matrin nium,& quas conditiones requira tur in dicto crimine ad matrin nium invalidandum, l.1.d.25 §.6. 1.2.fol.71.

Cultus diſparitas jure Eccleſia, cõ matrimonium invalidat. lib.1 25.§.7.n.1.fol.71.

D

DAmaſus Papa ſtatuit dici A luia in Miſſa,l.6 d.6.§.7.n.2 fol.258.

Debitum conjugale quandoni coniuges teneantur reddere; & qu do excuſantur, l.7.c.14.n.19.a1.f.3

Degradatio quid,& quotuplex l.4.d.19.n.4 f.155.

Delegatio ad caſum determi tum expirat morte delegantis, l. 8.n.18.f.295.

Denunciationes in matrimo quare requirantur, & quale ſit catum ex tribus unam relinqu l.6.d.8.n.3 4 5.f.155.

Depoſitio quid, & quotuplex l.4.d.19. num,1.155. Verbalis quem ſpectat, ibid.n.5.

Depoſitus verbaliter abſque dia

dine ad ſolemnem degradationem (quę ad ſolum Epiſcopum ſpectat, & fieri debet in Eccleſia] poteſt reſtitui ab Epiſcopo ibid. n. 8. & n. 19. f. 55.

Diaconus ſolemniter baptizans, ex commiſſione Sacerdotis, vel Epiſcopi, in ſtatu peccati mortalis an peccet mortaliter l. 1 d. 3. n. 10. f. 22. In quas culpas poteſt incidere ut Diaconus eſt l. 6. c. 11. n. 1. fol. 367 & ſeq. Poteſt in neceſſitate Sacramentum Euchariſtiæ qui miniſtrare, & quando? l. 6. d. 6. §. 2. n. 39. f. 242.

Dioſcorus dixit Concilium Calcedonenſe erraſſet l. 2. d. 5. n. 10. f. 93.

Diſpenſatio Sacramenti Euchariſtiæ ad quem pertineat, l. 6. d. 6. §. 2. n. 37. 38 9. f. 242.

Diſpenſatio quid ſit; & quid requiratur ad diſpenſandum l. 5. d. 6. n. 1. f. 186. Iuſtæ cauſæ diſpenſandi quanã ſint ibid. n. 2.

Domini temporales non poſſunt filios Mancipiorum Infidelium inuitis Parentibus baptizari, ſi filij non ſeparentur à Parentibus l. 1. d. 2. n. 5. f. 20. In quas culpas incidere poſſunt ut tales ſunt l. 7. c. 18. per totum. f. 374.

Dominus vobiſcum in Miſſa dicitur ſepties, & quare? l. 6. d. 6. 7 n. 16. f. 266

E

Eccleſia Militans derivatur per ſimilitudinem à Triumphante l. 1. d. 1. n. 1. f. 18. Eſt quoddam ædificium, & Epiſtola Spiritus Dei in cordibus ſcripta l. 1. d. 5. n. 2. f. 23. Iuſtis de cauſis prohibuit Laicis communionem ſub utraque ſpecie, & cauſæ enumerantur ibid. d. 14. n. 8. 9. 10. 11. 12. f. 37. Et ſicut prohibuit Laicis uſum calicis, & præcipit uſum panis, ſic poterat è contra præcipere ibid. n. 18. In ferendis legibus ſpectantibus ad totius Eccleſiæ neceſſarios mores non poteſt errare l. 2. d. 7. n. 2. f. 96. Neque culpabiliter, neque inculpabiliter in fide poteſt errare; diſp. proœm. d. 1. f. 1. Quid ſit Eccleſia Univerſalis ibid. Eccleſiæ caput ut particularis perſona poteſt errare, non ut caput Eccleſiæ ib. n. 12. f. 4. Comparatur Lunæ propter tria ibid. n. 13. Eſt una, ſancta, catholica, et Apoſtolica, et quare, ibid. dub. 2. n. 1 et ſeq. dicitur una multis modis, ibid. n. 2. Appellatur Sancta in multis locis ſacræ ſcripturæ & in quo ejus Sanctitas conſiſtat, ibid. n. 3. 4. Nominatur Catholica ex multiplici capite, ibid. n. 5. Dicitur Apoſtolica ex triplici capite, ibid. n. 6. f. 6. In Eccleſia Chriſti debet dari aliquis Iudex certus, & viſibilis, qui infallibili auctoritate dirimat lites exortas circa fidem, qui eſt Pontifex Romanus, ib. d. 3. n. 1. f. 7. Regimen ipſius ſoli Petro, non alijs Apoſtolis fuit conceſſum, ibid. n. 3 f. 8 eſt Monarchicum, non Ariſtocraticum, ibid. n. 6. & in quo differunt, ibid. In ſacra ſciptura ſolet deſignari per ea quæ habent ſtatum Monarchicum, ib. n. 6. Eſt imago, & ſimilitudo Triumphantis, ibid. n. 8. f. 9. Authoritas illam regendi tranſit in ſucceſſores Petri, & quare, ib. d. 4. n. 1. 2 3. f. 10. In primatu Eccleſiæ legitimus ſucceſſor Petri eſt Epiſcopus Romanus, ibid. n. 4. per totũ, Propoſitiones per Eccleſiam definitæ ſunt magis certæ, quàm Propoſitiones à Theologo demonſtratæ, ibid. d. 6. num. 2. fol. 16. & ſunt immediatè de fide divina, & poſſunt accipi à Theologo, ut dogmata fidei, ibid. n. 3. Spiritus Sanctus aliter aſſiſtebat ſcriptoribus Canonicis, aliter Eccleſię definienti, ibid. n. 5. An careat ſepultura ubi ſepultus eſt hæreticus l. 6. d. 9. §. 1. n. 5. f. 297.

Digitized by Google

Electio Canonica, & eius forma, & quę requirantur ad Electionem per ſcrutinium l.5.d.2.n2..5.6.f.175. Simoniaca eſt nulla, ipſo iure ante Iudiciis declarationem, ibid.n.7.f.177.

Electores Prælati Regularis quot conditiones habere debent de iure communi, l.5.d.2.num.8.f. 177. & quot de iure ſpeciali in Ordine Prędicatorum ibid.n.13.f.180.

Epiſcopus eſt miniſter ordinarius Sacramentum Confirmationis, l.1.d.5. n.1.fol.23.1. Eccleſia eſt veluti Dux in exercitu, ibid.n.3. Non poteſt dare ſimplici Sacerdoti facultatem confirmandi, ibid. n. 6. Quomodo peccet conſecrãdo Sacramentum Chriſmatis in ſtatu peccati mortalis, l.1.d.6.n.3.fol.25. Quando, & in quibus caſibus poteſt Confirmare infantes ante uſum rationis, ib. n.6.f.26 Hęreticus, Sciſmaticus, Excõmunicatus, vel degradatus validè Ordines confert, non licitè, l.1.d.21.n.6. fol.56. Eſt Miniſter Ordinarius Sacramẽti Ordinis, ibid.d.22.n.1.fol.57. Dicitur à Greca voce quod idẽ ſonat, ac ſpeculator, l. 4. n. 1. f. 122. Eius dignitas fuit à Chriſto iſtituta, ibid.n. 4. Eius poteſtas duplex, ib.n. 5. Multis modis peccare poteſt, l. 4.d. 1.n.1.f.123 Et quando peccat Epiſcopatũ appetendo ibid.n.2 Ad quę tenetur poſt conſacrationem, ibid.d.2.per totum f.124. Poteſt abſolvere, & diſpenſare in irregularitatibus ex delicto occulto, ibid. d. 3. n. 3.f.126. Quæ irregularitas diſpenſare poteſt vigore Tridentini, ibid.d.4.per totum f.130 Eſt Ordinarius Miniſter Sacramenti Ordinis, & hanc poteſtatem accepit in ſua Ordinatione, & conſecratione, & illam non ammittit per cẽſuras, ib.d.5.n.1.130. Nõ poteſt ſubditis alienis Ordines conferre, ſine licet proprii Epiſcopi, ibid.n.4.f.171.1 confert primam Tonſuram ſine licentia proprii Epiſcopi incurrit ſuſpenſionem à collatione primæ Tonſuræ & initiatus caret priuilegio tonſ ibid. n. 11.f.132. Quæ debet provi in Ordinandis, ibid.d.6.n.1. Ordin ſine titulo quas pœnas incurrat? n.10.f.134. quam cauſam debet ha in diſpenſatione Interſtitiorum, n 19.f.135. Hæreticus, vel excomm catus, vel degradatus poteſt valide cramentum confirmationis mini ibid.d.7.n.2.f.136. Electus, ſed non conſecratus an poſſit confirmare? n. 3. Non poteſt confirmare ſub alienos, neque extra Eccleſiam, ib 5.f.137. Non poteſt eligere Con rium, niſi approbatum, ibid. d. 8, f. 139. A quo poteſt abſolvi in ca culto Papæ reſervato? ibid.d.7.n 140. Ex cauſa urgenti poteſt abſo ſubditum pœnitentem à ſolis reſ tis, & reliqua non reſervata comn re alicui inferiori, ibid n. 8. f. 14 ſua Diœceſi poteſt ſuis ſub ditis I gentias concedere; quâtum à ſed ſtolica fuerit illi permiſſum, l. 4 n.4.fol.141 Non poteſt concedere I gentias pro mortuis, niſi de li Papę, ib.n.6.f.142. Excommunicat tandus non poteſt Indulgentias dere; ſecus ſi non ſit vitandus, ib 7. Etiam Religioſis poteſt indulg concedere, ibid n:8. Et quæ aliis dit, ipſe lucrare poteſt, ibid: Poteſ mittere Vicario, ac etiam Cle cultatem largiendi Indulgenti quare, ibid.n 8.9. Quid poteſt in ſando impedimenta Matrimo d.11.n.1.2.3,4.fol.143. Non pot

facultatem Sacerdoti non ſubdito administrandi Sacram. Pœnitentiæ, l. 4. d. 8. n. 2. fol. 137. An ligetur cenſura generaliter lata? ibid. d. 12. n. 5. fol. 144 Quando, & quomodo poteſt abſolvere cenſuras, quæ ſunt Papæ reſervatas? ib. d. 15. per totum fol. 148. Quam clerici percuſſionem poteſt abſolvere? ib. n. 5. In quibus caſibus poteſt abſolvere percuſſionem Clerici mediocrem, vel enormem? ibid. n. 6. & ſeq. An poſſit abſolvere à cenſura contracta ob aliquod delictum in cauſa Duelli? ibid. d. 17. n. 4 fol. 152. In quibus caſibus incurrat ſuſpenſionem? ibid. d. 18. num. 2. & ſequen. Non conſacratus non poteſt degradare; & quare? & quæ requiruntur ad degradationem? ibid. d. 19. n. 7. fol. 156. An poſſit reſtituere ad ſtatum priſtinum Prebyterum degradatum: & in quo caſu? ibid. n. 9. Et quomodo facienda ſit iſta reſtitutio? ibid. n. 10. Poteſt abſoluere ab interdicto locali poſito à iure, nõ tamen à perſonali, niſi ſit occultum, ibid. d. 20. n. 23. fol. 161. An ligetur irregularitatibus expreſſis in iure cõmuni? ibi. d. 21. n. 3. fol. 162. Non poteſt diſpẽſare in Irregularitate provenien te ex defectu animæ, ibid. n. 6. fol. 163. Neque in Irregularitate ex defectu corporis, ibid. n. 8. Non poteſt diſpenſare illegitimos ad Ordines maiores, bene tamen ad minores, ibid. n. 15. f. 165. Non poteſt diſpenſare in Irregularitate ex defectu ætatis, & libertatis, ibid. n. 17. In qua Bigamia poteſt diſpenſare? ib. §. 6. n. 29. fol. 168. Quomodo poteſt diſpenſare in Irregularitate ex iteratione baptiſmi? ib. §. 7. num. 3. Quando poteſt diſpenſare in Irregularitate ex ſuſceptione Ordinũ. ib. §. 8. n. 38. fol. 169 Non poteſt diſpenſare in Irregularitate contracta ob violationem cenſuræ per exercitium Ordinis Sacri, quem quis non habet, ſi delictum ſit publicũ, ib. §. 9. n. 41. fol. 170. Non poteſt diſpenſare in Irregularitate ex delicto hæreſis? ibid. §. 11. n. 44. in fine fol. 171. ſecus ſi delictum ſit occultum, ibid. n. 49. Non poteſt diſpenſare in Irregularitate ex homicidio Voluntario ibid. §. 12. n. 51. fol. 172. Poteſt diſpenſare in Irregularitate ex homicidio caſuali occulto, ibid n. 52. Et in irregularitate ex homicidio occulto, patrato cauſa defenſionis, ibid. n. 54. Non poteſt diſpenſare in Irregularitate in eo, qui alium occidit in rixa inopinatè ſuborta, etiã ſi homicidium ſit occultum, ibid. n. 54. Poteſt diſpẽſare in Irregularitate ex mutilatione occulta n. 55. f. 173. In quas culpas poteſt incidere ut Epiſcopus eſt, l. 7. c. 6. n. 1. et ſeq. per totum fol. 342. An poſſit denunciationes in Matrimonio diſpenſare? l. 6. d. 8. n. 6. f. 192. Et quenam ſint cauſæ iuſtæ ad diſpenſandum in denunciationibus. ibid. n. 8. An poſſit cogere Regulares ad ſolvendam quartam funeralem. l. 6. d. 10. §. 2. n. 1. f. 318. An poſſit prohibere hæredibus defuncti ne ſolvant legata Regularibus, ibi. n. 4. Non eligens ſepulturam, ubi eſt de iure ſepeliendus? ib. d. 9. §. 1. n. 4. fol. 317. Quando poteſt exigere quartam funeralem à legatis factis Oratoriis lib. 6. d. 10. n. 5. fol. 317.

Epiſcoporum quatuor ſunt ſpecies, l. 4. n. 2. fol. 122.

Epiſtola in Miſſa quid ſignificet, & quare ſic dicatur, l. 6. d. 6. §. 7. n. 21. f. 267.

Euangelii Ethimologia, & quid ſit, & quare ad partem ſiniſtram altaris verſus aquilonem legitur, l. 6. d. 6. §. 7. n. 26. fo. 269. Evangeliũ auditur ſtãdo, non

non ſedẽdo, & hoc ordinavit Anaſtaſius Papa, & quare, ib. n. 28. Quando dicitur prius dicitur Sequētia ſacti &c. & Sacerdos ſe ſignat ſigno Crucis in fronte, ore, & pectore: & quare, ib. n. 29. f. 270. Miniſter reſpõdet Gloria tibi Domine, & quare, ibid. n. 30. Evangelium lectũ Sacerdos oſculat Miſſale dicendo Per Evangelica dicta, &c. & quare, ibid.

Euchariſtia non poteſt ſumi ſepiùs in die, & quæ cauſa talis prohibitionis, l. 1, d. 17. n. 1. fol. 39. Quid ſit, & quantis nominetur nominibus, l. 6. d. 6. §. 1. n. 2. 3 f. 233. Quando hoc Sacramentum fuit inſtitutum, & quænam ſit eius materia, & quotuplex, ibi d. n. 4. 5. 6. & ſeq. ubi multæ traduntur doctrinæ ſpectantes ad materiam huius Sacramenti. A quo debet miniſtrari, lib. 6. d. 6. §. 2. n. 36. & ſeq. f. 242. Non ſolum eſt Sacramentum, ſed eſt Sacrificium, ibid. n. 42. f. 244. quibus eſt adminiſtrandũ, ib. n. 45. f. 245. Quomodo eſt adminiſtranda infirmis, et ſanis, ibid. n. 50. 51. f. 246. Non eſt adminiſtranda in die Paraſceves. niſi infirmis, ibid. n. 52. Suſcipiẽtes illam debent diſponi, & quomodo, l. 6. d. 6. §. 3. n. 54. & ſeq. fol. 247. In quibus caſibus non eſt licitum illam ſumere, ib. n. 59. f. 248. Non ieiunus in quibus caſibus licet ſumere, ibid. n. 61. Quando tenemur illam ſumere, ibid. n. 63. 64. 65. f. 250. Quibus digitis porrigi debet l. 6. d. 6. §. 2. n. 51. f. 246. Quomodo eſt infirmis deferenda, ibid. n. 48. f. 245. Quomodo debet in neceſſitate adminiſtrari, ibid. n. 49. Debet adminiſtrari ſecundum ritum Eccleſiæ, & quinam ſit hic ritus, ibid. n. 53. fol. 246.

Excommunicatus maiori excommunicatione recipiendo Ordines efficitur irregularis, l. 4. d. 21. §. 8. n. 38. f. 169.

publicè denunciatus, & publicus cle[rici] percuſſor debent privari ſepultu[ra] Eccleſiaſtica, l. 6. d. 9. §. 1. n. 7. f. 297.

Excommunicatio contracta ob act[io]nem phiſicam ſepeliendi hæreticum loco ſacro, à quo non poteſt abſolvi, l. [6.] d. 9. §. 1. n. 4. f. 257.

Expuere in terram, vel cibum ſan[e] re ſtatim poſt communionem an ſit p[ec]catum, l. 6. d. 6. §. 3. n. 60. f. 249.

Expoſitio Canonis Miſſæ l. 6. d. 6. § n. 50. & ſeq. f. 275.

Extrema unctio quæ ſolet adhib[eri] infirmis eſt verum Sacramentum, l. [1.] d. 18. n. 2. f. 40. Vide Parochus

Extremo ſupplicio affecti pro patr[a]tis ſceleribus, privantur ſepultura E[c]cleſiaſtica, & quando, l. 6. d. 9. §. 1. n. 1 f. 298.

F

Familiares Cardinalium in cau[ſis] Cardinalium ſunt teſtes idon[ei] l. 3. d. 5. n. 8. fol. 109. Gaudent fructib[us] beneficiorum, etiam ſi abſentes ſint, n. 2. f. 108.

Fœmina in Confeſſione ſollicita[ta] tenetur denunciare Confeſſarium, e[tiam] ſi ſollicitationi conſenſit, l. 7. c. 2. §. 2 25. fol. 334.

Filii legitimi, vel illegitimi, ubi tumulandi, l. 6. d. 9. §. 2. n. 4. fol. 330.

Forma Sacramenti Euchariſ[tiæ] duplex, panis ſcilicet, & Vini, & ut[ra]que conveniens, l. 6. d. 6. §. 1. n. 31. fol. 240.

Fotinus hereticus hortabatur ad [pœ]nitentiam octauam Synodum, l. 2. c n. 10. fol. 93.

Fratres, & Sorores in quas poſſ[unt] incidere culpas ut tales ſunt, l. 7. ca per totum, f. 387.

Fr

Funiculi *duo quibus ligatur amictus ante pectus quid ſignificent, l.6.d.6.§.7. n.3.f.261.*

G

GEnerales Religionum *an poſſint ferre leges ſuis ſubditis, & quomodo, l. 5. d.4.n.4.6.f.186 Non poſſunt ſubditos compellere ad acceptandū Epiſcopatum, ſed hoc poteſt ſolus* Pontifex, *ib.n.13.f.187.* Generalis Societatis *Ieſu quid præcipere poteſt ſuis ſubditis, ib. n.12.*

Generale Concilium *authoritate Papæ congregatum non poteſt errare in rebus fidei definiendis, l. 2. d. 5.n.5. fol.91. Si verò non ſit congregatum authoritate Pontificis errare poteſt, ib.n.9.*

Gelaſius Papa *dictavit Præfationes in Miſſa, et Canonem, quæ Præfationes ſunt novem, l.6,d.6.§.7.n.46.f.274.*

D. Gregorius *ſtatuit, ut Kyrie eleiſon à ſolo Clero in Miſſa cantetur l.6.d.6.§.7.n.14.f.265. Miraculo convertit particulam panis in carnem, quâ quemdam Matronam convertit ad fidem, ib. n.63 f.280.*

Graduale *in Miſſa quare ſic dicatur & quid ſignificet, l.6, d 6.§ 7.n.22.fol. 267.*

Græci *pro more habebant, infirmis, qui ſpeciem panis non poterant deglutire, ſolam ſpeciem vini argentea Cochlea in os infundere, l.1.d.14.n.19.fol. 37.*

Græcè *Canon, latinè quid ſonet, & quid ſignificet in Miſſa; & quare dicitur ſecretè, & ſub ſilentio, l.6. d.6.§.7 n.48.f.275.*

H

HÆreſis *quid ſit, l.4.d.17.n.1.f.151.* Hæreticus *non poteſt abſolvi ab Epiſcopo, l. 4. d.17.n.3.f.152, eſt irregularis, & eius filii quoque ſunt irregulares uſque ad ſecundam generationem, ibid. d. 21. §.11. n.45.f.171. Et quando filii hæreticorum ſunt irregulares, ib.n.46. Non poteſt eſſe Patrinus in filiis Catholicorum, l.6.d.5.n.40.fol. 229. Poteſt conſecrare Sacramentum Euchariſtiæ, & quare, ib. d. 6. §. 2.n. 44.f.244. Privantur ſepultura Eccleſiaſtica, l.6.d.9.§.1.n.1.f.297.*

Hermannus *Theutonicus fuit auctor Aſtrolabii, & compoſuit aliquas ſequentias in Miſſa, l. 6. d. 6. §. 7.n.25. f.269.*

I

IMpedimentum *publicæ honeſtatis invalidat* Matrimonium *iure Eccleſiaſtico, ortum tum ex ſponſalibus, tum ex matrimonio rato, & non conſūmato, l.1.d.25.§.11.n.1.& ſeq.f.73. Affinitatis dirimit matrimonium iure Eccleſiaſtico, tum licitè, tum illicitè, & quid ſit, & quæ ad eam requirantur, ib. §.12.n.1,2.3.4. Impotētia unde oriatur ib.§.13.n.1.f.74. & dirimit non ſolū iure Eccleſiaſtico, ſed etiam naturali, ib. n. 2. & quando ſit validum* Matrimonium *cum dicta impotentiam, ib. n. 3. 4.5,6.f.75. Impediens eſt tempus feriatum et unde dicatur, ib.§.16.n.2.f.77. Tertium* Impedimentum *impediens eſt* Cathechiſmus, *quartum ſponſalia prius celebrata cum alia perſona, Quintum Votum Simplex, alia* Impedimenta *vide l.1.d.25.§.16.n.3.f.77. &*

Digitized by Google

Invalidum *eſt Matrimonium inter Sanes qui ſunt omninò impotentes ad copulam, validum tamen ſi ſola femina ſit vetula. l.* 1. *d.* 25. §. 13.*n.*7.*f.*75. *Quoque cum Spadone qui utroque teſte caret.ib.n.*8.

Indulgentia *quid, & quotuplex ſit. l.*4.*d.*10.*n.*1.2.*f.* 141.

Infamia *quid, & quotuplex ſit ? l.*4. *d.* 21,*n*,24.*f.*167.*Facti, & Iuris in quo differant, & quomodo inducant irregularitatem. ib.*§. 6, *n.*25.26. 27. *Facti quando tollitur. ib.n.*29.

Infirmi *in quas poſſunt incidere culpas ut tales ſunt. l.*7.*c.*26. *n.*14 *f* 402. *Si nequeunt Euchariſtiam ſumere, an ſit illis deferenda ut eam venerent. l.*6. *d.*6.§.2.*n.*51 *f.*246.

Infantes *quorum Mater, & Pater ignoratur ubi ſunt ſepeliendi l.* 6. *d.* 9. §.2.*n.*4.*f,*300.

Inducentes *aliquem ad eligendum ſepulturam in ſua Eccleſia ignoranter an incurrat excommunicationem. l,*6.*d.*9.§.4.*n.*3.*f.*302.*& quid de inducente precibus ibid. n.*4.*Et quid de inducente ut eligat ſepulturam in Eccleſia non ſua ; ib, n.* 6. *f.*303. *& quid de inducente ut eligat in ſua abſque voto, iuramento, vel promiſſione. ib. n.* 6.*& quid ſi unus ſolus clericus, vel unus ſolus Religioſus inducat ib. n* 8.

Interdictum *ſeu probibitio qua certo anni tempore ab* Eccleſia Matrimo*nium interdicitur eſt primum impedimentum impediens Matrimonium l.*1. *d,*25.§.16.*n,* 1.*f.*77.

Interdictum *quid ſit, & quotuplex. l.* 4.*d.*20, *n.* 1.7.*f.*158.*Locale. Perſonale, vel Generale quãdo incurritur in jure. ib.n.*20.*&ſeq.f.* 160,*Interdicta Ciuitate etiam ſuburbia interdicta intelligu tur ib,n.* 7.*f.*158.

Interdicti *perſonaliter* Eccleſiaſti *privantur ſepultura l.*6.*d.* 9. §. 1.*n. f.*298

Interſtitia *non ſunt computan Metamaticè, ſed moraliter, & ad q pertinet diſpenſatio interſtitiorum* 4.*d.*6.*n,*16.*f.*135.

Introitus *Miſſæ quid ſignificet & quare ſic dicitur? l.*6.*d.*6.§.7.*n.*13.*f.*

Interpoſitio *Gloriæ inter* Introit *et repetitionem ipſius quid ſignific et quid ſignificet repetitio Introit* 6.*d.*6,§.7.*n.* 1 *f.* 264.

Ioannes *Hans dixit Concilium C ſtanſienſe erraſſe l,*2.*d.*5,*n.*10*f.*93.

Irregularitas *quid, & quotuplex ſ* 4.*d.*21.*n.*1 *f.*162.

*Iudei, et Pagani non ſunt in loco cro ſepeliendi l.*6.*d.*9,*n.*4.*f.*296.

K.

Kyrie *quid in Miſſa ſignificet quare nonies dicatur l,*6.*d.*6 *n.*14.*f.*265.*Dicitur ter ad Patrem, ad Filium, et ter ad Spiritum Sãct et quare ibid. Dictus ſemel à S,Ba apertæ ſunt portæ Eccleſiæ Papi ib.*Dictus *à B.Geminiano quinque ges in fugam converſi ſunt ib.*

L.

Laicus *in caſu neceſſitatis bap in ſtatu peccati mortalis an ce. l.*1.*d.*3,*n.*8 *f.*22.*Et quid ſi ſol ter baptizet ex Papæ diſpenſation n.*10. *An in aliquo caſu licet ca ſumere ib.d.*14.*n.*13.*f.*37.*Non pe titur Laicis una die bis commun*

ib. d. 17. n.1 f.39. Et in quibus caſibus id permittatur. ib. n,3. Non poteſt ſibi Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare l. 6. d,6.n.39. f.243. Violando Interdictum quomodo peccet l,4.d,20 n.8.fol. 158. An aliquam cenſuram incurrat inducens aliquem ad eligendum ſepulturam in aliqua Eccleſia. l.6.d.9. n.2. f.302. In foro conſcientiæ tenetur ſervare laudabilem conſuetudinē ſolvendi eleemoſinam pro exequijs mortuorum ibid. n.3.f.305.

Laudamus te, & ſequentia quę in Miſſa dicuntur ad Gloria in excelſis à quo fuerunt inſtituta l.6.d.6.num.15. f.265.

Leges Eccleſiaſticæ ſunt in duplici differentia l.2.d.7.n,1.f.96.

Legati etiam ſi Concilio aſſiſtant poteſt tamen Concilium errare in rebus fidei definiendis, & quare? l.2,d.6.n.7. f.95.

Leo Papa in una die nonies Miſſam celebravit. l. 1. d.17.n.2.f.39. Addidit in Canone Miſſę Hanc igitur &c. l. 6. d.6.§.7.n.57.f.178.

Ligamen quid ſit. l.1.d.25.§. 10. n.1. fol.72 Dirimit matrimonium iure Eccleſiaſtico ib.

Liberi in quas culpas incidunt ut tales ſunt l.7.d,22,n.18.fol.386.

Lora non eſt Sacramenti Euchariſtię, & quare l.6.d.6.n.21 f.237

Ludus præciſis malis circumſtantiis eſt neceſſarius ad quietem animæ, et corporis recreationem. et eſt actus Eutrapeliæ l.5.d.12.n.1.f.1263

Luſitani in die Transfigurationis Domini conſecrant in muſto l.6. d.6.n;20: f:236.

Lutherus dixit erraſſe omnia Concilia naſcentis Eccleſię l.2.d.5.n.10.f.93

M

Manipulus in lęva Sacerdotis poſitus in Miſſa, quid ſignificet l.6. d.6.n.6.f.362.

Manuum lotionem in Miſſa omittere quale peccatum ſit. l.6.d.6.n.3.f.254

Maria Virgo in Cœlis ſuper omnes Sanctos tenet primatum l.6.d.6. n.56. fol.278

Maria Regina Scotiæ ex diſpenſatione Pij V. in articulo mortis ſuis manibus Sacramentum Euchariſtiæ ſumpſit l.1.d.17.n.6.fol.40.

Maſſa cruda triticea, & non cocta ad modū panis ſed frixa, vel elixa, non eſt materia confectionis.l.6.d.6.n.6.234

Materia conſecrabilis debet eſſe preſens conſecranti, & quomodo, & debet eſſe certa, & determinata in dividuo ab intentione conſecrantis, l. 6. dub.6. n.10,11.12.13.fol.234. Materia conſecrationis Calicis non eſt agreſta, neque acetum, & quare id.n.18.19.f.236

Matrimonium eſt Magnum Sacramentum ut ſignum ſpeculativum l.1.d. 25.n.1.fol63. Dicitur à Matre, quia per illum Vxor ſit Mater ibid.n.2. Eſt verè, et propriè Sacramentum ib.n.3.fol.64. Matrimonii miniſtrum ſunt ipſi contrahentes, non Sacerdos ſponſos benedicens ib.num.4. Materia, et forma ſunt verba, ſeu ſigna coniugum, ib. num. 5. Impedimenta alia ſunt dirimentia, alia impedientia, et quę, ib.n.6 Contractum cum errore circa perſonam eſt invalidum iure naturali, et humano, et quare, ib. n.8 f.65. Contractum cum errore qualitatis eſt irritum iure civili, et Canonico, et quare, ib. n. 9. Ratum dirimitur ante profeſſionem, non verò conſummatum, et quare. ibi.

de

Digitized by Google

de Imped.Voti n.3.Matrimonia conſanguineorum in primo gradu lineæ rectę vel tranſverſæ ſunt irrita iure naturæ, & quare ib.§.3.n.6,8,f.69.Contractum cum hermaphrodito eſt validum, & quomodo? ib. §.13,n,9.f.75,Clandeſtinum eſt invalidum, & peccant contrahentes,ib. §. 14. n.1. Matrimonii impedimenta qui ſcit debet ſub gravi culpa revelare,l.6.d.8.n.10.f.294,

Magiſtri, & Doctores in quas culpas poſſunt incidere ut talesſunt,l. 7.c.21, n.1.2.3.4.5.6.f.382.

Medici in quas poſſunt incidere culpas,l.7.c.26.n.1 f,399.

Meretrices publicæ Eccleſiaſtica privantur ſepultura,l.6,d.9.§.1.n.15 f.298

Metus incuſſus à Contrahēte invalidat Matrimonium iure naturæ, ſi vero ſit incuſſus à tertio invalidat iure Eccleſiaſtico,l.1.d.25,§.8,n.1.f.71.

Miſſa, & omnia quæ in ea aguntur ſunt convenientia,l.6. d,6.§. 7.per totū f. 260. Miſſę pręcepto ſatiſfaciunt in die feſto qui illam audiunt in Cappellis,& Oratoriis Cardinalium,& quare l.3.d.9 n.6.f.114,Partes eſſētiales quæ ſint,l.6. d.6.§. 4.n.3.4.f.251.Defectus quomodo corrigere, & emendare poſſumus,ib,n,8. & ſeq.f.252.Omittere aliquid in Miſſa, quæ Rubrica præcepit, an ſit peccatum, & quando, ib.§.5.n.2, & ſeq.f. 254.dicere illam ſine lumine quale ſit peccatum. ib. n.7.f.255. Sine campanula, vel ſine pallio ante altare vel ſine corporali lineo, vel ſine aliquibus veſtibus ſacris, vel ſine altari conſecrato, vel ſine miniſtro, vel capite cooperto, vel in Miſſa quæ cantatur nō dicere Epiſtolam, vel Evangelium voce ſubmiſſa, vel cerimonias mutare quale ſit Peccatum ib.n.8. & ſeq:

Milites ut tales ſunt, in quo pec poſſunt,l.7.c.20.f, 380.

Miniſter Sacramenti Euchar non ſolum debet eſſe in gratia, ſed debet illud cum reverentia tracta 6.d,6.§.2.n.48-49.f.245.

Miracula undecim numerantu converſione panis in Chriſti corpu conſecrationem, l.6.d,6,n.62.f 28

Mixtio aquæ in vino conſecr in quanta eſſe debet quantitate, l. n.29.f.239.

Monachi non poſſūt eſſe Patri Baptiſmo,vel Confirmatione,l,6.d 45.f.230.

Moniales ut tales ſunt in quas pas poſſunt incidere, l. 7.c.16. n. ſeq.f.372.

Monſtruum quando baptizari p l,6.d.5,n.25.f.226.

Mulier quando peccet ſi in præſ viri baptizet in neceſſitate, & qu do, & laicus in pręſentia Clerici Clericus in pręſentia Subdiacon hinc in præſentia Diaconi, & h præſentia Sacerdotis l. 1, d. 3.n. 21. Non poteſt ingredi clauſtra gioſorum l. 5. d. 8.n.2.f.193 Fat poſſit ingredi clauſtra Religioſora n.4.An poſſit ingredi hortum Rel ſorum,& quando,vel ſacriſtiam i Medica an poſſit ingredi cauſa me di,ib. n. 6. An cauſa proceſſionis, quibus aliis caſibus,ib. n. 8.9.10. pœnam incurrat ingrediendo,ib. à quo abſolvi poteſt, ib.n. 20.Qui ſegerere debet ingrediendo cauſ ceſſionis licitè,ibid.n.13,

Moniales decedentes ubi ſunt tu dæ,l.6.d,9.§.2.n.4.f.299.& quid ſi clauſtrum decedant,ib. Tenentu non teneantur ſolvere quartam, di

diſpoſitionem Concilii Tridentini ib. d.10.n.9.f.319.

Monaſteria quę 40. annis ante Concilium Tridentinum ſolita erant ſolvere, quartam funeralem, quoque nunc tenentur, ſecùs ſi non erant ſolita, l.6. d.10.n.4.5 f.815. Fundata, vel fundãda poſt Concilium Tridentinum non tenentur illam ſolvere ib.n.10.f.216.

Muſtum *in neceſſitate eſt valida materia Sacramenti Sanguinis,l.6.d.6. §1.n.20.f.236,*

N

NOvitii *quandonam peccare poſſũt, ut tales ſunt,l.7.c.17.per totum f.374.*

Non jejunus *in quibus caſibus poteſt Eucharistiam ſumere,l.6. d.6.§.3. n.61.f.239.*

Novem ſunt Ordines Angelorum, l.6.d.6.§.7.n.43.f.273.

O

OBlatio *in ſacrificio Miſſę duplex l.6.d.6.§.4.n.2.f.251,*

Obligatio *denunciandi Confeſſariũ ſollicitantem quando ceſſat.l.7.c.2.§.2. n.26.f.335.*

Occidentes *ſe ipſos ſcienter privantur ſepultura* Eccleſiaſtica, *ſecùs ſi nõ conſtet,l.6.d.6.§.1.n.13.f.298.*

Omiſſio, *vel additio verborum in conſecratione panis, vel Vini quando invalidat Sacramentum,l.6.d.6.§. 1.n. 33.f.241.*

Omittere Orationes *in indutione Veſtimentorum* Sacerdotalium *in Miſſa quale ſit peccatum, l.6.d. 6.§.5.n.4.f. 254.Gloriam, vel Credo, vel unam aut alteram Orationem, vel nomen Sancti in Canone quale ſit peccatũ, ib.n. 5.6.*

Orãte fratres *in Miſſa quid ſignificet,l.6.d.6§.7.n.37.f.271.*

Oratio Dominica *cæteras Orationes antecellit, & in ea ſeptem continentur petitiones,l.6. d. 6.§.7.n. 77.f.285.*

Ordo *ſervãdus in baptizatione pueri in neceſſitate,l.1.d.3.n.4, Duplex alterum dignitatis, alterum poteſtatis l. 1.d.21.n.2.f.55.*

Ordinum *multitudo ab Eccleſia inducta propter triad,1.d 21.n.3.f.55.*

Ordines *omnes ſunt ſacri,l.1. d. 21. n.5.f.56.Alii Majores, alij Minores ib. n.4.Sacri dirimunt Matrimonium qui ſunt* Maiores *iure poſitivo.l.1.d.25.f.63. Suſcipiens quas habere debet conditiones, l.4.d.6.n.1. & ſeq.f. 132. Ad quem titulum debet ord nandus promoueri,ib. n.2.3, 4.debet ſufficere ad vitæ ſuſtentationem ib.n. 5.6.ſuſcipiens ſine titulo quam pœnam incurrat, ib,n. 7, Suſcipiens per ſaltum an efficiatur irregularis,l.4.d.21.§.8.n.34.f.169. Suſcipiens quam ſcientiam habere debet,ib. §.1.n. 5.f. 185, & in quo caſu efficiatur irregularis, vel ſuſpenſus ib. §.8.n.35. 36. 37.f.169.Furtive ſuſcipiens quam pœnã incurrat l.4.d.5.n.12.f.122. Ordinatis in Sacris quò jure ſit prohibitum matrimonium contrahere,l. 1.d.24. n.1.f.62.* Ordinati *quando cum Epiſcopo celebrant, an ſint principales Sacrificãtes,l.1.d.12.n.8.f.34.*

Oſſa *defuncti indebitè ſepulti in aliqua Eccleſia debent exumari, & quando,l.6.d.9.§.4.n.11.f.305.*

Oſanna *eſt verbũ hæbreum, & quid in Miſſa ſignificet,& quare bis dicitur, l.6.d.6.§.7.n.47.f.275.*

P

PAnis triticeus eſt materia Sacramenti Eucharistię, l.6.d.6. §.1. n. 6.f.234.ex hordeo,Avena,Oriza,millio, frumento Indiæ,Piſis,fabis,Amygdalis, & alijs leguminibus, & arborum fructibus, non eſt apta materia ad validã conſecrationem,ib. n.6.Subactus aquis artificialibus,vel oleo,butiro,lacte,ovis ſaccharo, vel alio liquore neque eſt apta materia conſecrationis,ib. Sive azimus, ſive fermentatus eſt valida materia conſecrationis,ib.n.8.mucidus eſt materia valida,ſed illicita, ib.n.7.In Eccleſia latina panis conſecrãdus debet eſſe figura orbiculari, integre, & in Gręca figuræ quadratæ,& particulę figuræ triangulari,ib.n.9.Quare formatur ad modum denarii, l.6. d. 6.§.7. n.60.f.279.

Papa habet in Eccleſia Excellentiã poteſtatis, non ſolũ ſpiritualis,ſed etiã ſecularis,l.1 d.1.n.2.f.19. Poteſt pro neceſſitate unius Patrię accipere ſubſidiũ ab aliis mundi partibus, ſalva iuſtitia æqualitate,ib.n.3 Si pro aliquo ſpirituali munus accipit, an Simoniam committat, ib. Poteſt preſcribere modum miniſtrandi Sacramẽta,ib.n.4 Poteſt præcipere,ut infans in articulo mortis baptizetur in minima parte corporis, etiam in digito,ib. Poteſt præcipere ut in neceſſitate mancus miniſtret Sacr. baptiſmi,ib.n.5. Vt infãs in articulo mortis baptizetur cum aqua roſacea, ſi non adſit aqua naturalis,ib.n.6.Vt moribũdus abſolvatur,ſi tantum ſigna contritionis oſtendat,ib.n.7. Vt hæreticorum filij ,vel ſchiſmaticorum baptizentur invitis parentibus, l. 1. d. 2. n. 1.f. 20. Poteſt præcipere ut infideliũ filij bap-
tizentur , & quando ib. n.1.2.3. Po
committere Laico ut ſolemniter ba
zet l.1.d.3.f.41. Poteſt præcipere Sa
mentum Confirmationis ſub præcep
l.1.d.4.n.5. Poteſt delegare ſimplici
cerdoti poteſtatem miniſtrandi Sa
mentum Confirmationis,l.1.d.5.n.5.
multo magis Epiſcopo electo,ſed non
ſecrato,ib.n.8.f.25 Poteſt variare m
benedictionis Chriſmatis,ib.d.6n,
teſt diſpenſare ut Infantes confirm
tur ante uſum rationis ib.n.5.f.26.
poteſt diſpenſare ut Sacramentum
firmationis cum ſolo oleo olivarum
miniſtretur,& quare, l.1.d.6.n.6 f.25.
teſt dare facultatem ſimplici Sace
conſecrandi ſacramentum Chriſm
& quare,ib. n.4. Non poteſt diſpen
abſolutè loquendo, ut aliquis nunq
teneatur confiteri ; licet poſſit ten
differre,l. 1,d.7.n.5.6.f.27. poteſt p
pere confeſſionem venialium, ib.
Tenetur directive ad præceptũ an
confeſſionis, l.1.d.8 n.2. Non pote
ipſum a peccatis abſolvere,ib. n.5.
Non poteſt punire confeſſionem a
ſacrilegam ex defectu doloris, & q
l.1.d.9,n,2. poteſt ſibi reſervare p
ta venialia, & interna,& quomo
d.10.n.2, 4.f.29. Non poteſt ſibi
vare omnia peccata mortalia, & q
Neque abſolutionem caſus in art
mortis,ib.n.6.7.8.9.10.f.30.Non
diſpenſare ut aliquis ante confeſ
mortalium ſumat Euchariſtiam
do actum contritionis,ib.n.11.12.
auferre à ſimplicibus Sacerdotib
riſdictionem abſolvendi à veniali
l.d.10 n.15.f.31. poteſt delegare
tatem audiendi confeſſiones in
tuum , quæ etiam durat mortuo
dente, l.1.d.11. n. 1. Et qui habet
ſa

Digitized by Google

facultatem poteſt ubique Terrarum audire confeſſiones, etiam invitis Epiſcopis, & Parochis, ib. n. 2. poteſt ſimplici Sacerdoti concedere ut abſolvat pœnitentes in articulo mortis ab omni peccato, & cenſura quomodolibet reſervatis, etiam proprio parocho præſente, vel alio Sacerdote approbato, ib. n. 2. Nõ poteſt hanc facultatem abſolvendi à cenſuris in articulo mortis concedere Sacerdotibus hæreticis, & Apoſtatis, benè vero excommunicatis, vel ſuſpenſis, & quare ib. n. 4. poteſt relaxare pœnitentias appoſitas in confeſſione, commutando in aliud opus pium, & quare, ib. n. 6. f. 32. Non poteſt diſpenſare ut Sacramentum Euchariſtiæ conficiatur ſub una tantum ſpecie; & quare, l. 1. d. 12. n. 5. f. 34. poteſt diſpenſare ut aqua non miſceatur vino conſecrando, l. 1. d. 13. n. 3. f. 35. poteſt prohibere Laicis uſũ calicis, et quare, l. 1, d. 14. n. 2. poteſt dare facultatem pluribus Sacerdotibus ut ſimul conficiant Sacram. Euchariſtiæ, ib. n. 20. f. 37. poteſt ad tempus per tres aut quatuor annos, non tamen per totam vitam alicui diſpenſare ne ſumat Euchariſtiam, l. 1. d. 15. n. 1. Tenetur directivè ad præceptum annuæ communionis, ib. n. 2. Quamvis abſolutè poſſit abrogare præceptum communionis, id tamen non poteſt licitè, ib. n. 4. Nõ poteſt diſpenſare ut Euchariſtiam miniſtretur infantibus ante uſum rationis, et quare, l. 1. d. 16. n. 1. f. 39. poteſt concedere ut ſæpius in die ſumatur Sacramentum Euchariſtiæ, ib. n. 2. Poteſt diſpenſare laicum ut ſibi miniſtret Sacramentum Euchariſtiæ l. 1. d. 17. n. 6. f. 40. Poteſt ſub præcepto præcipere ſumptionem Sacramenti Extremæ unctionis l. 1. d. 18. n. 5. f. 41. Poteſt dare facultatem ſimplicibus Sacerdotibus benedicendi oleum extremæ unctionis, & quare, ib. n. 6. Poteſt ſupplere juriſdictionem, ut ſimplex Sacerdos miniſtret Sacramẽtum Extremæ unctionis, & quãdo, l. 1. d. 19. n. 4. f. 49. Non poteſt permittere ut Sacramentum Extremæ unctionis poſſit miniſtrari unica unctione, & quare, l. 1. d. 20. n. 2. f. 52. Nõ poteſt invalidare ordines collatos ab Epiſcopis hæreticis, vel Schiſmaticis, vel excommunicatis, vel degradatis, vel ſuſpenſis, benè verò invalidare primam Tonſuram, l. 1, d. 21. n. 7. f. 56. Nõ poteſt ſolo verbo dicendo [eſto Sacerdos] Sacerdotes creare, & quare, ib. n. 8. Non poteſt diſpenſare ut in Sacramento Ordinis non adhibeatur contactus Phyſicus Inſtrumentorum, & quare, ib. n. 9. Poteſt diſpenſare ut ſimplex Sacerdos conferat Ordines minores, non verò maiores, & quare, l. 1. d. 22. n. 2, 3. f. 57. Non poteſt diſpenſare ut fæmina initietur prima Tonſura, neque ordinetur minoribus Ordinibus, & quare l. 1. d. 23. n. 5. f. 60. Poteſt diſpenſare ut fæmina poſſit cenſuras ferre, & quare ib. n. 7. f. 61. Poteſt diſpenſare ut initiati Sacris Ordinibus poſſint Matrimoniũ contrahere, l. 1. d. 24. n. 2. f. 62. Non poteſt diſpenſare impedimentis dirimentibus iure naturali, vel Divino, benè tamen iure Eccleſiaſtico, l. 1. d. 25. §. 16. n. 7. f. 78. Poteſt diſpenſare ut Socer ſumat in Vxorem Norum ſuam, & quare, ſicuti poteſt diſpenſare, ut quis contrahat cum uxore fratris ſui, vel ut fœmina nubat viro ſuæ ſororis, l. 1. d. 26. n. 1. 4. f. 79. Non poteſt diſpenſare ut frater accipiat in uxorem ſuam ſororem, & quare, l. 1. d. 27. n. 1. f. 39. Poteſt inter Avum, & neptem, & Aviam, & nepotẽ

Digitized by Google

diſpenſare, & *quare, ib. n, 3. f. 80. Poteſt diſſolvere* Matrimonium *ratum*, & *non conſummatum*, & *quare, l. 1. d. 28. n. 1. & ſeq. f. 80.*

Papa *definiendo aliquid in Concilio Generali illud eſt de fide tenendum, l. 2. d. 1. n, 1. f,* 85. *Decreta ab ipſo emanata etiam extra Concilium ſunt infallibis veritatis, & quare, l. 2. d, 2. n. 1, f. 87, Vt perſona priuata poteſt in fide errare, & quare, l, 2. d. 3. n, 1. & ſeq. f.* 88. *Dato quod in hæreſim incidat nõ ſtatim amittit dignitatem antequam ab Eccleſia deponatur, & quare, l, 2. d. 4, n, 1, f, 90. Dicitur caput non ratione ſanctitatis, aut fidei, ſed ratione officii miniſterialis, ib. n. 2. Poteſt errare ex ignorantia, vel malitia in moribus cõ, ponendis ſpectantibus ad privatas perſonas, l. 2, d, 7. n. 4. f. 96. Non poteſt errare in* Canonizatione Sanctorum, & *quare, l. 2. d. 8. n. 5. f. 97. Non poteſt practicè errare in beatificatione* Sanctorũ, *ib. n. 8. f. 99. Non poteſt errare in approbandis Religionibus, & quare, l. 2. d. 9. n. 1. f. 99. poteſt* Papatum *amittere*, & *quando poteſt deponi à* Papatu, & *à quibus, l, 2. d. 10, n. 1, et ſeq. f. 100. per totum. In expediendo negotia ardua* Eccleſiæ *vocat* Cardinales *ut* Conſultores *l. 3. d. 1. n. 5. f.* 104. *Poteſt dare licentiã* Cardinalibus *teſtandi, non ſolum ad pios uſus, ſed ad quoslibet, l. 3. d. 8. n. 4. f.* 103. *Poteſt independenter ab aliis Indulgentias concedere, et quare, l. 4. d. 10, n. 2. f. 141. Poteſt tollere infamiam iuris* Canonici, *et Civilis, l. 4. d.* 21. *n.* 28, *f.* 168. Poteſt *indicere Religioſis* Clauſuram *perpetuam, l. 5. d. 7. n. 2. f. 192. Poteſt diſpenſare in irregularitate contracta ex delicto hæreſis ib. §. 11. n. 47. f. 171. Poteſt diſpenſare in recitatione* Divini *officii l. 5. d. 14. n. 1. f.* [illegible] *In quo ut talis eſt poteſt peccare l. 7 n. 1. & ſeq. per totum f. 337.*

Paradiſus *dicitur locus refrigeri*[illegible] *cis, & pacis, & quare, l. 6. d. 6. §. 7. n* [illegible] *f. 283.*

Parentes *in quas culpas ut tales poſſunt incidere, l. 7. c. 22. n. 1. & ſe*[illegible] 383.

Parochus *an teneatur tempore* [illegible]*ſtis miniſtrare Sacramentum extr*[illegible] *unctionis, cum vitæ periculo ſi in*[illegible]*mus ſaltem ſit confeſſus, l. 1. d. 20. n, 54. Unde dicatur.* Parochus *l. 6. d. 1. n* [illegible] *f. 209. Non indiget approbatione* E[illegible]*copi quò ad forum pœnitentiale, ſ*[illegible] *ſi ſe tranfert in alienam* Diœceſim *n. 2, 4. Non poteſt admittere ad co*[illegible]*ſiones ſuorum* Parochianorum, *non probatum ab* Epiſcopo, *ib. n. 5. f. 20*[illegible] *que approbatum ab alio, quam* P[illegible]*chum alterius* Diœceſis, *Epiſcopo non contrahente, ib. n. 7. poteſt a*[illegible]*ctere alium Parochum alterius Di*[illegible]*ſis Epiſcopo loci non contradicente, n. 8. An poſſit abſolvere reſervata a*[illegible]*rius* Diœceſis, *ib. n. 12. 13. 14. f. 211.* [illegible] *poteſt eligi etiam virtute Iubilei audiendas confeſſiones in alia* Diœ[illegible] *abſque approbatione* Epiſcopi *loci, n. 15. f. 212. Qui reliquit* Parochia[illegible] *beneficium non poteſt abſque licen*[illegible] *Confeſſiones audire, ib. n. 17. f. 213.* [illegible]*netur ſuas oues per ſe, vel per aliu*[illegible] [illegible]*cere ea quæ ſub mortali ſcire tenen*[illegible] *& quæ, l. 6. d. 2. n. 1. Tenetur peccata* [illegible]*blica impedire, & ad alia obligatur n. 2, et ſeq. f. 214. Tenetur ad reſide*[illegible] *in propria* Parochia, *et quanta ſit obligatio, ib. d: 3. n. 2. et ſeq.* Non po[illegible] *a ſua* Parochia *abeſſe ſine iuſta ca*[illegible] *et licentia* Epiſcopi, *et quæ ſint ca*[illegible]

à r[illegible]

Digitized by Google

à reſidentia excuſantes, ib. n. 8. 11. f. 216. Tenetur ſuis ovibus Sacramēta neceſſarij ad ſalutē miniſtrare etiā cum vitę periculo l. 6. d. 4, n, 1. f. 217. Et quomodo ſe gerere peſtis tempore ib. n. 2. 3. Peccat utendo in baptiſmo Chriſmata veteri l. 6. d. 5, n, 34. f, 228. vel omittendo trinā inſufflationem, vel unctiones, ib, n, 35. Peccat ſi non ſcribit in libro nomina baptizatorū, & Patrini, & Matrinæ; ac etiam ſi plures quam duo, ſcilicet unā, vel unū permittit teneri in baptiſmo, & ſi adultum baptizat non inſtructum in fide ib. n. 48. f, 235. Non debet Patrinos deſignare in baptiſmo ſolemni, ſed hoc ſpectat ad parentes baptizandi ib. n. 49 in fine. Quæ debet excludere ne teneāt in baptiſmo ib. in fine, Eſt Miniſter ordinarius in Sacramento extremæ unctiones l. 6. d. 7. n. 6. f, 290. Nō debet mittere oleum extremæ unctionis ad infirmos ut ipſi ungantur ib. n. 7. f. 291. Non tenetur tempore peſtis hoc Sacramentum miniſtrare cum periculo vitæ ib. n. 8. & l. 1. d, 20. n, 6. f. 54. Tenens oleum extremæ unctionis in Domo propria quomodo peccet ib. n, 9. f. 291. Quid præſtare debet in Matrimonio rato, & quid ut in faciem Eccleſiæ celebretur l. 6. d. 8. n. 1. 2. f. 292, Debet matrimonio aſſiſtere cum teſtibus, & quomodo debet eſſe aſſiſtentia ib, n. 12. 13. 19. f. 294. Proprius Parochus vagorum quisnam ſit l. 6. d. 8. n. 14. f. 295. Aſſiſtens Matrimonio, non debet eſſe ex neceſſitate Sacerdos ib. n. 15. Excommunicatus, Interdictus, vel ſuſpenſus poteſt Matrimonio aſſiſtere, & quare ib. n. 16. Quænam ſit Parochi pœna aſſiſtentis Matrimonio ſine Teſtibus ib, n, 20. Debet invigilare ut in Sacrario hoſtiæ conſecratæ clauſæ ſervantur tenetur reparare ſuam Eccleſiam, prædicare populis, & intra duos menſes profeſſionem fidei facere l. 6. d. 19. per totum Non poteſt petere pretium pro exequijs mortuorum, etiam alligando conſuetudinē, & quomodo dicere debet quando petit aleemoſinam pro exequiis l. 6. d. 9. §. 5. n, 2. f. 318. Sepeliens qui de iure non eſt ſepeliendus, quam culpam, & pœnam contrahat l. 6. d. 9. §. 1. n. 16. f. 298 Non poteſt plus recipere pro tumulandis cadaveribus extraneorum, quā Civium ib. §. 5. n. 5. f. 306. An poſſit plus exigere ab his qui tumulantur in Eccleſiis Regularium ib. §. 6, n. 14. f. 309. An poſſit cogere hæredes defuncti ſepulti apud Regulares ad celebrandas tot Miſſas apud ipſum quot apud Regulares celebrant ib. n, 15. Tenetur proſequi funus uſque ad Eccleſiam Regularium l. 6. d. 9. §. 6. n. 26. f. 313. Non poteſt excludi ab aſſociando cadavere ſui Parochiani ib. n. 27. Quem locum debet tenetur in proceſſionibus, ib, n. 28.

Parochiani nolentes ſolvere Parocho conſuetam æleemoſinam, pro exequiis, à quo ſint compellendi l. 6, d. 9. §. 5, n. 1, f. 305

Pater, vel Mater tenentes filium in Baptiſmo ſolemni an peccent, & an contrahant cognitionem l. 6, d. 5. n. 46. f. 231, Pater an poſſit ſepulturam eligere filio puberi moriens abſque electione ſepulturæ l. 6. d. 9. §. 2 n. 10. f. 301.

Patena quare abſconditur ſub corporali, & manet abſcondita uſque ad Orationem Dominicam l. 6. d, 6, §. 7. n. 26. f, 271.

Patrinus in baptiſmo quas conditiones habere debet l. 6. d. 5. n. 36. f. 228. In baptiſmo ſolemni tantum, contrahit cognationem ſpiritualem ib. n. 44. f, 231

Patrini in baptiſmo poſſunt eſſe duo viri, unus nomine propr.o, alius nomine procuratorio, ib.n.39 f.229.

Paulus III. conceſſit Sacerdotibus Societatis Jeſu in locis Infidelium bis Miſſam celebrare, l.1. d.17.n.2 f.39.

Peccatoribus publicis an ſit deneganda Eucharistia; & quid de occultis, l.6. d.6.§.2,n.45.46 47 f.245.

Pœna ſtatuta à Pio IV. contra clam ingredientes in Conclavi,l.3.d.13.n.3. f.118. Pœnę contra Sollicitantes in Confeſſione, debent etiam ſubire Sacerdotes non Confeſſarios Sollicitantes mulieres, vel pueros, ſecus laicos, iſti tamen etiam ſunt denunciandi, l.7. c.2.§.1.n.18.19 f.332.

Pœnitens in Confeſſione ſollicitatus, ſi non denunciet Confeſſarium, quas pœnas incurrat,l.7.c. 2.§.2.n,20. 21,22 f.333. Qui inducit Confeſſarium ut exerceat Sacramentum Pœnitentiæ in peccato mortali, an peccet,l.7.c.1. n, 12 f.326. Se confitendo cum Confeſſario imperito ſcienter an peccet,ib.n.17 f.327.

Petrus Compoſtellanus Epiſcopus compoſuit Antiphonam Salve Regina, Mater &c.l.6.d.6,§.7.n.25.f.269.

Petro Apoſtolo regimen Eccleſiæ eſt conceſſum, non verò aliis Apoſtolis diſp.proœm.d.3.f.7

Per omnia ſecula ſeculorum in Miſſa quid notet, & quare vocatur Præfatio, ubi explicatur per ſingulas particulas,l.6.d.6.§.7.n.38,et ſeq.f. 273.

Peregrinus decedens ubi eſt ſepeliendus l.6 .d.9.§.2. n.3.f.299.

Planeta ſeu Caſula quid ſignificet? & quare dividitur in partem anteriorem, & poſteriorem,l.6.d.6,§.7.n 8.f.263.

Poteſtas ferendi cenſuras in quibus reſideat l.4 d.12.n.4.f.144.

Polygamia quid ſit, l,1,d.25.§.10, f.72.

Pontificis Decreta loquentis ex cathedra, non adhibito Concilio Cardinalium, & Theologorum, an ſint veritatis infallibilis,l.2.d.2.n,1.f.87.

Prælatus unde dicatur,l.5, d.1, f.134. Electio Prælati activa ad quos pertineat, b.d.2,n.1.f.175. Eligendus quas habere debet conditiones, ib. per totum f.180. Regularis habet in ſuos ſubditos jurisdictionem quasi Episcopalem, & quid poteſt in ſuos ſubditos, ib.d.4.n.3.f.185. Monachorum an poſſint præcipere ſuis ſubditis,ut iſtis tempore min.ſtrent Sacramenta, ib.n.9.f.186.Religionis B.Ioannis de Deo quid poteſt præcipere ſuis ſubditis.ib,n.10,f.187. Ordinis Prædicatorum quid ſubditis præcipere poteſt, n.11.Regularis poteſt cogere ſubditum ad acceptandam prelaturam intra ordinem, ib.n.23. An poſſit præcipere ſubdito ut jejunet ea die, qua Reg. non obligat,ib,n.14 ,f.188. Poteſt caſus reſervare, & quales, l.5. d.6 n,1.2.f.189. Et in quibus caſibus poſſit annectere excommunicationem latæ ſententiæ, & ſibi eam reſervare, Quid poteſt ſuis ſubditis diſpenſare, l.5,d.6.n.3. & ſeq. f 189. Non poteſt ſuis ſubditis perpetuam clauſuram indicere,ibid.7.n.1.f.192,Non poteſt ſtituere novam proceſſionem, ut occaſione illius mulieres clauſtrum ingrediant,ib.d.8.n.11.12.f.194. Quas pœnas incurrat ingrediens intra clauſtrum fœminas,ib.n.14.15.16.fol.1 Generalis,vel Provincialis poteſt ſubditos facinoroſos damnare ad Triremes,ib.d.9.n.1,2. f.197. Non poteſt ini

Digitized by Google

inire graves contractus ſine conſenſu ſui Capituli,l.5.d.10.n.1.f.198.Non poteſt alienare bona immobilia Eccleſiæ ſine licentia, & juſta cauſa, & quæ iſta ſit, ib.n,2.3.6.f.199. & *juris ordine ſervato, ib,n.7. Poteſt res mobiles alienare, & quænam valoris eſſe debet, ut ſit alienabilis abſque licentia Pontificis,ib.id.n.8.9.f.200.An poſſit vendere oves, vel libros, & quando, ib.n.10.11.An poſſit cedere arbores,lib. 5.d.10, n.13,14 fol.201,*Non *poteſt ſubditum diſpenſare à Chori ſequela sine cauſa,ib.d,14.n.2. f.208., Neque diſpenſare, ut in* Choro *dicatur unum* Officium *pro alio, ibid. n.3. Quandonam peccat, ut talis eſt, l.7.cap.14.per totum f.*371. Vide Regulares.

Prima Tonſura *non poteſt ſuſcipi à non confirmato,l.1.d.4.n.5.f.23.*

Principes *non habentes ſepulturam Majorum ubi ſunt ſepellendi, l.6.d.9. §.2.n.4.f.*300.

Priorіſſæ *in quas cu'pas poſſunt incidere, ut tales ſunt, l.7. cap,16. n,7. fol.*373.

Privilegia Regularibus *conceſſa non ſolvendi quartam funeralem à Tridentino fuerunt moderata, & limitata, l.6 d.19.§.1.n.3.fol.*315.

Prætium *poteſt accipi pro ſepultura, & quomodo l.6.d.9.§.5.n.7.f.306.*

Præcepta *quando poſſint imponi ſubditis à Prælatis Regularibus, l.5. d.4.n.7.8.f.*186.

Prædicatores *in ſuo officio quandonam peccare poſſunt, l.7.c.15.per tot. f.*371.

Provinciales R*eligionum an poſſint leges ferre ſuis ſubditis, & quomodo,l. 5.d.4.n.5.f.*186.

Pſalmus Judica me Deus, *qui in principio Miſſæ dicitur, à quo fuit inſtitutus ut dicatur, l.6.d.4.n.9.f.*263.

Pueri *non attingentes uſum rationis an poſſint intrare in* Conclavi, & *quomodo.l.3,d.13.n.1.f.*118. *An poſſint ingredi Monaſteria* Monialium, & *quando, l.3.d.8.n.3, fol.*193. *Sine baptiſmo morientes non ſunt in loco ſacro ſepeliendi, l.6.d.9.n.4.f.296.Involuti pelle ſecundina, quia verè non baptizantur, non ſunt ſepeliendi in loco ſacro, ibid.*

Puellæ *an poſſint ingredi Monaſteria Religioſorum, & in qua ætate, l.5. d.8.n.3.fol.*193.

Pugnantes *in duello privantur ſepultura Eccleſiaſtica, & quando, l.6. d.9.§.1.n.11.12.fol.*298.

Q

Quare Sacerdos *in Miſſæ celebratione manus lavat, l.6.d.6.§.7. n.1.fol.*261.

Quare *Amictus ſuper humeros à Sacerdote imponitur,ib.n.3.*

Quare Alba *eſt albi coloris, & fit de biſſo, vel lino, & ante pectus ligatur, & cingulo ſtringitur,ib.n.4.*

Quare *Sacerdos antequam aſcendat ad Altare, in gradu Altaris ſe inclinat, ib.n.9.f.*263.

Quare *aliqui Sacerdotes incipientes Miſſam dicunt:* Confitemini Domino, quoniam bonus, *ib.n.9.*

Quare *Sacerdos percutit pectus dum dicit in* Miſſa Confiteor,&c.*ibid.n.*10, *fol.264.Et quare dicit* Indulgentiam, & remiſſionem, &c.*ib.n.11. Et quare oſculetur Altare à Sacerdote. & Miſſale aperitur,ibid n.12.*

Quare *Sacerdos dicendo* Gloria in

Ex.

Digitized by Google

Excelſis Deo,&c. ſtat in medio Altaris, ibid.n.15.f.265.

Quare Sacerdos in diebus jejuniorum non dicit Dominus vobiſcum, ſed, Oremus, vel, Flectamus genua, ib.n.16. 17.f.266. Et quare dicendo orationes, elevat manus, ib.n.26.f.276.

Quare Sacerdos in Miſſa iterum manus lavat, & offerat Calicem, dicendo, Suſcipe Sancte Pater, &c. & Hoſtiam deponit inter ipſum, & calicem, ib.n.35.36.f.271.

Quare Sacerdos in principio Canonis inclinat ſe profundè, ib.n.50.fol. 272. Et quare in Canone ſolùm nominantur Apoſtoli, & Martyres, non verò Confeſſores, ib.n.56.f.277. Et in Miſſa Corpus Chriſti elevatur, & in Canone dicendo, Vnde & memores, &c, extendit manus ad modum Crucis ib.n.64,69.f.280.

Quare in Canone nominentur ſolum tres Patriarchæ, Abel, Abraham, & Melchiſedech, & quare dicendo; Supplices te rogamus, &c, Sacerdos ſe inclinat, ib.n.70.71.f.282.

Quare dicendo, Nobis quoque,&c. Sacerdos dicit altè, & pectus tundit, ib,n:74.f.283.

Quare facit quinque Cruces dicendo Per ipſum, &c.ib.n.75.

Quare Sacerdos dicendo Per omnia ſecula ſeculorum, &c. in fine Canonis, vocem extollit, ib.n.76.f.283. Et quare in illa Oratione Libera nos, &c, tantùm tres Apoſtoli nominentur ſcilicet Petrus, Paulus, & Andreas, ib.n.78. Et quare Hoſtia in tres partes frangatur, ib.n,79.80. Et quare Miſſa finitur tribus modis, ſcilicet Ite Miſſa eſt, Benedicamus Domino, & Requieſcant in pace, & quare in fine Sacerdos populum benedicit, ib.n.84,f,2 Et quare Miſſa abſoluta Sacerdos cedit à conſpectu populi, ib.n.85.

Qui pridie in Canone addidit A[illegible]xander I. & quis ſit ſenſus horum [illegible] horum, l,6.d.6.§.7.n.59.f.278.

Quarta funeralis duplex.l.6.d.1[illegible] u.f.314. Non debetur de candelis,[illegible] dantur Regularibus ad manus, ne[illegible] de omnibus cereis, ib.n.13.14.15.f.[illegible] Neque de libris, de armis, vel an[illegible] ib.n.19. An debeatur ſolvi in A[illegible] verſario, ib.n.17. Non debetur de [illegible] tortitiis Conſtatenſium, ibid.n.[illegible] fol.318.

R

RAptus quid ſit,l.1. d.25.§.15. f.76. Iure Eccleſiaſtico matri[illegible]nium dirimit, ib.n.2. Pœne contra [illegible]ptores, ib. Ad raptum duo requirun[illegible] ib.n,5. & quando verè dicatur ra[illegible] ibid.

Reginæ an poſſint clauſtra Reli[illegible]ſorum intrare, & quomodo, l.5.d.8 fol,193.

Regina Scotiæ dum ad martyr[illegible] raperetur, ſuis propriis manibus [illegible]chariſtiam ſumpſit, l.6. d.6,§,2. nu[illegible] fol.243.

Regulæ ad cognoſcẽdos gradus ſanguinitatis, & affinitatis, l.1.[illegible] §.3.n.2.& ſeq.fol.67.

Regulares poſſunt abſolvere ce[illegible]ram de intrantibus in Conclavi[illegible] quare, l.3.d.14.n.5.f.219. Debent a[illegible] piſcopo approbari ad audiendas [illegible]feſſiones, & recenſentur in hoc ora[illegible]tiones Clementis X.l.4.d.8,n.3.4 137. Approbati ad tempus, nõ po[illegible] elapſo tempore confeſſiones audir[illegible]

Prælati Regulares *non poſſunt ſubditis dare licentiam manendi extra clauſtra, l.5.d.7.n.3.f.192. Peccant contra votum paupertatis expendendo redditus bonorum Conventus in quoſcunque uſus illicitos,& prophanos,ib. Poſſint dare licentiam ſubditis ludendi in ludo honeſto,l.5.d.*12.n.2.f.294.*Regulares vocati ad aliquod funus, ad quid teneantur,l.6.d.9.§.6.n.* 12.f.309. *An tempore interdicti poſſint ſepelire ſuos Oblatos, vel ſorores in ſæculo morantes,ib.n.*8. *Habent ſepulturam liberam, & in quo iſta libertas conſiſtat ib.n.9,In tumulandis corporibus laicorum quid ſervare debent,ib. n.*10. *An poſſint in eorum Eccleſiis ſepelire ſuos famulos decedentes extra clauſtra ,ib. n.*17.f.310. *& quid de famulis prætio conductis,ib.n.*18. *An poſſint in eorū* Eccleſiis *tumulare hoſpites,& peregrinos caſu decedentes in ſuis Monaſteriis,ib.n.*19.20,*An poſſint ſepelire aliquem in alieno ſepulcro,ib.n.*22.f.312. *Quid agere debent, ſi Parochus prætendit ſepelire aliquem,quem apud eorum Eccleſiam ſepulturam elegit, ib. n.*23.*Prælati an poſſint exhumare cadavera,& ea in alium locum transferre,ib.n.*24. *Quem locum tenere debet in proceſſionibus,ib,n.*29.30.*f,*313.*De jure communi tenentur ad quartam funeralem ſolvendam, ſecus de jure privilegiato,l.6.d.*10.*§.*1.*n.*1,2.*& ſeq. f.*314 *De quibus rebus de jure communi tenentur ſolvere quartam Parocho, & quid de iure privilegiato, ib.n.*11. 12.13.17.*Quam pœnam incurrant inducēte aliquem cum voto, vel promiſſione, vel iuramento ad eligendum ſepulturam in eorum Eccleſias,l.6.d.9.§.* 4.*n.*1.*f.*302.*Ubi ſunt ſepeliendi.ib.§.*2. *n.*4.*f.*299. *Non poſſunt ſibi ſepulturā eligere,ibid.§.*6.*n.*1.*f.*306. *Decedentes extra Monaſterium ubinam ſunt ſepeliendi,ib.n.*2. *Et à quo debent Sacramenta recipere,ib.n.*4. *An poſſint cadavera ſuorum Regularium deferre per plateas,ib.n.*6.

Religioſi *poſſunt miniſtrare Sacramentum* Eu*chariſtiæ aliis Religioſis, non verò laicis,l.*b.1.*d.*19.*n.*2.*f.*49.*Profeſſi an poſſint à Papa diſpenſari ad matrimonium contrahendum,ib.d.*24.*n.*3.*f.*62. *Invalidè contrahant matrimonium iure Eccleſiaſtico, & quare, ib.d.*25.*§.de Imped.voti n.*2.*f.*66. *Non ſervantes interdictum quid incurrant l.*4.*d.*20.*n.*10.*f.*159.*Verè ſunt* Prælati, *& eorum iuriſdictio eſt ordinaria, l.*5. *d.*1.*n.*2.3.*f.*174,*Exceptis* Chartuſianis *non tenentur ad clauſuram perpetuā, ib,d,*7.*n.*1.*fol.*192. *Quando incurrunt pœnas pro introductione mulierum in Monaſterio,ib,d.*8.*n.*7,*f.*194. *Subditi à quo abſolvi poſſint ob ingreſſū mulierum in Monaſterio ib.n,.*8.19.*f.*197. Damnati *ad Triremes tenentur ad vota eſſentialia, & ad recitandum Divinum* Officium,*l,*5.*d.*9.*n.*3.*f.*198.*Peracta pœna Triremis debent à ſuis Superioribus denuò in Religione ſuſcipi, ibid.n.*4. *Damnati ad Triremes ſunt infames infamia iuris.& hanc poſſūt* Prælati *Regulares diſpenſare, ib.n.*5. *An poſſint de licentia Superioris poſſidere redditus,& pecunias,l.*5 *d.*11. *n.*2.3 *f.*201.*Et à vitio proprietatis ſalventur in retinendo aliquid, quæ conditiones ſunt neceſſariæ,ib.n.*4. *f.*202. *Peccant aliquid donando ex rebus ſibi ad uſum conceſſis.ib.n.*8.*f.*203. *Ludētes abſque licentia ſuorum* Prælatorū *peccant contra votum paupertatis,l.*5. *d,*12.

Digitized by Google

d.12.n.3.f.204. Ex vi voti obedientiæ quibus obedire tenentur, ib.d.13.n.1.et ſeq. An poſſint eſſe Patrini, l.6.d.5.n.41.f.230. An poſſint miniſtrare extremam unctionem infirmis, ib.d.7.n,10.f.291. Quando peccant contra votum obedientiæ, caſtitatis, vel paupertatis, l.7.c.12. per totum fol.369. Religioſa paupertas in quo conſiſtat, lib.5.d.11.n.1.fol.201.

Repetitio Alleluiæ quid notet, l.6.d.6.§.7,n.24.f.268.

Reſidentia in Parochis eſt de iure divino, l.6.d.3.n.1.f,214.

Ritus ferendi cenſuras qualis ſit, l.4.d.12.n.6.f.144.& ſeq. & d.13. per tot, & dub.14.per totum.

Robertus Rex Franciæ compoſuit illam Sequentiam Veni Creator Spiritus, & illum Hymnum Chorus novæ Hyeruſalem, l.6.d.6,§.7.n.25.f.268.

Romæ dum ſolemniter Papa celebrat, ipſe ſumpto Calice, poſtea Diaconus, & Subdiaconus bibenti l.1, d.14.n.16.fol 37.

Romanæ Eccleſiæ notæ quæ ſint, diſp.proœm.d.2.f.5.

Rotarum cuſtodes in Conclavi qua pœna prohibeantur, ut Epulas praſcrutent, l.3.d.12.n.1.fol.117.

Rubrum Galerum non pertinet ad ſubſtantium dignitatis Cardinalitiæ, l.3.d.6.n.3.f.110.

Ruſſiii, ſeù Moſcovitæ ſumunt Sacramentum Eucbariſtiæ ſub utraque ſpecie, l,1,d.14.n.13.f.37.

S

Sacerdos in caſu neceſſitatis infantem baptizans in ſtatu peccati mortalis, an peccet mortaliter, l.1.d.3.n.9.fol.22. poteſt ex Papæ diſpenſatione miniſtrare Sacramentum Confirmationis, ib.d.5.n.5.f.24. Mortaliter peccat ſi vino conſecrando aquam non miſcet, ib.d.13,n.6.f.35. Poteſt ſi aqua deſit, conſecrare in ſolo vino ad perficiendum Sacrificium incboatum, ibid.n,4. Poteſt in ſola die Nativitatis Domini ter celebrare, ib.d.17.n.1.f.39, ad validam adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ debet babere poteſtatem nedum ordinis, ſed iuriſdictionis, l.4.d.8.n.1.f.137. Si in Miſſa deficiat facta conſecratione, poteſt ab alio Sacrificiũ ſuppleri, etiam excommunicato, interdicto, vel irregulari, l.6.d.6.§.4.nn.5,f.251, In quo ſpatio debet Miſſam abſolvere, ib.§.5.n.15.f.257. In quo loco, & bora celebrare debet, ibid.§.6.per totum.f.258. In quo caſu poſſit ſibimet Eucbariſtiam miniſtrare extra Miſſam, l.6.d.6.§.2.n.40.f.244. Conſecrãs tenetur ſumere Eucbariſtiam, et quare, et in quo caſu non tenetur, ib.n.42.43. Hæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, vel degradatus an poſſit validè Eucbariſtiam conferre, ibid.n.44.

Sacerdotes in Eccleſia primitiva celebrabant, & fideles communicabãt cerati, l.1.d.17.n.5.fo.40. Greci conſignant ex tacita licentia Pontificis, vel expreſſa, l.1.d.5.n.5.f.24.

Sacramentum pœnitentiæ differt à Sacramento Baptiſmi et in quo, lib.1.d.7,n.2.f.26, Pœnitentiæ immediatè à Chriſto Domino inſtitutum poſt Reſurrectionem, et quare, ib.n.3. Eucbariſtiæ de iure divino debet conſecrari ſub utraque ſpecie, ib.d.12.n.4.fol.33. Vide Eucbariſtia. Extremæ unctionis quænam formam babeat, et materiam proximam, et remotam, lib.1,d,18.n.3.

et.

l.6.d.7.n.1.et ſeq.f.288. Non poteſt validè ab alio, quàm à Sacerdote miniſtrari, licitè tamen de licentia proprii Parochi miniſtratur, ſaltem tacita, l.1,d.19.n.1.2.f.49. Non eſt Sacramentum neceſſitatis, ib.n.3. Neque iudiciale, uti eſt Sacramentum Pœnitentiæ, ib.n.5.

Sapa non eſt materia Sacramenti Sanguinis, & quare, l.6,d.2.§.1. n.21. fol.236.

Sanctus ter dicitur in Miſſa, & quare l.6.d.6.§.7.n.47.f.274.

Schiſmatici non ſunt irregulares, ſi eorum ſchiſma non eſt cum hæreſi coniunctum, l.4,d.21.§,11.n.46.f.171.

Scholares in quas poſſunt incidere culpas, ut tales ſunt, l.7.c.21.n.f.382.

Sepultura Eccleſiaſtica quid ſit, l.6.d.9.n.1.f.296, Duplex eſt, ib.n.2. Differt à mortuariis, & funeralibus, ibid. n.3, Sepulturam eligens, & poſtea electionem mutans, ubi eſt ſepeliendus, ibid.§.2.n.2.f.299. Quiſnam eligere poteſt, ib.n.5.6.7,8.9 fo.300. Habens conceſſam in aliqua eccleſia, an poſſit impedire, ut alius extraneus ibi ſepeliatur, ib.§.5.n.9.f.306. Sepulturæ electio quomodo probetur, ib. § 3.n.1,2.3. f.303. Facultatem conſtruendi jus cui competat, ib.d.§.5,nu.7.f.306. Sepulcrum maiorum quiſnam dicatur, l.6. d.9.§.2.n.2.f.299. Sepeliendi ius lege communi competit Eccleſiæ Parochiali, ib.n.1.

Sergius Papa appoſuit in Miſſa Agnus Dei, & quare ter dicitur, l.6.d. 6.§.7 n.81.f.286.

Sequentiæ in Miſſa quid notent, quas Nicolaus Papa conceſſit cantari in Miſſa l.6.d 6.n.25.f.269.

Sollicitatio ad turpia in confeſſione quid ſit, & quotuplex, & in quibus caſibus Confeſſarius eſt denunciandus, l.7,cap.2.n.12.15.16.17.f.331.

Studentes cauſa ſtudii in aliqua Civitate commorantes, & ibi decedentes, ubi ſunt tumulandi.l.6. d.9,n.4. f.299.

Superior poteſt ſibi caſus reſervare, & quænam peccata reſervare poteſt, et an ſine iuſta cauſa poſſit denegare authoritatem abſolvendi à reſervatis, l.4. d.9.n.1.1.2.4.f.140. Quæ obſervare debet in cenſuris ferendis, ibid.d.12. n.3. fol.144.

Suppriores an ſint Prælati, l.5.d. 1.n 7:fol.175.

Subdiaconi in quas culpas poſſunt incidere ut tales ſunt, l.7.c.11.f.357:

Suſpectus eſt de hæreſi qui contradicet definitionibus Concilii congregati authoritate Papæ, l.2,d.6.n,7 f.95.

Suſpenſio contracta ob defectum tituli à quo abſolvi poteſt, l.4.d.6.n.13. fol.134. Incurritur à recipiente Ordines ab alio, quàm à proprio Epiſcopo ſine Papæ licentiæ; & hic etiam eſt incapax beneficii, caret privilegio Ordinis, & illa ordinatio eſt irrita quo ad exercitium, l.7.d.4.n.9.f.128, Quid ſit l.4.d.18.n.1.f.152.

Suſpenſus, vel interdictus recipiendo Ordines, an efficiatur irregularis, l.4.d 21.§,8.n.33.f.168.

Stola quid notet, & quare ante impoſitionem deoſculatur à Sacerdote, & quare pendet à collo per ſiniſtrum, & dextrum humerum, l.6.d.6.§.7. n.7:f.262.

Synodus triplex, Generalis, Provincialis, et localis, l.2.d.5.n.2.f.91.

T

Taciturnitas Prælati approbativa, an excuſet à vitio proprietatis, l.5 d.11,n.7.f.203.

Te-

Teſtes *qui debent aſſiſtere* Matrimo-*nio quales debent eſſe, l.1.d.25.§.14,n,2. f.76. Quot requiruntur ad damnandū* Cardinalem *, & quot ſit* Preſbyter *, quot ſi* Diaconus, *& quot ſi ſit Epiſcopus, l.3.d.5.n.8.f.109.*

Tempore Paſchali *quare frequentetur Alleluja, l.6.d.6.§.7.n,15.f.269.*

Teleſphorus Papa *inſtituit in Miſſa* Gloria in excelſis Deo, *l.6,d.6,§,7.n.15. f.*269.

S. Thomas Aquinas *compoſuit Sequentiam illam* Lauda Syon Salvatorem *&c.l.6,d 6.§.2.n,25 f.269.*

Tractus *qui in Miſſa dicitur in Septuageſima unde dicatur; & quid ſignificet, l.6.d.6.§.7.n.25,f.268.*

V.

VAgabundi *an poſſint contrahere coram omni Parocho, l. 1. d.25. §. 14.n.3.f.76. Vbi ſunt ſepeliendi, l. 6. d.9.§.2.n 3.f.299.*

Valentiæ *ex privilegio in die Mortuorum Sacerdotes bis celebrant, l.1,d. 17.n.2.f.39.*

Vaſſalli *in quas culpas incidunt ut tales ſunt, l.7.c.19.per totum f.380.*

Vicarij Generales Epiſcopor um *quas poſſunt incidere culpas, l. 7.c.7.n. 1, & ſeq.f. 352, Perpetui Eccleſiæ ubi ſunt tumulandi, l.6.d.9.§.2,n. 4. f.299,*

Vinum *de vitæ eſt propria materia calicis, l.6,d.6.§.1.n,16.f.236. Expreſſum ex granatis, vel uvis paſſis furno ſiccatis non eſt materia conſecrationis, ib,n.17,23. Congelatum eſt materia apta Conſecrationis, & quare, & quomodo Sacerdos debet illud ſumere, l. 6,d,6.n.24.25 f.237.*

Vir *ſolus baptizatus habens rationis uſum eſt capax Sacramenti Ordinis, non mulier, & in hoc adducuntur aliqua congruentiæ, l.1.d.23.n 1. 2. 3.4. f.57. Vir, & Vxor poſſunt eſſe Patrini reſpectu alienæ ſobolis, l.6, d.5.n. 38.f, 229.*

Vocabulum Alleluia *quid ſignet, & quomodo explicatur, l.6.d, 6. num.23. f,288.*

Vrbanus Papa *dictavit præfationē B.Virginis quæ dicitur in Miſſa, l. 6.d. 6.n.46 f 274.*

Vxor *credens ſuum virum mortuum poſtquam cognovit eſſe ſuperſtitem, an teneatur ad illum redire, relicto ſecundo, l.1.d.25.n.3.f.72. Decedens ubi eſt tumulanda, l.6.d 9.n.4.f,300.*

Vxurarii *manifeſti privantur ſepultura Eccleſiaſtica, l.6 d.9.n.9.f.297.*

Z

ZOna, *ſeu Cingulum, qua Sacerdos præcingitur, quid ſignificet, et quare cum ea ſtringuntur renes, l.6. d,6,n. 5.f.262.*

FINIS

ANT 1,316,631

Digitized by Google

Digitized by Google

39